

CAII PLINII SECVNDI
NATVRALIS
HISTORIAE

CVM

INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS

IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS

HERMOLAI BARBARI PINTIANI

RHENANI GELENII

DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII

IS. VOSSII I. F. GRONOVII

ET VARIORVM

VOLVMEN SEPTIMVM

RECENSVIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ADIECIT

IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE

IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI

A. C. MDCCLXXXVIII.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXI.

I.

In *a.* hortis ſeri et coronamenta iuſſit Cato *b.*, inenarrabili florum maxime ſubtilitate: quando nulli poteſt facilius eſſe loqui, quam rerum naturae pingere *c.*, laſciuienti praeſertim et in magno gaudio fertilitatis tam [1] variae ludenti. Quippe reliqua vſus alimentique gratia genuit: ideoque *d.* ſaecula annoſque tribuit iis. Flores vero odoreſque

1. *Sic ex* MSS. *em. H. conſ. Ch. varie Gr. et Al.*

a. De natura florum) Theophr. cap. 6. Lib. VI. et cap. 3. Lib. VII. hiſtor. Plutarch. Lib. III. conuiu. quaeſt. Athen. Lib. XV. *Dal.*

b. Cato) Cap. 8. *Dal.*

c. Pingere) Tot fuerant illic, quot habet natura colores, Pictaque diſſimili flore nitebat humus. De campis Aetneis, in quibus rapta Proſerpina eſt. *Dal.*

d. Ideoque ſaecula annoſque

que in diem gignit: magna, vt palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreant, [1] celerrime marcescere. Sed ne pictura quidem [2] sufficiente *e.* imagini colorum reddendae, [3] mixturarumque

1. *celerius. Cb.* 2. *sufficit. V.* 3. *Sic ex* MSS. *H. conf. V. mixturarum var. Gr. et Al.*

que tribuit iis. Flores vere odoresque in diem gignit) Secus in codice vetere: *Ideoque saecula annosque tribuit. His vero flores odoresque, etc.* vt pronomen *His*, referat coronamenta. et paulo post *celerius*, non *celerrime*, in eodem habetur. *Pint.*

Siue alterni atque multiplices, etc.) Lege: *Siue alterni atque multiplices inter se nectantur, siue priuati generis funiculis, in orbem, in obliquum, in ambitum.* De florum varietate et mixtura, multipliciquevsu in coronis nectendis loquitur, quorum imagini exprimendae nec pictura sufficit, siue alterni et multiplices nectantur inter se; siue priuati generis funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum. Sequens caput sic incipere debet: *Quaedam coronae per coronas currunt: tenuioribus vtebantur antiqui, stroppos appellantes, vnde nata strophiola.* Nihil haec ad flores, aut e floribus coronas: duae aut tres taeniae inuicem tortae, coronam faciebant, quam vocabant *stroppum*, hoc est, quod ait, *quasdam coronas per coronas currere.* nam totidem coronae, quot taeniae tortae, addit: *Cum vero e floribus fierent, serta a serendo serieue appellabantur.* a serie, id est, ordine, vel a serendo *serta* dicebantur coronae, quae e floribus fiebant. *Salmas.* p. 371. a. Vel sic lege: *Siue alterni atque multiplices inter se nectantur: siue pro breuitate generis funiculis in orbem, etc.* Vide Salmasium pagina 1068. b.

e. Sufficiente imagini colorum reddendae, misturarum) Annotamus e Vett. *sufficit.* tum *mixturarumque.* Academ. *reddendo mixturarumque* Gud. et Voss. duo: *reddendae mixturarumque.* Optimus *sufficienti*, dein, *reddendae et mixturarumque.* Suspicor. *Sed ne pictura quidem sufficiens imagini colorum reddendae est mixturarumque varietati.* Gron.

que varietati, siue *f.* alterni atque multiplices inter se nectantur, siue *g.* priuatis generum funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum, quaedam coronae per coronas currunt.

II. (II. *h.*) Tenuioribus *i.* vtebantur antiqui, [1] stroppos *k.* appellantes: vnde nata strophiola.

1. *Sic et Ch. stropos Turn. strophia Gr. et Al.*

f. Siue) Siue alterni flores atque multiplices nectantur in coronam: siue singulorum generum diuersi funiculi modo in orbem ducantur, modo in obliquum: etiam quandoque toto coronae ambitu, coronae complures in vna corona ductae videantur. H.

g. Siue priuatis generum funiculis) Bis tentauit hunc locum Salmasius ad Solinum: p. 371. reddit *siue priuati generis funiculis*: p. 1068. *siue pro breuitate generis funiculis*: quod sit in Thuaneo *priuati generis*. Nostri quinque *generum*, sed *ἀμύμων* ille *priuati*. Vide an fuerit: *siue alterni atque multiplices inter se nectantur, siue priuorum generum fasciculi, in orbem, in obliquum, in ambitum*. Eam enim vocem huic rei aptarunt. Cicero Lib. III. Tuscul. *fasciculum ad nares admouebis*. Tertullianus: *Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehensorum*. Gron.

h. Quando primum) Ianum omnium primum nummum percussisse, rates et naues inuenisse, coronas reperisse, illisque fuisse vsum, tradit Athenaeus Lib. XV. ac ideo multas ciuitates Italiae ac Siciliae in sua pecunia, altera parte bicipitem eum cudere, altera vel nauem, vel ratem, vel coronam. Victor. cap. 16. Lib. XXXVI. *Dal.*

i. Tenuioribus) Coronis videlicet, non e floribus quidem, sed duabus tribusue taeniis, siue corollis inuicem tortis: sic vt e pluribus vna fieret. Στρόφια dicebantur, hoc est, fasciae capitis. Nomen ex eo, quod essent eae tortiles. Virg. in Copa: *Et grauidum roseo necte caput strophio.* H.

k. Strophia appellantes) Strophium nunc corona est: Virg. in Copa: *Et grauidum roseo necte caput strophio.* Nunc fascia pectoralis, quae tumorem papillarum cohibet, Nonio. Turpilius: *Me misse*

Quin et vocabulum ipſum [1] tarde communicatum eſt, inter *l.* ſacra tantum et bellicos honores coronis ſuum [2] nomen vindicantibus. Quum vero e *m.* flori-

1. tarde inde com. 2. *Serium M. et Ch.*

miſeram quid agam? inter vias epiſtola excidit mihi, infelix inter tuniculam et ſtrophium quam collocaueram. Plaut. in Aulul. *Pro illis crocatis ſtrophiis, ſumptu vxorio* Brod. cap. 11. IV. *Strupos*, vetus. *Strupum* et *ſtropum* antiquitas coronam dixit, Feſtus. Turn. cap. 1. Lib. XXIX. Strophia ἀπὸ τȣ̃ ςρέφειν, a contorquendis floribus dum conſeruntur et connectuntur. *Dal.*

Stroppos) Hoc eſt, Strophia. Vide N. et Em. N. I. (hic poſ.) *Tenuioribus)* Sic *ſtroppos* priore loco exhibent MSS. R. Colb. Ch. etc. non vt editi, *ſtrophia.* Et vero Feſtus: *Stroppus eſt, inquit, vt Atteius Philologus exiſtimat, quod Graece ςρόφιον vocatur, et quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite. Quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona inſigne in caput imponatur, quale ſit ſtrophium. Itaque apud Faliſcos diem feſtum eſſe, qui vocatur Strupearia, quia coronati ambulent* etc. Alio longe ſignificatu, *Strophium dactylicum* Prudentius cecinit hymno 3. ante cibum v. 26. *Sperne, Camena, leues ederas, Cingere tempora queis ſolita es: Sertaque myſtica dactylico Texere docta liga ſtrophio, Laude Dei redimita comas. Dactylicum ſtrophium* vocat carminis genus, quod Grammatici dactylicum, a dactylo pede, quod fere conſtat, appellarunt. Sic idem hymno tertio, περὶ ςεφάνων, v. 208. *Aſt ego ſerta choro in medio Texta feram pede dactylico.* Strophium vero pro carmine vſurpauit, quod ςροφὴ Graecis, vt ᾠδὴ, carmen eſt, quo Deorum laudes continentur. H.

l. Inter ſacra tantum) Quae coronati peragebant. *Dal.*

m. E floribus fierent ſerta) Apud Apul. 10. Aſini, Gratiae et Horae Venerem Deam ſuam propitiant iaculis floris ſerti, et ſoluti. Coronas ex floribus, ςεφάνȣς ἰοθαλέας Philoxenus vocat apud Athenaeum Lib. IX. pag. 203. verſ. 5. Apud eumdem σπορινȣ̀ς Dromon vocat, quae ſingulis conuiuis diſpertiebantur. *Dal.*

floribus [1] fierent ſerta, a *n.* ſerendo ſeruiae appellabantur: quod *o.* apud Graecos quoque non adeo antiquitus placuit.

III. Arborum enim ramis coronari in *p.* ſacris certaminibus, mos erat primum. Poſtea *q.* [2] variari ceptum mixtura [3] verſicolori florum, quae in-

A 3

1. *fierint, ſerta a ſerendo appell. Turn.* 2. *variare.* 3. *Sic ex* MSS. *H. verſicolori florum quae in od. col. accenderet, Sicione. Turn. et Cl. Mixtura verſicolori. Florumque inuicem Gr. et Al.*

n. A ſerendo) Vide N. et Em. N. II. (paulo poſt) Serere porro intellige *ligare*: vnde et conſerere. *Serta)* Ita MSS. omnes proxime appellati. Forte rectius tamen *a ſerendo ſerieue.* Nam et *a ſero*, hoc eſt, necto, ſeries dicta eſt. Rationem etymi Tertullianus ſubindicat de corona mil. cap. 5. *Coronam ſi forte faſcem exiſtimas florum per ſeriem comprehenſorum.* Et quoniam hic Tertulliani mentio incidit, iuuat obiter alterum eius locum afferre, quem Rigaltius et perperam edidit, et praepoſtere intellexit; libro nimirum de idololatria cap. 10. *Florae ſcholae coronandae*: vbi Rigaltius: *Floralibus ſcilicet, Florae ſacris.* Sed quid ad Floram referri haec opus eſt? Lege, *Flore ſcholae coronandae*: nam ad eum modo morem alludit, quem Plin. ſ. 8. L. huius ſignificat, quum ait coronas Larium publicorum priuatorumque honorem quondam fuiſſe. H.

o. Quod) Σπάρτα recentiores Graecos, a Σπείρω, quod et *ſero* ſeu *necto* ſignificat, pro ſertis dixiſſe inquit. Quod et ſtabilire Heſychius videtur, quum σπάρτα interpretatur ῥάμματα et βοςρύχια. H.

p. In ſacris certaminibus) Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ, Οἱ δύο δ' μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιος. Ἆθλα δὲ τῶ κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Ludi ii et ſacra certamina fuerunt, Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia. *Dalec.*

In ſacris) Vide Archiae Epigramma allatum a nobis L. XV. 5. H.

q. Poſtea) Pancarpiae, inquit Feſtus, *dicuntur coronae*

inuicem odores coloresque accenderet *r.*, Sicyone *s.* [1] ex ingenio Pausiae pictoris atque Glycerae coronariae *t.*, dilectae admodum illi, quum opera eius pictura imitaretur, et illa prouocans variaret, essetque certamen artis ac naturae: quales etiam nunc exstant artificis illius tabellae, atque *v.* in primis appellata [2] Stephaneplocos *x.*, qua pinxit ipsam. Idque factum est post [3] Olympiadem centesimam. Sic coronis e floribus receptis, paulo mox subiere, quae vocantur Aegyptiae *y.*, ac deinde hibernae *z.*, quum terra flores negat, ramento e corni-

1. *Sicyonii Gr. et Al.* 2. *Stephanoplocos Gr. et Al.* 3. *Olympiada Ch.*

nae ex vario genere florum factae. H.

r. Accendere Sicyonii) Strabo in brutiis, circa Vibonem agrum scripsit tanta florum copia scatere, vt eo collectura Proserpina e Sicilia diuerterit, et coronae a floribus illic primum textae sint. Ennius in Sotadico apud Varronem, *Ibant malacam viere Veneriam corollam*, nempe apud Hephaestionem, *ποίης τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῦσαι. Scalig. in Varronem.* Dal.

s. Sicyone) Sic MSS. R. Colb. etc. De Glycera, Pausiaque, haec multo traduntur vberius, L. XXXV. 40. H.

t. Coronariae) Strophiarios vocat Plautus, strophiorum, id est, coronarum artifices. *Dal.*

v. Atque in primis appellata Stephanoplocos) Vossiani tres, Acad. Gud. *Stephaneplocos*, Vt et Graecis Στεφανηπλόκος. Lib. XXXV. 11. *quae e nobilissimis eius tabula appellata Stephaneplocos.* Sic iidem MSS. *Gron.*

x. Stephaneplocos) Ita MSS. laudati, non *stephanoplocos.* Στεφανηπλόκος, vt apud Theophr. legitur Hist. VI. 7. qui, vel quae nectit, et texit coronas. De hac pictura seu tabula dicetur fusius l. c. H.

y. Aegyptiae) Ex edera, narcisso, mali Punicae floribus, aliisque, quas Athenaeus enumerat, Lib. XV. p. 679. sq. H.

z. Hibernae) Quales nunc fiunt e charta picta atque concisa, flores multiplices repraesentante. H.

cornibus *a.* tincto. Paulatimque et Romae subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox et [1] corollariis, postquam *b.* e lamina aerea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

IV. (III.) Crassus *c.* diues, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesseruntque et lemnisci *d.*, quos adiici ipsarum coro-

1. *corrollatis postquam e lamna. Ch.*

a. Ramento e cornibus tincto) Idem fit hodie pennis gallinarum albis, cuiusque floris et colorem et figuram imitantibus, idem fit charta picta ac concisa, singulos flores repraesentante. Idem fit et a Vestalibus praesertim Italicis, sericeis filis germanum floris colorem, natiuamque figuram exprimentibus. *Dal.*

b. Postquam e lamina aerea tenui) Optimus, *e lamna.* non enim *lamma*, quod ex corruptis libris adamauit Gifanius Lib. XXXIII. 6. *Denaria appellatur, cuius lamnae latitudo*, etc. Vbi male codex Pint. *lumina.* L. XXXIII. 5. *Cadmia aris massis, alumen lamnis.* Eiusdem libri cap. 7. *ferri candentis lamna* cap. 9. *Lamnas duci et specula fieri* Lib. XXXIV. 8. *Coronarium tenuetur in lamnas.* cap. 18. *adalligatisque lumborum et renium parti lamnis frigidioribus.* Et, *Vritur autem in patinis per lamnas.* Sic omnibus his locis Vossianus. *Gron.*

c. Crassus diues) Eum creditoribus suis decoxisse post hac tradit c. 10. L. XXXIII. quemadmodum et Valer. cap. 11. Lib. VI. *Dal.*

d. Lemnisci) Maius cap. 17. II. *Laniscos* legi vult, quod vrnarum et sepulchrorum serta lanis coloriis, et taeniis ornarentur, vt antiquissimum coronarum genus lanearum fuit, quas in sepulchris taenias multis sculptas videmus, interdum striatas. Caecilius in Androgyno: *Sepulchrum plenum taeniarum.* Plutarchus in Philopoemene defunctorum vrnas taeniis cingi et redimiri docet. Supra c. 2. Lib. XVIII. Spiceam coronam alba vitta Acca Laurentia collocauit. Varroni Lib VI. de ling. Lat. infulae dicuntur, quasi infilae, quod intra hostiarum cornua

coronarum honos erat propter *e.* Etruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii.

nua velamenta e lana adderentur. *Itaque nunc*, inquit, *quum ad sepulchrum frondes et flores ferunt, lanas addunt.* Haec quidem Magius πιθανῶς καὶ ἀξιοπίστως: verum si e lana lemnisci forent, quod ait Plinius, caelari non possent, nisi quis sic existimet, quod e lana principio fuit, ex aere postea, auro, argentoue factum. Apud Germanos coronae sponsarum lemniscos etiam nunc habent, nempe vndique pendentia foliola aurea, nunc caelata, nunc rudia, quae Galli vocant *paillettes*, veluti paleolas. Festo, Lemnisci fasciolae colorisiae dependentes ex coronis: sic dictae quod antiquissimae fuerint laneae coronae. *Dal.*

Lemnisci) Festus: *Lemnisci sunt fasciae coloriae dependentes ex coronis, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum.* Hesychius: Λημνίσκες, τὰς ξενὰς Συρακούσιοι ταινίας. Capitol. in Vero pag. 37. *Coronas quin etiam datas, lemniscis aureis interpositis, et alieni temporis floribus.* Nempe ad imitationem veterum, ex lauro foliisque nexae coronae; quibus lemnisci aurei additi. Antiquitus ex auro, nunc e serico fasciolae sunt, quibus lemniscorum possit appellatio tribui, *des rubans.* Non coronis modo, sed et palmis, quae praemia Circensis victoriae, lemnisci addebantur: vnde vtraeque lemniscatae dictae. H.

e. Propter Hetruscas) Tertullianus Hetruscas duas ex auro, quae in triumphis ferebantur, describit, alteram ciuicam quernam, alteram victricem lauream. *Coronant*, inquit, *et publicos ordines laureis publicae causae: magistratus vero insuper aureis, vt Athenis et Romae. Praeferuntur etiam illis Hetruscae. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis et foliis ex auro quercinis ob Iouem insignes ad deducendas tonsas, cum palmatis togis sumunt.* Ac rursum: *Triumphi laurea foliis struitur, haec adumbratur lemniscis, et inauratis laminulis, vnguentis delibuitur*, etc. Dal.

Etruscas) Tertull. de cor. mil. anteponi ait reliquis coronis Etruscas subiicitque, *Hoc vocabulum esse coronarum, quas gemmis et foliis ex auro quercinis, ob Iouem insignes, ad deducendas tensas*

ii. Caelare eos primus instituit P. Claudius Pulcher *f.*, [1] bracteasque *g.* etiam philyrae dedit.

V. Semper *h.* tamen auctoritas vel ludicro quaesitarum fuit. Namque ad certamina in Circum per *i.* ludos et ipsi descendebant, et *k.* seruos suos

A 5

1. *bractearumque etiam philyras. V.*

sas cum palmatis togis sumebant. Plinius ipse XXXIII. 4. *Corona ex auro Etrusca.* H.

f. P. Cl. Pulcher) Is qui Consulatum Romae gessit A. V. C. DLXX. L. Porcio Licinio collega, ex Fastis. H.

g. Bracteasque) Id est, exiguos appendices squamulis similes caelatos. Intelligendum P. Claud. Pulchrum non lantum coronis addidisse lemniscos, etiam pro philyris pendulis quibusdam velut aeniis ac fasciis adtexuisse adnexisseque bracteas aureas, vel argenteas. Legendum puto, *bracteorumque etiam philyras dedit.* Dal.

Bracteasque) Tenuibusque iam, philyrae instar, ex auro argentoue laminis, quibus lemnisci constabant, adiecit tenuiores bracteas alias, quae teniarum instar adtextae ac pendulae forent. H.

h. Semper) Semper magna fuit auctoritas coronarum, etiam earum, quae ludo parabantur. H.

i. Per ludos) Ludos Consuales significat a Romulo institutos in honorem Neptuni equestris, qui artem equitandi docuit. Illis equi ac muli, tum iuncti, tum soluti, magno spectatorum studio, per circum decurrebant, mulusque pro victima sacrificabatur. Alii Equitia intelligunt ab eodem reperta, quae in Martio campo celebrabantur. Vide Alex. ab Alex. c. 26. L. V. *Dal.*

k. Et seruos suos quique mittebant) Lege: *Seruos suos equosque mittebant. Inde illa xii. tabularum lex: Qui coronam parit, ipse pecuniaue eius, virtutisue ergo duitur ei,* pro *detur* ἀρχαϊκῶς. addit Plinius interpretans verba legis: *quam serui equiue meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitauit.* Et post sequitur, *tam intus positus esset.* dele *intus.* coronam igitur virtute partam et ei qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse impositam lex iubet, et dum *positus* est, id est, collocaTo

ſuos quique mittebant. Inde illa *l.* xii. tabularum lex: Qui *m.* coronam parit *n.* ipſe, pecuniaue eius, virtu-

locatus, et dum foris effertur. Tota ergo lex ita fuit concepta: *Qui coronam parit ipſe pecuniaue eius, virtutiſue ergo duitur ei, vt ipſi mortuo parentique eius, dum poſitus eſcit, foriſue feretur, ſine fraude ſiet impoſita.* Salmaſius pag. 122. *Gron.*

l. Illa) Sic ab Vrſino emendata: QVEI. CORONAM. PARET. IPSVS. PECVNIAEVE EIVS. VIRTVTISVE. DIDITOR. IPSEIQVE. MORTVO. PARENTALIBVS. EIVS. QVOMENTVS. POSITOS. EST. QVOMQVE. FORIS. EXFERTOR. IMPOSITAD. SE. FRAVDE. ESTOD. Sententia eſt: vt qui coronam vel ipſe virtute peperiſſet, vel ſeruorum miniſterio et quadrigis, eidem ea donaretur: eique etiam mortuo acquiſita corona ſine fraude imponeretur: non tantum illis ſeptem diebus, quibus intus, id eſt, domi poſitus eſſet, ſed eo etiam die, quo cum pompa et ornatu in forum ad Roſtra afferretur. H.

m. Qui coronam) Hic duplicis coronae mentio fit. Prioris, virtute partae: de qua Cicero libris de legibus: *Iam illa ſignificatio eſt laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, et ei qui peperiſſet, et eius parenti ſine fraude eſſe lex impoſitam iubet, etc.* Poſterioris, quam pecunia comparaſſet, nimirum vel equus vel ſeruus, ſuperiore minus honorata et laudata. Imperator Alexander ciuilium munerum vacationem iis non permiſit, qui aemulis corruptis et redemptis coronati fuerant. Raeuardus cap. 15. in leg. duodecim tabul. qui ſic interpretatur, eum argui, vituperari ac reprehendi, qui pactione coronam ſit adeptus, virtutis ergo, ne id fraudi ſit iis, qui virtutem citra dolum quaerunt. Quod autem pertinet ad mortuorum coronas, Seruius adnotauit, olim cadauera per dies ſeptem domi ſeruari ſolita, rogo dari octauo die, ſepeliri nono. Turneb. cap. 1. XXIX. legit, *diuiditor*, id eſt, detrahitor, ſi pactione adeptus ſit, non virtute. Veteribus *diuidia* taedium fuit *Diuidus* Actio apud Nonium, ſeparatus. *Dal. Qui coronam parit, ipſe pecuniaue eius virtutis ergo arguitur*) Vetuſtum exemplar,

virtutis *o.* ergo [1] duitor ei. *p.* Quam serui equiue meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitauit. Quis ergo honos? vt *q.* ipsi mortuo, parenti-

1. *arduitor. Lipsius virtutis suae ergo diuiditor ei. Turn. virtutisue ergo diuiditor ei. V. virtutisue ergo diuiditur ei. Ch. virtutis ergo arguitur. Gr.*

plar, *qui coronam parit, ipse pecuniaue eius virtuti suae ergo diuiditur ei.* Scribendum reor: *Qui coronam parit, ipse pecuniaue eius, virtutis suae ergo duitur ei,* vt sit antiquo more dictum *duitur*, pro *datur.* nam Sexto Pompeio auctore *duis* dicebant pro *dederis.* Pint.

n. Parit) Facit, pactione acquisiuerit. Raeuard. c. 15. in leg. 12. tab. Plinium tamen legisse, *parit*, ostendunt sequentia verba, *Pecuniã partam*, nisi *pactam* legas. *Dal.*

o. Virtutis ergo arguitur) Vexatissimus locus. Voss. duo, Acad. et Gud. *virtutisue arguitur.* Turnebus 18. XXIX. Adu. in quibusdam libris ait reperiri, *virtutisue ergo diuiditur ei*, in quo literam vnam mutat, vt sit *diuiditor*: vel coniicit *inditor. ei* Gifanius Lucretiano Indice in *Arlabitur*, *arduitor* seu *ei arductor.* Quod et Lipsio placuit epist. q. 4. 27. Vossianus primus *virtutisue ergo duitur ei.* Sic manus vetustissima. Sed sollicitauit eam posterior et ex *d* fecit *g*, relicta tamen, vt satis appareat, exstante virgula. Itaque scribas censeo *Qui coronam parit ipse pecuniaue eius, virtutis suae ergo duitor ei.* Vt fere Pintianus et Salmasius ad Solin. p. 122. quibus hoc testimonium praebendum erat. *Gron.*

p. Duitor ei) Ἀρχαϊκῶς, more vetusto, pro *dator ei.* In MSS. R. 2. etc. *diuiditur*: non, vt editi, *arguitur.* H.

q. Vt ipsi mortuo parentibusque eius, dum intus positus esset, forisue, etc.) In vetusto codice, *merito* legitur, non *mortuo*: et *impositus*, non *intus positus.* Quid si legas non *impositus*, sed *in potibus*, hoc est in conuiuiis. vt infra hoc capite: *In potu atque hilaritate praecipue odorum vi surrepente.* Pint. *Vt ipsi mortuo, etc.)* Graecis mos etiam fuit coronatos mortuos efferre Cicero in orat. pro L. Flacco, Smyrnaeorum plebiscito decretum fuisse narrat, vt mortuus Castricius in oppidum

rentibusque eius, dum intus positus r. esset, forisue [1] ferretur, sine fraude esset imposita. Alias in vsu promiscuo ne [2] ludicrae quidem erant.

VI. Ingensque et [3] hic seueritas. L. Fuluius argentarius s., bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus, ex t. auctoritate Senatus in carcerem [4] abductus, non ante finem belli emissus est. P. Munatius, quum demptam Marsyae v. coronam e floribus

1. *efferretur.* V. 2. *ludiae Turn. et V. cod.* 3. *Sic ex MSS. Hard. conf. Ch. his M. hunc Gr. et Al.* 4. *adductus. Pint.*

pitum introferretur, quod aliis non concedebatur: deinde, vt ferrent ephebi: postremo, vt aurea corona imponeretur mortuo. Apud Aristophanem ἐν Ἐκκλησιαζέσαις, maritus vxorem increpans, quod se in lectulo dormiente, veluti cadauer reliquisset. ὤχε καταλιπῦσα ὡσπερεὶ προκείμενον, μονονεχὶ ςεφανώσασ', ἐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον. Dal.

Parent.) Haud legisse satis diligenter eam legem Vrsinus, vel ex eo loco intelligitur, quum PARENTIBVS, pro PARENTIBVSQVE scripsit. Nam praeter Plinium accedit Tullii ipsius auctoritas, ita legem referentis, de LL. II. *Illa iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, coronam virtute partam, et ei qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet.* Vide et Suidam verbo κατάγειν. H.

r. Positus esset) Graecis est, προτίθεσθαι, de cuius verbi notione et prisca consuetudine vide quae notata sunt supra ad c. 11. L. XVI. *Dal.*

s. Argentarius) Τραπεζίτης, *vn Banquier.* H.

t. Ex auctoritate senatus in carcerem adductus) Antiquum exemplar, *Missus*, non *adductus.* Confirmant eam lectionem verba quae statim sequuntur: *non ante finem belli emissus est.* Pint.

v. Marsyae coronam) Marsyas Liberi patris minister in ciuitatibus libertatis fuit indicium. *Dal.*

Marsyae) Capiti eius Dei impositam. Marsyas minister Liberi Patris per ciuitates liberas in Foro positus, liber-

ribus capiti ſuo impoſuiſſet, atque ob id duci eum in vincula Triumuiri iuſſiſſent, appellauit *x.* Tribunos Plebis. Nec *y.* interceſſere illi: aliter

libertatis indicium eſt, qui erecta manu teſtatur, nihil vrbi deeſſe, inquit Seru. in Aen. IV. v. 58. H.

x. Appellauit tribunos plebis.) Voſſ. *plebi*, vt Liuius, alii paſſim Lib. XXVIII. 9. *Diuiſus tribunus plebei*, Chifl. et Voſſ. idem. *Gron.*

y. Nec interceſſere illi, etc.) Senſus eſt, Tribunos non interceſiſſe, ſed caſtigandum cenſuiſſe Munatium, ſeueriore et longe alia diſciplina Romanorum, quam Athenienſium, apud quos iuuenes comeſſabundi, poti, vino madidi licenter ac inſolenter Philoſophorum ſcholas adeunt, illos audituri. Nam corruptiſſimi et perditiſſimi fuerunt Athenienſium mores, vt inquit Theopompus apud Athenaeum Lib. XII. iuuenibus apud tibicines et ſcorta verſantibus, aliquanto grandioribus occupatis in teſſerarum luſu et eiuſmodi petulantia: vniuerſoque populo plus ſumptus faciente in publicas epulas ac viſcerationes, quam in gubernanda ciuitate. Eo vero crimen probroſius, quod Philoſophis operam darent, quorum monitis ac praeceptis reuocari debuerant ab ea intemperantia, quum Romae Philoſophi nulli eſſent, qui iuuenes ad virtutem et probitatem erudirent. Putat Cuiacius hic ſignificari Polemonem, qui quum, auctore Laertio, comitatus ſodalibus aliquando ebrius ac coronatus ſcholam diſputantis de temperantia Xenocratis ingreſſus fuiſſet, ab eo nihil deterrito, ſed acrius et animoſius rem quam ceperat, tractanti, ſic eſt caſtigatus, et ad ſaniorem mentem reductus, vt eam vitae impuritatem peroſus, philoſophiae ſe totum tradiderit, et vita functo Xenocrate eius ſcholae praefuerit. Horat. Serm. II. - - - *Quaero, faciaſne quod olim Mutatus Polemon: ponas inſignia morbi, Faſciolas cubitale, focalia: potus vt ille Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas.* Athenienſium iuuenum, faces vibrantium, Erynniumque cultu pauorem incutientium proteruiam in Socratem, multa iam nocte a coena domum redeuntem, narrat Rhodig. cap. 40. XXI. *Dal.*

Nec) Sed caſtigandum cenſuere. H.

ter z. quam Athenis, vbi [1] commessabundi iuuenes ante meridiem [2] conuentus sapientium quoque doctrinae frequentabant. Apud nos exemplum licentiae huius non est aliud quam filia *a.* Diui Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam, literae *b.* illius Dei gemunt.

VII. Florum quidem populus Romanus honorem Scipioni tantum [3] habuit. Serapio *c.* cognominabatur, propter similitudinem [4] suarii cuiusdam

1. *commissabundi. Ch.* 2. *conuentus quoque sapientium doctrinae caussa, etc. Dal.* 3. *adhibuit M.* 4. *mancipii suarii. S. cap. 12. Lib. VII.*

z. *Aliter*) Contrario Atheniensium more, apud quos iuuenes comessabundi ludum Philosophicum petebant. H.

a. Filia) Iulia, de qua diximus VII. 46. Vt ad statuam Marsyae in Foro positam, meretriculae conuenirent, impudicitiaeque suae testem corollam alicui minorum gentium Deo imponerent, malo te a Lipsio, si pudor suadet, ediscere, de Ant. Lect. III. pag. 120. quam immorari me in ista tenebris Stygiis digna foeditate. De Iulia Seneca de Benef. VI. 32. *Augustus flagitia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus vrbem . . . quotidianum ad Marsyam concursum, quum ex adultera in quaestuariam versa, etc.* H.

b. Literae) Ita MSS. omnes. Sic dolenter scriptas litteras eas innuit, vt ingemiscere quodammodo viderentur. Deum autem vocat, vt VII. 46. *In summa Deus ille, caelumque nescio adeptus magis, an meritus*, etc. H.

c. Serapio) Is quem Serapionem quoque cognominatum vidimus VII. 10. Quem quum et Tribunum fuisse plebis, et dignum Africanorum familia, Plin. dicit, seruili origine fuisse eum, sed manumissum ab aliquo e Scipionibus, propterea que Scipionem cognominatum, oblique significat. H.

dam negotiatoris. Ob *d.* id erat in Tribunatu [1] plebi admodum gratus, dignusque Africanorum familia. [2] Nec erat in bonis funeris impensa. Asses *e.* ergo contulit populus, ac funus elocauit: [3] quaque praeferebatur, flores *f.* e prospectu omni sparsit.

VIII.

1. plebei Gr. et Al- *2. Defuit in. M.* *3. et qua parte ferebatur. M.*

d. Ob id erat in tribunatu plebei, etc.) Tres hoc in loco errores Plinii annotat nobilissimus et doctissimus Baro Rich. Stein. de famil. Rom. Cornel. *Gron.*

e. Asses) Factitatum id et alias vt in funere Valerii Publicolae regum exactoris: Menenii Agrippae, qui populum cum Senatu in gratiam adduxerat: Q. quoque Fabii Maximi, vt Val. Max. prodidit V. 2. p. 253. His aere collato a populo R. iusta sunt peracta. Huc pertinet vetus inscriptio apud Gruterum p. 488.

M. VINICIO. P. F.
POST. MORTEM.
MUNICIPES. SVI.
AERE CONLATO.
PIETATIS CAUSA.
PP. H.

f. Flores e prospectu omni sparsit. Etiam tunc, etc.) Rosa, myrto apud Euripidem in Electra et Plutarchum in Aristide poto apud Theophr. VI. historiar. et aliis omne genus floribus ornata coronataque sepulchra olim fuisse, e multis scriptorum locis cognoscimus. Anacreon oda in Rosam: τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει. Sophocles in Electra: καὶ δὴ λέγω σοὶ πᾶν ὅσον κατειδόμην, ἐπεὶ γενὺ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον, ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀν θέων θήκην πατρός. Serta illa, vt videre est in vrnis ac sepulchris antiquis, taeniis laneis coloris, id est, suo tantum et natiuo colore tinctis, implicabantur et nectebantur. Magio c. 17. L. II. *Dal.*

Flores) E pergulis, e fenestris, vnde prospectus in vicum. Supra XIX. 19. *Praefigi prospectus*, hoc est, obstrui fenestras. Has ἀνθέων

VIII. Et iam tunc coronae Deorum *g.* honos erant, et Larium *h.* publicorum priuatorumque, ac *i.* sepulchrorum, et Manium: summaque *k.* auctoritas [1] pactili *l.* [2] coronae. Sutiles *m.* Salio-

1. fictili. Ch. *2. Sic ex* MSS. *H. coronae vt in Saliorum sacris inuenimus solemnes et coenis. Turn. sutiles aliorum sacris Gr. et Al.*

θεῶν βολὰς florum sparsiones receptas in eos, quos honore volebant affectos, Lipsius ad Taciti XV. iam olim ex variis auctoribus adnotauit. id obseruatum quoque in Bruti funere, auctor est Dion. Halic. V. In funere etiam filiae Virginii XI. H.

g. Deorum) Vetus inscriptio in thesauro Goltzii p. 272. CORONAE. CENTENAE. FORTUNAE. PRIMIGENIAE. DEDICATAE. H.

h. Larium publicorum) Lar apud Plautum in Aulularia, *Aut filia vna est, ea quotidie mihi Aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat: Dat mihi coronas.* Dal.

h. Larium) Compitalium scilicet, de quibus diximus in N. et Em. ad III. N. XLIV. Adi quoque Not. et Em. ad hunc librum, N. II. De priuatis atque domesticis, Cato de R. R. c. 143. *Villica focum purum circumuersum, quotidie priusquam cubitum eat, habeat, Kalendis, Idibus, Nonis, festus dies quum erit,* CORONAM *in focum indat, perque eos dies Lari familiari pro copia supplicet.* Plautus in Trinummo, act. 1. sc. 2. *Larem corona nostrum decorari volo.* Iuuenal. Sat. 9. *O parui nostrique Lares, quos thure minuto, Aut farre, aut tenui soleo exornare corona!* H.

i. Ac sepulchrorum) Decem viri olim sustulerunt sumptuosam respersionem id est, murratam potionem: longas coronas, quibus ornabantur busta, sepulchra, sellae curules, theatra, currus triumphantium: nam rotundis homines vtuntur: et acerras, de quibus adnotatum supra cap. 17. L. XII. *Dal.*

Ac sep.) Idem Tibull. II. 4. *Atque aliquis senior veteres veneratus amores, Annua constructo serta dabit tumulo.* Aram sepulcralem coronari solitam, ex veteri inscriptione scito, quae apud Gruterum exstat, pag. 715. H.

k. Summaque auctoritas) Le-

Saliorum *n.* sacris inuenimus, et solemnes coenis. Transi-

Legend. *Summaque auctoritas pactili coronae, vti Saliorum sacris inuenimus sollemnes coenas. Transiere deinde rosaria, eoque luxuria processit, vt non esset gratia nisi e mero folio sutilis mox petitis ab India, aut vltra Indos. Lautissimum quippe habetur e nardi folio eas dari, aut veste Serica versicolori vnguentis madidas. Hunc habet nouissime exitum luxuria feminarum.* feminarum luxuria sericae vestes. Vide *Salmas.* p. 557. a.

l. Pactili coronae) Plectilis meminit Plautus in Bacchidibus: *Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.* πλεκτὸς Xenophani Colophonio apud Athenaeum, κυλιςὸν Eubulo comico. Apud Graecos sponsae, quae ad virum iturae erant, ex obuiis floribus coronam sibi texebant, quam sub flammeo capiti imponerent. Probrosum enim fuisset emptam gestare. Alex. ab Alex. cap. 5. II. *Dal.*

Pactili) Seu plectili, quod idem est. E multiplici flore, folioque textae. *Plexa*, inquit Festus, *colligata significat, ex Graeco πλέκω,* id est, concinno, texo, necto. Πλεκτὸν Graeci dicunt, et πηκτὸν a πηγνύω compono. H.

m. Sutiles aliorum sacris inuenimus) Leg. *Saliorum.* De horum institutione, ritu, saltationibus, carmine, ancyliis et conuiuiis sumptuosis abunde multa Alex. ab Alex. cap. 26. L. I. Salius Arcas Aeneae comes, Saliorum Marti Gradiuo sacrorum saltationem instituit. Ab eo dicti Salii. *Varro.* In denariis Romanis Salius effingitur amictus veste longa, dextra manu caduceum tenens, sinistra clypeum, capite galea tecto prominenti, ad vtramque autem apice oblongo et acuto. *Vrsinus* 23. Dal.

Sutiles) Haec pactilibus opponuntur; e rosarum foliis consutae. Martial. V. ep. 65. *Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo, Lassenturque rosis tempora sutilibus.* Et IX. ep. 91. ad Flaccum: *Perfundas glaciem triente rubro: Frontem sutilibus rubor coronis.* Et ep. 94. *Sutilis aptetur decies rosa crinibus.* Sic et *lapillos sutiles* Prudentius appellat, hymno 7. v. 158. et hyacinthos sutiles, in Hamartigenia, v. 268. H.

n. Salinorum) Salii sacerdotes Romae fuere, a saliendo dicti, quod vage per vrbem cursitantes salire soliti. Varro de L. L. IV. *Salii a sal-*

Transiere deinde ad *o.* rosaria: eoque luxuria processit, vt non esset gratia nisi *p.* mero folio: sutilibus mox petitis ab India, aut vltra Indos. Lautissimum quippe habetur e nardi folio eas dari, aut veste serica versicolores vnguentis madidas. Hunc habet nouissime exitum luxuria feminarum.

IX. Et apud Graecos quidem de coronis priuatim scripsere [1] Mnesitheus atque Callimachus medici, quae *q.* nocerent capiti: quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio, in *r.* potu atque hilari-

1. Sic et Ch. et Turn. Mnesthbeus *Gr. et Al.*

saltando, quod facere in Comitio in sacris, quotannis et solent, et debent. Inde saliares epulae, pro lautis et opiparis, quia tales erant Saliorum. Vide Festum. H.

o. Rosaria) Coronas e solis rosis. *Dal.*

Ad) Vt e solis rosis coronae necterentur. H.

p. Mero folio) Merum folium dicit aroma Indicum, non autem floris rosae folia. *Dal.*

Nisi) Rosarum foliis, e quibus sutiles coronae: quum antiquitus totae rosae sutilibus insererentur. Sed eo tandem luxuria processit, vt fastidita gratia floris pulcherrimi, eius tantum folia retenta sint, quae vt alia aliis veluti squamatim insererentur, inuenta est conditurae ratio, qua sic macerarentur, vt manus artificis, et puncturas quibus necterentur, pati possent. Tradit eam rationem Apicius de re culin. c. 1. H.

q. Quae) Aristot. ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασιν inquit Athen. XV. p. 692. hoc quaerit, cur magis canescant, qui vnguento magis caput illinunt, causasque aliquas affert, quae in Problematum libro hodie non leguntur. H.

r. In potu atque hilaritate) In epulis coronatos accubuisse ostendunt Aristophanes in Equitibus, Plautus in Pseudolo, Ouidius: *Ebrius incinctis philyra conuiua capillis Saltat et imprudens vtitur arte mero.* Martialis: *Pinguescat nimium madidus mihi crinis amomo, Lassenturque rosis tempora sutilibus.* Rhodiginus cap. 26. et 28. Lib. XXVII. Huc spectat quaestio apud Plutarch. in

laritate praecipue odorum *s.* vi surrepente fallaciter, [1] scelerata Cleopatrae solertia. Namque [2] in apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginae Antonio timente, nec nisi praegustatos cibos sumente, fertur *t.* pauore eius lusisse, extremis coronae floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate inuitauit Antonium, vt coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu: En *v.* ego sum inquit, illa, [3] Marce Antoni, quam tu noua praegustantium diligentia caues: [4] adeo *x.* mihi, si possim sine te viuere, occasio aut ratio [5] deest. Inde eductum custodia bibere iussit, illico [6] exspirantem. De *z.* floribus su-

1. *sceleratae.* *Ch.* 2. *Sic ex* MSS. *H. conf. Ch. namque apparatu Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *em. H. chare Antoni Gr. et Al.* 4. *ideo. M. At mihi si possim sine te viuere, occidendi ratio adest. V.* 5. *adest. Inde ductum in custodiam bibere iussit, illico expirantem. M. deest. Inde eductum custodiam, etc. Turn. Inductam custodiam, etc. expirantem. Ch.* 6. *Sic ex* MSS *H. illico exspirante Gr. et Al.*

in Sympos. I. 3. An inter pocula coronis et sertis vtendum sit. *Dal.*

s. Odorum vi surrepente fallaciter; scelerata Cleopatrae solertia) Scribendum puto *non fallaciter* sed *fallacis et*; iungendaque ea verba inferioribus, vt in totum legatur sic: *Fallacis et sceleratae Cleopatrae solertia. Namque in apparatu belli Actiaci.* ita enim in codice vetere habetur. *Pint.*

t. Fertur pauore eius lusisse) Sic quidem exemplar antiquum, sed placet magis legatur, *pauori eius illusisse.* Dal.

v. En ego sum, inquit, illa chara Antoni) Non *chare* legit idem exemplar, sed *in arce*, lego *Marce.* Dal.

x. Adeo) Εἰρηνικῶς. H.

y. Inde) Reum vnum aliquem. H.

z De floribus extra supra dictos) Romana et Parmensis

1 supra *a.* dictos scripsit Theophrastus *b.* apud Graecos. Ex nostris autem inscripsere aliqui libros Anthologicon *c.*: flores vero 2 persequutus est nemo, quod equidem inueniam. Nec nos nunc scilicet coronas nectemus: id enim friuolum est: sed de floribus, quae videbuntur digna, memorabimus.

X. Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia nouere, ac paene violas rosasque tantum. (IV.) Rosa nascitur spina verius, quam frutice, in *d.* rubo quoque proueniens, illic etiam iucundi odoris, quamuis *e.* angusti. Germinat omnis

1. supradictis. Ch. extra supradictos Gr. et Al. 2. prosecutus. M.

sis et reliquae impressiones, non *De floribus* habent, sed *De coronis.* At exemplar nostrum *De floribus* praefert, sicque omnino legendum. Ceterum verba illa mox paulo sequentia, *Flores persequutus est nemo*, emendanda erunt scribendumque est vice versa, *Coronis persequutus est nemo.* Vocum igitur permutatio facta est. Nam si legamus, *flores persequutus est nemo*, quid obsecro in libris, quos statim ante memorat, inscriptis Anthologicon, hoc est florilegiorum, tractabatur nisi flores? *Dal.*

De floribus extra supradictos) Annotant in Chiflet. esse *supradictis.* Vereorne neglexerint obseruare ibidem abesse τὸ *extra.* Certe sic Vossianus: *de floribus supra dictis.* Andeg. *de coronis supradictis*, sed ita, vt super τῷ *coronis* habeat, vel *floribus.* Legendum autem: *De floribus supra dictos scripsit Theophrastus.* Gron.

a. Supra) Praeter dictos ante scriptores. H.

b. Theophrastus) Theophr. de hoc argumento scripsit inprimis Hist. Plin. VI. 6. 7. H.

c. Anth.) Ἀνθολογικῶν. Vox ea florilegium seu librum collectaneorum sonat: non quod de floribus hortorum hi libri tractarent, sed quod sententiarum flores ex variis scriptoribus collectos continerent. H.

d. In rubo quoque proueniens) Cynosbato. *Dal.*

In) In cynosbato, de quo, XVI. 71. H.

e. Angusti) Late se non spargentis. *Dal.*

Quam

omnis primo inclusa granoso *f.* cortice. Quo mox intumescente, et in *g.* virides alabastros [1] fastigato, paulatim rubescens dehiscit, ac *h.* sese pandit, *i.* in calycis medio sui [2] stantis complexa luteos apices. Vsus eius in *k.* coronis prope [3] minimus est. Oleo maceratur, idque iam a Troianis temporibus, Homero

1. Sic ex MSS. *H. fastigiato Gr. et Al.* *2. stanteis V.* *3. nimius. V.*

Quamuis) Nec late sese spargentis. H.

f. Granoso cortice) Veluti granis asperso et scabro. *Dal.*

Granoso) Intus veluti quibusdam granis scabro. Nodum enim, seu globulum eum, quo semen continetur, corticem Plinius nuncupat, non semel. Nam infra: *Tardissime proueniunt semine, quod in ipso cortice est.* Μῆλον Theophr. appellat Hist. VI. 6. Vmbilicum, ὀμφαλὸν Aristotel. probl. s. 12. q. 8. H.

g. In virides alabastros fastigato) Papillatos corymbos vocat Hieronymus. Dehiscentem in calathum fundi aiunt. Rhod. c. 26. XXVII. *Cobiuum* et *coniuum* Glossarii auctor vocat κάλυκα ῥόδα μεμυκότα. Vide Scalig. in Festum, voce Coniuola. *Dal.*

In virides) Alabastrum vocat rosae calycem, antequam ea sit expansa: a similitudine nimirum cum alabastro, vase vnguentario, cuius est longitudo fastigata, in pleniorem orbem desinens, vt Plinius ipse ait IX. 56. Poeta quidam pyramides vocat, quos Plinius alabastros: et calathos, quos ille calyces: *Prima dies ostendit spicula florum, Altera pyramides nodo maiore tumentes: Tertia iam calathos.* H.

h. Ac sese pandit, etc.) Lege: *ac sese pandit in calyces, medio sui stantes amplexa luteos apices.* Salmas.

i. In) Forte sincerius, *sese pandit in calyces, medio sui stantes complexa luteos apices.* Calyx vocatur, qui lutea stamina seu apices, et floris folia continet. H.

k. In coronis) Prae ceteris vtilitatibus, quas rosa praebet: nam et oleo praeterea maceratur, et in vnguenta transit, et emplastris inseritur, etc. Hunc locum Barbarus praue intellexit:

mero *l.* teste. Praeterea in vnguenta transit, vt *m.* diximus. Per se medicas artes praebet. Emplastris atque collyriis inseritur mordaci [1] subtilitate. Mensarum *n.* etiam deliciis [2] perungendis minime noxia. Genera eius nostri fecere celeberrima, Praenestinam *o.* et Campanam. *p.* Addidere alii Milesiam, [3] cui sit ardentissimus colos, non [4] excedenti duodena folia. Proximam ei Trachinime *q.* minus rubentem. Mox Alabandicam viliorem, albicantibus foliis. [5] Vilissimam *r.* vero plurimis,

1. *vtilitate.* *Alii.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. integendis Vet.* *inungendis Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. cuius - - excedentis Gr. et Al.* 4. *excedenteis. V.* 5. *Sic et M. et Ch. vtilissimam Gr. et Al.*

legit: dum *nimius*, contra codicum fidem, et mentem scriptoris reposuit. H.

l. Homero teste) Iliados ψ. ῥοδόεντι ἐλαίῳ. *Dal.*

Homero) Il. ψ. v. 186. vbi oleum rosaceum memoratur: Ῥοδοέντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ. H.

m. Vt d.) Lib. XIII. 2. H.

n. Mensarum etiam deliciis) Solebant Romani non solum mensas ad conuiuia structas, vt nunc fit, rosarum foliis contexere, sed etiam epularum ferculis ea inspergere, tuta et minime noxia voluptate. Quidam exponunt mensas citreas in summis deliciis habitas inungi rosarum succo, qui ob amarorem intactas et illaesas eas seruaret a carie et tineis. Heliogabalus in recumbentes conuiuas per laquearia, veluti per impluuium, rosas effundi iubebat. Quidam et puluinos tricliniares ac cubitorios rosis farciebant. *Dal.*

o. Praenestinam) Ea est quam vulgus Prouinialem appellat, *Roses de Provins*, vt quidem Clusius arbitratur, Hist. rar. plant. I. 114. H.

p. Campanam) Vbi nimirum biferi, vt Maro cecinit, rosaria Paesti. H.

q. Trachiniam) Ab Heracleae agro, quae Trachin appellata est, vt vidimus IV. 14. H.

r. Vilissimam) Ita MSS. R. Colb. Ch. non *vtilissimam.* Recte: antecedit enim *viliorem.*

mis, ſed minutiſſimis, ſpineolam. Differunt *t.* enim multitudine foliorum, aſperitate, laeuore, colore, odore. Pauciſſima quina folia, ac deinde numeroſiora: quum ſit genus eius, quam centifoliam *t.* vocant: quae eſt in Campania Italiae, [1] Graeciae vero circa Philippos: ſed ibi non ſuae terrae prouentu. *v.* Pangaeus [2] mons in vicino fert, numeroſis foliis ac [3] paruis: vnde accolae transferentes conſerunt, [4] ipſaque plantatione proficiunt. Non *x.* autem talis odoratiſſima eſt, [5] nec cui latiſſimum [6] maximumque folium. Breuiterque *y.* indicium eſt odoris, ſcabritia *z.* corticis. Caepio Tiberii Caeſaris principatu, negauit centifoliam in coronas addi, praeterquam extremos velut ad [1] cardines. Nec *a.* odore, nec ſpecie probabilis eſt, quae Grae-

1. *Graecia vero. V.* 2. *namque mons. M.* 3. *paruis. Inde. V.* 4. *ipſaeque. V.* 5. *ſed. Theoph.* 6. *maximumue. M.*

liorem. Spineola vero a ſpinarum denſitate, quibus eſt obſita, nomen traxiſſe videtur. H.

s. Differunt etiam multitudine, etc.) Haec ex Theophraſt. cap. 6. L. VI. hiſtor. *Dal.*

Differunt) Haec pariter tradit Theophr. Hiſt. VI. 6. H.

t. Centifoliam) Et nos trecentifoliam maximam in horto Regio vidimus, flore, vt aiunt, incarnato: eamque odoris periucundi. Centifoliam quoque Batauicam, qualis a Cluſio delineatur, Hiſt. rar. plant. p. 113. H.

v. Pangaeus) Theophraſt. ἐκ τȣ̃ Παγγαίȣ. H.

x. Non) Theophraſt. l. c. H.

y, Breuiter) Theophr. ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις εὐώδη μᾶλλον, ὧν τραχὺ τὸ κάτω. *Odoratiores ſunt inter amplas, quibus pars ima ſcabra.* H.

z. Scabritiae corticis) Eius quod infra roſam eſt aſperitas. Theophraſt. *Corticem* vocat corticoſum alabaſtrum, qui ſemen continet, vt paulo poſt ſequitur. *Dal.*

a. Nec odore) Vide N. et Em. N III. (hic adi) *Nec)* Minus commode prius legebatur, *Nec odore, nec ſpecie probabilem, et quae Graeca,*

Graeca [1] appellatur a noſtris, a Graecis lychnis *b.*, non niſi in humidis locis proueniens, nec vmquam excedens quinque folia, [2] violaeque magnitudine, odore nullo. Eſt et alia Graecula appellata, conuolutis foliorum *c.* paniculis, nec dehiſcens niſi manu coacta, ſemperque naſcenti ſimilis, latiſſimis foliis. Alia *d.* funditur e caule maluaceo, folia [3] oleae habente, [4] moſceuton *e.* vocant. Atque

1. margines V. cardines, nec odore, nec ſpecie probabilem, et quae Graeca Gr. et Al. 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. magnitudinem M. violae magnitudine Gr. et Al.* 3. *vlmi. V.* 4. *aceton M. Lege, moſcheuton.*

ca, etc. oratione nec ſatis apte cohaerente, nec quae ſimilitudinem veri vllam habeat. Quis enim centifoliam roſam, de qua proxime antea ſermo, ad quam prior ſententiae huius pars referebatur olim, ſi minus odore, at ſpecie ſaltem, quodcumque demum genus illud roſae ſit, negauerit eſſe commendabilem probabilemque? H.

b. Lychnis) Quidam inodoratam et puſillam roſam rubram indicari volunt, Vere et autumno prodeuntem, quam vulgo vocamus *Damas rouge.* Alii lychnidem Dioſcoridis coronariam herbam, flore violae, purpuraſcente, a Plinio intempeſtiue recenſeri putant inter roſarum genera. Noſtrates certe ob ſimilitudinem, quam is flos habet cum roſa, lychnidem vocant, *Paſſeroſe.* Dal.

Lychnis) Dioſcoridis haec coronaria lychnis eſt, ſiue ſatiua, de qua conciſa breuitate Graecus auctor, III, 114. Λυχνὶς ςεφανωματικὴ, ἄνθος ἐςὶν ὅμοιον λευκοΐῳ, ἐμπόρφυρον δὲ, πλεκόμενον εἰς τὰ ςεφάνια. Pingitur a Dodonaeo p. 170. Galli vocant *Oeillet - Dieu*, ou *Paſſe roſe.* H.

c. Foliorum) Quidquid ſublonga et ſubrotunda forma tumet, vt hic roſae foliorum globulus, panicula appellatur. H.

d. Alia) Forte Althaea, *roſe d'outre-mer*, ſed peregrina, ab vnicauli malua, de qua diximus ſuperiore libro,

que inter has media magnitudine autumnalis, quam coroneolam [1] vocant. Omnes sine odore, praeter coroneolam et in rubo natam: tot modis adulterantur. Et alias vera [2] quoque plurimum solo praeualet. Cyrenis *f.* odoratissima est: ideoque ibi vnguentum pulcherimum. Carthagine Hispaniae, hieme tota praecox. Refert et caeli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata prouenit. Praeterea *g.* [3] omnis siccis quam humidis odoratior. Seri nec [4] pinguibus vult, nec argillosis locis, nec riguis, contenta *h.* raris, proprieque ruderatum *i.* agrum amat. Praecox Campana est, [5] sera Milesia. Nouissime tamen desinit Praenestina. Fodiuntur altius quam fruges, leuius quam vites. Tardissime proueniunt semine, quod *k.* in ipso cortice est, sub ipso [6] flore, opertum lanugine:

1. *appellant. Ch.* 2. *quaeque. V.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et M. locis omnis Gr. et Al.* 4. *neque ping. neque arg. Ch.* 5. *Sic ex* MSS. *H. et M. Campana, sera Gr. et Al.* 6. *fere, M. Lege, quod sub ipso cortice est fere, opertum. M.*

libro, diuersa, etsi commune nomen vtrique vulgus imposuit. Vidimus in horto Regio. H.

e. Mosceuton) In quibusdam MSS. *muceuton.* In aliis *aceton.* H.

f. Cyrenis) Theophr. Hist. VI. 6. Εὐοσμότατα δὲ τὰ ἐν Κυρήνῃ. διὸ καὶ τὸ μύρον ἥδιστον. H.

g. Praeterea) Omnis rosa scilicet. Didymus in Geop. XI. 19. p. 315. Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὡς ἐν τοῖς ἀνύδροις ῥόδα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κρίνα εὐωδέστερα ἐστι. H.

h. Contenta raris) Scribendum puto *contenta ruderibus.* vnde et statim subiungit: *Proprie ruderatum agrum amat.* legendum *ruderaceum,* non *ruderatum*, ex vetusto codice. et mox paulo *nouissima*, non *nouissime*, in eodem. *Pint.*

i. Ruderatum) In quo rudera, veterumque aedificiorum materies plurima inest. H.

k. Quod) Sic Theophr. l. c. Φύ-

ne: ob id potius caule *l.* conciſo inſeruntur: [1] et ocellis *m.* radicis, vt arundo, vnum genus inſeritur pallidae, ſpinoſae, longiſſimis virgis, quinquefoliae, [2] quae e Graecis *n.* altera eſt. Omnis *o.* autem reciſione atque vſtione proficit: tranſlatione *p.* quoque, [3] vt vitis, optime ocyſſimeque prouenit, ſurculis quaternûm digitorum longitudine, aut ampliore, poſt Vergiliarum occaſum ſata: dein per Fauonium tranſlata, pedalibus interuallis, crebroque circumfoſſa. Qui *q.* praecocem faciunt, pedali circa radicem ſcrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calyce.

XI. (V.) Lilium roſae nobilitate proximum eſt, et quadam cognatione vnguenti oleique, quod

1. *At V.* 2. *quae. Graecula. M. Lego, a Graeculis altera eſt. Dal.* 3. *vt vitis optima. Ch.*

φύεται μὲν οὖν ἡ ῥοδωνία καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος· ἔχει δὲ ὑπὸ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μήλῳ . . . ἔχον δέ τινα χνοῦν. Quid cortex ſit, ſuperius diximus. H.

l. Caule conciſa inſeruntur) Malleolis ex caule deciſis. *Dal.*

Caule) Malleolis a caule deciſis. Theophr. Hiſt. VI. 6. κατακόπτοντες τὸν καυλὸν φυτεύουσιν. H.

m. Et ocellis radicis) De Lilio id Theophraſtus capite 2. Lib. II. hiſtoriar. *Dal.*

Et ocellis) Quid ſint in arundine oculi, diximus XVI. 67. Quod genus illud ſit roſae pallidae ſpinoſae, Graeculae, quinquefoliae, non ſatis compertum. H.

n. E Graecis) Quae paulo ante Graecula appellata. H.

o. Omnis) Theophr. l. c. H.

p. Translatione quoque) Optimus: *translatione quoque, vt vites, optime ociſſimeque prouenit.* Idem Chiflet. et Andegau. flagitant. *Gron.*

q. Qui) Pallad. III. in Febr. t. 21. *Si roſam temperius habere volueris, duobus palmis ab ea in gyrum fodies, et aqua calida bis rigabis in die.* Sic Didymus in Geop. l. c. H.

quod *r.* lirinon appellatur. Et *s.* [1] impositum etiam maxime rosas decet, medio prouentu earum incipiens. Nec vlli florum excelsitas maior, [2] interdum cubitorum trium, languido semper collo, et non sufficiente capitis oneri. Candor *t.* eius eximius, [3] foris striati, et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique *v.* filo [4] et [5] semine, stantibus in medio crocis. Ita odor, colorque duplex et alius calycis, alius staminis, differentia angusta. In vnguenti vero oleique vsu, et folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba, quam conuoluulum *x.* [6] vocant, nascens per

1. Appositum. V. 2. caule interdum. V. 3. Sic ex MSS. Hard. foliis foris striatis . . . laxantibus Gr. et Al. 4. pilo. Ch. 5. staminis. V. et staminum. Alii. 6. vocant. Nascitur. V.

r. Quod) Λειρινὸν: nam aeque Graeci λείριον lilium appellant. Iidem et σέσινον nuncupauere, vt diximus XIII. 2. Diosc. III. 16. de lilio; ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρίσμα κατασκευάζεται, ὅ τινες λειρινὸν, οἱ δὲ σέσινον καλοῦσι. H.

s. Et imp.) Mallem *interpositum.* Intelligit enim, opinor, gratiam hortorum, vel coronarum, non esse leuem, quemadmodum Maro cecinit Aen. XII. *Mixta rubent vbi lilia multa Alba rosa.* H.

t. Candor eius eximius) Lege: *Candor eius eximius, foris striati et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, etc.* Post: *Tertio generi cetera eadem, calyx herbaceus.* posuit *herbaceum* pro eo quod in Dioscoride est, κροκώδες. lege ego *beluaceus*, pro herbaceus. idem mendum infra cap. 19. *Narcissi duo genera in vsum medici recipiunt: vnum purpureo flore, alterum herbaceum.* Scribendum, *beluaceum.* Color *beluaceus* et *belueus* est inter rufum et album. ita Festus: *hic plane est melinus et luteus color vel crocus.* Salmasius 102.

v. Tenuique filo et semine) Videtur scribendum *stamine*

per *y.* frutecta, nullo odore, nec crocis intus: candorem tantum referens, ac veluti naturae rudimentum lilia facere condiscentis. Alba *z.* lilia iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa: et hoc amplius lacryma *a.* sua, vt *b.* hipposelinum: nihilque est fecundius, vna radice quinquagenos saepe emittente bulbos. Est *c.* et rubens lilium, quod Graeci [1] crinon vocant. Alii florem eius [2] cynorrhodon.

1. *crinon agrion. V.* 2. *crinorbodon. V.*

ne non *semine.* vt ex sequentibus paulo infra patet. Idem *pilo* non *filo* praefert idem exemplar. *Pint.*

x. Conuoluulum) Gallis, *Lizeret.* Smilax laeuis minor a Dodonaeo vocatur, apud quem iconem eius vide. H.

y. Nascens per frutecta) Ea est, quae Iasione a Theophrasto, et ab auctore dicitur posthac cap. 17. et 22. L. XXII. *Dalec.*

z. Alba) Sic Theophr. Hist. II. 2. Ῥοδωνιὰ δὲ καὶ κρινωνία etc. H.

a. Lacryma) Th. Hist. VI. 6. Ποιεῖ δέ τινα καὶ δακρύωδη συῤῥοὴν, ἣν καὶ φυτεύουσι. *Reddit lilium lacrymarum confluxum quemdam, quem et serunt.* Et Lib. II. eiusdem operis cap. 2. Ἰδιωτάτη δὲ γένεσις ἡ ἀπὸ δακρύων· καὶ γὰρ οὕτω δοκεῖ τὸ κρίνον φύεσθαι, ὅταν ξηρανθῇ τὸ ἀποῤῥυέν· φασὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου· καὶ γὰρ τοῦτο ἀφίησι δάκρυον. *Peculiaris generatio, quae ex lacryma fit: quippe lilium ita exire videtur, quum id quod defluxit, Sole exaruerit, etc.* H.

b. Vt hipposelinum) Theophrastus cap. 4. I. causs. lilio et Hipposeliuo addit et alia quaedam, quae tamen non recenset nominatim. ὀπογενεῖς vocat has plantas auctor librorum de Plantis, qui Aristoteli adscribuntur, cuius vocis loco in exemplari deprauato legitur *opigais.* Dal.

Vt hip.) De quo XIX. 48. H.

c. Est et) Lilium illud purpureum maius Dodonaei est, pag. 198. quod in horto Regio vidimus. Galli vocant, *Lis orangé.* Diosc. III. 116. πορφυρᾶ ἄνθη κρίνου. H.

rhodon. *d.* Laudatissimum in *e.* Antiochia, et Laodicea Syriae, mox in *f.* Phaselide. Quartum locum obtinet in Italia nascens.

XII. Sunt *g.* et [1] purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, maiorisque bulbi, sed vnius: narcissum *h.* vocant. Huius alterum genus flore candido, calyce *i.* purpureo. Differentia a liliis est et haec, quod narcissis folia in *k.* radice sunt, probatissimis in Lyciae montibus. Tertio

1. *Praeterea leiria. Ex Theophr.*

d. *Cynorrhodon*) Ita libri omnes: et Hesychius: κυνόρροδον, κρίνον ὅμοιον ὑακίνθῳ. H.

e. *In Antiochia et Laodicea Syriae*) Optimus *Laudicea.* Et sic plurimum locutos *Laudumiae* apud Ciceronem, Liuium, M. Senecam, *Laudicoeni* apud Plinium, *Laudice* et *Laudamia* apud Iustinum, multaque alia demonstrant. Similiter Lib. XXIII. prooem. *maximè circa Antiochiae et Laudiciae montes*, idem codex. *Gron.*

f. *Phaselide*) Conuallis est Iudaeae, vt Plinius admonet, XIII. 9. vnde lilium Phaselidis olim appellatum est *lilium conuallium*, Cant. II. 1. H.

g. *Sunt*) Caue accepta haec putes a Theophr. VI. 6. vt visum iis, qui censoriam animaduersionem distringere in Plinium, ponunt in lucro. H.

h. *Narcissum*) Purpureus hic Virgilii narcissus, Eclog. 5. v. 38. Nondum id a nobis genus animaduersum. H.

i. *Calyce*) Calycem id vocat, quod in medio flore, circuli instar, et stamina et apices continet. Narcissum medio purpureum Dodonaeus vocat, et delineat, p. 223. Nascitur plerisque Galliae locis, in pratis, *Narcisse.* Dioscorides commendat eum, qui ἐν ὀρεινοῖς τόποις gignatur IV. 161. H

k. *In radice sunt*) In caule nulla. *Dal*

In radice) Bulbo, non cauli, haerent. Quare narcissi caulem Theophr. Hist. VI. 6. ἄφυλλον vocat. H.

[1] Tertio *l.* generi cetera eadem, calyx herbaceus. Omnes *m.* serotini. Post Arcturum enim florent, ac per aequinoctium [2] autumnum.

XIII. Inuenta *n.* est et in his ratio inserendi, monstrificis hominum ingeniis. Colliguntur *nn.* namque mense Iulio [3] scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se nodulis,

1. *Alteri*, *etc. croceus. Ex Diosc.* 2. *autumni. V.* 3. *bulbique. V. scapi florescentes liliaque. Ex. Cassiano.*

l. Tertio generi cetera eadem) Lego, *alteri generi.* Nam tantum duo genera Narcissi sunt, alterum quod florem in medio purpureum habet, πορφυροειδὲς: alterum, quod croceum, κροκῶδες. Plinius legisse videtur ποῶδες. Idem, quod in medio floris exstat *calycem* vocat, nullius Graeci auctoris exemplo. *Dal.*

m. Omnes serotini) Vterque Narcissus nobis floret Martio et Aprili. Theophr. cap. vlt. Lib. VI. alterum genus leirii per autumnum cum croco et silnestri et satiuo floret. *Dal.*

Omnes) Sic Theophr. l. c. de narcisso vniuersim: Ὄψιον δὲ σφόδρα, μετὰ γὰρ Ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις, καὶ περὶ ἰσημερίαν. Post Arcturi occasum, de quo XVIII. 74. H.

n. Inuenta est et in his ratio inserendi) Forte non *inserendi*, sed *inficiendi*, sed legendum est, vt liquet ex his quae insequuntur; praesertim ex vltimis capitis verbis: *Mirumque ita tingi aliquid vt nascatur infectum.* Pint.

Ratio) Hoc est, noua serendi ratio excogitata est, non e bulbo, sed, e radicula quam caulis emittit, vt mox dicemus. Ita MSS. omnes: nullus Pintiano fauet, qui *inficiendi* mauult. Hunc porro modum totidem fere verbis expressit Anatolius in Geop. XI. 21. p. 307. H.

nn. Colliguntur namque scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo) Scribo, *Colliguntur namque scapi arescentis lilii, qui suspenduntur in fumo:* tum ex scripto exemplari, tum etiam ex Graeco auctore, de re rustica, quem alii Constantinum, alii Heronem appellant Geo-

lis *o.*, in faece nigri vini, vel Graeci, menſe Martio macerantur, vt colorem [1] percipiant, atque ita in ſcrobiculis feruntur, heminis faecis circumfuſis. Sic fiunt purpurea lilia: mirumque *p.*, [2] tingi aliquid, vt naſcatur infectum.

XIV. (VI.) Violis *q.* honos proximus. [3] Earumque *r.* plura genera. Purpureae *s.*, luteae, albae:

1. *accipiant. V.* 2. *Sic ex* MSS. *H. merumque ita tingi Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. earum plura Gr. et Al.*

Geoponicon Lib. XI. qui hoc idem docet eiſdem ferme verbis. *Dal.*

o. Nodulis) *Nodulos* vocat radiculas bulbis ſimiles, quas, vt Caſſius prodit, caules in fumo ſuſpenſi emittunt. *Dal.*

Nodulis) E ſingulis enim nodis radiculae quaedam tum enaſcuntur, quae ſeri debent. Anatolius, l. c. H.

p. Mirumque ita tingi aliquid, vt naſcatur infectum) Optimus ablegat τὸ ita: neque huius particulae in oratione illa vllus vſus eſt. *Gron.*

q. Violis) A roſis et liliis. H.

r. Earum plura genera) Nicander in Georgicis duo tantum genera facit, ὠχρὸν, et χρυσεῖον, pallidum et luteum. Ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροις, τὰ δὲ καὶ ὥραια Φυτεύοις Ἄνθη ἰακονίηθε. γένη γὲ μὲν ἴασι δισσὰ. Ὠχρὸν χρυσεῖον τε Φύειν εἰς ὦπα ἴδεσθαι Στεῦται. Ἰωνίαδες νύμφαι ςέφος ἁγνὸν Ἴωνι Πισαίοις προθέσασαι ἐνὶ κλήροισιν, ὄρεξαν Ἤνυσε γενὺ χλάνην μετὰ δ' ἐσσυμνύος, σκυλάκεσσιν Ἀλφειῷ καὶ λύθρον ἑῶν ἐπλυύαται γυίων Ἑσπέριος νύμφαισιν Ἰαωνίδεσσι νυχάσων. *Scaliger.*

s. Purpureae) Sic auct. L. de ſimp. med. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni p. 1002. *Viola*, inquit, *ſpecies habet tres: eſt enim alba, et purpurea, et aureo colore: floreſque de radice eius excreſcunt: quibus melior habetur quae eſt purpurea.* Purpurea, quae Theophr. Hiſt. VI. 6. nigra dicitur, τὸ μελάνιον, Virgilio quoque Ecl. 10. ceteris ἴον et ἴον πορφυρὸν, a Dodonaeo pingitur, p. 156. *Violette.* Candida, quae Graecis λευκόϊον, viſa a nobis in horto Regio, ab eodem

albae: [1] plantis *t.* omnes, vt olus, satae. Ex *v.* iis vero, quae sponte apricis et macris locis proueniunt, purpureae, latiore folio, statim ab radice [2] carnoso, exeunt: solaeque [3] Graeco nomine a ceteris discernuntur, [4] appellatae Ia *x.*, [5] et *y.* ab his Ianthina vestis. E *z.* [6] satiuis maxima auctoritas luteis.

1. *plantae.* V. 2. *Carnosa.* Gr. 3. *Graeco, in Ch. d.* 4. *Sic ex* MSS. *em. Hard. et M. et v. appellata ia, vt ab. sed satiuis Gr. et Al.* 5. *et ab his iacinthina Ch.* 6. *satiuarum M.*

eodem Dodonaeo delineatur, p. 159. Luteam Clusius exhibet, hist. rar. pl. III. p. 309. quam violam montanam vocat. Galli, *Giroflée jaune.* Adde his et tricolorem, quae hos simul colores in se vna colligit, purpureum, luteum, candidumque, apud eumdem Clusium, p. 310. saepius a nobis obseruatam in horto toties appellato, cum generibus violarum aliis fere duodecim. H.

t. Plantis omnes, vt olus, satae) Luteas et albas semine nos serimus, purpureas plantis. *Dal.*

Plantis) In nostris regionibus nec lutea, nec alba, planta propagatur, sed semine: nigra vero, seu purpurea etiam plantis. H.

v. Ex iis) Sic Theophr. l. c. vbi viola nigra dicitur πλατύφυλλος, καὶ ἐγγειόφυλλος, καὶ σαρκόφυλλος. H.

x. Ia) Μελάνια. Theophr. *Dal.*

y. Et ab) Hoc est, purpurea ac violacea. *Violet pourpre* Mart. II. ep. 39. *Coccina famosae donas, et ianthina moechae etc.* Hinc *violarii* apud Plautum, in Aulul. act. III. sc. 5. qui vestes violacea purpurea infectas distraherent. H.

z. Sed satiuis maxima auctoritas, etc.) Lege: *E satiuis maxima auctoritas luteis. genera Tusculana, et quae marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore minutoque folio Calatina, munus autumni, ceterae veris. Proxima ei caltha est et concolor. Amplitudine vincit e numero foliorum Marinam quinque non excedentem.* Viola *Calatina* dicta a Calatia oppido Italiae. Vide *Salmas.* p. 1160. b.

luteis. Genera *a.* [1] iis; Tusculana, et quae marina appellatur, [2] folio *b.* aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore, minutoque folio calathiana *c.*, munus autumni, ceterae veris.

XV. Proxima *d.* ei caltha est concolori [3] amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, [4] quinque non excedentem. Eadem odore superatur:

1. *autem. Cb.* 2. *flore. Dal.* 3. *similitudine. V.* 4. *quinque folia non. M.*

a. Genera iis Tusculana) Scriptum exemplar, *genera autem Tusculana.* et paulo post *Calatina*, non *Calathiana.* vt forte neutro modo scribendum sit: sed *caltiana*, permutatis, a similitudine caltae, vt sequentia statim ostendunt. nisi quis deduci malit a calatho. *Pint.*

b. Folio) Folia intellige, quibus flos constat. H.

c. Calathiana) Calathianam alii esse volunt thylacitidem, a Dodonaeo pictam calathianae titulo: alii eiusdem campanulam. At vtraque coerulea est, calathiana vero lutea, si calthae concolor est. nam caltham luteam esse monstrant hi versus Virgilii et Columellae: *Mollia luteola pingit vaccinia caltha, Pressaque flammeola rumpatur fiscinae caltha.* Calathianam ego puto esse digitalem luteam, flore luteo, calatho simili; caltham vero nostram calendulam. Dioscoridi caltha chrysanthemum, siue buphthalmos dicitur. *Dal.*

Calathiana) A calathi effigie. Alii *calthiana* legunt, a similitudine calthae. Pintianus, et ex illo Salmasius in Solin. p. 1160. Calatina a Calatia oppido Italiae. His fauet codex R. 2. H.

d. Proxima ei caltha est concolori amplitudine) Quid quaeso amplitudo vel spatium ad colorem, aut color ad amplitudinem? Pro voce vltima notant *similitudine.* Sed alteram retinet egregius codex: quod autem praecedit, pro eo habet: *conculari.* Fortassis, *et cochleari amplitudine.* Sic Lib. XXI. 27. *cochleari mensura* Lib. XXIV. 1. de alyssi decocta: *Ex ea et melle prodest magnifice ad tussim et orthnopnoean cochlearis mensura.* Ita enim ibi

tur: est enim grauis [1] calthae. Non *e.* leuior ei, quam *f.* scopam regiam appellant: quamquam folia eius olent, non flores.

XVI.

1. *Sic, ex* MSS. *em. H. et M.* caltha *Gr. et Al.*

ibi legendum ex MSS. Vulgo sine sensu: *Ea et ex melle.* Gron.

Proxima) Et haec e violarum lutearum genere est, non vt a Ruellio primum, deinde a Salmasio creditum est, l. c flos ille, quem solsequium dicimus, *le soucy*, plane diuersi generis. Nam et in indice huius loci sic legitur: *Violae colores III. Luteae genera V. De caltha: Regius flos.* Genera porro violae luteae tria dumtaxat appellantur hoc loco, Tusculana, marina, calathiana: nisi ad eum numerum caltha quoque, et regius flos, seu regia scopa accesserint. Et sane inferius, quum singulorum florum medicinae narrantur, quorum modo tractantur naturae, de violis vniuersim, sigillatimque de luteis, atque purpureis, longissima habetur oratio: de caltha scopaque regia, ne γρῦ quidem: satis probabili argumento eas scilicet idcirco taceri, quod lutearum nomine censeantur, quod et fecisse Columella videtur in Hortulo, duo violarum genera carmine vno complexus: candidum, luteumque, *Candida leucoia, et flauentia lumina calthae.* Caltham nos suspicamur esse, aut certe ei effinam, quae viola lutea multiplex a Dalec. appellatur, hist. plant. VII. p. 803. quae cultu mangonioque euadit in florem densissimis foliolis stipatum atque congestum, praestantissimi ac suauissimi odoris. H.

e Non) Perinde grauis, atque calthae, odor est ei luteae violae generi, quam scopam regiam, siue, vt est in Indice, regium florem vocant: qui quo nomine hodie appellatur, certo statui non potest. Porro quum grauis odor dicitur, caue iniucundum dici continuo putes: nam, vt Plinius ait, s. 10. quorumdam florum suauitati etiam grauitas inest, vt lilio. H.

f. Quam scopam regiam appellant) Sideritim quidem esse puto, sed Achilleam, cuius folia odorem multum spirant, non insuauem, verum medicatum, auctore Dioscoride, vt pro *latissimo folio* cap. 5. Lib. XXV. legendum

XVI. [1] Bacchar *g.* quoque radicis tantum odoratae [2] est, a *h.* quibusdam nardum rusticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes *i.* priscae Comoediae Poeta

 te-

1. Baccharis. Ex Diosc. 2. *Est, quae a, etc. appellatur. c. 20. l. XXI.*

gendum sit *tenuissimo*, nisi latissimum folium intelligamus totius plantae comam latissime se spargentem. Nam multis virgis multumque spatii occupantibus ea planta subrigitur. Coronis autem expetitur flos ex albo aureus. Quamobrem inter luteos flores hic a Plinio recensetur. *Dal.*

g. Bacchar) Diosc. III. 51. Βάκχαρις, βοτάνη ἐςὶ θαμνώδης, εὐώδης, καὶ ςεφανωματική etc. Idem et Crateuas habet, cuius fragmentum antea ineditum recitat Aloys. Anguillara, part. 1. p. 25. etsi de asaro sermonem ibi esse falso contendit, quum et asaron ςεφανωματικὸν esse Plinius paulo post neget: et quae vires ei herbae tribuuntur a Crateua, eas ipsas idem inferius s. 77. bacchari adiudicet. H.

h. A quib.) Lib. XII. 27. *Baccharis vocatur nardum rusticum, de quo dicemus inter flores.* Rura apud nos, inquit Ruellius III. p. 517. *Diuae Mariae chirothecas* appellant, *Gants Notre-Dame*, eamque nectunt in coronas. Dodonaeus, a quo delineatur, p. 169 et Fuchsius, Digitalem: Galli interdum etiam *Digitale.* Vidimus in horto Regio, purpureo, luteo, rubente, candido, ferrugineoque colore conspicuam. H.

i. Aristophanes) In fabula cui titulum fecit, Θεσμοφοριάζουσαι, teste Athenaeo XV. p. 690. haec poetae carmina recitante, quae ad propositum attinent: Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', οἷον ἔπνευσε ὁ μιαρὸς φασκώλος εὐθὺς λυόμενός μοι τοῦ μύρου, Καὶ βακχαρίδος. *O venerande Iupiter, vt oboluit soluta confestim pera vnguentum mihi, et baccharim.* Adde et Galen. T. II. in Expl. vocum Hipp. p. 88. Βάκχαρις, Λύδιόν τι μύρον. Hipp. ipsum de nat. mul. text. 6. p. 362. Βακχάριον ἔλαιον vocat. Erotianum ibidem, p. 115. Βάκχαρις, εἶδος βοτάνης καὶ μύρου, οὗ καὶ Ἀριςοφάνης μέμνηται. Adde Hesychium, Iul. Polluc. VI. 19.

testis est. Vnde *k.* quidam errore falso barbaricam eam [1] appellabant. Odor *l.* est [2] ei cinnamomo proximus. Gracili *m.* solo nec humido prouenit. Simillimum ei, combretum *n.* appellatur foliorum exilitate vsque in fila attenuata, et procerius quam bacchar: haec *o.* [3] sunt tantum. Sed eorum quo-

1. *appellant. M.* 2. *radicis Ex Diosc.* 3. *Nec haec sunt tantum, sed Gr. et Al.*

19. p. 296. Simonidem Poetam apud Clem. Alex. Paedag. II. p. 177. etc. H.

k. Vnde quidam errore, etc.) Lege: *Vnde quidam errore falso baccarida ea appellabant.* Vnguenta ex baccaris radice fiebant apud Graecos antiquos, vt Aristophanes testis est. Inde quidam ex Graecis vnguenta appellarunt βακκάριδας, errore falso. Mox sequitur, quod ita legend. *et procerius quam baccae, nexui tantum.* dicit combretum nexui tantum esse, id est, ad corollas necti. sic *vestis amictui, linteum extersui, etc.* Vide *Salmas.* p. 1068. a, b.

Barbaricam) Ita MSS. omnes: hoc est, exoticam et peregrinam, nec in orbe Romano natam. Medicamenti meminit Marcellus Emp. c. 8. p. 65. 66. quod barbaricum similiter vocat: nempe ex rebus conflatum extra hunc orbem Romani imperii natis. Error falsus veterum in eo fuit, quod barbaricam radicem vocarent, quae foret domestica. Hunc locum, vt interpolet, explicetque, Salmasius frustra desudat in Solin. pag. 1068. quum *baccharida* pro *barbaricam* reponit. H.

l. Odor) Radici scilicet. Dioscorid. III. 57. Ῥίζαι δὲ ὅμοιαι ταῖς τῦ μέλανος ἐλλεβόρε, ἐοικυῖαι τῇ ὀσμῇ κιννάμώμῳ. H.

m. Gracili) Diosc. l. c. Φιλεῖ δὲ τραχέα χωρία, καὶ ἄνικμα. H.

n. Combretum) in indice *Combetrum.* In Tuscia, *Herba Luzula,* inquit Anguillara P. XI. p. 179. H.

o. Nec haec sunt tantum) Primum verbum redundat ex vetusto codice. Et statim, *Sed eorum quoque error corrigendus est.* rursus redundat particula *sed,* ex eodem. *Pint.*

Haec) Hac re solum, inquit, affinitatem habet combretum cum bacchare: cetera

quoque error [1] corrigendus est, qui bacchar rusticum nardum appellauere. Est enim alia herba sic cognominata, quam Graeci *p.* asaron vocant, cuius speciem figuramque diximus in nardi generibus. Quinimo asaron inuenio vocitari, quoniam *q.* in [2] coronas non addatur.

XVII. [3] Crocum *r.* siluestre optimum: serere in Italia minime expedit, ad *s.* scrupula vsque singula

1. regendus. Ch. 2. *Sic ex MSS. H. et M. coronis Gr. et Al.* 3. *Crocum et siluestre est, serere, etc. Satiuum latius, optimum, maiusque, etc. V.*

cetera absunt: odor, vnguentique in radice dos. Vide N. et Em. N. IV. *Haec)* Sic MSS. omnes. R. Colb. etc. Libri vero editi, *Nec haec sunt tantum.* Salmas. in Solin. p. 1068. *nexui*: quasi sententia sit, combretum nexui tantum esse, id est, ad corollas necti. Id vero nec aures Latinae ac teretes ferunt, et scriptoris menti aptissime aduersatur. Nam in medicinis praeterea quem vsum id habeat, ipse inferius admonet, s. 77. non igitur tantum in coronas vtile. H.

p. Graeci) De quo L. XII. 28. H.

q. Quoniam in coronis, etc.) *Quoniam coronas non ornet*: σαίρειν, ornare, verrere, mundare: γῆ σαιρομένη Plutarcho in Catone, floribus ornatus ager: νεμομενη, pascuus: σπειρομένη, sationalis, vel seminalis, aruum: ῥαινομένη, riguus. *Dal.*

Quoniam) Quoniam coronas non ornet. Ἄσαρος, non ornatus. Vide Lexicon Constantini, et Voss. in Etym. H.

r. Crocum siluestre optimum) Non quidem sponte nascens, agreste, inurbanum, sed exoticum aliunde inuectum. Italicum enim fructuosum et quaestuosum non est. *Dal.*

Crocum) Mauritanorum appellatione *Zaffarano* vocamus: *du Safran*, inquit Ruellius, II. p. 294. H.

s. Scrupula vsque singula, etc.) Areae singulae vigesima quarta parte minus fructus reddunt quam impensae factum est. Scrupulum vigesima quarta vnciae pars est. Quod si ad drachmam id exigas, cuius scrupulum tertia

gula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Sati-

tertia pars est, sensus est: tertia parte minus fructus percipi, quam impensa constiterit. *Dal.*

Ad scripula vsque singula areis decoquentibus) Hoc quid sit, palam se fatetur nescire ὁ πάνυ. inquinatissima esse tantum scire: neque ignorare quomodo explicent: legendum autem omnino, *ad scripula vsque singula areis decoquens:* aut, *ad scripula vsque in singulos denarios decoquens*, ad Solin. pag. 106 Haec posterior tamen coniectura et explicatio Dalecampii eodem redeunt, nempe tertia parte minus fructuum percipi, quam impensa constiterit; pro tribus, quae impensa sunt, scripula tantum reddi bina. Haec multis confutare possem: sed quaeramus sensum vulgatae, quam integram seruant optimae membranae. Primo *areae* quid habent molesti? An non ipse restituit Lib. XIX. 8. et vere opinor, *Carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque praecipue, sestertium sena millia e paruis reddere areis?* An non Columella Lib. X. *circum areolas et sepem ducitur horti?* Idem Lib. XI. 3. *Circa Idus Ianuarias humus refossa in areis diuiditur: quae tamen sic informandae sunt, vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perueniant: ne qui persequuntur herbas, semina proculcare cogantur; sed potius per semitas ingrediantur, et alterna vice dimidias areas eruncent.* Iam cur non iuxta eleganter *areolae*, quae male respondent neque reddunt, quod acceperunt, *decoquere* dicuntur, atque ipsum crocum? Multis hoc illustrare possem, si ratio scribendi pateretur. *Decoquere* autem *ad scripulum*, quum Latine loquimur, non est eo vsque vt scripulum consumatur, sed vt scripulum tantummodo supersit: quemadmodum quod medici iubent *decoqui ad tertias*, in eo duae tertiae consumitur, et quae restant. Super omnia, qui quodue *decoquere ad scripulum* dicitur, in eis *scripulum* non consideratur pro tertia parte denarii (qui Dalecampii error est) sed pro quarta et vicesima parte vnciae, assis ducentesima octogesima octaua. As est *area*, vel totum quod seritur in area. Ea area *decoquit ad singula scripula*, id est, ad quartam et vicesimam partem vnciae. Haec

Satiuum *t.* latius, maiusque, et nitidius, [1] sed multo lenius, degenerans vbique, nec fecundum *v.* etiam Cyrenis, vbi *x.* semper flores laudatissimi. Prima nobilitas *y.* Cilicio, et ibi in Coryco monte: dein

 Lycio

1. Sic ex MSS. em. H. Sed multo leuius degenerans. Sed nec vbique fecundum Gr. et Al.

Haec Latine si mens ea Plinio fuit, melius dici non possunt, nec planius. Quod si cui nimium videtur et *scripulum* potius pro tertia parte denarii vel drachmae accipiendum, legerem mitius tractatis verbis et sensu meliore: *ad singula vsque scripula denariis decoquentibus.* quod esset de pondere denarii fato tantum redire scripulum, siue partem tertiam. *Gron.*

Ad scrup.) Siue vt MSS. *scripula.* Decoquunt areae, inquit, quod acceperunt: vt vix reddant singulae singula scripula. Scripulum est pars quarta et vicesima vnciae; assis ducentesima octogesima octaua. As est area, vel totum quod seritur in area. Ea area decoquit ad singula scribula, id est, ad quartam et vicesimam partem vnciae: vt vix ea supersit ex tota area. H.

t. Satiuum latius, maiusque et nitidius, etc.) Lege: *Satiuum laetius maiusque et nitidius sed multo lenius; denegans vbique, nec fecundum, etiam Cyrenis vbi semper flores laudatissimi* denegat creditum malus debitor et decoctor. sic crocum non tantum in Italia decoquere areis eius a quo seritur, sed vbique denegare dicit, etiam Cyrenis, vbi flores laudatissimi. Et paulo infra lege: *probatio sinceri, si imposita manu crepitet, veluti fragile: humidum enim quod euenit adulteratione sidit. Altera probatio, si manu imposita, et relata ad ora leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus satiui blandissimum vulgo, cum* sit mediocre: dialeucon vocant. *Cum sit mediocre,* id est cum, de optimis non sit. *Salm.* 107.

Satiuum) In MSS. Forte *laetius.* Depictum vide in Eystetensi horto. H.

v. Etiam) Sic Theophr. VI. 6. cuius oratio ex Athenaeo corrigenda est, XV. p. 682. H.

x. Vbi) Reliqui flores, praeterquam croci. Athen. l. c. H.

y. Prima nobilitas Cilicio, etc.) Lege: *Prima nobilitas Cilicio, et ibi in Coryco mon-*

Lycio monte Olympo: mox Centuripino Siciliae. Aliqui z. Phlegraeo secundum locum dedere. Adulteratur a. nihil aeque. Probatio sinceri, si b. imposita

monte: *dein Lyciae Olympo*: *mox*, *etc.* Et paulo post scribe, *Crocum siluestre optimum*, *serere in Italia minime expedit*, *ad scripula vsque singula areis decoquens.* seges comparatur. debitori, qui si bonum nomen est, cum foenore reddit quod accepit, si minus creditori suo decoquit. Ita et croci seges areis decoquere dicitur eleganter, quae impensam domini frustratur. dicit porro *ad scripula vsque singula.* nimis laxe hoc concipi videtur, lege: *ad scripula vsque in singul. x.* in singulos denarios vsque ad scripula decoquit. nihil verius. Vide *Salmas.* p. 106. et 107.

Prima) Dioscorid. I. 25. Transscripsit haec Solin. c. 38. p. 68. H.

z. *Aliqui Phlegraeo secundum locum dedere*) Vocem *Phlegraeo* agnoscit in Plinio Hermolaus in Corollario Dioscoridis. In archetypo tamen nostro non *Phlegraeo* legitur, sed *Heraeo.* Legendum puto *Aegaeo*, ab Aegis Aetoliae vrbe: ex Dioscoride libro primo, qui primam bonitatem tribuit croco Corycio: secundam Lycio: tertiam ei quod est ex Aegis vrbe Aetoliae. Quare in Plinio malim legere, *tertium locum dedere*, quam *secundum.* Hermolaum autem profiteor me demirari, qui in Dioscoridis tralatione, *ab Aegybus vrbe Aetoliae* scribat, cum y in secunda, et tertia inflexione, non *ab Aegis*, vt rectius conuertit Marcellus. praesertim quum constet ex Stephano et aliis Aegas primi ordinis, Aetoliae esse vrbem Aegys autem tertii, non Aetoliae, sed Laconiae. *Pint. Aliqui Phlegraeo*) Phlegra oppidum Macedoniae maritimum. Phlegraeus ager Campanus, siue Laboriensis, Puteolis vicinus, fertilissimus panici, farris, rosarum. Ex iis duobus locis vel alterutro fortassis, crocus nobilis et excellens fuit *Dal.*

Aliqui) Caue hic Plinium ex Diosc. corrigas, quod Turnebus tentauit Aduu. XVI. 16. p. 642. H.

a. *Adulteratur*) Vide Galen. de antid. I. 14. p. 886. H.

b. *Si imposita manu crepat*)

poſita manu [1] crepat, veluti *c.* fragile. Humidum enim, quod euenit adulteratione, [2] cedit. Altera probatio: ſi manu prolata ad ora leniter faciem oculoſque mordeat. Eſt per ſe genus ſatiui blandiſſimum vulgo, [3] quum *d.* ſit *e.* mediocre, dialeucon vocant. Contra Cyrenaico vitium, quod omni croco nigrius eſt, et celerrime marceſcit. Optimum vbicumque quod pinguiſſimum, et [4] breuis capilli; peſſimum vero, quod ſitum redolet. Mucianus auctor eſt, in Lycia anno ſeptimo aut octauo tranſferri *f.* in locum ſubactum, atque ita degenerans renouari. Vſus *g.* eius in coronis nuſquam. Herba *h.* enim eſt folio anguſto paene in capillamenti modum. Sed *i.* vino mire congruit, prae-

1. *crepitat. Alii. crepit. Ch.* 2. *ſilet. Turn.* 3. *quod ſit. Dal. quam ſit medio candidum Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. breuibus capillis Gr. et Al.*

pat) Hoc mediae aetatis indicium eſt. *Dal.*

c. Veluti fragile) Dioſcorides improbat. *Dal.*

Veluti) Quum inaruit. Sic Dioſcor., ex optima ed. Aldi κρόκος εὔθραςος laudatur: improbatur ἰκμάζων, humidus. H.

d. Quum) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Thuani, et alii: non, vt editi hactenus: *quum ſit medio candidum.* Quin etiam in R. 1. cod. *dileacon.* In Colb. 3. *dialeacon* legitur, forte pro *Deliacon.* H.

e. Medio candidum) Dioſcoridi Corycium, quod optimum eſt: in oblongo calyce paululum candidi monſtrat. *Dal.*

f. Tranſferri in locum ſubactum) Idem fit et paſſim in Gallia. *Dal.*

Tranſferri) Ita fit et in Gallia paſſim. Nullibi vegetius eſt, quam in Agennenſi agro et Narbonnenſi prouincia. H.

g. Vſus) Niſi in conuiuiis ad arcendam ebrietatem, vt dicetur ſ. 81. H.

h. Herba) Haec totidem verbis Theophr. Hiſt. VI. 6. H.

i. Sed) Hoc illud eſt fortaſſe, quod idem paulo explanatius, ſ. 81. *Qui crocum prius biberint, crapulam*

nun

praecipue dulci; tritum *k.* ad theatra replenda. Floret *l.* Vergiliarum occasu paucis diebus, folioque *m.* florem expellit. Viret *n.* [1] bruma, et colligitur: Siccatur *o.* vmbra, melius etiam hiberna. Carnosa *p.* et illi radix, viuaciorque quam ceteris. Gaudet

1. *bruma. Collectum siccatur, etc. est illi. M.*

non sentiunt: ebrietati eo resistunt. Vel potius, dilui croco trito commode vinum innuit, ad theatra replenda. H.

k. Tritum ad theatra replenda) Seneca epistola 91. *Hodie vtrum tandem sapientiorem putas, qui inuenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, etc.* Martialis, *Et Cilices nimbis qui maduere suis.* nempe Cilicio croco. Spartianus in Hadriano: *In honorem Traiani balsama et crocum per gradus theatri fluere iussit.* Brod. cap. 6. V. Theophr. lib. de odoribus, ἀλλὰ συμβαίνει τῷ ὄντι καθάπερ ἥδυσμα γίνεσθαι τῷ πώματι τὴν ὀσμὴν, τῷ μὲν γὲ γλυκεῖ καὶ μάλιϛα δεομένῳ κατὰ τὸ μηδὲν ἔχειν. Seneca cap. 9. L. II. quaest. natur. id *sparsionem* vocat. Poëta, *Pulpita solennes non oluere crocos.* Dal.

Ad th.) Subintellige, congruit. Lucretius II. v. 416. *Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.* Spartianus in Hadriano p. 9. *In honorem Traiani balsama et crocum per gradus theatri fluere iussit.* Et aqua crocata, qua veteres vti pro rosacea soliti, et vinum crocatum, et crocus per se spargebatur in theatris. Vide Martial. VIII. epigr. 33. H.

l. Floret) Haec apud Theophr. Hist. VI. 6. H.

m. Folioque) Cum folio florem emittit: Εὐθὺς δὲ ἅμα τῷ φύλλῳ καὶ ἀνθὸς ὠθεῖ, δοκεῖ καὶ πρότερον. Theophr. Sic etiam Florent. in Geopon. XI. 27. H.

n. Viret) Theophr. l. c. H.

o. Siccatur) Diophanes in Geop. XI. 37. Διοφανὴς δέ φησιν ὅτι τὸν κρόκον ἐν σκιᾷ χρὴ ψύχειν. Hunc ipsum Diophanem Plinius in huius libri indice laudat auctorem. H.

p. Carnosa) Theophr. l. c. Ῥίζα δὲ πολλὴ, καὶ σαρκώδης, καὶ τὸ ὅλον εὔζωος. H.

Gaudet *q.* calcari et [1] atteri, pereundoque melius prouenit. Ideo *r.* iuxta femitas ac *s.* fontes laetiſſimum. (VII.) Troianis *t.* temporibus iam erat honos ei. Hos certe flores Homerus *v.* tres laudat, loton, crocon, hyacinthum.

XVIII. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia eſt in colore, et odore,

1. *atteri pede, quo melius. M. atteri pede pereundoque melius. V.*

q. Gaudet calcari et atteri) Nam foliis attritu et calcatu corruptis, et necatis, totum alimentum in radicem abſumitur, quae anno ſequenti plenior, flores plures et meliores edit: adde et quod radix alimento turgida, quod in folia exhauſtum non eſt, diutius viuit, et tardius flaccefcit. Aliter tamen ruſticis videtur, qui ſtudioſiſſime tum pecus arcent, tum homines a locis croco conſitis. Vide Victorium cap. 8. XIV. *Dal.*

Gaudet) Vide N. et Em. N. V. (hic adi.) *Gaudet*) In MSS. R. 1. etc. *et atteri pedeque melius.* Forte, *et atteri pede, quo melius prouenit.* Sic Theophr. Hiſt. VI. 6. Φιλεῖ δὲ καὶ πατεῖσθαι, καὶ γίνεται καλλίων κατατριβομένης πάτω τῆς ῥίζης. At in R. 2. tamen, *pereundoque*, hoc eſt, dum perire videtur. Quare nihil moueo. Vt vt eſt, quod veteres illi de croci natura cultuque tradunt, magnopere diſcrepat a conſuetudine noſtri temporis, curaque quam nunc in eo tuendo ruſtici homines adhibent. Illi namque loca, vbi fererent, eligebant preſſa veſtigiis hominum: arbitrabanturque, quanto magis ſolum tereretur, tanto melius prouenire. Nunc vero nihil tam inimicum putant, quam pedibus terram eam calcari, ſummoque ſtudio inde et belluas et homines arcent. H.

r. Ideo) Theophraſt. l. c. H.

s. Ac fontes laetiſſimum) Plinius in Theophraſto legit, ἐν τοῖς κρουνοῖς, non vt legimus, ἐν τοῖς κροτητοῖς. Legit quoque κατατριβομένης πάτω (non κάτω) τῆς ῥίζης *Turneb.*

t. Troianis temporibus, etc.) Priora iſtius capitis pertinent ad praecedens caput, vſque ad *Omnium.* Salmaſ. pag. 108.

v. Homerus) Il. ξ. v. 348. Λωτόν

odore, et ſucco. [1] Odorato ſapor raro vlli non amarus: e *x.* contrario dulcia raro odorata. Itaque *y.* et vina muſtis odoratiora, et *z.* ſilueſtria magis omnia ſatiuis. Quorumdam *a.* odor ſuauior e longinquo, propius admotus hebetatur, vt violae. Roſa *b.* recens a longinquo olet, ſicca propius. Omnis *c.* autem verno [2] tempore acrior, et matutinis: quiquid *d.* ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Nouella *e.* quoque vetuſtis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium aeſtate media. Roſa et crocum odoratiora, quum ſerenis diebus leguntur: et *f.* omnia in calidis, quam in frigidis. In *g.* Aegypto tamen minime odorati flores,

1. *Odoratis. M.* 2. *tepore. Ch*

Λωτὸν θ' ἐρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον. H.

x. E contr.) Sic Theophr. de cauſſ. VI. 22. p. 377. Τῶν δὲ γλυκέων ἐδεὶς ὡς εἰπεῖν (εὔοσμος) ἢ ἐπὶ μικρόν. Ἐπεὶ καὶ τὰ μῆλα τὰ γλυκέα πάντων ἥκιστα εὔοσμα, καὶ ὅσῳ ἂν γλυκύτερα, ἧττον. Rationem eiuſce rei diligenter inueſtigat H.

y. Itaque) Theophr. l. c. p. 378. H.

z. Et ſilueſtria) Theophr. de cauſſ. VI. 24. p. 349. Διὰ τί δ' οἱ ἄγριοι καρποὶ τῶν ἡμέρων εὐοσμότεροι τῶν ὁμογενῶν, οἷον μῆλά τε, καὶ ἀχράδες etc. H.

a. Quorumdam) Theophr. VI. 23. p. 378. H.

b. Roſa) Theophr. loco proxime cit. H.

c. Omnis) Theophr. de cauſſ. VI. 25. p. 382. H.

d. Quidquid ad meridianas horas diei vergit) Acad. et m. p. Gudianus cum Menap. *die.* Voſſianus optimus cum Andeg. *dies.* Ita tuto lege: et notauit olim e ſuo codice Gelenius: ſed ſpreuerunt. *Quicquid dies vergit,* eſt dictum, vt apud Liuium notauimus, *Quicquid progrediebantur, quicquid longius proferrent arma.* Plinius ipſe L. XVIII. 17. de medica: *Quicquid in caule adſurgit, folia contrahuntur.* Quod etiam in ſuperioribus editionibus vexarunt. *Gron.*

e. Nouella) Theophr. l. c. H.

f. Et omnia) Theophr. de cauſ. VI. 22. p. 377. H.

g. In Aeg.) Theophr. de cauſſ. VI. 27. p. 384. *In Ae-*

flores, quia *h.* nebulosus et roscidus aer est a Nilo flumine. Quorumdam suauitati grauitas inest. Quaedam *i.*, [1] dum virent, non olent, propter humorem nimium: vt buceros, quod est fenum Graecum. Acutus odor non omnium sine succo est, vt violae, rosae, croco. Quae vero ex acutis succo carent, eorum [2] omnium odor grauis, *k.* vt in

1. *Sic ex* MSS. *Hard. M. et Ch. cum vir. Gr. et Al.*
2. *omnibus V. omnino. Alii V.*

Aegypto flores, coronamentaque deterrima fere omnium generantur: quia caelum caliginosum ac roscidum est: Ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ χείριστα τὰ ἄνθη, καὶ τὰ στεφανώματ᾽ ὡς εἰπεῖν· ὅτι ὁ ἀὴρ ὁμιχλώδης, καὶ δροσοβόλος. H.

h Quia nebulosus et roscidus, etc.) Non consentit haec ratio cum eo quod scripsit cap. 9. V. Nilum, vnum omnium nullas auras exspirare, quod et Lipsius animaduertit Lib. II. Variarum, Plinium excusare conatus, sed aequiore animo, quam iusta caussa. Locus hic e Theophrasto petitus est cap. 27. VI. Causs. cuius verba haec sunt: ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ χείριστα τὰ ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματ᾽ ὡς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ἀὴρ ὁμιχλώδης καὶ δροσοβόλος. id est, *Nam in Aegypto deterrimi flores, et, vt summatim dicam, coronamenta, quoniam aër caliginosus est, multumque roris affundit, etc.* nulla facta Nili mentione, quibus reddendis verbis negligens profecto ac incuriosus Plinius fuit. Ad hoc pertinere videtur quod Aphrodisaeus Probl. I. quaerit, Cur in Aegypto aestuosissima regione ψυχρὸς οἶνος γεννᾶται. *Dal.*

A Nilo) In R. 1. *a multo flamine* R. 2. *a mulio flumine.* Nullus a *Nilo.* H.

i. Quaedam) Theophr. de causs. VI. 22. p. 378. Συμβαίνει δὲ καὶ τῶν ποωδῶν ἔνια, χλωρὰ μὲν ὄντα μὴ ὄζειν διὰ τὴν ὑγρότητα· ξηρανθέντα δὲ καθάπερ ἄλλα καὶ τὸ βούκερας. H.

k. In lilio) Lilio et leirio. Theophr. c. 21. L. VI. Causs. *Dal.*

Vt in) Albo, quod λείριον Graeci, et rubente quasi κρίνον vocant, vt diximus l. 11. Theophr. de causs. IV. 21. p. 376. Ὅσα δὲ αὐτῶν

in lilio vtriusque generis. Abrotonum *l* et amaracus acres habent odores. Quorumdam *m* flos tantum iucundus, reliquae partes ignauae, vt violae ac rosae. Hortensiorum *n*. [1] odoratissima quae sicca: vt ruta, menta, apium, et quae in siccis nascantur. Quaedam *o*. vetustate odoratiora, vt cotonea: eademque *p*. decerpta, quam in suis radicibus. Quaedam non nisi defracta, aut ex attritu olent: alia non nisi detracto cortice: quaedam vero non nisi vsta: sicut thura [2] myrrhaeque. Flores *q*. [3] triti omnes amariores, quam intacti. Aliqua *r*. arida diutius odorem continent, vt melilotos. Quaedam *s*. locum ipsum odoratiorem faciunt,

1. *Sic ex* MSS. *H. Hortensium Gr. et Al.* 2. *myrrhaque*. *V*. 3. *tritu*. *Ch*.

τῶν μὴ εὔχυλα, καὶ ἐν ταῖς ὀσμαῖς ἐμφαίνει γέ τινα βαρύτητα, καθάπερ τὸ κρίνον, καὶ τὸ λείριον, καὶ παραπλήσια τούτοις. H.

l. Abrotonum, etc.) Hunc locum Theophr. e cap. 22. Lib. VI. Causs. Plinius integrum non vertit, sed truncum ac mutilum, vt ex collatione iudicare licet. *Dal.*

Abrotonum) Theophr. de causs. VI. 22. pag. 378. H.

m. Quorumdam) Theophr. de causs. VI. 15. pag. 369. H.

n. Hortensiorum) Iisdem verbis Theophr. de causs. VI. 22. p. 377. H.

o. Quaedam) Theophr. l. c. H.

p. Eademque) Theophr. l. c. p. 378. H.

q. Flores triti omnes amariores quam intacti) Lego ex vetusto codice, *Flores omnes triti*, et puto scribendum *acriores*, non *amariores*, de odore enim hic agitur et odoris acrimonia, non de sapore. *Pintian.*

Flores) Theophr. de odor. p. 443. Τὰ δ' ἄνθη μαλακωδέστερα τριβόμενα. H.

r. Aliqua) Theophr. de causs. VI. 23. p. 378. Ὁ δὲ μελίλωτος καὶ εἰς πλείω χρόνον εὔοσμος διαμένει, etc. H.

s. Quaedam) De iride verba qui hoc proderet, nemo vete-

ciunt, vt iris: quin *t.* et arborem totam, cuiuſcumque radices attingit. Heſperis *v.* noctu magis olet, inde nomine inuento. Animalium *x.* nullum odoratum, niſi ſi de pantheris, quod *y.* dictum eſt, credimus.

XIX. Illa quoque non omittenda differentia eſt, [1] odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, vt irin, atque ſaliuncam, quamquam nobi-

1. *odoratorum mul. n. attinere. M. legitur, et, adtinere, in Ch.*

veterum adhuc occurrit: de iride, ſeu arcu caeleſti, Theophr. ad verbum de cauſſ. VI. 25. p. 382. Καὶ γὰρ τὸ περὶ τὴν ἶριν λεγόμενον, ὡς ὅπου ἂν κατέχῃ, ποιεῖ τὰ δένδρα καὶ τὸν τόπον εὐώδη, τοιοῦτόν ἐστι. Ποιεῖ γὰρ οὐ πάντως, ἀλλ᾽ ἐὰν ὕλη τις ἦν νεόκαυστος· οὐ δ᾽ ἴσως καθ᾽ αὑτὴν, ἀλλὰ τρόπον τινὰ κατὰ συμβεβηκός, ἔφυει γὰρ ὅπου ἂν ἐφίστῃ. *Nam et quod de arcu caeleſti referunt, arbores et loca reddere odorata, vbicumque conſtiterit, tale eſt. Reddit enim non omnibus modis odorata: ſed ſi qua materia recenter ſit aduſta: nec id forſitan per ſe agit, ſed quodammodo per accidens: impluit enim iis locis, in quibus conſtiterit, etc.* Hoc ipſum Plinius antea delibauit, XII. 53. H.

t. Quin et arborem totam, etc.) Contra Theophraſti iudicium, a quo haec omnia ſumpta ſunt, haec Plinius ſcribit. Locus eſt cap. 28. Lib. VI. Cauſſ. *Odores autem,* inquit, *ab inuicem nullus fructus, neque pars vlla arboris excipit. ita vt manifeſtum id ſit. Interdum tamen iuxta odoratas plantas acria feruntur, vt caepa et allium iuxta coronarias, etc.* Dal.

v. Heſperis) Theophr. loco proxime allato: Ὥσπερ καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς ἑσπερίδος καλουμένης· αὕτη γὰρ τῆς νυκτὸς ὄζει μᾶλλον ἢ καθ᾽ ἡμέραν, etc. H.

x. Animalium) Ad verbum haec Theophr. de cauſſ. VI. 26. p. 383. Ariſt. pantheras iucunde olere plane affirmat ſ. 13. probl. 4. p. 748. H.

y. Quod dictum eſt) C. 10. Lib. VIII. Plinio noti non erant cercopitheci odorati, qui muſcum olent. Idem Alexandri non meminerat, cuius

nobilissimi odoris vtramque. Sed z. iris radice tantum commendatur, vnguentis et medicinae nascens. Laudatissima a. in Illyrico, et ibi quoque non in maritimis, sed in siluestribus Drilonis b. et [1] Naronae. Proxima c. in [2] Macedonia, longissima haec et candicans, et exilis. Tertium d. locum habet Africana, amplissima inter omnes, gustuque amarissima. Illyrica quoque duorum generum est: Raphanitis e. a similitudine, [3] et f. quae melior,

1. *Naronis. V.* 2. *Macedonia. Laudatissima haec candicans. Ex illis tertium. M.* 3. *Sic ex MSS. H. quae melior rhizotomos. Cap. 20. L. XXI. similitudine, quae et melior Gr. et Al.*

cuius corpus odorem suauem exspirabat. *Dal.*

Quod) Lib. VIII. 23. Vide quae diximus in N. et Em. ad eumdem librum, N. XLVIII. H.

z. *Sed iris*) Ex qua vnguentum irinum, de quo nos obiter XIII. 2. plura prolixe Diosc. I. 66. H.

a. *Laudatissima*) Theophr. Hist. IX. 7. Ἶρις δὲ ἀρίστη ἐν Ἰλλυρίοις ἐκ ἐν τῇ πρὸς θάλατταν χώρᾳ· ἀλλ' ἐν τῇ ἀνακεχωρηκυίᾳ, κειμένῃ δὲ μᾶλλον πρὸς ἄρκτον. *Iris optima, quae apud Illyrios exit, non tamen prope maritima, sed mediterranea magis et deserta regione, etc.* Nicander in Ther. p. 43. Ἶρις θ' ἣν ἔθρεψε Δρίλως καὶ Νάρωνος ὄχθη. Naronam coloniam Plinius maluit, quam proximum amnem, signare. Porro in officinis retinuit iris appellationem: rura nostra partim *Flambe*, partim *Glaïeul* vocant, a similitudine florum cum gladiolo, lilioque, vt Lobelius animaduertit in suis Aduu. p. 13. Incolis Drilonis et Naronae *Macinaci* appellariait Anguillara L. de simpl. par. I. p. 17. Vide Ruellium II. I. p. 282. H.

b. *Drilonis et Naronae*) Legendum *Naronis*, non *Naronae*, vt ostendit Nicandri versus ab Hermolao citatus, et ostendunt omnes geographi, aut, si magis placet, *Narone*, auferendi casu. *Pint.*

c. *Proxima*) Theophr. de causs. VI. 28. p. 368. H.

d. *Tertium*) Diosc. I. I. et Galen. de antid. I. 12. H.

e. *Raphanitis a similitudine*)

lior, rhizotomos subrufa. Optima *g.*, quae sternumenta [1] tactu *h.* mouet. Caulem habet cubitalem, [2] erectum. Floret *i.* diuersi coloris specie, sicut arquus caelestis, vnde et nomen. Non improbatur et Pisidica. [3] Et *k.* fossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa, hoc veluti placamento terrae blandiuntur, circumscripta mucrone gladii orbe triplici: et quum legerint eam, protinus

1. *sternutamenta Gr. tractatu. V.* 2. *et rectum. V.* 3. *Effossuri, et mulsam aquam circumfundunt hoc vel. plac. ter. blandientes circumscriptae. V.*

ne) Ea fortassis est, quam Aetius in emplastro venenatorum astraglitim nuncupat, et cuius sub eodem nomine Galenus meminit L. I. κατὰ τόπες, in remediis, quae faciunt ad caluescentes praeter aetatem. Astragalitim vero nuncupant, quod astragali radix velut raphanus grandis sit, et teres. *Dal.*

Raphanitis) A similitudine radicis cum raphano: Galen. κατὸ τόπ. c. 1. ἀςραγαλίτιν vocat. H.

f. Et quae) Plin. infra. s. 38. *Iris rufa melior quam candida.* Quam sententiam Diosc. probat l. c. et Anguillara: qui non foris, sed intus rufam esse radicem recte admonet, p. 18. H.

g. Optima) Auctor libri de simpl. med. ad Pat. T. XIII. Opp. Galeni p. 992. *Optima*, inquit, *est iris Illyrica et Macedonica: est enim spississima . . . et dum tunditur sternutare facit.* H.

h. Tactu) In MSS. R. 1. Ch. *tractu* R. 2. *tractatu.* Ego *tritu* malim, tum ex auctore proxime appellato, tum ex Diosc. I. vbi de iride, πταρμὸς τε ἐν τῷ κόπτεσθαι κινεσα Mox tamen ipse Plinius *tractatu* videtur agnoscere, dum ait, *Tractata pustulas ambusti modo facit.* H.

i. Floret diuersi coloris specie) Vossianus, vt Pintiani codex: *Floret versicoloris.* Lege: *Floret versicolori specie. Gron.*

Floret) Sic Dioscor. l. c. H.

k. Et fossuri tribus ante mensibus, etc.) Idem fere Theophrastus de panace Asclepio, cap. 9. L. IX. hist. *Dal.*

Et fossuri) Haec quoque Theo-

nus in caelum attollunt. Natura *l.* eſt feruens, tractataque puſtulas ambuſti modo facit. Praecipitur ante omnia, vt caſti legant. Teredines non ſicca modo, verum et in terra celerrime ſentit. Optimum *m.* antea irinum Leucade et Elide [1] ferebatur: iampridem *n.* enim et *o.* ſeritur: nunc *p.* e Pamphylia: ſed Cilicium maxime [2] laudatur, atque *q.* e ſeptemtrionalibus.

XX.

1. *afferebatur. V.* 2. *Sic ex MSS. H. laudatur. At Septentrionalibus ſaliunca. V. atque ſeptentrionale Gr. et Al.*

Theophr. ad verbum, Hiſt. IX. 9. de ſilueſtri iride, quae et ξύρις vocatur. H.

l. Natura eſt feruens) Theophraſtus Lib. περὶ ὀσμῶν. θερμὴ δὲ καὶ ϛυπτικὴ ἡ ἶρις. καθ' ὑπερβολὴν πικρὰ νέα ἔσα, καὶ τὸν χρῶτα τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν ἐφελκοῖ. *Dal.*

Natura) Theophr. de odor. p. 189. vt paulo ante. H.

m. Optimum) Vide quae diximus XIII. 2. H.

n. Iampridem enim et ſeritur. Nunc e Pamphilia) Legendum forte commutatis verbis, *Iampridem enim et nunc fertur e Pamphylia.* Pint.

o. Seritur) In Elide, Leucade, et aliis locis vbi paratur vnguentum Irinum, vt ex Illyrico tantum ſilueſtris petenda non ſit. *Dal.*

p. Nunc e Pamphylia: ſed Cilicium maxime laudatur) Rectius MSS. primicerius: *Nunc et Pamphylia.* Dixerat, *optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur.* Significat nunc ne inde quidem deſiiſſe, ſed etiam e Pamphylia apportari. Omiſit autem praepoſitionem, vt et ad *Elide.* Deinde idem liber: *ſed Cilicum cum maxime laudatur.* Praeclare. Pintianus tentabat: *iampridem enim et nunc fertur e Pamphylia*, commutatis verbis. Nimirum mirabatur ad illud, *e Pamphylia*, ſubaudiri *fertur*, cum interceſſiſſet, *ſeritur.* Sed quod eſt de ſatione, accipiendum per parentheſin interpoſitum, hoc modo: *Optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur (iampridem enim et ſeritur) nunc et Pamphylia,* etc. *Gron.*

q. Atque Septentrionale, etc.)

XX. Saliunca r. [1] folio quidem subbreui, et quod necti non possit, [2] radici numerosae cohaeret, herba verius quam flos, densa veluti manu pressa, breuiterque cespes sui generis. Pannonia hanc gignit et Norici, Alpiumque aprica: vrbium, [3] Eporedia: tantae suauitatis, vt s. metallum esse ceperit. Vestibus interponi eam gratissimum.

1. *Sic ex MSS. em. H. Saliunca foliosa quidem est, sed breuis, et quae necti non possit.* 2. *Radice numerosa. V.* 3. *Eporrhedia Gr.*

etc.) Legend. *Atque e septentrionalibus saliunca folio quidem subbreui, et quod necti non possit radici numerosae cohaeret, herba, etc. Alpiumque aprica, vrbium Eporedia.* Vide *Salmas.* p. 1066. b.

Atque) Hoc est, ex iride concinnatum, quae in septemtrionalibus Ciliciae nata sit. Vide N. et Em. N. VI. (hic adi.) *Cilicium)* Ita MSS. R. Colb. etc. non, vt editi, *atque septemtrionale*, quamquam eodem ferme recidente sententia. Salmasius in Solin. p. 1066. interpunctionem mutat in hunc modum: *Atque e septemtrionalibus saliunca* etc. Non intellexit iridem praecipue commendari, quae in partibus Illyridis, quae magis vergerent ad septemtriones, oriretur, vt et a Th. scilicet Hist. IX. 7. Ἶρις δὲ ἀρίστη ἐν Ἰλλυρίοις. . ἐν τῇ ἀνακεχωρηκυίᾳ, κειμένῃ δὲ μᾶλλον πρὸς Ἄρκτον. H.

r. Saliunca) Quae saliunca sit hodierna die, haud facile est statuere. Neque lauendula nostra est, neque nardus Celtica, vt recte Matthiolus animaduertit, in Diosc. I. p. 34. et ea est, quam Virgilius breuiter indicauit in Eclogis: *Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.* H.

s. Vt metallum esse ceperit) In vectigali eo reditu publico censeri non aliter, quam metalli fodina. *Dal.*

Metallum) Vt in vectigali redituque publico esse ceperit, haud secus ac metalli fodina. H.

XXI. Sic et *t.* apud Graecos polion herbam, inclytam Musaei et Hesiodi *v.* [1] laudibus, ad omnia vtilem praedicantium, superque cetera ad famam [2] etiam ac dignitates: prorsusque miram, si modo (vt *x.* tradunt) folia *y.* eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente caerulea aspiciuntur. Duo *z.* genera eius: campestre, maius: silvestre, quod minus est. Quidam teuthrion vocant. [3] Folia *a.* canis hominis similia, a radice protinus, numquam *b.* palmo altiora.

XXII.

1. laudibus. Ad omnia vtilem praedicant vim superque. M. *2. etiam dignitatis. M.* *3. Capitula. Ex Diosc.*

t. Sic et) Vt Romanis, inquit, saliuncam, sic et apud Graecos polion vestibus interseri mos est, ad tineas necandas. Haec iisdem verbis Theophr. Hist. IX. 21. Καὶ ὥς δή φασι, τὸ πόλιον, καθ' Ἡσίοδον, καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι· διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτό νύκτωρ etc. Et Hist. I. 16. Πόλιον δὲ καὶ πρὸς τοὺς σῆτας τοὺς ἐν τοῖς ἱματίοις ἀγαθόν. Est autem σὴς, vt Glossae admonent, *tinia*, siue tinea vestes corrodens. Vnde herba tiniaria appellata, teste Scribonio Largo, comp. 83. *Ad sanguinis eruptionem, siue ex arteriis, siue a pulmone. . . prodest et herba quam πόλιον vocant, nos, vt opinor, tiniariam, fasciculum etc.* H.

v. Hesiodi laudibus) Vide posthac c. 20. Theophr. c. 21. Lib. IX. histor. *Dal.*

x. Vt) Famae, opinionisque vulgi, vadem se praebere non audet: quod eruditi nonnulli eam dotem, non polio, sed tripolio assignarent: quos inter Dioscorides censendus IV. 135. H.

y. Folia eius mane candida) Hoc Dioscor. de tripolii flore prodidit, cum quo Plinius magno errore polium confundit. *Dal.*

z. Duo) Vtrumque a Dodonaeo pingitur, p. 282. Vtriusque Dioscorides meminit, III. 124. πόλιον, τὸ μέν ἐστιν ὀρεινὸν, ὃ καὶ τεύθριον καλεῖται etc. H.

a. Folia) Polium Salmasius non vidit, qui negat in Praef. ad Plin. p. 10. sq. ea cane-

XXII. Et de odoratis floribus satis [1] dictum: (VIII.) in *c.* quibus vnguento vicisse naturam gaudens luxuria, vestibus quoque prouocauit eos flores qui colore commendantur. Hos *d.* animad-

 uerto

1. *dictum, in quibus vnguenta vicisse naturam gaudemus. M. moxque alterum caput sit incohat: Luxuria vestibus, etc.*

canescere: quoniam id Dioscorides sileat, affirmetque hoc tantum, capitula in summo esse, quadam corymbi specie, caesariei canae simili. Vel si Dodonaeum legisset, Plinium erroris insimulando, suum non proderet. H.

b. Numquam palmo altiora) Frutex dodrantalis. Diosc. *Dal.*

c. In quibus vnguento vicisse, etc.) Lege: *In quibus vnguento vicisse naturam gaudens luxuria vestibus quoque prouocauit eos flores qui colore commendantur. Hos animaduerto tres esse principales in cocco qui a rosis micat, et gratius nihil: suspectu trahitur et in purpuras Tyrias dibaphasque ac Laconicas. Amethystum qui in viola: et ipse in purpureum, quemque ianthinum appellauimus, genera enim tractamus in species multas sese spargentia. Tertius est qui proprie conchylii intelligitur, multis modis: vnus in heliotropio, et in aliquo ex his plerumque saturatior: alius in malua ad purpuram inclinans: alius in viola serotina, conchyliorum vegetissimus,* omnium colorum micantissimus coccineus, qualis in nigrante rosa conspicitur, is etiam in purpuris Tyriis ac dibaphis micabat, sed tum cum suspicerentur tantum, et cap. 38. eiusdem libri: *nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens*, fulgorem igitur illum nitoremque cocci pariter et rosae, non habebat purpura, nisi in sublimi posita spectaretur, ita vt suspicienda esset, et hoc est, quod hoc loco dicit, coccineum colorem qui in rosis micat, suspectu etiam trahi in Tyrias purpuras et dibaphas. *Salmas.* in Tertull. pall. pag. 186. 187. 188.

d. Hos animaduerto, etc.) Lege: *Hos animaduerto tres esse principales: vt rubentem in cocco, quia rosis, nigrante gratia: his trahitur suspectu et in Tyrias dibaphasque, ac Laconicas.* Ita eum locum constituo, libri melioris auctoritate.

uerto tres esse [1] principales. Rubentem *e.*, in coc-

1. *Vnum in cocco, qui in rosis micat Gratius nihil traditur aspecta Gr. et Al.*

ctoritate. Tyria ergo purpura suspectu ruborem nitoremque praeferebat cocci, cocco porro tincta, rursus Tyrio tingebant, vt fieret hysginum. *Salmas.* p. 273. b.

e. Vnum in cocco, qui in rosis micat. Gratius nihil traditur aspectu et in purpuras Tyrias, dibaphas) Locus est vitiatissimus et insanabile cacoethes. Vetus codex sic legit, *quia rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu.* Scribi posset minus fortasse male: *qui rursus migrante gratia trahitur in species. In purpuras, etc.* Pint.

Rubentem) Rubens, inquit, color, in cocco micat (est enim coccum rubens granum, vt dictum est, IX. 65.) cuius coloris gratia omnis a rosa profecta, siue a rosae similitudine: inde trahitur et in purpuras, dibaphasque, et Laconicas, in quibus idem colos deprehenditur suspectu, id est, quum in sublimi positae spectantur. Vide N. et Em. N VII. (hic pos.)

Rubentem) Misere affectus ad hunc diem locus hic fuit. Sic enim libri editi: *Vnum in cocco, qui in rosis micat. Gratius nihil traditur adspectu: et in purpuras... Alium in amethysto, qui in viola, et ipse in purpureum.* Libri melioris notae: R. 1. *In cocco, qui a rosis migrante gratia nihil traditur suspectu et in purpuras ... amethystum, qui viola et ipse in purpureum* R. 2. Pintiani codex: *vt rubentem in cocco, qui a rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu et in purpuras . . . amethystum, qui a viola, et ipse in purpureum, etc.* Sic etiam Vossianus, teste Gronouio. Atque haec sane sincerior lectio visa nobis est, tutiorque coniecturis semita, si voculam vnam exceperis, *nihil*, cuius vice *idem* idcirco rescripsimus, quod cetera percommode congruant, vti ex interpretatione nostra perspicuum est. Nihil fere attinet hic commemorare, quam varie hunc locum viri fama insignes emendare conati fuerint: ne tamen aliquid vel negligenter praetermisisse, aut maligne tacuisse videamus, id etiam referre operae pretium ducimus. Itaque Pintianus ita legebat: *vnum in cocco, qui rursus migrante gratia trahitur in species. In purpuras, etc.* Salmas. in Tertull. de Pallio, p. 138.

In

cocco: qui a rosis migrante gratia, [1] idem trahi-
D 4 tur-

1. *nihil aspectu. Trahitur is in purp. V. et in purpura Tyria, dibaphaque ac Laconica. Baysius*

In cocco, qui a rosis micat, et gratius nihil: suspectu trahitur et in purpuras Tyrias, dibaphasque, ac Laconias. Amethystum, qui in viola et ipse in purpureum etc. Idem in Solin. pag. 293. libri, vt ait, melioris auctoritate: *vt rubentem in cocco, qui a rosis, nigrante gratia: hic trahitur suspectu et in purpuras* etc. Gronouius Notis in aliquot Plinii libros: *Vt rubentem in cocco, qui rosis nigrante gratia* (vel *micante nigritia*) *nihil cedit, suspectus et in purpura Tyria, dibaphaque, ac Laconica: amethystum, qui violae, et ipse in purpura, eaque quam ianthinam appellauimus, etc.* Haec vero qui sine praeiudicata opinione cum libris conditiuis fidei probatae contulerit, accedere nos propius ad veteris scripturae vestigia, non inficias, vt remur, ierit. Retineri certe oportere illud, *migrante gratia*, indicant ista liquido, *a rosis et a viola. Trahitur* quoque non *traditur* legi sincere, admonet istud *in purpuras Tyrias* etc. et quod mox sequitur de amethysto, *et ipse in purpureum, quemque ianthinum,* quae libri omnes pertinaciter defendunt. H.

Vnum in cocco qui in rosis micat) Misere affectus locus. Acad. *vnum in cocco quia rosis micat gratiuis gratius nihil traditur aspectu qui et in purpuras Tyrias diphasque auta Laconicas. alium a metiston quod viola.* Eodem fere modo Menapius Gud. *vnum in cocco quia rosis micat gratius nihil traditur aspectus et in purpuras Tyrias diphasque aut Laconicas. alium ametiston quod viola.* Vossianus Andegau. *vnum in cocco quia rosis micante gratia nihil traditur aspectu*, etc. *aut Laconicas, alium ametistom quod viola.* Sed his codicibus solis nihil commiserim: nec sunt ex illis, qui possunt ope sua censerier. Fideliores vt Pintiani: *qui rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu.* Vossianus hoc amplius: *principales vt rubentem in cocco quia rosis migrante gratia nihil trahit suspectu et in purpuras Tyrias dibaphasque ac Laconicas. amethistum quae viola et ipse in purpura eum quemque yacinthium appellauimus.* Haec tutior et vera coniecturis se-

tur suspectu *ee.*, et in purpuras Tyrias *f.*, dibaphasque

semita. Tentabam autem: *Hos animaduerto tres esse principales: vt, rubentem in cocco, qui rosis nigrante gratia* (vel *micante nigritia*) *nihil cedit, suspectus et in purpura Tyria dibaphaque ac Laconica*: (siue mauis *purpuris Tyriis dibaphisque ac Laconicis*) *amethystum, qui violae, et ipse in purpura, eaque quam ianthinam appellauimus*: (*genera enim tractamus in species multas sese spargentia*) *tertius est, qui proprie conchylii, intelligitur multis modis.* Illud *rubentem* confirmatur Lib. XXXIII. I. *vuas rubentes cocci modo.* Tò *micante nigritia*, vel *nigrante gratia* Lib. IX. 36. *nigrantis rosae colore sublucens.* Et c. 38 *Rubens color nigrante deterior.* Ibidem, *nimiaeque eius nigritiae dat austeritatem illam nitoremque, qui quaeritur, cocci.* Idem: *laus ei summa in colore sanguinis concreti, nigricans aspectu idemque suspectu refulgens.* Ne quid dissimulem, *trahit* codex optimus literis, sed virgula superposita significat τὸ VR adiiciendum: sed *nihil cedit.* reposcit praecedens verbum *prouocauit. Suspectus* autem, non quasi non et aspectu placeat, sed quia suspectu magis intelligitur. Iam probauimus. Sed et Lib. XXXVII. 10. *quando praecellens debet esse in suspectu velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roseus nitor.* Seneca nat. q. I. 5. *Sunt etiam quidam colores, qui ex interuallo vim suam ostendunt. Purpura Tyria, quo melior saturiorque, eo oportet altius teneas, vt fulgorem suum ostendat.* Quum dicit, *eaque quam ianthinam appellauimus*, subaudio *veste*, ex cap. 6. *ab his ianthina vestis.* Nam *ianthinum* pro *hyacinthium* Merula et Hermolaus viderunt. Sed fortasse meliora nosces ex Pintiano et Salmasio ad Tertulliani Pallium p. 137. in Solinum p. 273. Octauiique Ferrarii insigni opere de re vestiaria par. I. L. II. c. 7. Gron.

ee. Suspectu) Vsus iterum ea voce Plin. XXXVII. 40. *Praecellens*, inquit, *debet esse in suspectu, velut ex carbunculo refulgens, quidam in purpura leuiter roseus nitor.* Vim vocis aperit egregie Seneca in hoc ipso purpurae argumento habitans, Quu. Natt. I. 5. *Sunt etiam quidam colores qui ex interuallo vim suam ostendunt. Purpura Tyria, quo melior satu-*

phasque, ac Laconicas. Alium in amethysto, qui *g.* a [1] viola, et ipse in purpureum, quemque *h.* [2] ianthinum appellauimus. Genera enim tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius *i.* est, qui proprie conchylii intelligitur, multis modis; vnus in heliotropio, [3] et in aliquo ex his plerumque saturatior: alius *k.* in malua, ad purpuram inclinans: alius in *l.* viola [4] serotina, conchyliorum [5] vegetissimus. *m.* Paria nunc componuntur, [6] et natura atque luxuria depugnant. Lutei video honorem

1. *viola. Trahitur et ipsa. V. viola, et ipsum purpureum. Bayf. Ego vero lego, qui ipse et in viola purpurea. qui in viola Gr. et Al.* 2. *iacinthinum. Ch.* 3. *aliquando exilior, pler. Vet* 4. *Serrana. V. et Columel.* 5. *Sic et Ch. vegetissima Gr. vegetissime alii.* 6. *natura atque lux. depugnante. V.*

saturiorque est, eo oportet altius teneas, vt fulgorem suum ostendat, etc. H.

f. Tyrias) De his egimus IX. 60. sqq. H.

g. Qui) Subintellige ex antecedentibus, qui a viola migrante gratia, et ipse trahitur in purpureum colorem. Est enim quidam purpurae fulgor, non ex toto igneus, sed qui in violam desinat, et vini colorem, vt ait Plinius XXXVII. 40. Huius coloris veste qui indutus sit, *amethystinatus* Martiali dicitur II. ep. 57. H.

h. Quemque) Vbi vestis ianthinae facta mentio est, s. 14. Vtriusque coloris nomen in Nothis quae falso Tironi adscribuntur, apud Gruterum p. 159. *Amitextinum. Iantionium.* Lege, *Amethystinum, Ianthinum.* H.

i. Tertius) Locum hunc iam superius explicuimus, IX. 53. H.

k. Alius) Graecis malua μολόχη est, vt omnes probe norunt. Hinc qui colorem tingebant ad purpuram inclinantem, qualis in maluae flore spectatur, *molochinarii* a Plauto nuncupati in Aulul. act. 3. sc. 5. v. 40. Qui violaceum, *violarii*: et auctore Festo, *Flammearii, infectores flammei coloris*, de quo mox dicemus. H.

l. In viola serotina, etc.) Leucoio purpureo, quod admodum sero florere perseuerat. *Dal.*

m. Ve-

norem antiquissimum, in *n.* nuptialibus [1] flammeis totum feminis concessum: et fortassis ideo non [2] numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac feminis, quoniam *p.* societas principatum *q.* dedit.

XXIII.

1. *flameis. Ex Verrio.* 2. *numeratum. V.*

m. Vegetissimus) *Vegetissimus*, id est, viuidissimus, ac nitidissimus, *color*, subaudi, qui ex conchyliis exprimi ac elici potest. *Dal.*

n. In) Siue *flammeolis.* Petronius in Satyr. p. 70. *Consurrexi ad officium nuptiale: Iam Psyche puellae caput inuoluerat flammeolo.* Amiculum fuit, quo amiciebatur nubens, inquit Festus, verbo *Flameo*, boni ominis causa: quod eo flamminica, hoc est, Flaminis Dialis vxor, cui diuortium facere nefas erat, assidue vtebatur: atque hinc nomen traxit, non a flammae colore: nam erat luteum. Lucanus II. 361. *Lutea demissos velarunt flammea vultus.* Flammeum vocat Sulpitius Seuerus, Hist. sacr. II. de Nerone. Nonius Marcell. c. 14. n. 41. *Flammeus, vestis vel tegmen, quo capita matronae tegunt.* Flammea Iuuenali Sat. 6. v. 224. vbi vetus Schol. *Genus amicti, quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum.* Vide alia multa de flammeo apud Brissonium de ritu nuptiarum p. 178. sqq. H.

o. Flammeis) Flameum Verrius nuptae amiculum vocat, quo caput tegebat, non a flammae colore flammeum, sed quia Flaminica cui diuortium facere non licebat, eo assidue vteretur. Eodem modo tegebatur et nupta, vt perpetuo cum viro maneret. Nec hoc tantum, verum etiam in soccis luteo colore vtebantur nouae nuptae, quod his verbis demonstrat Seneca: *Crura distincto religauit auro, Luteo plantas cohibente socco.* Fascias autem priore versu crurales significat, auro intertextas, quibus tibias et femina obligabant. Magius cap. 3. Lib. III. Vide Alex. ab Alexand. cap. 2. Reticulis etiam luteis vsas fuisse virgines pridie nuptiarum adnotatum est, cap. 9. Lib. XXXVIII. Tibullus, *Flauaque coniugio vincula portet amor.* Turn. cap. 32. XXIX. Aduers. *Dal.*

p. Quoniam) Quoniam qui colores societatem habent, *vt communes maribus feminisque sint*, ii principatum obtinent. H.

q. Principatum dedit) Nobilio-

XXIII. Amaranto *r.* non dubie vincimur. Eſt autem ſpica purpurea verius, quam flos aliquis, et ipſe ſine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi et laetius renaſci. Prouenit Auguſto menſe: durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus aſſeruatur. [1] Mireque, poſtquam defecere cuncti flores, madefactus aqua [2] reuiueſcit, et hibernas coronas facit. Summa *s.* eius natura in nomine eſt, appellato, quoniam non marceſcat.

XXIV. In nomine *t.* et cyani colos: item [3] holochryſi.

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. mirumque Gr. et Al.* 2. *reuiuiſcit Gr.* 3. *Eliechryſi. Dioſc.*

bilioribus aliis, vt purpureo, ianthino, coeruleo. *Dal.*

r. Amaranto) Amarantus ſpicatus vocatur in Eyſtetenſi horto, qualem in Regio vidimus: *Amarante*, ou *Paſſe - velours: amarante à crête de coq, ou crêtée.* Italis, *Fior di velluto.* H.

s. Summa eius natura, etc.) Lege: *Summa naturae eius in nomine eſt: appellatio quoniam non marceſcat.* Ita dixit, *ſumma naturae*, vt ſumma voti: At eo loco *in nomine eſt*, idem ſignificat, quod in fama eſt. Et poſtea ſcribe *helichryſi.* Sed falſum eſt eum florem non fuiſſe in vſu Alexandri aetate, quia proximi ab eius morte auctores de eo ſiluere. Vide *Salmaſium* 966. b.

Summa eius natura in nomine eſt) *Summa natura eius* Acad. Gud. Voſſ. Sal. ſcribi iubet, *Summa naturae eius*, vt *ſumma voti, ſumma curae*, ad Sol. p.966. Perperam vt puto. nam eodem ſenſu et elegantius dicitur *ſumma natura*, vt *ſumma reſpublica.* Vide ad Liuium L. XXVI. 10. *Gron.*

Summa) Ita MSS. non vt vult Salmaſ. in Solin. p.966. *Summa eius naturae* Ἀμάραντον porro dici Plinius affirmat: ἀπό τοῦ μαραίνεσθαι, et vere id quidem. H.

t. In nomine et cyani colos) Legend. *In nomine et Cyani colos: item helichryſot omnes, etc.* Salmaſ. p. 132. b.

Et cyani) Cyanus vulgaris in horto regio, qualis a Lobelio pingitur, in Obſſ. p. 296. Noſtris *Bluet*, ou *Aubifoin.* H.

lochryſi. *v.* Omnes autem flores non fuere in vſu Alexandri Magni aetate, quoniam proximi a morte eius auctores ſiluere de illis: quo manifeſtum eſt poſtea placuiſſe. A Graecis tamen repertos quis dubitet: non aliter Italia vſurpante nomina illorum?

XXV. At Hercules [1] petilio *x.* ipſa *y.* nomen impoſuit, autumnali, circaque vepres naſcenti, et tantum colore commendato, qui eſt roſae ſilueſtris. Folia parua, quina. Mirumque in eo flore, inflecti cacumen, [2] et non niſi retorto folia naſci, paruo calyce, ac verſicolori, luteum *z.* ſemen includente. Luteus *a.* et [3] bellio paſtillicantibus *b.* [4] quinquagenis quinis [5] barbulis coronatur. Pratenſes

1. *petillio ipſa nomen poſuit. Ch.* 2. *et nodis intorto. Ch.* 3. *bellis. V.* 4. *quinquageniſquinis Gr.* 5. *foliolis. V.*

v. Holochryſi) Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice, tum denique huius libri ſ. 85. Inter ignotas herbas cenſenda. H.

x. Petilio) Petilium dictum quidam volunt a Petilia oppido Magnae Graeciae, cuius mentio ſit cap. 10. L. III. *Dal.*

Petilio) MSS. R. Colb. Th. *petellio.* At in indice *petilium,* in recto caſu. Genus eſſe roſae ſilueſtris videtur, cui a Petilia forte nomen inditum, magnae Graeciae oppido. H.

y. Ipſa) Italia nomen petilio flori dedit. H.

z. Luteum ſemen includente) *Includentia*, non *includente*, vetus exemplar praefert: vt referat ſemina. *Pint.*

a. Luteus) Lutei coloris, inquit, et bellio eſt. Ipſa bellis lutea eſt, quam Chryſanthemum ſegetum Lobelius vocat in Obſſ. p. 298. et in Aduu. p. 237. Eadem poetarum caltha, *le Soucy.* H.

b. Paſtillicantibus) Paſtilli rotundam figuram effingentibus. *Dal.*

Paſtillicantibus) Paſtilli rotundam figuram repraeſentantibus. H.

tenſes hi flores, ac ſine vſu plerique, et ideo ſine nominibus. Quin et his ipſis alia alii vocabula imponunt.

XXVI. Chryſocome *c.* ſiue chryſitis, non habet Latinam appellationem. Palmi *d.* altitudine [1] eſt, comantibus fulgore [2] auri corymbis, radice nigra, ex auſtero dulci, in petroſis opaciſque naſcens.

XXVII. (IX.) Et fere peractis colorum quoque celeberrimis, tranſeat [3] ratio ad eas coronas, quae varietate ſola placent. Duo earum genera, quando aliae flore conſtant, aliae folio. Florem eſſe dixerim geniſtas: (namque [4] et iis decerpitur luteus:) item rhododendron: item zizipha, quae [5] et Cappadocia *e.* vocantur: his odoratus, ſimilis olearum floribus. In vepribus naſcitur cyclaminum, de *f.* quo plura alias. Flos *g.* eius coloſſimus in coronas admittitur.

XXVIII.

1. eſt in M. d. 2. *aureis. V.* 3. *oratio. Alii.* 4. *ex. V.* 5. *et, in V. d.*

c. Chryſocome) Χρυσοκόμη Dioſc. IV. 55. Et in Noth. p. 465. Χρυσοκόμη, οἱ δὲ χρυσῖτις, οἱ δὲ Χρυσάνθεμον, etc. Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 242. Χρυσοκόμη, καλεῖται δὲ καὶ χρυσίτης, . . Ῥωμαῖοι Ἴοβις βάρβα. Nec vidiſſe ſe, nec noſſe quae ſit, ſcribit Anguillara, P. XIV. p. 264. Forte Stoechas citrina Dodonaei p. 267. H.

d. Palmi altitudine) Dioſc. l. c. Χρυσοκόμη θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον κόμην κορυμβοειδῆ, ὅμοιαν ὑσσώπῳ etc. H.

e. Cappadocia vocantur) Alba vocat Columel. cap. 4. Lib. IX. diſtinguitque a rutilis. *Dal.*

f. De quo) L. XXV. 67. ſq. H.

g. Coloſſinus) Coloſſinum Plinius vocat, non quidem vaſtum et inuſitatae magnitudinis, vt Beroaldus expoſuit, ſed purpureum, a Coloſſis vrbe Troadis, vbi pigmentum tale parabatur. Philander in cap. vltim. L. III. Vitruuii. *Dal.*

XXVIII. Folia *h.* in coronamentis [1] ſmilacis *i.* et ederae, corymbique earum obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde *k.* diximus. Sunt et alia genera nominibus Graecis indicanda, quia noſtris maiore ex parte [2] huius nomenclaturae defuit cura. Et pleraque eorum in exteris terris naſcuntur, nobis tamen [3] confectanda, quoniam de natura ſermo, non de Italia eſt.

XXIX. Ergo *l.* in coronamenta folio venere melothron *m.*, [4] ſpiraea *n.*, origanon, cneoron,

1. ſmilacis et ederae in coronamenta ſe dedere, coronaeque. V. 2. *his nomen dare.* M. 3. *confectata. M.* 4. *ſpira. M. et Ch origanum. Ex Th. thryganum. Ch. ſpireon, trigonon Gr. et Al.*

Flos) Purpureus, a Coloſſis vrbe Troadis, vbi ſimile pigmentum paratur. Vide Strabon. XII. p. 518. Etſi id Scaliger negat, Exerc. 325. in Card. p. 1044. Plinius, XXV. 67. de cyclamino: *Caule exiguo, inani, floribus purpureis,* etc. H.

h. Folia in coronamentis) Legend. *Folio in coronamentis ſmilaces et hederae obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus.* Vide *Salmaſius.* pag. 1041. b.

i. Smilacis) Coronas e ſmilace infauſtas eſſe, vide cap. 35. Lib. XVI. *Dal.*

k. Abunde) L. XVI. 62. 63. H.

l. Ergo in coronamenta) Haec Theophr. vt ſuffruticum genera, τῶν ὀριγανικῶν, recenſet, non vt plantas ad coronamenta expetitas. cap. I. Lib. VI. hiſt. *Dal.* *Ergo in coronamenta folio venere Melophrum: Smerea, Origanum, Cneorum quod Caſiam Hyginus vocat; et quod cunilaginem, conyza; meliſſophylum, quod apiaſtrum; meliloton quod nos ſertulam Campanam vocamus.* Salmaſ. p. 101. b.

m. Melothron) Vitis alba cap. I. Lib. XXIII. mihi potius glycypicron Dodonaei. *Dal.*

Melothron) Ex his haec recenſet Theophr. Hiſt. VI. I. μήλωθρον, σπειραία, κνεώρον, ὀρίγανον, κόνυζα, μελλισσόφυλλον, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Melothron vitem albam eſſe arbitramur, de qua

ron *o.*, quod *p.* caſiam Hyginus vocat: [1] et quod cunilaginem *q.*, quae conyza: meliſſophyllon, quod *r.* apiaſtrum: meliloton *s.*, quod ſertulam Campanam vocamus. Eſt enim in Campania Italiae laudatiſſima, Graecis in Sunio: mox *t.* [2] Chalcidica et Cretica, vbicumque vero aſperis et ſilueſtribus nata. Coronas *v.* [3] ex ea antiquitus factitatas,

1. et conyza, quam cunilaginem, mel quod ap. melilotos quam. V. *2. Chalcedonica et e Cyzico. Dioſcor.* *3. Sic ex MSS. H. et M. hac Gr. et Al.*

qua XXIII. 16. Origanon illud eſt, de quo XX. 69. Spiraea, ſi Dalecampio credimus, et Rob. Conſtantino in Lexico, verbo Σπειραία, ea eſt quam pro viburno Matthiolus, rei herbariae alioqui peritiſſimus accepit: vulgo, *Blanche-putain.* Alia eſt Spiraea Cluſii, Hiſt. rar. plant. l. p. 84. quam ipſe viciniorem Theophraſteae, ſeu Plinianae putat: et nos in horto Regio vidimus. H.

n. Spireon) Σπειραία frutex lentus et vitilis, vt in ſpiras torqueri poſſit, Matthioli viburnum. *Dal.*

o. Cneoron) Cneorum album Anguillarae lauendula noſtra vtraque, mas et femina: Cneorum nigrum libanotis coronaria, ſiue roſmarinus: cuius nuſquam ſub alio nomine Theophraſtus meminit. *Dal.*

p. Quod) Non aromaticam quidem illam, de qua XII. 43. ſed alteram, de qua mox, cui id nomen inditum ab Hygino, quod iuxta caſas agricolarum naſcitur. H.

q. Quod cunil.) De qua XX. 63. H.

r. Quod ap.) Non ab apio illud quidem, ſed ab apibus dictum, quibus illud pabulum ſuaue eſt. Vide quae de eo diximus XX. 45. H.

s. Meliloton) Dioſc. III. 48. Μελίλωτος, κράτιϛος, ὁ Ἀττικὸς, καὶ ὁ ἐν Κυζίκῳ, καὶ ὁ ἐν Καλχηδόνι γεννώμενος κροκίζων καὶ εὐώδης· Φύεται καὶ ἐν Καμπανίᾳ. Graeco nomine Gallis, ipſiſque adeo officinis notior quam Latino: *Melilot.* Lobelii Melilotus Germanica eſt, in Obſeruu. p. 501. H.

t. Mox) Forte *Chalcedonica*, ex Dioſc. H.

v. Coronas) Melilotinae coronae, apud Athenaeum perquam odoratae, XIV. p. 678. Vnde nunc etiam in

tatas, indicio est nomen sertulae, quod occupauit. [1] Odor *x.* eius croco vicinus est, et flos, ipsa cana. Placet maxime foliis breuissimis atque pinguissimis.

XXX. [2] Folio coronat et trifolium. Tria *y.* eius genera. Minyanthes *z.* vocant Graeci, alii *a.* asphaltion, maiore *b.* folio, [3] quo vtuntur coronarii.

1. *Color. Dioscor.* 2. *Folia coronant et trifolii. M.* 3. *quo non vtuntur. Dal.*

in Campania Romana retinet nomen, *Coronello.* Anguillara, P. XII. p. 205. Reperitur frequens in Marsis. H.

x. Odor) Auctor libri de simpl. med. T. XIII. Opp. Galeni, pag. 1001. *Sertula herba est humilis, odore suaui, exalbida, flosculum habens subrufum* etc. Et Diosc. l. c. ex quibusdam libris, ὀσμῇ κροκίζων dixit. H.

y. Tria eius) Perperam, nam idem genus quod ὀξύφυλλον vel ὀξυτρίφυλλον ab acutis foliis appellatur, μινυανθές etiam dicitur a flore: ἀσφάλτιον ab odore: κνήκιον a seminis figura. *Salmas.* 243.

z. Minyanthes) Scholiastes Nicandri in Ther. p. 25. Τὸ τρίφυλλον Διονύσιος μὲν ἐν τοῖς Ῥιζοτομικοῖς, μινυανθές καλεῖ. Tria genera complectitur Diosc. his verbis III. 123. Τρίφυλλον, οἱ δὲ ὀξύφυλλον, οἱ δὲ μινυανθὲς, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ κνίκιον καλοῦσι. Vulgo *Trefle.* Oxytriphyllon officinae *Alleluia* et Trifolium vocant. H.

a. Alii) Quoniam, vt Nicander cecinit, in Theriac. p. 36. Οἷόν τ' ἀσφάλτου ἀπερεύγεται, *asphalto fragrat grauis,* inquit interpres Gorraeus, Columella VI. 17. p. 227. *Simonianum trifolium, quod inuenitur confragosis locis, efficacissimum traditur,* ad ictus serpentis videlicet, et noxiorum animalium, *odoris grauis, neque absimilis bitumini, et idcirco Graeci eam ἀσφάλτιον appellant: nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis et hirsutis foliis viret, caulemque robustiorem facit, quam pratense.* H.

b. Maiore folio) Columella cap. 17. VI. Simonianum trifolium vocat, inuenirique tradit in confragosis locis efficacissimum, odoris grauis, neque absimilis bitu-

rii. Alterum *c.* acuto, oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutissimum. [1] Inter *d.* haec neruosi cauliculi quibusdam, vt *e.* marathro, hippomarathro, myophono. *f.* Vtuntur *g.* [2] e ferulis et corymbis, et *h.* ederae flore purpureo. Est *i.* et in alio genere earum

1. *Praeter haec. V.* 2. *et ferulis, et ederae corymbis, et flore. V.*

bitumini, et idcirco a Graecis asphaltion vocari, a Romanis propter figuram acutam trifolium: quoniam longis et hirsutis foliis viret, ac caulem robustiorem facit quam pratense. *Dal.*

c. Acuto) Imo potius, vt volunt, acido. *Idem.*

Alterum) Scrib. Larg. Comp. 163. *Trifolium acutum, quod* ὀξυτρίφυλλον *Graeci appellant. Nascitur et hoc Siciliae plurimum: nam in Italiae regionibus nusquam eam vidi herbam, nisi in Lunae portu ... plurimum super circumdatos montes. Est autem foliis, et specie, et numere, similis communi trifolio, nisi quod huius pleniora sunt, et quasi lanuginem quamdam super se habent, et in extrema parte velut aculeum eminentem. Sed huius frutex duorum pedum interdum, aut etiam amplius conspicitur, et odorem grauem emittit, quorum nihil circa pratense trifolium inuenitur.* H.

d. Inter) Theophr. Hist. VI. 1. H.

e. Vt marathro, hippomarathro) Vossiani duo Gudianusque *marathо, hippomarathо*, vt et alibi. Vtroque autem modo et Graecis scribitur. *Gron.*

f. Myophono) Quod et μυοκτόνον vocant, siue aconitum, de quo XXVII. 2. Theophr. l. c. μυοφόνον. H.

g. Vtuntur e ferulis, etc.) Ita lege: *Vtuntur et corymbis hederae, flore purpureo, et in alio genere earum silu͏estribus rosis simili. Sed in his quoque color tantum delectat, odor autem abest.* Vide *Salmas.* p. 364. a.

Vtuntur) Vtuntur, inquit, ad coronamenta et corymbis, siue vmbellis ferularum. Ἀεροβατεῖ Scaliger, L. I. ep. 17. ad Vertunianum, quum libris inuitis omnibus, *sphaerulis* hoc loco reponit. H.

h. Et ed.) De quo dictum est XVI. 62. H.

i. Est) Vide quae diximus XVI. sectione proxime appellata. H.

earum filueftribus *k.* rofis fimilis. Et in iis quoque colos tantum delectat, odor autem abeft. Et *l.* cneori duo genera, nigri atque candidi. Hoc et odoratum: ramofa ambo. Florent poft aequinoctium [1] autumnum. (X.) Totidem *m.* et origani in coronamentis fpecies. Alterius *n.* enim nullum femen. Id *o.*, cui [2] odor eft, Creticum vocatur.

XXXI.

1. *autumni. V.* 2. *candor. Ex Theophr.*

k. Silueftribus rofis fimilis) De cifto id accipiendum. Ciffon cum cifto hic Plinius confundit, vt et in aliis quibufdam locis: itaque fic caftigandus hic locus ex Theophrafto et Diofcoride: *Vtuntur et ferulis, et ferulagine, et cifti flore purpureo. Nam et eft in alio genere candicans. Vtrique tamen earum filueftribus rofis fimilis.* Dal.

l. Et cneori) Siue cafiae, vt, dictum eft Theophr. Hift. VI. 2. Δύο δὲ εἴδη καὶ τοῦ κνεώρου· ὁ μὲν γὰρ λευκός· ὁ δὲ μέλας . . . ἔςι δὲ ὀσμώδης: ὁ δὲ μέλας ἄοσμος . . καὶ τὰς ἀκρέμονας πολλὰς . . . βλαςάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ μετ' ἰσημερίαν μεσοπωρινήν. De hac cafia Virgilius Georg. IV. 304. *Thymum, cafiasque recentes.* Non eft autem ea Lauendula, *la Lavende*, vt Dalecampio vifum, poft Anguillaram P. I. p. 32. reclamante merito Dodonaeo, p. 273. et Matthiol. p. 45. et 56. Nigrum vero cneoron forte thymelaea eft, vt Dodonaeus fufpicatur, pag. 360. et poft eum Salmafius, p. 405. H.

m. Totidem) Subintellige genera, vt cneori, nigri atque candidi: huius quidem fructuofi, illius infecundi. Theophr. l. c. Καὶ τοῦ ὀριγάνου δὲ ἡ μέλαινα ἄκαρπος· ἡ δὲ λευκὴ κάρπιμος. H.

n. Alterius enim nullum femen) Hoc ex Theophrafto cap. 2. Lib. VI. hift. Diofcoridi tria genera origani, Heracleoticum, onites filueftre, atque adeo tragoriganum. Fructuofa omnia funt. *Dal.*

o. Id) Plin. XX. 69. de origano: *Optimum autem Creticum: nam et iucunde olet.* H.

XXXI. Totidem *p.* et thymi: candidum, ac nigricans. Floret *q.* autem circa ſolſtitia, quum et apes decerpunt, et augurium mellis eſt. Prouentum enim ſperant apiarii large floreſcente eo. Laeditur *r.* imbribus, amittitque florem. Semen *s.* thymi non *t.* poteſt deprehendi: quum origani perquam minutum, non tamen fallat. Sed quid intereſt occultaſſe id naturam? In flore ipſo [1] intelligitur, ſatoque eo naſcitur. Quid non tentauere homines? Mellis Attici in toto orbe ſumma laus exiſtimatur. Ergo *v.* translatum eſt ex Attica thymum, et *x.* vix flore (vti [2] docemus) ſatum. Sed alia ratio naturae obſtitit, non durante Attico thymo, niſi *y.* in afflatu maris. Erat quidem haec opinio

1. *integitur.* V. 2. *diximus* V. *docemur. Alii* V. *dicemus. Alii.* V.

p. Totidem et thymi) Hoc ex Theophraſto loco ſupra citato. Album tantum Dioſcorides agnoſcit et deſcribit. Philochorus thymi lignum proprie *νηφάλιον* vocari tradit, eoque veteres primum vſos in ſacris, quae accenſo igne fiebant, vt *ἀπό τῆς τομιάσεως καὶ τῆς θυῆς* appellatum ſit. Rhod. c. 3. XXIII. *Dal.*

Totidem) Haec iiſdem verbis Theophr. l. c. H.

q. Floret) Ad verbum haec iterum Theophr. l. c. H.

r. Laeditur) Theophr. l. c. H.

s. Semen) Theophr. l. c. et de cauſ. I, 5. p. 203. *Κατὰ μὲν ὄψιν οὐ φανερὰ, κατὰ δὲ τὴν δύναμιν φανερά. Σπειρομένων γὰρ τῶν ἀνθῶν γεννᾶται,* etc. H.

t. Non poteſt deprehendi) Flore ipſo integitur, *ἐν τῷ ἄνθει ἀναμέμικται. Theophr.*

v. Ergo tranſlatum eſt, etc.) Qui tamen aſportare ex Attica cupiunt, quaerunt et inueniunt. *Idem.*

Ergo) Theophr. l. c. H.

x. Et vix flore, vti docemus, ſatum) Corruptiſſima verba. Quid ſi legas, *ſed vix floruit decies ſatum*, vel *decimo ſatum*, vel *decimo ſatu.* Pint.

y. Niſi) Niſi quo flatus e mari poſſit pertingere: *οὐ γὰρ φασὶ δύνασθαι καὶ λαμ-*

opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in z. Arcadia. Tunc oleam non putabant gigni, nisi a. intra ccc. stadia a mari. Thymis b. quidem nunc etiam lapideos campos in prouincia Narbonensi refertos scimus: hoc paene solo reditu, e longinquis regionibus pecudum millibus conuenientibus, vt thymo vescantur.

XXXII. Et conyzae c. duo genera in d. coronamentis, mas ac femina. Differentia in folio. Tenuius feminae, et constrictius, angustiusque: [1] imbricatum e. maris, et ramosius. Flos quoque magis splendet eius, serotinus vtrique post Arcturum. Mas odore grauior, femina f. [2] acutior: et ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia g. feminae

1. *imbricatus mar. et ramosior. Flos eius quoque.* M.
2. *Sic et Cb. acrior Gr. et Al.*

λαμβάνειν, ὅπου μὴ ἀναπνοὴ διϊκνεῖται ἡ ἀπὸ τῆς θαλάσσης. Theophr. H.

z. *In Arc.*) Theophr. ergo errat, ita de thymo et olea sentiens, l. c. H.

a. *Nisi*) Vide quae diximus XV. 1. H.

b. *Thymis*) Nigris, sed non albis: serpyllo zygi Dioscorid. vulgo *Serpoullet* et *Farigoule*. Rubra vocat Arist. c. 49. Lib. IX. historiarum. *Dal.*

c. *Et*) Et his quoque Theophrastea simillima sunt, ex Hist. IX. 2. De vtroque genere iam diximus superiore libro, f. 63. 64. H.

d. *In coronamentis*) Theophrastus in coronas expeti nusquam ait. *Dal.*

e. *Imbricatum*) Imbricis modo curuum et obtortum. Imbrex tegula curua est, per quam imber defluit. H.

f. *Femina*) Theophr. Δριμυτέρα δὲ θηλείας. Hesychius: Δριμὺς, ὀξύς. Ita porro MSS. non, vt editi prius, *acrior*. Aliud enim odor acris est, aliud acutus. H.

g. *Folia*) Scilicet dum teruntur, vt dictum est, libro sup. f. 64. H.

minae [1] mellis odorem habent. Masculae radix a quibusdam *h.* libanotis appellatur, de qua diximus.

XXXIII. Et tantum *k.* folio coronant Iouis *l.* flos, amaracus, hemerocalles, abrotonum, helenium, sisymbrium, serpyllum, omnia surculosa *m.*, [2] rosae *n.* modo. Colore *o.* tantum placet Iouis

flos,

1. meliorem. Alii, suauiorem. Diosc. *2. thymi, vel rutae.*

h. Libanotis) Falsum id, nec a veteribus proditum. *Dal.*

i. De qua) L. XX. 64. H.

k. Et tantum folio) Theophrastus scribit simpliciter, has esse coronarias, non autem solo folio coronare, c. 1. Lib. VI. histor. *Dal.*

Et tantum) Nempe conyzae duo genera proxime memorata: nam quae subsequuntur, etiam flore coronant, rosae modo. Theophr. Hist. VI. 1. Ἐν τοῖς ςεφανωτικοῖς ἐςὶ, ῥοδωνιὰ, ἰωνιὰ, Διὸς ἄνθος, ἀμάρακος, ἡμεροκαλλές. ἔτι δὲ ἕρπυλλος, σισύμβριον, ἑλένιον, ἀβρότονον. ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη, καὶ μικρόφυλλα. Vt de ceteris sileam, Catullus certe, Carm. 62. *Cinge tempora floribus suaueolentis amaraci.* H.

l. Iouis flos) Dios anthos et hemerocallos flore tantum coronant, reliqua foliis. Delenda itaque illa, *Iouis flos.* Dal.

m. Surculosa) Ξυλώδη, lignosa. Theophr. l. c. et c. 6. H.

n. Rosae modo) Vt rosa, viola, ἰωνιὰ, ῥοδωνιὰ. Aliter haec Plinius recitat, quam leguntur apud Theophrastum. *Dal.*

o. Colore tantum etc) Nicander in Georgicis, Ἡ γὰρ καὶ λεπταὶ πτερίδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες Λευκοΐα τ' ἀμεντὴν, καὶ ἐν κρόκος εἴαρα μύων Κρίνον, κύπτειρος τε, σισύμβριον, ὅσσα τε χ' οἷα Ὥσπερ ἰαμναίοισι τόποις ἀνετρέψατο λειμὼν κάλλεα, βουφθαλμήντε, καὶ εὐειδὲς Διὸς ἄνθος. Sic fere Petronius, *Emicuere rosae, violaeque et molle Cyperum, Albaque de viridi riserunt lilia prato.* Idem.

Colore) Theophr. Hist. VI. 6. Ἄνοσμα, ὥσπερ Διὸς ἄνθος, φλόξ. Iouis florem, inquit Ruellius, II. p. 448. rura nostra, *cocolundas*, *coquelourdes* nominant. Φλόγα, siue φλόγιον, seu flammeam,

flos, odor abeſt: ſicut et illi, qui Graece phlox vocatur: Et ramis autem et folio odorata ſunt, [1] excepto *p.* ſerpyllo. Helenium *q.* e lacrymis Helenae dicitur natum, et ideo in [2] Helene inſula laudatiſſimum. Eſt autem frutex humi ſe ſpargens dodrantalibus *r.* ramulis, folio ſimili ſerpyllo.

XXXIV. Abrotonum *s* odore iucunde [3] graui floret.

1 *helenium, ſiſymbrium, ſerpyllum. Theophr.* 2. *Helenae. Ch.* 3. *graui floret aeſtate. Flos Gr. et Al.*

meam, nos violae inodorae genus eſſe remur, quam vulgus Gallicum Penſeam, *Penſée* vocat, ſuffragante nobis Ruellio, p. 449. et Dodonaeo p. 358. a quo viola tricolor aſſurgens appellatur. H.

p. Excepto) Serpyllum tamen Theophraſtus, vt cetera, et ramis et folio eſſe odoratum ſcribit, Hiſt. VI. 6. Τῶν δὲ καὶ οἱ κλῶνες, καὶ τὰ φύλλα καὶ ὅλως ἡ πᾶσα φύσις εὔοσμος· οἷον ἑρπύλλου, ἑλενίου, σισυμβρίου. H.

q. Helenium) Aegyptium Dioſcoridis. *Dal.*

Helenium) Fabulam apud Nicandrum in Theriacis vide, et Phauorinum. Aelianum quoque, ſi lubet, adi, Hiſt. Anim. IX. 21. Helenium iſtud Aegyptium eſt, orbi huic noſtro incognitum, de quo eadem fere Dioſc. I. 28. ex Crateua recitat. In Etymologico Phauorini: Ἑλένειον, βοτάνη ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινομένη, εἴρηται, ὅτι ἐκ τῶν δακρύων τῆς Ἑλένης ἀνεφύη. ὅτε ἐπὶ Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενέλαος ἐδάκρυσεν ὑπὲρ αἱμοῤῥοΐδων ἀποθανόντι. Hoc et nectarion appellauere, ob ſuauitatem ſucci, quam dotem Plinius animaduertit inferius, ſ. 91. Hinc nectarites vinum, de quo IV. 19. H.

r. Dodrantalibus ramulis) Cubitalibus ramulis, ſerpylli modo humi iacentibus, foliis lenticulae circa ramos, longioribus, crebris. Dioſcor. *Dal.*

s. Abrotonum odore iucunde graui) Videtur legendum *acri*, non *graui*, ex Theophraſto Lib. de cauſis plant. VI. c. 22. et Plinio ſupra hoc ipſo Libro capite 7. Admonuitque nos in hac re priuſquam in Plinium quippiam ſcribere aggrederemur, Oroſcius noſter, inſignis philoſophus ac medicus, Latineque ac Graece egregie doctus.

floret. Est autem flos aurei *t.* coloris. Vacuum *v.* sponte prouenit. Cacumine *x.* suo se propagat. Seritur *y.* autem.[1] semine melius, quam radice aut sur-

1. *viuiradice ac surculo melius, quam semine: et semine quoque, etc. Ex Theophr.*

ctus. Sed potest tolerari *graui*, ex Dioscoride libro tertio, capite de Abrotono. *Nascitur*, inquit, *aestate odoratum cum grauitate aliqua.* Ergo quum dicit Plinius Abrotonum acrem habere odorem; Theophrastum secutus est: quum grauem, Dioscoridi consentit. *Pint.*

Abrotonum) Ἀβρότονον. Galli nunc vocant, Latinos imitati, *Aurone*: aliqui vestiarium custodem, *Garderobe*, quod armariis sparsum vestes a tineis vindicet. A Lobelio pingitur mas et femina, duo enim sunt eius genera, in Obss. pag. 443. Diosc. III. 29. Ἀβρότονον . . πλῆρες ἀνθȣς . . . θερείας γεννώμενον, εὐῶδες μετὰ πόσου βάρους, πικρὸν τῇ γεύσει. H.

Abrotonum odore iucunde graui floret aestate) Recte Gelenius *iucunde graui*: sed τὸ *aestate* deest in castioribus membranis, ortum ex *est autem*, quod video in Voss. duobus, Academico et Gudiano, et adiecit aliquis expleturus in sequenti commatio, quod Plinius voluerat intelligi. Sufficit vero paullo post dici de abrotono et adonio iunctim: *Vtrumque floret aestate.* Gron.

t. Flos) Ita Diosc. l. c. H.

v. Vacuum sponte prouenit) Lego: *Vacuis sponte prouenit*: id est, incultis, neglectisque locis, quo loquendi modo praedia vacua scripsit ac dixit Cicero. *Dal.*

Vacuum) Hoc est, vt quidem interpretor, semine vacuum, vel sine semine sponte prouenit. Causa subiungitur, quoniam cacumine suo se propagat, dum vertex suo pondere delapsus terra excipitur, et radices agit. Libris omnibus aduersantur, qui vel *vacuis sponte*, vel vt Pellicerio placuit in notis MSS. *vasculis depositum* legunt. H.

x. Cacumine suo se propagat) Quoniam summis flos surculis exit, quo pereunte semen succedit, et vertice plantae delapsum, terraque exceptum, plantam suam propagat. *Dal.*

y. Seritur autem semine melius) Abrotonum radice, vel auulso surculo (παρασπά-

surculo: semine quoque non sine negotio: plantaria [1] transferuntur. Sic [2] et Adonium. Vtrumque

1. *transferuntur in Adonidis hortos aestate. Alsiosum enim adm. est: et so. ta. ni. laeditur. Sed sibi conualuit, rutae vice fruticat. Ex Theophr.*

σπάδως) potius, quam semine germinat. Semine vero difficulter exit. Surculi autem in testis et fictilibus panguntur, quemadmodum conserunt Adonidis hortos. Seritur aestate: est enim admodum alsiosum, atque morbis obnoxium, etiam vbi sol multum lucet: sed vbi conualuerit, accreueritque, magnum ac robustum arborescit rutae modo, etc. *Theophrast. cap* 7. *Lib. VI. histor.* Dalec. *Seritur autem semine: melius quam radice aut surculo)* Ex Theophrasto hoc ad verbum libro sexto, capite vltimo, et tamen vult haec verba deprauare Ruellius. Sed videtur Theodori tralatio decepisse hominem, quae diuersa abit a Graeca lectione quam sequitur Hermolaus in Corollario cum Plinio. Itaque nihil hac in parte dicit Ruellius. *Pint.*

Seritur.) Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Seritur*) Hic censoria nota Plinium Dalecampius perstringit, post Ruellium, II. p. 498. et post vtrumque Salmasius in Praef. p. 99. falsos sequuti Theophrasti codices, quum ex optimis editionibus Ald. et Basil. consentiant Theophrastea Pliniana. Sic enim ille scripsit Hist. VI. 7. Ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει, ἢ ἀπὸ ῥίζης, καὶ παρασπάδος. Χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, προμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις, etc. H.

2. *Sic et*) In indice pariter, *De abrotono*: *Adonium.* Quid Adonium sit Plinio, satis ex Theophrasti verbis potest colligi, id est, abrotoni genus, quod in turbinibus cadorum, aut testa, viuiradice comprehendit, in quem modum Adonidis hortulos pangebant. Sic enim Graecus auctor Hist. VI. 7. de abrotono: Προμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις, ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι, τοῦ θέρους δὲ σπείρεται, etc. Hic tragice, pro suo more, infeliciter tamen, in Plinium Salmasius inuehitur, in Praef. p. 100. sq. erroris que insimulat, quem vt Plinio obiiceret, a Dalecampio, quem tamen non laudat, est mutuatus. H.

que aestate. Alsiosa *a.* enim admodum sunt: et Sole tamen nimio laeduntur. Sed vbi conualuere, [1] rutae *b.* vice fruticant. Abrotono simile odore leucanthemum *c.* est, flore albo [2] *d.* foliosum.

XXXV. (XI.) Amaracum *e.* Diocles medicus et Sicula gens appellauere *f.* quod Aegyptus et

Syria

1. *Sic et Ch. ritu vitis Gr. et Al.* 2. *foliofo. V.*

a. Alsiosa) Facile laeduntur a frigore. Theophr. l. c. de abrotono, τῦ θέρους δὲ σπείρεται· δύσριγον γὰρ σφόδρα, καὶ ὅλως ἐπίκηρον, ὅπου καὶ ὁ ἥλιος σφόδρα λάμπει. H.

b. Ritu vitis fruticant) Scribendum, *rutae vice fruticant*, ex antiquo exemplari, confirmante eam lectionem Theophrasto libro et capite proxime citatis, his verbis. *Sed quum conualuerit creueritque, magnum, robustum atque arboraceum constat; quemadmodum ruta, nisi quod lignosius et siccius et squalidius est.* Viderunt hoc ante me alii; sed primus omnium Hermolaus in secunda editione. *Pint.*

Rutae) Vide N. et Em. N. IX. (hic coll.) *Rutae*) Sic MSS. R. Colb. Thuan. Chiffl. In editis perperam, *ritu vitis.* Theophr. l. c. Ἐμβιῶσαν δὲ καὶ αὐξηθὲν, μέγα καὶ ἰσχυρὸν, καὶ δενδρῶδες· ὥσπερ τὸ πήγανον. H.

c. Leucanthemum est) Anthemis alba. Dioscor. *Dal.*

Leucanthemum) Differt ab ea, quae anthemis appellatur, et leucanthemon L. XXII. 26. De ea nobis nihil compertum. H.

d. Foliosum) Lego, *foliofo*, id est, foliolis per ambitum extrinsecus multis, orbiculatim cingentibus, quod in floris medio luteum est. Haec Dioscorides magnitudine cum rutae foliis comparat. *Dal.*

e. Amaracum) Diosc. III. 47. Σάμψυχον . . . καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν, καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον. Maiorana nostra, *la Marjolaine*, vulgo officinarum existimat esse veterum sampsuchum, amaracumue: sed falso errore: σάμψυχον enim, vt cetera argumenta sileam, per terram repit, πόα ἕρπουσα ἐπὶ τῆς γῆς, teste Diosc. Maiorana in altum assurgit. H.

f. Appellauere) Apud Athenaeum Chaeremon Persicum

Syria sampsuchum. Seritur *g.* vtroque genere, et semine et ramo, [1] viuacius *h.* [2] supra dictis, et *i.* odore melius. Copiosum amaraco aeque, quam abrotono, semen: sed abrotono radix vna et alte descendens: ceteris in [3] summa terra leuiter haerens. Reliquorum satio autumno fere incipiente, nec non et vere quibusdam [4] locis, quae vmbra gaudent, et aqua, ac fimo.

XXXVI.

1. *feracius. Ex Theophr.* 2. *Sic ex MSS. H. conf. Ch. praedictis Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. H. conf. Ch. summo terrae Gr. et Al.* 4. *locis omnia vmbra, etc. Theophr.*

cum vocat his verbis: Πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ὁ ἀμάρακος, Λειμῶσι μαλθακοῖσι τεῖνεν αὐχένα. *Dal.*

g. Seritur) Theophrast. Hist. VI. 7. ὁ δὲ ἀμάρακος ἀμφοτέρως φύεται, καὶ ἀπὸ περισπάδος, καὶ ἀπὸ σπέρματος. H.

h. Viuacius) Abrotono, et adonio. H.

i. Et odore melius. Copiosum, etc.) *Mollius* in antiquo codice, non *melius*. Astruitur ea lectio Theophrasti auctoritate libro sexto, capite vltimo. *Et iucundi*, inquit, *odoris semen est, et quidem mollioris odoris.* Pint.

Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus coloris ignei) Omnes *Nyctegreton*. Dein MSS. quatuor *coloris hygini folio spineo* aut *higini*; cui maxime fidimus, *coloris hisgini folio hispinae.* Scribe: *Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus, coloris hysgini, folio spinae.* Hesychius, Ὑσγινὸν, βάμμα π. Noster Lib. IX. 42. *quin et terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, vt fieret hysginum.* L. XXI. 26. *Hyacinthum in Gallia maxime prouenit: hoc ibi pro cocco hysginum tingunt.* Sic Hermo. Barbarus pro eo, quod in vett. *hoc ibi loco*: vnde nonnulli postea *locorum*, quod et Salmasius ad Solin. p. 272. sequitur Censeo scribas *hoc ibi fuco hysginum tingunt.* L. XXXV. 6. *Causa est, quod hysgino maxime inficitur.* Athenaeus Lib. VI. δύο δ' ὑπὸ τοῖς ποσὶν ὑσγινοβαφῆ. *Hysgini* sagax quoque Pintianus deprehendit. *Gron.*

Nyctegretum) Νυκτήγρετον,

XXXVI. Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus, [1] coloris *k.* hysgini, folio spinae, nec a terra se attollentem, praecipuam in Gedrosia narrat. Erui post aequinoctium vernum radicitus, siccarique ad Lunam triginta diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges vti hac herba ad vota suscipienda. Eamdem vocari [2] chenomychon *l.*, quoniam anseres a primo conspectu eius expauescant: ab *m.* aliis [3] nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat.

XXXVII. Melilotos *n.* vbique nascitur: laudatissima tamen in Attica: vbicumque vero recens nec candicans, et croco quam simillima: quamquam in Italia [4] odoratior candida.

XXXVIII.

1. *colores ignei, foliis spinae Gr. et Al.* 2. *chemomyon. V. cherambycen. Ch.* 3. *nyctilampada. V. nyctilopa Gr. et vulgg.* 4. *Sic ex* MSS. *H. odoratior et candida Gr. et Al.*

τον, quasi nocturnas agens excubias. Sunt qui hanc esse censeant, quam Chymistae Lunariam nominant, noctibus cum Luna lucentem: inde nomen, inquit Ruellius II. p. 457. H.

k. Coloris ignei) Coloris hiis gigni, in eodem scribendum puto, *coloris hysgini* de quo Plinius L. XXXV. capite sexto. *Pint.*

Coloris) Ita MSS. R. Colb. etc. non *ignei.* H.

l. Chenomychon) Χηνόμυχον, quod anseres χῆνες ea visa in recessus locaque abdita, εἰς τὰς μυχὰς fugiunt. H.

m. Ab aliis nyctilopa) Melius in eodem, *nyctalopa.* et confestim verbum *tamen* redundat. *Pint.*

Nyctalopa) Ita MSS. R. Colb. Thuan. tum hoc loco, tum in Indice, non vt olim, *nyctilopa.* Νυκτάλωπας similiter quos Graeci vocent, dicemus XXVIII. 47. H.

n. Melilotos) Haec verbis iisdem interpres Oribasii XI. fol. 205. post Diosc. III. 48. H.

XXXVIII. Florum *o.* prima ver nunciantium viola *p.* alba. Tepidioribus *q.* vero locis etiam hieme emicat. Postea *r.* [1] quae ion appellatur, et purpurea. Proxime *s.* flammea, quae et [2] phlox vocatur, siluestris dumtaxat. [3] Cyclaminum *t.* bis anno, vere et autumno: aestates hiemesque fugit. [4] Seriores *v.* supra dictis aliquando narcis-sus

1. *quae appellatur purpurea Gr. et Al.* 2. *phloginon Theophr.* 3. *Bulbi codion. Tb. vulgo. Porrion. Cliclaminum. Cb. Codiaminon Gr. et Al.* 5. *Serior. Theophr.*

o. Florum) Totidem verbis haec traduntur a Theophrast. Hist. VI. 7. Transscripsit et Athenaeus XV. p. 680. H.

p. Viola alba) Leucoion, Theophr. nempe bulbosum. *Dalec.*

q. Tepidioribus) Thoephr. l. c. H.

r. Postea quae appellatur) Lege: *Postea quae appellatur Ion, et purpurea; proxime flammeum quod vocatur, siluestre dumtaxat.* Vide *Sal.* p. 1361. b. 1362. a.

s. Proxime) Flos ille nimirum, quem et φλόγα et φλόγιον appellari diximus f. 33. Theophr. Ἅμα δὲ τῷ ἴῳ, ἢ μικρότερόν τι ὕϛερον τὸ φλόγιον καλέμενον τὸ ἄγριον. Iouis flamma eadem appellatur, XXVII. Hic Plinium immerito carpit Salmasius, in Solin. p. 1361. H.

t. Codiaminon) Cyclaminos non *Codiaminon*, in vetusto exemplari. Sed non placet lectio. Theophrastus Lib. VI. capite vltimo, cum narcisso, lirio, et aliis herbis quae hic referuntur a Plinio, *codion bulbi* reddit. Theodorus *bulbi florem* vertit. Proinde non absurde hic *conion* legi posset, non *codiaminon.* Et verba illa quae paulo post sequuntur, *Est autem hic siluestris bulbi flos*, alieno ibi loco posita, hic debent subiici, neque enim anemonae vlla ratione congruere possunt. *Pint.*

Cyclaminum) Ita MSS. veteres, ipso Pintiano teste. In R. 1. Colb. 1. *Cocliaminum.* In R. 2. *Clyclaminum* In Thuanaeo, *Clilaclaminum.* In editis insulse *Codiaminum.* H.

v. Seriores supra dictis aliquando narcissus et lilium trans

ſus et [1] lilium trans maria: in Italia quidem, vt *x.* diximus, poſt roſam. [2] Nam *y.* in Graecia tardius etiamnum anemone. Eſt *z.* autem haec ſilueſtrium bulborum flos, aliaque quam quae dicetur *a.* in [3] medicinis. Sequitur *b.* oenanthe, [4] melianthum *c.*: ex ſilueſtribus [5] heliochryſos. Deinde alte-

1. *leirium. Theophr.* 2. *In Graecia vero tardius. M.* 3. *medicis Ch.* 4. *melanion Gr. et Al.* 5. *elilichryſos. V.*

trans maria: in Italia, etc. Scribo: *Seriores ſupradictis aliquando narciſſus lirium. Tranſmarina in Italia, etc.* ex eodem, aſtipulante etiam Theophraſto loco citato. vtique quod attinet ad lirium, illud nolui praeterire: narciſſum et lirium idem eſſe: ſed ab aliis hoc, ab aliis illo nomine appellari, auctore eodem Theophraſto Lib. VI. cap. 6. *Pint.*

Seriores) Album ſcilicet, quod λείριον appellauimus, ſ. 11. Theophr. Hiſt. VI. 7. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ νάρκισσος, καὶ τὸ λείριον, καὶ τοῦ βολβοῦ κώδιον. H.

x. Vt d.) S. 11. vbi lilium medio roſarum prouentu incipere dicitur. H.

y. Nam in Graecia tardius, etc.) Omnino ſic lege: *Nam in Graecia tardius etiam anemone, quae leimonia vocatur, alia quam quae dicetur in medicinis. Poſt ea viola, quae appellatur purpurea. Sequitur oenanthe, melanion, ex ſilueſtribus elichryſos: deinde alterum genus anemones. Poſt hanc gladiolus, etc.* Dal.

z. Eſt) Theophraſti oratio ex Athenaeo refingenda eſt, a quo ea deſcripta accuratius eſt, quam in libris nunc editis legitur: Καὶ λείριον, inquit, XV. p. 680. καὶ ἐκ τῶν τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλούμενον ὄρειον, καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. *Poſtea lilium, et ex tribus anemones generibus genus illud, quod montanum vocant, et bulbi codion.* Sed quod ſit genus illud anemones, nec ſe noſſe quidem, quod ingenui viri eſt, palam prae ſe fert. H.

a. Dicetur) Infra, ſ. 94. H.

b. Sequitur) Ea quae deſcribetur inferius, ſ. 95. Theophr. Hiſt. VI. 7. et ex illo Athenaeus l. c. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ οἰνάνθη, καὶ τὸ μελάνιον, καὶ τῶν ἀγρίων ὅ τε ἑλειόχρυσος, καὶ τῆς ἀνεμώνης ἡ λειμωνία κα-

alterum *d.* genus anemones, quae limonia vocatur. Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. [1] Nouissima *e.* rosa: eademque prima deficit excepta satiua: e *f.* ceteris hyacinthus maxime durat, et viola alba, et oenanthe: sed *g.* haec ita, si diuul-

1. *Nouissime. Ch.*

καλȣμένη, καὶ τὸ ξίφιον, καὶ ὑάκινθος. H.

c. *Melianthum*) Vide N. et Em. N. X. (hic coll.) *Sequitur*) Quisquis demum flos ille sit melleus, quem melianthum ex ea re vocat, sinceram hanc lectionem esse huius loci tum libri omnes pertinacissime clamant, tum res ipsa admonet. Nam et hoc loco, et in Indice, MSS. R. Colb. Thuanaeus *melianthum* legunt: et quod ex Theophrasto scribi *melanion* malunt, abhorret id a consuetudine Plinii, qui violam nigram purpureamue dixisset, vti λευκόιον violam albam proxime ante reddidit: nec res ipsa μέλαν ἴον seu violam purpuream hoc loco appellari patitur, post narcissum liliumque: quam fere ante reliquos flores prodire Martio mense, vere ineunte et Plinius paulo ante docuit, et omnes norunt: vnde Martiae violae nomen ei vulgus adiudicat. H.

d. *Deinde alterum, etc.*) Inepte Plinius βολβȣ κώδιον anemonem esse interpretatur. Ineptius idem inter flores vernos recenset duas anemonas, quum vnicam tantum Theophrastus referat, quam λειμωνίαν cognominauit. Ea porro est pulsatilla nostra. Cetera quidem anemonarum genera aestatis principio florent. *Dal.*

Genus) Et hoc hortense, et coronarium. *l'Anemone*: diuersum a siluestribus ac medicis anemones generibus, de quibus, f. 94. Centum et quinquaginta anemones genera in horto Regio vidimus. Hanc Theophrastus λειμωνίαν vocat, quasi pratensem. H.

e. Nouissima) Et haec habet Theophr. l. c. H.

f. E ceteris) Theophr. l. c. H.

g. Sed haec) Ita diutissime floret, inquit, si crebro florem vellas auferasque, nec feminescere sinas, nec solum apricum desit: Theophrastus Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ οἰνάν-

diuulſa crebro prohibeatur in ſemen abire. Naſcitur *h.* locis tepidis. Odor idem ei, qui germinantibus vuis, atque inde nomen. Hyacinthum *i.* comitatur fabula duplex, [1] luctum praeferens eius quem Apollo dilexerat, aut ex *k.* Aiacis cruore editi,

1. vel luctum. Dal.

οἰνάνθη· καὶ γὰρ τοῦτο ἀνθικὸν μὲν . . . ἐάν τις ἀποκνίζῃ καὶ ἀφαιρεῖ τὸ ἄνθος, καὶ μὴ ἐᾷ σπερματοῦσθαι, καὶ ὅταν τόπον εὐήλον ἔχει. H.

h. Naſcitur locis tepidis) Hoc e Theophraſto male citat Plinius. Is cap. vlt. Lib. VI. hiſt. et cap. 14. Lib. I. cauſſ. ſcribit oenanthen in apricis, et a noxio frigidoque afflatu contectis locis ſatam, et quod ait Plinius tepidis diutiſſime florere, ſi crebro deuulſus flos in ſemen abire prohibeatur. id eſt quod Plinius citat. *Dal.*

i. Hyacinthum comitatur fabula duplex) Legend. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum proferens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore edens, ita diſcurrentibus venis, vt Graecarum literarum figura αἰ, αἰ legatur inſcriptum.* Vide *Salmaſ.* p. 1042. a.

Fabula) Alteram deſcribit Ouid. Metam. X. a. v. 162. - 220. vbi Hyacinthi pueri, quem Apollo adamarat, in floris ſui nominis conuerſionem enarrat. Alteram L. XIII. v. 135. vbi Aiacem in eumdem quoque florem mutatum ſcribit: in quo *Littera communis mediis pueroque, viroque, Inſcripta eſt foliis: haec nominis, illa querelae.* Nam in illo flore inſcripta diphthongus Graeca AI, querimoniae ſimul index eſt occiſi ab Apolline pueruli, dum ſimul diſco luderent: et Aiaci eadem nominis nota. De Apolline puerum lugente, Ouidius: *Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit,* et AI AI *Flos habet inſcriptum, funeſtaque littera ducta eſt.* Prudentius quoque, περὶ στεφάνων, hymno 10. in S. Romanum, v. 191. *Mox fleuit impuratus occiſum graui Diſco, et dicaui floridentum ſuccubam:* Nempe Hyacinthum Apollo. De nomine Aiacis lugubri, ipſe Aiax apud Sophoclem: Αἰ αἰ, τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ, Καὶ τοῖς. H.

k. Ex Aiacis cruore editi) Auctore

ti, ita diſcurrentibus [1] venis *l.*, vt Graecarum literarum figura AI legatur [2] inſcripta. Heliochryſos *m.* florem habet auro ſimilem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, ſed durum. Hoc *n.* [3] coronare ſe Magi, ſi *o.* et vnguenta ſumantur ex auro, quod *p.* apyron vocant, ad gratiam quoque [4] vitae gloriamque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi ſunt.

XXXIX. Succedunt illis aeſtiui, lychnis *q.*, et Iouis flos, [5] et *r.* alterum genus lilii. [6] *s.* Item tiphyon,

1. *notis. V.* 2. *inſcriptum. Ch.* 3. *coronant ſe Magi, et ſi. Alii.* 4. *et vitae gloriam pertinere.* 5. *et cerinthus. Th.* 6. *iphyon. Th.*

Auctore Pauſania Lib. I. Salaminii tradunt, poſt Aiacis interitum, apud ſe primum florem enatum candidum, modice rubentem, lilio, et foliis, et aliis partibus minorem, inſcriptum iiſdem literis, quibus et hyacinthum. Coſmoſandalon Athenaei eſſe puto. *Dal.*

l. Venis) Imo potius maculoſis notis. *Dal.*

m. Heliochryſos) Theophr. Hiſt. IX. 21. Ἔχει δὲ ὁ ἑλειόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδὲς, φύλλον δὲ λεπτὸν, (non λευκὸν) καὶ τὸν καυλὸν δὲ λεπτὸν καὶ σκληρόν. Nomen ei a gemina cauſa: et ab aureo flore, et a paludibus, in quibus oritur. Hanc amaranti nomine Galenus intellexit, nec aliter vocauit. Rura noſtra, inquit Ruellius, III. p. 604. vocant *Chaneſum maius.* Huius corymbos ruſtici, vt qui non facile marceſcant, ad hibernas reſeruant coronas. A Dodonaeo pingitur p. 267. Dicemus de ea iterum ſ. 69. H.

n. Hoc) Theophraſt. l. c. Εὐδοξεῖ δὲ καὶ ἐάν τις τοῦ ἑλειοχρύσου τῷ ἄνθει στεφανοῦται, μύρῳ ῥαίνων ἐκ χρυσίου ἀπύρου. H.

o. Si et vnguenta ſumantur ex auro) Theophraſt. cap. 21. Lib. IX. hiſtoriar. *Dal.*

p. Quod) Quod ignem non ſit expertum. H.

q. Lychnis) Theophraſt. Hiſt. VI. 7. Τὰ δὲ θερινὰ μᾶλλον, ἥτε λυχνὶς, καὶ τὸ Διὸς ἄνθος. H.

r. Et alterum genus lilii) Lego

tiphyon, et amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed *t.* maxime ſpectabilis pothos. Duo *v.* genera huius: vnum, cui flos hyacinthi eſt: alterum [1] candidius, qui *x.* fere naſcitur in tumulis, [2] quoniam fortius *y.* durat. Et *z.* iris aeſtate [3] floret. Abeunt et hi, marceſcuntque. Alii rurſus ſubeunt

1. *decolor.* ἄχρουν. *Theophraſt.* 2. *quodque.* 3. *flores abeunt. Ch.*

Lego *lirii* non *lilii*, ex Theophraſto, loco ſaepe citato. *Pint.* *Alterum genus lilii*) Theophraſtus ſtatim poſt Iouis florem (hic vulgo aquilegia dicitur) cerinthum et iphyon, vt pro cerintho videatur alterum genus lilii vertiſſe *Dal.*

s. Item) Theophr. l. c. et ex eo Athenaeus XV. p. 679. καὶ τὸ ἴφυον, καὶ ὁ ἀμάρακος ὁ Φρύγιος. In MSS. R. et Colb. *Tiphon.* In Indice, *Tiphyon.* In Thuano, *ipyon.* Theophr. ipſe Hiſt. VII. 12. τὸ τίφυον ſcripſiſſe videtur. Et de cauſſ. I. 10. τὰ τίφυα. Quid ſit porro tiphyon, neſcit Anguillara, P. XII. p. 212. neque nos exploratum habemus. H.

t. Sed) Traduntur haec quoque a Theophr. Hiſt. VI. c. 7. Πόθον nos arbitramur eſſe, quem modo florem Conſtantinopolitanum vocant, Galli *Croix de Hieruſalem*, in horto Eyſtettenſi pictum apprime, et apud Dodonaeum p. 178. H.

v. Duo genera huius) Pothos albus, iaſminum noſtrum: pothos coeruleus, clematis ſecunda Dodonaei. *Dal.*

x. Qui fere naſcitur, etc.) Quo vtuntur circa ſepulchra: is autem χρονιώτερος eſt diuturnior: vel, diutius floret, vel, diutius viuit. Theophraſtus. *Dal.*

Qui) Forte, *qui fere iacitur in tumulis:* Nam ita Theophraſt. Hiſt. VI. 7. ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς τάφους. Sic enim legit Athen. XV. p. 679. Quid ſi ambo Theophraſtus et Athenaeus Latinum hic quempiam auctorem tranſſcripſere, et inconſiderate tumulos τάφους pro βωμοὺς verterunt? H.

y. Fortius) Χρονιώτερος, Theophr. *diutius viuit.* H.

z. Et) Theophraſt. l. c. Ἀνθεῖ δὲ καὶ ἡ ἶρις τοῦ θέρους. H.

subeunt autumno: [1] Tertium *a.* genus lilii: et crocum in vtroque genere: vnum hebes, alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarii *b.* quidem *c.* et spinae flore vtuntur: quippe quum spinae *d.* albae cauliculi inter oblectamenta gulae quoque condiantur. Hic est trans maria ordo florum. In Italia violis succedit rosa: huic interuenit lilium: rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. Nam vincaperuinca *e.* semper viret, in *f.* modum lineae foliis geniculatim circumdata,

1. *Alterum genus leirii. Theophr.*

a. Tertium) Purpureum videlicet, siue narcissum, de quo superius f. 12. quod Theophr. Hist. VI. 6. alterum λειρίον genus est, ὁ δὲ νάρκισσος, ἢ τὸ λείριον. Quare rursum secundum lilii genus appellat, c. 7. Τὸ δὲ λείριον τὸ ἕτερον, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ὁ ὀρεινὸς εὔοσμος, καὶ ὁ ἥμερος· εὐθὺς γὰρ ἀνθοῦσι τοῖς πρώτοις ὕδασι, subintellige ex antecedentibus, μετοπώρου. H.

b. Coronarii) Dum spinae florem audis, acanthi duplex genus intellige, de quo L. XXII. 34. *Brancam Vrsinam* vocant. Plinius in Indice huius loci id satis perspicue admonet, quum ea appellat ex ordine, quae nunc explanat vberius: *Pothi genera duo: Orsinae genera duo: Vincaperuinca* etc. De spina alba dicetur XXIV. 66. H.

c. Et spinae flore vtuntur) Et acutae spinae fructu, et smilacis flore, Theophrast. *Dal.*

d. Spinae albae cauliculi) De scolymo id Dioscor. ἡ δὲ πόα ἀρτιφυὴς οὖσα λαχανεύηται ἑφθὴ ὥσπερ ἀσπάραγος. Plinius non animaduertit Theophrastum de oxyacantha id scripsisse quod citat; et intempestiue addit de cauliculis spinae albae, quod Dioscorid. de tenellis germinibus scolymi prodidit. *Dal.*

e. Vincaperuinca) Retinet in officinis nomen *Pervenche.* Delineatur a Dodonaeo p. 401. vbi ab eo Clematis daphnoides maior appellatur. Vidimus in horto Regio. H.

f. In modum lineae) Exprimere voluit, quod ait Dioscorid. κλῆμα δ' ἔχει μικρὰ ὅσον τοῦ σχοίνου πάχος. viti-

cumdata, topiaria *g.* herba. Inopiam tamen florum aliquando supplet. Haec a Graecis chamaedaphne vocatur.

XL. Vita *h.* longissima violae albae est [1] trimatu. Ab eo tempore degenerat. Rosa *i.* et quinquennium perfert, nec recisa, nec adusta. Illo enim modo iuuenescit. Diximus *k.* et terram referre plurimum. Nam *l.* et in Aegypto sine odore haec omnia; tantumque *m.* myrtis odor praecipuus.

1. *trimatus. M.*

viticulas, seu virgulas habet iunci crassitie: praetenuem virgulam *lineam* vocauit. *Dal.*

In modum) Alii, *in modum lini.* Dodonaeus, l. c. *in modum lauri.* vtrique male. Linea hoc loco est, quam formidinem alii in venatione appellitant, vario plumarum nexu discolorem, qua terrentur apri, ceruique. Hanc, foliorum congerie, plane repraesentat vincaperuinca. H.

g. Topiaria herba) Topiarium opus, quum arbuscularum virgulae ductiles facili flexu in varias formas hominum, turrium, aedium, cubiculorum, modo humi, modo per hortorum et viridiariorum spatia, finguntur: vnde Topiarii eius operis artifices Vlpiano. Alex. ab Alex. cap. 25. III. *Dal.*

Topiaria) Topiarium intelligitur opus, quod ex arbore, frutice, vel herba, ad decorem componebatur in testudines, aut cameras fornicatum: hinc topiariae dici merentur arbores, vel herbae, quae nimirum huic operi, quod flexiles sunt, et suo lentore sequaces, accommodantur. H.

h. Vita) Theophr. VI. 7. H.

i. Rosa) Theophr. l. c. Ῥοδωνίας δὲ πέντε τὰ πρὸς τὴν ακτὴν μὴ ἐπικαιομένης δηλονοτι, μὴ δ' ἐπιτεμνομένης. H.

k. Diximus) Sect. 10. H.

l. Nam) Theophr. l. c. H.

m. Tantum) Theophr. l. c. Cur porro myrtus in Aegypto odoratissima sit, reliquae inodoratae gignantur, caussam idem inuestigat, de causs. VI. 27. p. 385. H

cipuus. Alicubi etiam binis menſibus antecedit germinatio omnium. Roſaria a Fauonio foſſa oportet eſſe, iterumque ſolſtitio. Et id agendum, vt intra *n.* id tempus [1] perpurgata ac pura ſint.

XLI. (XII.) Verum hortis coronamentiſque maxime *o.* aluearia et apes conueniunt, res praecipui

1. *Sic ex MSS. em. H. purgata Gr. et Al.*

n. *Vt intra id tempus purgata)* Voſſ. optimus: *purpurgata.* Lege: *perpurgata ac pura ſint.* L. XXXIV 13 *ſiccare et excreſcentia conſumere, perpurgare.* Vtuntur et Plautus et Varro de re ruſt. II. 11. *Gron.*

o. *Maxime aluearia)* Hoc in vocabulo et ei vicino *aluei*, perpetuus error non vulgatos modo, ſed et ſecundi generis membranaceos obſidet. Nam qui nobis hoc negotium fecit, in eo legitur *albaria*, quod eſt *aluaria.* Sic infra, *At geniſtas circumſeri alueariis gratiſſimum*: ille *albaris.* Similiter: *Imponunt nauibus alueos noctibuſque quina millia paſſuum contrario amne naues ſubuehunt.* Idem, *imponunt nauibus aluos.* deinde ignorat τὸ *naues*: et merito, ſuperuacuum enim eſt. Mox: *donec pondere ipſo preſſis nauibus pleni aluei intelligantur.* Scriptus, *plenae alui intellegentur.* Sic et cap. 14. *Aluearia orientem aequinoctialem ſpectare conuenit.* Voſſ. *Aluaria.* Deinde: *Aluearia optima e cortice, ſecunda ferula, tertia vimine: multi ea et ſpeculari lapide fecere.* Pintiani codex, *Aluus optimae.* Voſſ. *Aluos optime cortice*; tum neſcit τὸ *ea* vt et Pintiani. Scribe: *Aluos optimas e cortice, ſecundas ferula, tertias vimine; multi et ſpeculari lapide fecere.* Item, *Circumlini alueos fimo bubulo vtiliſſimum.* Optimis, *aluos.* Statim, *ſi magnus ſit alueus.* Acad. *ſi magna ſint aluearia* Gud. *magna ſit aluearius.* Voſſ. Andeg. *magna ſit aluearios.* Menap. *magnum et ſit aluearius.* Quem ſequimur, et Chiffl. *ſi magna ſit aluus.* Ibidem: *Aluearia hieme ſtramento operiri.* Idem et Pintiani, *Aluos.* Rurſus, *Et araneorum quidem exitium facilius eſt, papilionum maior peſtis. Tollitur vero, cum matureſcit malua noctu, interlunio, caelo ſereno, accenſis lucernis ante alueos.* Gud. et

cipui quaestus compendiique, quum [1] fauit. Harum

1. *fauet.* M. *compendio cum fauet.* Ch.

et Menap. *papilios maior lucernis tollitur vero.* Acad. *papilios maior lucernis tollitur vere.* Andegauens. *papilio estis maior lucernis tollitur vero.* Vetustissimus et Chifl. *papilio pestis maior lucernis tollitur vero*: deinde omnes, *sereno accensis ante aluos.* Nimirum transposuerunt τὸ *lucernis*, quod id commodum locum esse non sinat τῷ *vero*, postquam id admiserant potius, *tollitur vero*, quam *tollitur vere*, quod tamen in Academico est. Scribendum autem erat: *papilio, maior pestis, lucernis tollitur, vere, cum maturescit malua, noctu, interlunio, caelo sereno, accensis ante aluos.* Dicit, *vere cum maturescit malua.* Hieme enim seritur: non illa, quae mense Octobri, teste Palladio tit. II. et Plinio Lib. XIX. 8. sed quae Februario, vt Palladius tit. 24. Consentit Columella Lib. IX. 14. *Ab aequinoctio primo, quod mense Martio circa octauum Cal. Apriles in octaua parte arietis conficitur ad exortum Vergiliarum, dies verni temporis habentur duodequinquaginta.* Per hos primum ait apes curandas esse, etc. Mox, *item papiliones enecandi sunt.* Et infra: *quo tempore malua florent.* Denique ibidem: *Alueorum, cum mel eximitur, inlini oportet exitus melissophyllo aut genista tritis, aut medios alba vite praecingere, vt apes diffugiant.* Opt. *Arborum* significat *Aluorum*, nam idem mox: *aut medias alba vite praecingi.* Nempe aluos. Etiam alii quatuor *medias* Andegau. etiam plane *aluorum*, E Chifletiano *media* notant. Sic et c. 20. huius XXI. libri: *Melissophyllo siue melittaena si perunguntur aluearia, non fugient apes.* Opt. *si perunguntur alui.* Lib. XXII. 24. *Prima propolis alueorum aculeos*, etc. Idem *aluorum* L. XXX. 24. *Sparsas apes in aluearia reuerti.* Rursus idem: *in aluo.* Lege, *in aluos*, vt et Pintianus. Lib. XXVIII. 7. *apes tactis aluеariis fugere.* Is ipse: *aluariis*, quod praetermisit Salmasius ad Solin. pag. 26. vbi locum istum tractat. Columella quoque dicto loco: *alui aperiendae sunt et fumigandae.* Apud Phaedrum quoque fab. 52. *Aluos accipite et ceris opus infundite*, in scriptis codd. esse testatur Salmasius ad hist. Aug. p. 477. *Gron.*

rum *p.* ergo caufa oportet ferere thymum, apiaftrum *q.*, rofam, violas, lilium, cytifum, fabam, [1] eruiliam *r.* cunilam *s.*, papauer, conyzam, cafiam *t.*, melilotum, meliffophyllum *v.*, cerinthen. Eft *x.* autem cerinthe folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis fuccum habente. Horum [2] floris auidiffimae funt, atque etiam finapis, quod miremur, quum *y.* oliuae florem ab his non

1. *eruiliam. Alii et M. eruillam. Ch. eruilium Gr.* 2. *florum. M.*

p. Harum) Traduntur haec etiam a Varrone, de R. R. III. 9. p. 320. H.

q. Apiaftrum) Hoc eft, agrefte apium, ἀγριοσέλινον, non meliffophyllon, de quo mox. Colum. IX. 8. p. 328. *Sunt qui per initia veris apiaftrum, atque, (vt ille vates ait) trita meliphylla, et cerinthae ignobile gramen, aliafque colligant fimiles herbas, quibus id genus animalium delectatur, et ita aluos perfricent, vt odor et fuccus vafis inhaereat.* H.

r. Eruilium) Cunilam, thymbram, vel fatureiam vocat Columella cap. 4. L. IX. *Dal.*

s. Cunilam) Siue fatureiam, de qua XIX. 50. H.

t. Cafiam) Cneorum vtrumque, album, fiue lauendulam, ac fpicam noftram: et nigrum, fiue rofmarinum coronarium. Vide eumdem loco citato. *Dal.*

Cafiam) Seu cneorum, de quo f. 30. H.

v. Meliffophyllon, Cerinthen) Theophraftus Lib. VI. cap. vltim. *Cerinthum* enunciat, non *Cerinthen.* Virgilius tamen IV Georgicon prima inflexione protulit, *Cerinthae ignobile gramen*, fi exemplaria vulgata vitio carent, certe ab Aldo impreffa fic praeferunt. *Pint.*

Meliffophyllum) Quod et apiaftrum Hyginus vocauit, f. 29. H.

x. Eft autem) Eft ea quae cerinthe quorumdam maior verficolore flore appellatur a Clufio, delineaturque Hift. rar. plant. V. p. 167. vifa a nobis in horto Regio. Caue Ruellio credas qui Pafquetam effe putat II. pag. 446. H.

y. Cum oliuae florem) Vanum falfumque id effe tradit cap. 8. Lib. XI. *Dal.*

Quum) Vide quae diximus XI. 8. H.

non attingi constet: ideoque hanc arborem procul esse melius sit: quum z. aliquas quam proxime seri conueniat, quae et euolantium examina inuitent, nec longius abire patiantur.

XLII. Cornum a. quoque arborem caueri oportet: [1] flore b. eius degustato, aluo c. cita moriuntur. Remedium, sorba contusa e melle praebere his, vel d. vrinam hominum, vel boum, aut e. gra-

1. *Sic ex MSS. em. H. flore — aluo concita Gr. et Al. Nam flore Pint.*

z. *Cum aliquas quam proxime, etc.*) Virgilius, Georg. IV. 20. Dalecampius. Ad eumdem locum quoque prouocat Harduinus, vide obseruationem quae sequitur. *Dal.*

Quum aliquas) Vt palmam et oleastrum. Virg. Georg. IV. 20. *Palmaque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret: Vt cum prima noui ducent examina reges, Vere suo, luderque fauis emissa iuuentus, Vicina inuitet decedere ripa calori, Obuiaque hospitiis teneant frondentibus arbos.* H.

a. *Cornum quoque arborem, etc.*) De vlmorum samera et tithymalli flore id Columella. Amygdali quoque florem caueri oportere scribit Varro. *Dal.*

b. *Nam flore eius degustato aluo concita moriuntur*) Scriptum exemplar: *Flore eius degustato aluo cita moriuntur*, reliqua superfluunt. *Pint.*

Flore) Et floribus tithymalli, vlmique samera degustatis, alui profluuio apes interire Columella prodidit IX. 13. H.

c *Aluo concita moriuntur*) E Chifl. notant *aluo circ.* At tu lege quam fidissime, *aluo cita.* Sic Lib. XXIII, 1. *Aluo citae signinum maxime conducere indubitatum est.* Et cap. 7. extremo de sorbis: *nam recentia stomachi et aluo citae prosunt.* Hoc quoque praecepit Pintianus. Acad. Gud. Menap. *concitata.* Andegau. *citato. Gron.*

d. *Vrinam hominum*) Conf. obs. sq. *Dal.*

Vel) Sic etiam Hyginus apud Colum. l. c. H.

e. *Aut grana*) Colum. l. c. et Pallad. L. IV. in Martio, tit. 15. p. 106. H.

na punica mali, ammineo vino conſperſa. At geniſtas [1] circumſeri aluea riis gratiſſimum.

XLIII. Mirum eſt dignumque memoratu, de alimentis quod comperi. Hoſtilia *f.* vicus alluitur Pado. Huius inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus [2] aluos, noctibuſque quina milliam paſſuum [3] contrario amne naues ſubuehunt. Egreſſae luce apes paſtaeque, ad *g.* naues quotidie [4] remeant, [5] mutantes locum, donec pondere ipſo [6] preſſis nauibus [7] plenae alui intelligantur, reuectiſque eximantur mella. (XIII.) Et in Hiſpania mulis prouehunt, ſimili de cauſa.

XLIV. Tantumque pabulum refert, vt *h.* mella quoque venenata fiant. Heracleae *i.* in Ponto, quibuſdam annis pernicioſiſſima exſiſtunt, ab iiſdem apibus facta. Nec dixere auctores, e quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quae comperimus. Herba

1. *conſeri. Ch.* 2. *aluearia. M. alueos Gr. et ſic vbique.* 3. *contra ortum. M.* 4. *remaneant. Ch.* 5. *Mutant ii locum. V.* 6. *preſſis, in M. d.* 7. *plena aluearia intelligantur reuect. eximuntur. M.*

f. Hoſtilia) Hoſtilia vicus Veronenſium inquit Tacitus, Hiſt. III. 63. Nunc eſt Ferrarienſis agri, et nomen ſeruat: *Oſtiglia.* H.

g. Ad naues quotidie remeant, mutantes locum) Duo nouiſſima verba falſo adiecta ſuſpicor. *Pint.*

h. Vt mella quoque venenata fiant) In Heptacometarum arboribus venenati genus mellis naſcitur, quod hauſtum ſtupefacit, et mentem conſternit. Eo tres Pompeii cohortes in potum dato ab ea gente interemptas fuiſſe memoriae traditum eſt. Rhod. c. 30. XVIII. Populos eos in Ponto Stephanus collocat, et Scythicum montem incolere ſcribit. Apud Trapezuntem in Ponto mel e buxo defluit grauis odoris, quo ἔκφρονες et amentes fiunt. Rhodig. c. 35. XXIII. *Dal.*

i. Heracleae) Sic Dioſc. II. 103. et Εὐπ. II. 138. pag. 121. H.

Herba est ab exitio et iumentorum quidem, sed *k.* praecipue caprarum, appellata aegolethron. *l.* Huius flores concipiunt noxium virus, aquoso vere marcescentes. Ita fit, vt non omnibus annis sentiatur hoc malum. Venenati signa sunt, quod omnino non densatur, quod color magis rutilus est, odor alienus, sternumenta *m.* [1] protinus mouens, quod ponderosius innoxio. Qui edere, abiiciunt se humi, refrigerationem quaerentes: nam *n.* et sudore diffluunt. Remedia sunt multa, quae suis *o.* locis dicemus. Sed quoniam statim repraesentari aliqua in tantis insidiis oportet, mulsum *p.* vetus e melle optimo et ruta: salsamenta etiam, si reiiciantur sumpta crebro. Certumque est id malum [2] per *q.* excrementa ad canes etiam peruenire, similiter

1. *Sic ex MSS. H. sternutamenta Gr. et Al.* 2. *per excreamenta. Ch.*

k. Praecipue caprarum) De euonymo id Theophrast. c. vlt. Lib. III. histor. de rhododendro Dioscor. ob Aconitum venenatum esse idem auctor prodit, Lib. VI. *Dal.*

l. Aegolethron) Quod sit αἰγῶν ὄλεθρος, caprarum pernicies. D. de Tournefort, in Hist. Acad. Reg. Scient. anni 1704. p. 351. hunc Plinio locum insigniter laudat; et aegolethron putat esse plantam, quam ipse Chamaerhododendron Ponticam appellat, delineatque p. 348. H.

m. Sternumenta) Dioscor. l. c. H.

n. Nam) Dioscorid. l. c. H.

o. Suis) L. XXIX. 31. etc. H.

p. Mulsum) De mulso et salsamentis, concinit Plinio Diosc. l. c. sed ita vt salsamenta vomitione reiiciantur, quae Plinii quoque mens est. H.

q. Excrementa) Quae sumpto eo melle reiiciunt aegri, sputo, vomitu, aluo. *Dal.*

Per) Sic libri vulgati, cum R. 1. cod. At R. 2. et Chiffl. *per excreamenta.* An exscreationes intelligunt, quas lambere canes solent? De

ſimiliterque torqueri eos. Mulſum tamen ex eo inueteratum, innocuum eſſe conſtat: et feminarum cutem nullo melius emendari cum coſto, ſugillata cum *r.* [1] aloe.

XLV. Aliud *s.* [2] genus in *t.* eodem [3] Ponti ſitu, gente Sannorum, mellis, quod ab inſania, quam

1. *ſale. V.* 2. *genus mellis in. Dal.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. in eodem Ponto gente Sannorum Gr. et Al.*

De excremento ſeu ſtercore, Dioſc. Εὐπ. II. 138. accipit. Τὴν ἄφοδον δὲ τῶν φαγόντων τὸ μέλι σύες, ἢ κύνες φαγόντες, τὸ αὐτὸ πάσχουσι H.

r. Cum aloe) Sic etiam MSS. Dioſc. l. c. *cum ſale,* μετὰ δὲ ἁλὸς, πελιώματα. H.

s. Aliud genus in eodem Ponto gente morum, etc.) Hi ſunt, quos poſterior aetas *Tzanos* vocauit, Lacis conterminos. Vtraque Colchica gens fuit in clientela fideque Conſtantinopolitani Imperatoris. *Gelen.*

Aliud) De eo melle inſano, vide Diod. Sic. XIV. p. 260. Aelian. H. A. V. 42. et auctor libri de mirab. auſc. e buxo legi mel iſtud aiunt. H.

t. In eodem Ponto gente Sannorum) Sic Gelenius, quum legeretur, *in eodem Ponti ſitu viget ex annona mellis.* Tres codices: *in eodem Ponto ſitum gentes annonam.* vt et Andegau. niſi quod *annoſum.* Potior, *in eodem Ponti ſitu gentes annorum.* Pintiani codex, *in eodem Ponti ſitu gente Sannorum.* Lege, *in eodem Ponti ſitu, gente Suanorum.* Poteras ſuſpicari, *in eodem Ponti ſinu,* ex Iuſtini L. II. *fruſtraque et Ponti ſinum et Aſiam edomitam eſſe dicit.* Sed Plinius iſta voce ſic vti gaudet. Lib. IV. cap 16. *Ex aduerſo huius ſitus Britannia inſula.* Vbi male Pintianus opinatur legendum, *Ex aduerſo huius ſita eſt.* Lib. II. 1. *Italiae quoque partibus iuxta et hieme et aeſtate fulgurat, quod non in alio ſitu.* Lib. XII. 19. *in quo ſitu Liber pater educatus eſſet.* Sic Libri XVI. c. 18. inſcribit, *De arborum natura per ſitus* Lib. XXVII. 2. *necantque guſtatu earum pantheras, niſi hoc fieret, repleturas illos ſitus.* L. XXXI. 4. *ceſſaſſe fontes amneſque, qui in eo ſitu multi erant.* Lib.

quam gignit, maenomenon *v.* vocant. Id existimatur contrahi flore rhododendri, quo scatent siluae. Gensque *x.* ea, quum ceram in tributa Romanis praestet, mel (quoniam exitiale est) non *y.* vendit.

Lib. XXXII. 1. de Arabia: *piscium adipe camelos perungi in eo situ, vt asilos ab his fuget odor.* Ita enim legendum, quum sit in scriptis omnibus *perungui* aut *perungi* quod mutarunt in *perungere* propter corruptum *fugent odore.* Lib. XXXIII. 4. *quo sit situ terrarum numen hoc signauimus nomine.* Ita enim legendum. *Suanos* habes et Lib. VII. 11. *A portis Caucasiis per montes Gordyaeos Valli, Suani, indomitae gentes: auri tamen metalla fodiunt.* Etsi edatur *Suarni* Strabo Lib. XI. Οἱ Σόανες δυναςεύουσι τῷ κύκλῳ τὰ ἄκρα τοῦ Καυκάσου κατέχοντες, τὰ ὑπὲρ τὸ Διοσκουριάδος· βασιλέα δ' ἔχουσι καὶ συνέδριον ἀνδρῶν τριακοσίων· συνάγουσι δ' ὡς φασι, ςρατείαν καὶ εἴκοσι μυριάδων. Παρὰ τούτοις λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάῤῥους· ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτιαις, κατατετρυμμέναις καὶ μαλλωταῖς τοραῖς ἀφ' οὗ δὴ μεμυθεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρος. Restituendi sunt iidem Plinio L. XXXIII. 3. *Iam regnauerat in Colchis Salauces et Esubopes, qui terram virginem nactus plurimum auri argentique eruisse dicitur in Suanorum gente, et alioquin velleribus aureis inclito regno.* Sic MSS. vulgo *Samnorum.* Diffido etiam vocabulo *Esubopes*: nam idem liber insignis, *salaucesa et esubopes.* quasi vellet, *Iam regnauerant in Colchis Salauces, Aetes, V b o p e s.* Ceterum *Suanos* et apud Ptolemaeum visere potes, et in Tabula Peutingeri. Item in excerptis legationum e Prisco rhetore, et Menandro Protectore (vbi longa disputatio de *Suanis* et *Suania* inter Iustini Imp. legatum et Persas) a D. Hoeschelio vulgatis. *Gron.*

v. Maenomenon) Μαίνομαι Graece *insanio.* H.

x. Gensque ea cum ceram in tributa Romanis praestet. Praecipuus, *praestent.* Pro eo, quod sequitur *non vendit*, legendum quamquam scriptis non secundis, *non pendit.* nempe in vectigali siue tributo. Lib. XII. 25. *Seruit nunc haec, et tributa pendit.* Gron.

y. Non vendit) Forte rectius, *non pendit.* H.

vendit. Et in Perſide, et in [1] Mauretaniae Caeſarienſis Gaetulia, contermina [2] Maſſaeſylis, venenati faui gignuntur: quidamque a parte, quo nihil eſſe fallacius poteſt, niſi quod liuore deprehenduntur. Quid ſibi voluiſſe naturam iis arbitremur inſidiis, vt ab iiſdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis fauis? Parum z. [3] erat genuiſſe rem, in qua venenum facillime daretur: etiamne hoc ipſa in melle tot animalibus dedit? Quid ſibi voluit, niſi vt cautiorem minuſque auidum faceret hominem? Non *a.* [4] enim et ipſis iam apibus cuſpides dederat, et quidem venenatas? remedio aduerſus has vtique non differendo. Ergo *b.* maluae ſucco,

1. *Mauritania Caeſarienſi, Getuliae ac Maſſaeſulis contermina.* M. 2. *Maſſylis.* Ch. 3. *Sic ex MSS.* H. *parum enim erat* Gr. *et* Al. 4. *Sic ex MSS.* H. *Non enim ipſi melli, ſed apibus iam* Gr. *et* Al.

z. *Parum enim erat genuiſſe rem*) Particula *enim* optimus non vtitur. Liuius Lib. XXI. in Orat. Hannibalis ad exercitum apud Ticinum: *Parum eſt, quod veterrimas prouincias meas Siciliam et Sardiniam adimis? etiam Hiſpanias*, Plinius Lib. IX. 35. *Parum ſcilicet erat, in gulas condi maria, niſi manibus, auribus, etc. geſtarentur.* Ibidem: *Parum eſt, niſi qui veſcimur periculis, enim veſtiamur.* Lib. XXXIII. prooem. *Parum enim erat vnam vitae inueniſſe peſtem, niſi in pretio eſſet auri etiam ſanies.* Gron.

a. Non enim ipſi melli, ſed apibus iam) Iterum breuius: *non enim et ipſis iam apibus cuſpides dederat.* Hoc eſt, quaſi non apes ipſae haberent, quo laedere poſſent, et hominem cautum eſſe nimuſque mellis appetentem cogerent. Et vulgatae profecto ſenſus nullus, neque hic melli locus eſt. Acad. Gud. Men. *non enim ipſi ſed apibus iam cuſpides dederat.* Voſſ. alter: *non enim ipſi de apibus iam c. d.* Quaſi vellent, *ipſis et apibus.* Gron.

Non) Hoc eſt, quaſi non apes ipſae haberent, quo laedere poſſent, et hominem eſſe cautiorem cogerent. H.

b. Ergo) Dioſc. Εὐπ. II. 121. p. 116. H.

succo, aut foliorum ederae [1] perungi salutare est, vel percussos eas bibere. Mirum *c.* tamen est, venena portantes ore, fingentesque ipsas non mori: nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus: sicut contra serpentes Psyllis *d.* Marsisque inter homines.

XLVI. (XIV.) Aliud in Creta miraculum mellis. Mons *e.* est [2] Carina IX. M. passuum ambitu: intra quod spatium muscae non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis [3] eligitur.

XLVII. Aluearia *f.* orientem aequinoctialem spectare conuenit. Aquilonem euitent: nec Fauonium minus. Aluos *g.* [4] optimas e cortice, secun-

1. *vngui. Cb.* 2. *Carma VIII. Cb.* 3. *exigitur Cb.* 4. *Vbique sic MSS. aluearia, alueos Gr. et Al.* 5. *optima, secunda. tertia Gr. et Al.*

c. Mirum) Mirari subit, cur apes ipsae non moriantur, quae venena portant ore, et venena fingunt. H.

d. Psyllis) De quibus dictum est VII. 2. H.

e. Mons) Sic MSS. R. Colb. 2. etc. Quidam *Carma.* Colb. 1. *Narina.* Forte *Carnia*: cuius nominis montem in Arcadia esse auctor est Callimachus, hymn. in Dian. v. 109. Montem Cretae, melle nobilem, vt Atticae Hymettum auctor Geop. XV. 7. Ἀκραμαμμώριον vocat. H.

f. Orientem Aequinoctialem) Brumalem meridiem, Columella solem hibernum, Pallad. *Dal.*

Aluearia) Deflecti in orientem brumalem praecipit Columella IX. 7. p. 315. Palladius quoque I. 38. p. 33. H.

g. E cortice) Suberis praecipue Columell. *Dal.*

Aluos) Columel. IX. 6. p. 323. *Igitur ordinatis sedibus, aluearia fabricanda sunt pro conditione regionis: siue illa ferax est suberis, haud dubitanter vtilissimas aluos faciemus ex corticibus, quia nec hieme rigent, nec candent aestate: siue ferulis exuberat, iis quoque, quum sint*

secundas *h.* ferula, tertias vimine. Multi *i.* eas et e speculari lapide fecere, vt operantes intus spectarent. Circumlini *k.* aluos fimo bubulo vtilissimum, operculum a tergo esse ambulatorium *l.*, vt proferatur intus, si [1] *m.* magna sit aluus, aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiiciant: [2] id *n.* paulatim reduci, fallente *o.* operis incremento.

1. *si magna sint aluearia. M. si magnu sit alueu. Dal.*
2. *ac paulatim reducatur. V. in paul. reduci. Dal.*

sint naturae corticis similes, e quibus commode vasa texuntur. Si neutrum aderit, opere textorio salicibus conne-ctuntur, etc. Sic etiam Palladius l. c. Denique Varro de R. R. III. 16. p. 110. H.

h. Secundas ferula) Addit Columell. e ligno cauatae arboris, et in tabulas dissectae e fimo, e latere. *Dal.*

i. Multi) Et e vitro, et e cornu laternae condita aluearia vidimus L. XI. 16. H.

k. Circumlini alueos, etc.) Et intus, et extra, Varro. *Dal.*

Circumlini) Varro l. c. *Vitiles fimo bubulo oblinunt intus et extra, ne asperitate absterreantur.* H.

l. Ambulatorium) Mobile, vt attolli, et demitti possit. Varro Lib. III. *Dal.*

Ambulatorium) Mobile, vt proferatur intus, quum opus, et sic coangustetur alueare, si maius aequo sit, ne in vasto loco et inani despondeant animum. Varro l. c. H.

m. Si magnus sit alueus) Maior quam pro numero apum. *Dal.*

n. Id) Subintellige, vtilissimum. Quod autem sequitur, *fallente operis incremento*, simili forma loquendi Seneca vsus, Natt. Quu. III. 27. *Natura parce vtitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus.* H.

o. Fallente operis incremento) Sic omnes nostri sine vlla suspicione. Seneca Nat. q. L. III. 27. *Natura ad originem rerum parce vtitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus.* Nec minori elegantia iuris consultis alluuio dicitur *incrementum latens.* Ineptus igitur ille librarius, qui subiecit *argumento*: nec tantum ei fidei debebat habere Pin-

mento. Aluos *p.* hieme ſtramento operiri, crebro ſuffiri, maxime fimo *q.* bubulo. Cognatum hoc iis *r.*, innaſcentes beſtiolas necat, araneos, papiliones, teredines: apeſque ipſas excitat. Et araneorum quidem exitium facilius eſt: [1] papilio peſtis maior. Tollitur *s.* [2] vere, [3] quum *t.* matureſcit malua, noctu, interlunio, caelo ſereno, accenſis lucernis ante aluos. In eam flammam ſeſe ingerunt.

XLVIII. Si cibus *v.* deeſſe cenſeatur apibus, vuas paſſas ſiccaſue, ficoſque tuſas, ad fores [4] earum poſuiſſe

1. Sic ex MSS. H. et Cb. papilionum peſtis maior Gr. et Al. 2. vero Gr. 3. cum floreſcit. Col. cum matureſcat. Cb. 4. alueorum. V.

Pintianus, vt inde coniiceret *augmento.* Gron.

p. Aluos) Sic MSS. omnes vbique: Sic Varro, et alii, aluos femineo genere pro alueari dixere. H.

q. Fimo bubulo) Colum. c. 14. L. IX. *Dal.*

Fimo) Columell. IX. 14. p. 336. H.

r. Cognatum hoc iis) Ex iuuenco caeſo, ſepulto, putreſcente apes naſcuntur. Archeſtratus in Epigrammaticus de apib. *βοὸς φθινομένης πεποιημένα τέκνα.* et rurſum, *ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων καὶ μέλισσαι.* Varro. *Dal.*

Cognatum) Colum. l. c. et Pallad. IV. in Martio, tit. 15. p. 107. H.

s. Tollitur) Col. IX. 14. p. 338. *Quo tempore florent . . . ſi vas aeneum ſimile miliario veſpere ponatur inter aluos, et in fundum eius lumen aliquod demittatur, vndique papiliones concurrunt: dumque circa flammulam volitant, aduruntur . .* Ita Pallad. V. in Aprili, tit. 8. p. 113. Sic porro MSS. omnes: non vt editi, *Tollitur vero.* H.

t. Matureſcit) Floreſcit Columella. *Dal.*

v. Si cibus) Varro de R. R. III. 16. p. 110. *Praeparandus his cibus ne tum melle cogantur ſolo viuere . . . Igitur ficorum pinguium . . . in offas prope apponunt . . . Alii aquam mulſam in vaſculis prope vt ſit, curant: in quae addunt lanam purpureum, per quam ſugant: vno tempore ne potu nimium impleantur, aut ne incidant in aquam . . . Alii vuam paſſam,* et

posuisse [1] conueniat. Item *x.* lanas tractas madentes passo, aut defruto, aut aqua mulsa. Gallinarum etiam *y.* [2] crudas carnes. Quibusdam etiam aestatibus iidem cibi praestandi, quum siccitas continua florum alimentum [3] abstulit. Aluorum, quum mel [4] eximitur, illini oportet exitus, melissophyllo aut genista tritis: aut [5] medias alba vite praecingere, ne apes diffugiant. Vasa *z.* mellaria [6] aut fauos lauari aqua praecipiunt: hac decocta, fieri saluberrimum acetum.

XLIX. Cera *a.* fit expressis fauis, sed ante purificatis aqua, et triduo in tenebris siccatis, quarto

1. *Sic ex MSS. em. Hard. et Ch. conueniet Gr. et Al.* 2. *nudas. Ch.* 3. *negat. V.* 4. *eximatur. Ch.* 5. *Sic ex* MSS. *H. media al. vi. praecingi, ne ap. defugiant. Ch. aut medios Gr. et Al.* 6. *et. Ch.*

aut ficum quum pinserunt, affundunt sapam etc. Vide etiam Colum. l. c. p. 339. H.

x. Tractas madentes passo) Carminatas, pexas, vt quasi per siphonem succum apes euocent. Columell. *Dal.*

Item) Consentit cum Dal. H.

y. Crudas carnes) Exemptis interaneis. Columell. *Dal.*

Crudas) Ita libri vulgati, cum Colb. 1. Rectius forte cum R. 1. 2. Colb. 2. Th. et Chifl. *nudas carnes*, hoc est, a pelle exutas, ac pingui, vt exhiberi aegris solet. H.

z. Vasa mellaria, etc.) Μελιτηρὰ Galenus vocat lib. de documento pro epileptico: eaque idem exponit ἐξ ὧν ἐκενώθη μέλι. Acetum ex melle fieri probabile Rondeletio non est, sed potius ex propoli, quae acidum olet. *Dal.*

a. Cera) Eleganter Colum. IX: 16. p. 344. *Expressae fauorum reliquiae, postea quam diligenter aqua dulci perlutae sunt, in vas aeneum coniiciuntur: adiecta deinde aqua liquantur ignibus: quod vbi factum est, cera per stramenta vel iuncos defusa colatur: atque iterum similiter de integro coquitur, et in quas quisque voluit formas, aqua prius deiecta, defunditur.* H.

to die liquatis igni in nouo fictili, aqua fauos tegente, tunc *b.* sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. Optima, quae *c.* Punica vocatur. Proxima *d.* quam maxime fulua, odorisque mellei, pura, natione autem Pontica, quam constare equidem miror inter *e.* venenata mella: deinde *f.* Cretica, plurimum enim ex propoli habet, de *g.* qua diximus in natura apum. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quamdam vim medicaminis putatur. Punica *h.* fit hoc modo. Ventilatur [1] sub diuo saepius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde *i.* [2] lingulis [3] hauriunt florem, id est, candidissima quaeque, transfunduntque in vas, quod exiguum [4] frigidae habeat. Et rursus marina deco-

1. *Sic ex MSS. H. sub dio Gr. et Al.* 2. *Sic et Ch. ligulis Gr. et Al.* 3. *eligunt. M.* 4. *marinae frigidae. M.*

b. Sporta colatis) Per iuncos aut stramenta. Columel. *Dal.*

c. Punica vocatur) Omnium candidissima. *Dal.* *Quae*) Candoris eximii. H.

d. Proxima) Sic Diosc. II. 105. H.

e. Inter) quae in eodem Ponti situ nascuntur, vt dictum est f. 44. 45. H.

f. Deinde) Dioscor. l. c. H.

g. De qua) Lib. XI. 6. H.

h. Punica fit hoc modo) Candidam ceram αἰνιγματικῶς Varro in Prometheo apud Nonium his verbis significat: *Chrysosandalos locat sibi, et amiculam de lacte* (quidam, *lacteam a cera* legunt) *ac cera Tarentina, quam apes Milesiae coegerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse et neruis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam.* Dal.

Punica) Hunc fere modum candidissimae cerae concinnandae tradit Diosc. l. c. H.

i. Inde) Ita MSS. siue, vt editi,

coquunt ſeparatim: dein vas ipſum refrigerant. Et quum haec ter fecere, iuncea crate ſub *k.* dio ſiccant Sole, Lunaque: haec enim candorem facit. [1] Sol ſiccat: et ne [2] liquefaciat, protegunt tenui linteo. Candiſſima vero fit poſt inſolationem etiamnum recocta. Punica [3] medicinis vtiliſſima. Nigreſcit cera addito chartarum cinere, ſicut anchuſa admixta rubet. Varioſque in colores pigmentis *l.* traditur, ad *m.* [4] edendas ſimilitudines, et innumeros mortalium vſus, parietumque *n.* etiam et armorum tutelam. Cetera de melle apibuſque in natura earum dicta ſunt. Et hortorum quidem omnis fere ratio peracta eſt.

L. (XV.) Sequuntur herbae ſponte naſcentes, quibus pleraeque gentium vtuntur in cibis, maximeque Aegyptus, frugum *o.* quidem fertiliſſima, ſed

1. Sic ex MSS. *H. facit.* *Siccantes ne liquefaciant Gr. et Al.* 2. *liquefiat. V.* 3. *Sic et Ch. medicis Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. reddendas Gr. et Al.*

editi, *ligulis*, hoc eſt, cochlearibus. H.

k. Sub dio ſiccant ſole lunaque: haec enim candorem facit. ſiccantes, ne liquefaciant, protegunt tenui linteo) Scribo, *ſub dio ſiccant ſole lunaque. Haec enim candorem praeſtat, ſol ſiccat. et ne liquefaciat, etc.* ex vetuſto codice. *Pint.*

l. Pigmentis traditur) Fucorum tincturis, ad ἐγκαυστικὴν et κηρογραφίαν. *Dal.*

m. Ad reddendas ſimilitudines) Eo artificio noſtra memoria quidam imitantur in penſilibus hortis arborum et herbarum omne genus, folia, flores, fructus. *Dal.*

n. Parietumque) Ad tutelam picturae, qua parietes, clypeoſque, et arma reliqua ornabant, quaſi cuiuſdam tectorii vice, cerae tenuiſſimae cruſtam coriumue inducere, mos veterum fuit, nunc antiquatus. Cereorum nulla fit mentio. H.

o. Frugum quidem fertiliſſima, ſed vt prope) Tὸ *quidem*

sed vt prope sola iis carere possit: tanta est ciborum ex herbis abundantia. In *p.* Italia paucissimas nouimus, fraga, [1] tamnum *q.*, ruscum *r.*, batin *s.* marinam, [2] batin hortensiam, quam aliqui asparagum Gallicum vocant. Praeter has pastinacam *t.* pratensem, lupum *v.* salictarium, eaque verius oblectamenta, quam cibos.

G 2 LI.

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. tamum. V. et Turn. tanum Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. H. et Ch. hortensianam Gr. et Al.*

dem a Galeno est, *prope* a Pintiano: et confirmat vtrumque praecipuus. Sed idem, *fertilissimas et vt prope.* Videtur fuisse: *frugum quidem fertilissima, vtut prope sola iis carere possit.* Gron.

p. In Italia paucissimas nouimus, fraga, tamum ruscum, batin marinam) Vbi optimi libri leg. *fraga, tamnum* in vulgatis male, *tamum.* legendum vbique *thamnum.* Graec. ἕλιξ. Salmas. p. 225.

q. Tanum) Alii legunt *tamnum*, alii *tamum* Cyclaminum secundam, quam pro vite nigra Matthiolus pingit, Itali etiam hodie *Tamaro* vocant, eiusque teneros cauliculos et viticulas vere primum erumpentes asparagorum more decoctas mandunt, ac in fasciculos digestas venales circumferunt. Eius fructus vua Taminia vocabatur, — *iam Tami sponte virescunt,* apud Columellam legit Pomponius. *Dal.*

Tamnum) Ita MSS. omnes, R. Colb. Th. Chifl. tum hoc loco, tum in Indice: non *tanum*, vt editi. Vitis silueftris Dodonaei est, p. 396. Vitis nigra Matthioli p. 1285. cuius fructus vua taminia appellatur. Haec Martio mense mittit asparagos seu prima germina: quae digesta in fasciculos venalia circumferunt, et asparagorum more decocta mandunt. H.

r. Ruscum) Seu myrtum siluestrem, cuius cauliculi quoque incipientes, asparagorum modo in cibo sumuntur, vt dicemus XXIII. 83. H.

s. Batin) De ea dicemus XXVI. 50. H.

t. Pastinacam) Gallicam, opinor, cui *carotae* nomen vulgus affinxit, vt diximus XIX. 27. H.

v. Lupum) Lupulum officinae

LI. In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia *x.*, quam cyamon *y.* aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule, quum coctus eſt, araneoſo *z.* in mandendo:

cinae paſſim vocant, lupumque ſalictarium: Galli, *du Houblon.* Pingitur a Dodonaeo, p. 404. Aſparagi, ſeu primi turiones, qui vere erumpunt, mitiores ſunt, et in edulia recipiuntur. H.

x. Colocaſia) Colocaſia, vel, vt Athenaeus, Nicander, Virgilius, Colocaſion, Dioſcoridi non integra planta eſt, ſed eius tantum radix. *Dal.*

Colocaſia) Quam in Aegypto colocaſiam videre Bellonius, et Profper Alpinus, et ab incolis *Culcas* appellari tradunt, radice praedulci, edulique, non a Pliniana modo deſcriptione diſcrepat, ſed alterius plane formae eſt, quam qualem eſſe dixere Herodotus, Theophraſtus, Dioſcorides, aliique. Vide Bellon. Obſſ. II. 19. Alpinum de plantis Aegypti, c. 33. p. 102. Cluſium Hiſt. rar. plant. IV. 50. ex quibus multa Salmaſius in ſuum praegrande volumen Plinianarum Exercitt. tranſtulit, p. 972. et ſqq. Sed neque arum Aegyptium eſt colocaſium iſtud, ſeu *Culcas* hodiernum, quamquam ita Salmaſio viſum eſt, pag. 975. vt conferenti ea quae de aro dicta ſunt L. XIX. 30. cum icone colocaſiae a praedictis auctoribus delineata, conſtabit. H.

y. Cyamon) De hac Nicander in Georgicis, Καὶ κύαμον σπείρης Αἰγύπτιον ὄφρα θερίσσης, Ἄνθεσι μὲν ϛεφάνους ἀγύης· τὰ δὲ πεπτηῶτα Ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια δαινυμένοισι, Ἐς χέρας ἠιθέοισι πάλαι ποθέουσιν ὀρέξης, Ῥίζας δὲ ἐν σθοίνησιν ἀφεψήσας προτίθημι. Hadr. Iun. 10. I. *Dal.*

Cyamon) Κύαμον, fabam. Sed vnde iſti hanc colocaſiae appellationem affinxerint, vnde haec nata appellatio, incompertum. Hodierna Aegypti colocaſia, et fructu, et flore, et caule, atque adeo ſimilitudine omni fabae caret. Caue enim fabam Aegyptiam intelligi hic putes, quae a colocaſia diuerſiſſima eſt, vti ex illius deſcriptione liquet, quam Plinius affert XVIII. 30. H.

z. Araneoſo) Filis neruoſo. Martialis: *Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces, Improba cum morſu fila manuque*

dendo: thyrſo autem, qui inter folia emicat, ſpectabili: foliis *a.* [1] latiſſimis, ſi arboreis comparentur, ad ſimilitudinem eorum quae *b.* perſonata in noſtris amnibus vocamus. Adeoque Nili ſui dotibus

G 3

1. *latiſſimis etiam ſi arb. Gr. et Al.*

nuque trahes. Diphilus apud Athenaeum Lib. III. radicem probat, quae minime lanoſa ſit. *Dal.*

Araneoſo) Hoc eſt, caule filis minutis, cuiuſmodi aranea ſunt, fibriſque neruoſo. Diphilus Siphnius apud Athenaeum III. p. 73. fabae quoque Aegyptiae radicem (quam et κολοκάσιον quidam imperite dixerunt) ἐριώδη ait eſſe, hoc eſt, lanoſam. Idem de colocaſiae caule Martialis Epigr. XIII. 57. cuius lemma, *Colocaſia*: *Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces, Improba cum morſu fila manuque trahes.* Et L. VIII. 33. *Lenta minus gracili creſcunt colocaſia filo.* H.

a. Foliis latiſſimis) Petaſi magnitudine, Dioſcor. pilei Theſſalici, Theophr. *Dal.*

b. Quae perſonata in noſtris) Dioſcorides folium nymphaeae comparat cum folio cyborii, ſiue Aegyptiae fabae. *Dal.*

Quae perſonata) MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Th. etc. *quae perſonata in noſtris manibus.* Forte *moenibus*, rectius. Nam perſonata, de qua L. XXV. 58. in amnibus non naſcitur. Salmaſius p. 970. legit, *quae per ſe nata in noſtris amnibus notamus*, ſed nec ſcriptis ſecundis, in quibus *vocamus* legitur: nec oratione ſatis perſpicua: quid enim illud eſt, *per ſe nata?* Quin ſtatim Nymphaeam dicebat, quam probe norat, quam prolixe deſcribit XXV. 37. ſi Nymphaeam, vt Salmaſius putat, intellexit? H.

c. Vt implexu, etc.) Legend. *Vt implexis colocaſiae foliis, in varias ſpecies vaſorum, etc.* Vide Salmaſ. p. 968. a. b. Et in praecedentibus lege: *Thyrſo autem qui inter folia emicat ſpectabili, etc.* Vocat heic *Thyrſum*, quam *ſcapum* dixit in Faba Aegyptia, quae eadem eſt cum colocaſia. Scribe porro: *foliis latiſſimus, ſed iam ſi arboreis comparentur, ad eorum ſimilitudinem quae per ſe nata in noſtris amnibus notamus.* Dicit folia Colocaſiae ad eorum ſimilitudinem eſſe quae per ſe nata ſpe-

bus gaudent, vt *c.* implexis colocasiae foliis *d.* in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Seritur *e.* iam haec in Italia.

LII. In Aegypto *f.* proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. Nascitur *g.* post Vergilias. Floret *h.* particulatim. [1] Radix *i.* ei lenta, quare etiam ad vincula vtuntur illa. Antha-

1. *Rami ei lenti, etc. illis. Malinathalla. Ex Theophr.*

spectantur in amnibus. Ea sunt folia Nymphaeae. Vide *Salmas.* p. 969. b. 970. a.

d. In variam speciem vasorum) Inde scilicet factum est, vt κύαμυς auctore Hesychio, poculi genus sit, ad eorum similitudinem constructum, quae ex colocasiae foliis Aegypti parabant. Ob eamdem causam id quoque poculum et κυβώτιον et κυβώριον dicebatur. Sic enim fabam Aegyptiam nominant. Eadem industria rusticos in Allobrogum montibus vidi ex Gentianae foliis implexis pocula fingere, quibus e gelidis fontium scaturiginibus aquam hauriebant. κυβώρια sic dicta interpretatur Athen. διὰ τὸ κάτωθεν εἰς ςενὸν συνῆχθαι ὡς τὰ Αἰγύπτια κυβώρια. *Dal.*

e. Seritur) Ipsa Colocasia Aegyptiaca, etsi peregrina, alienique soli ac caeli, serebatur olim in Italia. Testis Maro in Ecl. 4. v. 40. *Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.* Dicit inter acanthos, notissimam tum in hortis herbam colocasia quoque sponte sua nascitura passim, quae peregrina erat herba. Est et alia vulgaris colocasia, quam Palladius describit in Februario, tit. 24. H.

f. In Aegypto) De quo diximus XIX. 40. et XX. 29. H.

g. Nascitur post Vergilias) De plantis omnibus, quas κιχωριώδεις vocat, id Theophrast. scribit cap. 11. Lib. VII. histor. non de cichorio solo. *Dal.*

Nascitur) Theophr. Hist. VII. 10. H.

h. Floret) Theophr. l. c. H.

i. Radix ei lenta) De cichorii caule id Theophrastus, non de radice, ὁ δὲ καυλὸς, inquit, κιχωρίου μέγας, καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλὰς, ἐςὶ δὲ γλισχρὸς, καὶ δυσδιαίρετος διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται. Caulis Cichorii magnus multis ena-

Anthalium *k.* [1] longius a flumine nafcitur, mefpili magnitudine et rotunditate, fine nucleo, fine cortice, folio cyperi. Mandunt *l.* [2] igni paratum: mandunt et oetum *m.*, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. [3] Arachidna *n.* quidem et

 ara-

1. *haud procul. Theophraft.* 2. *igne comparatum. Ch.* 3. *Arachidna quidem et Arachoeides. Theophr.*

enafcentibus furculis, lentis, fractu contumax, quamobrem pro vinculo vtuntur. *Dal.*

Radix) De caule id prodidit Theophr. Ὁ δὲ τοῦ κιχωρίου καυλὸς μέγας... ἔτι δὲ γλισχρὸς καὶ δυσδιαίρετος· διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται. H.

k. Anthalium) Theophrafto melinathella, cap. 10. Lib. IV. hiftor. nobis thrafi: auctori librorum de plantis, qui editi funt nomine Ariftotelis, cap. 5. Lib. I. margaritae Aegyptiae. *Dal.*

Anthalium) In locis arenofis, inquit Theophr. Hift. IV. 10. haud procul a flumine: Ἐν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις, ἃ ἐςὶν οὐ πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ, φύεται κατὰ γῆς ὁ καλεῖται Μαλιναθάλλη. Anthalium, ex ἀνὰ et θάλλω *regermino*, quam vim habet et Theophraftea vox μαλιναθάλλη, ex μάλα, *valde*, et ἀναθάλλω, *regermino*. Iifdem notis delineatur a fcriptore Graeco: Στρογγύλον τῷ σχήματι, μέγεθος δὲ ἡλίκον μέσπιλον, ἀπύρηνον δὲ, ἄφλοιον· φύλλα ἀφίησιν ἀπ' αὐτοῦ ὅμοια κυπείρῳ. H.

l. Mandunt igni paratum) Elixant in hordeaceo zytho Theophr. *Dal.*

Mandunt) Theophraft. ἕψουσιν ἐν βρύτῳ, *decoquunt in bryto*, quod potionis genus eft ex hordeo, inquit Athen. X. p. 446. aut ex radicibus, vt Hellanicus, ἐν κτίσεσι. H.

m. Oethum) Vingum vocat Theoph. cap. 11. Lib. I. hiftor. male Plinius expofuit. Oetum Indi et Aethiopes, apud quos plurimum prouenit, adhuc vocant *Hetich.* Dal.

Et oetum) Theophr. Hift. I. 11. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὐϊτόν. Hefychius: Οὐϊτὸν τὸ ὑπ' ἐνίων οἶτον. H.

n. Arachidna quidem, etc.) Arachidna et arcaoeides non minus fructuofa funt fupradictis.

aracos, quum habeant radices ramosas ac multiplices, nec folium, nec herbam vllam, aut quidquam aliud supra terram habent. Reliqua o. vulgarium in p. cibis apud eos herbarum nomina, [1] condrilla q., hypochoeris r., et caucalis, anthriscum s., [2] scandix t., quae ab aliis tragopogon vocatur, foliis

1. *condrylla Gr. et Al.* 2. *scandix, et come, quae. Ex Diosc.*

dictis. Carnosum vtrumque, radicem vnam crassam habet, in altum descendentem, alias vero, quibus fructus insidet, tenuiores, in summa telluris facie multifariam diuisas. Arenosis gaudent. Neutrum aut folium, aut folio simile quidquam gignit, vtrumque potius, velut, ἀμφίκαρπον est, hoc est, infra supraque terram fructum edit, quod mirum est. Theophrast. cap. 11. Lib. I. *Dal.*

Arachidna) Theophr. loco proxime cit. de ἀραχίδνῃ et ἀράκῳ habet plane paria. Herbae hoc aeuo ignotae. H.

o. Reliqua) Haec apud Theophr. Hist. VII. 7. similiter leguntur. H.

p. In cibis) Haec e Theophr. cap. et Lib. VII. histor. *Dal.*

q. Condrylla) *Chondrylla* Falso apud Theophr. legitur *andryala.* Dal.

Condrilla) Κονδρίλλη Dioscorid. II. 161. Apud Theophrastum l. c. ἀνδρύαλα, pro κανδρύαλα. Nam MSS. Pliniani omnes tum hoc loco, tum in Indice. R. Colb. Theophr. habent *candryala.* Herba est cichorio similis, ob idque καὶ κιχώριον καὶ σερίδα quidam vocarunt, teste Diosc. et agrestis intybi genus esse dixerunt, inquit Oribasii interpres fol. 201. L. XI. H.

r. Hypochoeris) Ὑποχοιρὶς, καυκαλὶς, Theophr. l. c. H.

s. Anthriscum) In exemplaribus Theophrast. pro *anthrisco*, Turnebus legit, ἐνθυσικόν. *Dal.*

Anthriscum) Vitiose legitur apud Theophr. ἐνθυσικόν. Hesychius: ἄνθρισκον, λάχανον ἔχει ἄνθος ὡς ἄνηθον. Auctor Etymol. Ἄνθρισκα, ἄγρια λάχανα, τὰ παραπλήσια ἀνήθοις. Folio haec similitudo constat, non vmbella aut semine H.

t. Scandix) Theophr. Hist. VII. 8. Σκάνδιξ Et cap. 7. Κόμη, ἣν τραγοπώγωνα καλοῦσιν

liis croco fimillimis: parthenium *v.*, ftrychnum, corchorus, [1] et *x.* aequinoctio nafcens aphace *y.*, [2] acinos *z.*: epipetron *a.* vocant, quae numquam floret.

G 5

1. *et ab aequin. na. ap. achinopos. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. acinos quam epipetron Gr. et Al. et quam Dal.*

λῦσιν ὃ τὴν μὲν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν. τὰ δὲ φύλλα τῷ κρόκῳ ὅμοια, etc. H.

v. Parthenium) Παρθένιον, στρύχνον, κόρχορος. Theophr. Hift. VII. 7. H.

x. Et aequinoctio nafcens aphale, acinos quam epipetron vocant) Aliter in V. C. *Et ab aequinctio nafcentes aphacea, cynopos, epipetron vocant.* Scribo, *Et ab aequinoctio nafcentes aphace, acinos quam epimetron vocant*, ex Diofcoride L. III. et Theophrafto VII. c. 8. Habetur nihilominus in Theophrafto loco fignato herba nomine *cinops*, quam Theodorus tralato, vt confueuit, nomine, *canariam* appellat. *Pint.*

Et aequinoctio) Primis poft aequinoctium imbribus germinationem fieri, ἀφάκης, καὶ τοῦ κύωπος, fcribit Theophr. Hift. VII. 8. vbi κύνωπος Turnebus ait legendum. In MSS. R. 2. Colb. Th. Chiffl. tum hoc loco, tum in Indice, *acypos*, Tamen iidem inferius, f. 101. *acinon* vocant. Et R. 1. qui codex eft optimae notae, hoc loco, fic habet: *aphace, acino, epipetron vocant*, etc. In eo Theophrafti loco ἐχινόπους legit Salm. in Solin. p. 1292. Sed diuerfam echinopoda ab acino puto. Aphace haec Theophraftea, ex olerum genere eft, et intubaceorum, foli Aegypto cognita. De acino dicemus f. 101. vbi de cognatarum fimul herbarum, batis, colocafiae, anthalii, ftrychni, corchori medicinis agetur. H.

y. Aphace) Lege: *Aphace, Echinopus, Epipetron vocant quae numquam floret.* Vide *Salmaf.* 1292. b.

z. Acinos) Turnebus c. 9. Lib. XVI. Aduerf. legendum putat *cynops.* Lego, *acinos, et quam epipetron.* In Theophrafto legitur *cynops*, Hift. VII. 7. *Dal.*

a. Epipetron) Theophraft Hift. VII. 8. ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθεῖ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον. Meminere huius et alii: Arift. de part. anim.

ret. At *b.* e contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium, tota hieme, totoque vere, vsque in aestatem.

LIII. Multas *c.* praeterea ignobiles habent: sed maxime celebrant cnicon *d.* Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam. Hoc *e.* faciunt e semine eius. Differentia *f.* prima, siluestris et satiuae. Siluestrium duae species: Vna *g.* mitior est,

anim. IV. 5. Galen. meth. med. IV. 5. Hesychius, aliique. H.

b. At e contrario aphace) Non de aphaca id Theophrast. cap. 8. Lib. VII. hist. scripsit, sed de quibusdam herbis statim cum flore fructum amittentibus. *Dal.*

At) Theophr. hist. VII. 8. 11. totidem verbis. H.

c. Multas) Aegyptii nimirum. H.

d. Cnicon) Turnebus loco citato legendum putat *cici*, nempe ricinum. Orpheus in Argonauticis cnicon σχιςὴν vocat, veluti scissilem, quod eius flos in multos apices diuidatur. *Dal.*

Cnicon.) De qua Theophrast. Hist. VI. 4. Τῆς κνήκυ δύο γένη, etc. Alii κνίκον scribunt, Galenus, Aristoteles, ceteri, praeter Hesychium. Cnicus satiuus, seu Carthamum officinarum a Clusio pingitur, Lib. V. p. 152. cnici vulgaris nomine. In horto Regio vidimus. Galli vocant, *Saffran bastard, ou Graine de Perroquet.* H.

e. Hoc) Oleum scilicet. H.

f. Differentia prima, etc.) Legend. *Differentia prima, siluestris et mitior. siluestrium duae species, vna mitiori simili caule, tamen rigido, itaque et colu antiquae vtebantur ex illis. Quare quidam Atractylida vocant, semen candidum, grande et amarum.* Vide Salmas. p. 896. b.

g. Vna) Atractylis ea est, a Dodon. delineata, p. 724. et a Lobelio in Obss. p. 483. Graecis ἀτρακτυλὶς et κνίκος ἀγρία, vt Aetio, Hesychio et Galeno de fac. simpl. med. VI. p. 161. Cnico, satiuae scilicet similem dicit Diosc. III. 140. Visa a nobis in horto regio. H.

eſt, ſimili caule, tamen *h.* [1] rigido: itaque *i.* et colu antiquae mulieres vtebantur ex illis: quare quidam atractylida *k.* vocant. Semen *l.* eius [2] candidum et grande, amarum. Altera *m.* hirſutior, toroſiore *n.* caule, et *o.* qui paene humi [3] ſerpat, minuto ſemine. Aculeatarum generis haec eſt: quoniam diſtinguenda ſunt et genera.

LIV. Ergo quaedam herbarum ſpinoſae ſunt, quaedam ſine ſpinis. Spinoſarum multae ſpecies. In *q.* totum ſpina eſt aſparagus, ſcorpio *r.*: nullum

1. *rectiore. Theophr.* 2. *nigrum. Th.* 3. *procumbat. Th.*

h. Tamen) Hoc eſt, erecto, ſiue rectiore: εὐθυκαυλότερον dixit Theophraſtus. H.

i. Colu) Fuſis, πηνίοις, non σπληνίοις. *Dal.*

Itaque) Theophr. l. c. Διὸ καὶ πηνίοις ἔνιαι τῶν ἀρχαίων ἐχρῶντο γυναικῶν. Πήνιον et ἄτρακτος colum interdum ſonant. H.

k. Atractylida) Scholiaſtes Theocriti ad v. 52. Idyll. 4. Ἀτρακτυλὶς, εἶδος βοτάνης, ἢ ἀκάνθης· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς ἀγροικῶν γυναῖκας ἀτράκτους ποιεῖν ἐξ αὐτῶν. H.

l. Semen) Fructus: καρπὸν δὲ ἔχει μέλανα καὶ μέγαν, καὶ πικρόν. Theophr. Hiſt VI. 4. verius. H.

m. Altera) Altera Dodonaei atractylis, ſeu carduus benedictus, p. 725. a Lohelio item delineatus, p. 484. *Charbon benit.* H.

n. Toroſiore caule) Sonchi caule. Theophr. c. 4 L. IX. hiſt. Pro σογχώδει Plinius legit σαρκώδει. *Dal.*

Toroſiore) Craſſiore, pinguiore. H.

o. Et qui) Theophr. l. c. τρόπον τινὰ ἐπιγειόκαυλος. H.

p. Aculeatarum) Theophr. Hiſt. VI. 3. Καὶ ὁ κνῆκος τήν γε φύσιν ἀκανθώδη ἔχει. Sic etiam Galenus de fac. ſimpl. med. VI. p. 161. H.

q. In totum ſpina eſt aſparagus) Inepte putauit Hermolaus aſparagum et ſcorpionem vnicam eſſe plantam, quod apparet ex Theophraſto cap. 3 Lib. VI. hiſtor. vide et 1. eiuſdem *Dal.*

In

lum enim folium habet. Quaedam *s.* [1] spinosa, foliata sunt; vt carduus, eryngion, [2] glycyrrhiza *t.*, vrtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua *v.* et secundum spinam habent

1. *spinoso folio. V.* 2. *Sic ex MSS. glycyrrhiza. Ch. glycyrrhizon Gr. et Al.*

In) Quae tantum spinas pro foliis habent, simpliciter ἀκάνθας vocat Theophrastus Hist. VI. 1. Τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσὶν ἀκάνθαι, καθάπερ ἀσπάραγος καὶ σκόρπιος· ὐδὲ γὰρ ἔχυσι φύλλον ὐδὲν παρὰ τὴν ἄκανθαν. Quod iterum c. 3. repetit. De Rauennate asparago Martialis. Epigr. XIII. 21. *Mollis in aequorea quae creuit spina Rauenna.* H.

r. Scorpio) De eo dicemus XXII. 17. H.

s. Quaedam spinosa foliata sunt, etc.) Lege, *quaedam spinosa foliata sunt, vt carduus, erynge, glycyrrhiza vrtica.* τῷ ἀκανθώδει πεφύλλωται. *Salmasius* pag. 176. a. *Quaedam spinosa foliatae sunt*). Haec ex Theophrasto cap. 16. Lib. I. et c. 3. Lib. VI. hist. vbi φυλλάκανθα vocat, quae Plinius hic *spinosa foliata* dicit. *Dal.*

Quaedam) Hoc est quaedam folia habent spinis aculeata: φυλλάκανθα ea vocantur a Theophrasto, Hist. VI. 3. adducente σκόλυμον carduum in exemplum: ἠρύγγιον καὶ κνῆκον, c. 1. H.

t. Glycyrhizon) Inter spinosas Theophrastus non recenset. Huic autem fructus tantum echinatus est. *Dal.*

Glycyrrhiza) Vide quae de ea dicturi sumus XXII. 10. H.

v. Aliqua et secundum spinam habent folium) Legendum reor: *Aliqua et secundum spinosum habent folium.* Est autem illud *secundum*, non praepositio, sed numerale nomen. Theophrastus VI. de historia plantarum capite. 1. *Alia foliis constant aculeatis, vt acanum eryngium, cnecum. Quaedam etiam iuxta folium aculeatum, alterum quoque folium habent: vt ononis, tribulus, phleus, quam nonnulli stoebam appellant.* et capite tertio eiusdem libri: *Quoniam distinctum fit superius aliud totum esse spinosum foliatum, seorsum de vtroque dicendum, atque tertium illud*

habent folium, vt tribulus, et ononis. Quaedam *x.* in folio habent et in caule, vt *y.* [1] pheos, quod aliqui stoeben

1. *phleos Gr. et vulgg.*

illud addendum, quod iuxta aculeum folium gerit. Phleus enim, tribulus, capparis, peculiare nimirum obtinent, vt non solum caulem aculeatum, sed etiam folium, habeant hispidum. At si mauis vt illud *secundum* praepositio sit, necesse erit addere *alterum* verbum, vt legatur, *aliqua et secundum spinam habent folium alterum.* Pint.

Aliqua et folium, etc.) Lego, ex Theophrasto: *habent folium, vt tribulus, ononis, phleos, quod aliqui stoeben vocauerunt, hippophaës spinis angulosis. Quaedam in folio habent et in caule, vt capparis. Tribulo proprietas, etc.* Dal.

Aliqua) Theophrastus Hist. VI. 3. παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον, iuxta aculeum folium gerunt. H.

x. Quaedam in folio habent) Lege, *Quaedam in folia non habent, etin caule habent, vt Pheos.* Salmas. p. 394. a. *Quaedam in folio habent et in caule*) Vetus codex: *Quaedam in folio non habent, et in caule habent.* Sed vtrocumque modo verba haec legantur, adulterina mihi et ab aliqua argutatore falso adiecta videntur: nam Theophrastus nihilo plus tribuit phleo, quam ononi et tribulo, vt constat ex illius verbis paulo ante allatis. Legatur meo periculo sic: *Aliqua et secundum spinam habent folium alterum, vt tribulus, ononis, et phleos, quam aliqui stoeben appellauere*, cetera delenda. Pint.

Quaedam) Theophr. l. c. Ὅτε φλέως, καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ἡ κάππαρις ἴδιον ἔχει, τὸ μὴ μόνον τὴν ἐν τῶν καυλῶν ἄκανθαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸ φύλλον ἐπακανθίζον. *Phleos, tribulus, capparisque, peculiare hoc habent, vt non solum caulem aculeatum, sed etiam folium hispidum habeant.* Et c. 1. ἡ ὄνωνις, καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ὁ φλέως, ὃ δή τινες καλοῦσι στοίβην. H.

y. Phleos) Falso id Plin. Stoebe Theophr. c. 3. L. VI. hist. folio minime pungit, sed praeter folium exarmatum, spinosum fructum gignit tribuli alterius modo. Dal

Vt) Ita libri omnes, etiam MSS. tum hoc loco, tum in Indice. Theophrasto nihilominus, φλέως. Sed eidem Hist. VI. 5. ἱππόφεως, quae et ipsa στοίβη nuncupatur. H.

ſtoeben appellauere. Hippophaes z., ſpinis geniculatum a.: [1] tribulo b. proprietas, quod et fructum ſpinoſum habet.

LV. Ex omnibus his generibus vrtica c. maxime noſcitur, acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, ſaepe altior binis cubitis. Plures d. eius differentiae: Silueſtris, [2] quam et feminam vocant, mitiorque. Et in ſilueſtri, quae e. dicitur [3] cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Quae vero etiam odorem fundit. Herculanea vocatur. Semen omnibus copioſum, nigrum,

1. *Tributa proprietas Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. Quam feminam vocant, mitior Gr. et vulgg.* 3. *canina. Cornarius, et Ch.*

z. *Hippophaes)* In MSS. *hippophes*. Graecis ἱπποφυὲς ἱπποφανὲς, ἱπποφαὲς et ἱππόφεως promiſcue dicitur. Vide XXII. 14. et Dioſc. in Noth. p. 474. H.

a. *Geniculatum)* Γωνιοειδεῖς ἀκάνθας, Dioſcor. ait, anguloſas. Plinius legit γωνατώδεις. *Dal.*

b. *Tributa proprietas, quod et fructum ſpinoſum habet)* In vetuſto exemplari non *tributa* legitur, ſed *tributi*. Scribo *tribuli*, ex Theophraſto Libro VI. de Hiſt. plant. et capite 1. *Tribulus*, inquit, *vel fructu aculeatus eſt, habet enim in fructu aculeum. Qua de cauſa id quoque proprium ei, vt ſic loquar, prae omnibus, licet vtique adnotare.* Pint.

Tribulo) Theophr. Hiſt. VI. 4. Ὁ δὲ τρίβολος ἴδιον ἔχει, διότι περικαρπιάκανθός ἐςι. *Id vero tribulus peculiare habet, quod fructus integumentum ſpinoſum ſiue aculeatum habet.* In MSS. *tributo*, pro *tribulo*. H.

c. *Vrtica) De l' Ortie*: cui cognatam minorem nouimus, *l'ortie grieſche*. H.

d. *Plures eius differentiae)* Vide cap. 13. libr. ſeq. *Dal.*

d. *Acetabulis)* Vaſculis quibuſdam, quibus ſemen et lanugo continentur, quae acetabuli ſpeciem repraeſentant. H.

e. *Quae)* Ita MSS. omnes. Sunt qui *canina* legi malint. H.

nigrum. Mirum sine vllis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam, et tactu tantum leni pruritum, [1] pusulasque *f.* confestim adusto similes existere. Notum est et remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Siluestrium quoque radix omnem carnem *g.* teneriorem facit [2] simulque cocta innoxia est. Morsu carens, lamium *h.* vocatur. De *i.* scorpione dicemus inter medicas.

LVI.

1. pussulas. M. 2. *Sic ex MSS. H. noxia Ch. caret. M. Simul cocta. Quae innoxia, morsu carent Gr. et vulg.*

f. Pustulasque) Turnebus cap. 2. Lib. XXIV. Aduers. leg. *pusulas*: sic dictas, quia pus continent. Columellae *pusula* ignis sacer. vnde *pusilosa*, vel *pusulosa ouis*. Sic autem vocat, quia sacer ignis, qua depascitur, pustulas attollit. *Dal.*

Pusulasque) Sic libri omnes MSS. non *pustulas*. Celsus V. 28. *Pustularum plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus, partemue, aspredo quaedam fit similis his pustulis, quae ex vrtica, vel ex sudore nascuntur: ἐξανθήματα Graeci vocant: eaque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. Nonnumquam plures similes varis oriuntur, nonnumquam maiores pustulae, liuidae, aut pallidae, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato: subestque his humor. Vbi hae ruptae sunt, infra quasi exulcerata caro apparet: φλυκταιναι Graece nominantur. Fiunt vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis.* Gallis, *des pustules, des ampoules, des élevûres*. H.

g. Carnem teneriorem, etc.) Pisces, quadrupedes, aues recens captas venatores et aucupes vrticae foliis inuoluunt, vt minus et tardius corrumpantur. *Dal.*

h. Lamium) Siue vrtica iners, cuius triplex genus a Dodonaeo depingitur, pag. 135. visum a nobis in horto Regio; *Ortie morte*. Galeopsis est Dioscoridi, IV. 95. H.

i. De scorp.) L. XXII. 17. H.

LVI. (XVI. [1]) Carduus *k*, et [2] folia et caules ſpinoſae lanuginis habet. Item *l*, acorna, leucacanthos, chalceos *m*., [3] cnicos, polyacanthos, onopyxos, [4] helxine *n*., ſcolymos. Chamaeleon *o*., in foliis

1. *in inſcr. ixine. Dal.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. carduus et folio et caule ſpinoſus lanugines habet Gr. et Al.* 3. *cnecos Ch. et Turn.* 4. *ixine. Theophr. vide Lex. Graecolatinum in* Ἰξαὶ *Iac. Cell.*

k. Carduus et folio, etc.) Legendum, *Carduus et folia et caulem ſpinoſae lanuginis habet: item acora, leucanthos, chaldenecos, polyacanthos, conopygos, helſine, ſcolymos.* inſcribit vetuſtiſſimus Thuanaeus. Pro *chaldenecos*, Lege: *Chalce, cnecos.* Et pro *conopygos* lege: *onopygos.* Salmaſ. 523. a. b.

Carduus) Theophr. σκόλυμος eſt, eadem recenſenti, Hiſt. VI. 3. Σκόλυμος ἄκορνα, λευκάκανθος, χάλκειος, κνῆκος, πολυάκανθος, ὀνόπυξος, ἰξίνη, χαμαιλέων, πλὴν ἔτος ἐ φυλλάκανθος. H.

l. Item acorna) Haec ex Theophraſt. cap. 16. Lib. I. et cap. 1. Lib. VI. hiſtor. vbi φυλλάκανθα vocat, quae hic Plinius *ſpinoſa foliata* dicit. *Dal*

m. Chalceos, Cnicos) Scribo *enecos*, non *cnicos* ex Theophraſto, Galeno, Aëtio, Paulo, Dioſcoride et omnibus: ex quibus Theophraſtus, Paulus, Aëtius, *enecos* ſcribunt cum *e* longo: Dioſcorides et Galenus cum *i*. Scrib. vero hoc loco eſſe *enecos* ſeu cnicos, non *cnidos* vt putat Hermolaus, conſtabit aptiſſime legenti caput tertium libri ſexti Theophraſti de hiſtoria plantarum. *Pint.*

n. Helxine) Leg. *Ixine.* Hoc vitium eſſe auctoris, non exemplaris, monſtrat, quod is ſcribit cap. 17. Lib. XXII. *Sed nos qualis vera eſſet helxine, diximus ſuperiori libro, etc.* Dal.

o. Chamaeleon) In Theophraſt. cap. 3. Lib. VI. hiſtor. legendum: πλὴν ἔτος φυλλάκανθος ἐκ ἀκαρώδης. Ceterum quum ſpinoſis hic ſit foliis, acano caret. Vitioſus codex, qualis ad nos peruenit, fefellit Plinium. Chamaeleon quidem niger, vt alii cardui, ſpinoſis foliis eſt, verum aliorum modo ἄκανον, id eſt ſpinoſum capitulum non habet, ſed florem in vmbella, quod ei peculiare eſt. *Dalec.* *Cha-*

folijs non habet aculeos. Eſt *p.* et illa differentia, quod quaedam in iis multicaulia ramoſaque ſunt, vt carduus. Vno autem caule, nec ramoſum, [1] cnicos. Quaedam *q.* cacumine tantum ſpinoſa ſunt, vt *r.* eryngium. Quaedam *s.* aeſtate florent, vt tetralix,

1. *cnecos. Turn. et Ch.*

Chamaeleon in foliis non habet aculeum. Eſt et illa differentia, quod quaedam ex his multicaulia ramoſaque ſunt, vt carduus, vno autem caule, nec ramoſum, cnicos) Mendoſa vt coniicio verba, et praepoſtere locata. Scribo; *Chamaeleo in foliis non habet aculeum. Eſt et illa differentia, quod quaedam in his multicaulia ramoſaque ſunt, vt cnecos. Vno autem caule et ramoſum, vt carduus.* Nam particula negatiua *nec,* in vetere codice non legitur. Theophraſtus libro ſexto, capite tertio; *Verum haec omnia eiuſmodi ſunt, leucacantha, chalceos, cnecos, polyacantha, atractylis, onopyxos, ixine, chamaeleo, verum haec non habet folia aculeata. Sed praeter praedicta diſcrimina diſtant inter ſeſe, quod alia multis conſtant caulibus, ramoſoſque fundunt, vt cnecos.* Pint.

p. Eſt) Traduntur haec quoque a Theophraſto, l. c. ſed mutilum ſcriptoris locum ante nos alii agnouere H.

q. Quaedam cacumine tantum ſpinoſa ſunt, vt eryngium) Falſum eſt eryngium cacumine tantum ſpinoſum eſſe, auctore Dioſcoride libro tertio. Quapropter non *eryngium*, hic arbitror legendum, ſed *ruthrum*, ex Theophraſto loco citato. *Alia, inquit, ſuperius cacumine tantum ſparguntur, quemadmodum ruthrum: et alia protinus primis imbribus germinant, alia poſt; nonnulla etiam aeſtate, vt quae tetralix a quibuſdam vocata eſt, et helxine. Pari modo et flores differentiam faciunt. Scolymus enim pulchre et diu floret.* Pintianus. *Cacumine tantum)* Theophraſto, eryngium adnata et caules in cacumine tantum habet, non autem ſpinas, vt inquit Plinius. *Dal.*

r. Vt) MSS. vt *erynge.* Theophr. non eryngium in exemplum affert, ſed rutrum, herbam incognitam, l. c. Ἔνια δὲ ἄνωθεν ἔχει ἐξ ἄκρȣ (ἀποφύσεις) καθάπερ τὸ ῥύτρος. Eryngium campeſtre pingit Dodonaeus pag.

tralix, et [1] helxine. [2] Scolymus *t.* quoque floret ſero et diu. Acorna *v.* colore tantum rufo *x.* diſtinguitur, et pinguiore ſucco. Idem *y.* erat atra-ctylis quoque, niſi candidior eſſet, et *z.* niſi ſanguineum ſuccum funderet. *a.* Qua *b.* de cauſa phonos vocatur a quibuſdam, odore etiam [3] grauis, ſero matureſcente ſemine, nec ante autumnum: quamquam id de omnibus ſpinoſis dici poteſt. Verum

1. *ixine. Theophr.* 2. *Scolymos. Ch.* 3. *Graui. V.*

p. 718. Nos *Chardon Roland* dicimus. H.

s. Quaedam) Theophr. Hiſt. VI. 3. Ἔνια δὲ καὶ τοῦ θέρους, ὥσπερ ἡ τετράλιξ ὑπό τινων καλουμένη, καὶ ἡ ἰξίνη. H.

t. Scolymus) Theophr. l. c. Εὐάνθης καὶ ὁ σκόλυμος, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον. H.

v. Acorna colore tantum rufo diſtinguitur et pinguiore ſucco) Scribendum reor, *Acorna colore tantum rufo et pingui diſtinguitur a cneco.* Theophr. libro ſexto; capite quarto, *Acorna colore tantum rufo et nitido diſtinguitur a cneco.* nam verbum λιπαρὸν, *nitidum* ego vertiſſem, non *pingue*. Dal.

Acorna) Theophraſtus Hiſt. VI. 4. Acorna, inquit, quoad figuram cnico ſatiuo ſimilis eſt, colore flauicans, ſucco pinguis. Ἡ δὲ ἄκορνα προσεμφερὴς, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κατὰ τὴν πρόσοψιν τῇ κνήκῳ τῇ ἡμέρᾳ. Χρῶμα δ' ἐπίξανθον ἔχει, καὶ λιπαρὸν χυλόν. Heſychius: Ἀκορνά, ἀκανθῶδες φυτόν. In Illyrico reperiri ſcribit Anguillara P. VIII. p. 146. H.

x. Rufo diſtinguitur) Ἐπιξανθῷ Theophraſt. flaueſcente, cap. 4. L. VI. Hiſt. *Dal.*

y. Idem) Sic Virgilius, *Laurus erat.* Similis eſſet, inquit, acornae atractylis, niſi candore antecelleret. Et idem tradit Theophr. Hiſt. VI. 4. H.

z. Et niſi) Th. l. c. ait decerpta folia, et carni admota ſanguineum ſuccum effundere, αἱματώδη ποιεῖ τὸν χυλὸν, τῇ σαρκὶ προσφερόμενον. Idcirco et ἀνδρόσαιμον dictam a veteribus ſcribit Aetius, I. H.

a. Funderet) Carni admota. Theophr. *Dal.*

b. Qua) Theophr. l. c. Διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην. Eſt enim

rum omnia haec et femine et radice nafci poffunt. Scolymus carduorum generis ab iis diftat, quod radix eius vefcendo *c.* eft *d.* decocta. Mirum *e.*, quod fine interuallo tota aeftate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. Aculei arefcente folio definunt pungere. [1] Helxine *f.* rara vifu eft, neque [2] in omnibus terris: eft *g.* a radice foliofa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum fua fronde. Huius vertex fummus lacrymam continet iucundi faporis, acanthicen *h*, maftichen *i.* appellatam.

 LVII.

1. *Ixine non rara vifu eft, aeque in omnibus terris nafcitur, a radice foliofa.* 2. *Sic ex MSS. H. neque in omnibus terris eft, radice foliofa. Gr. et Al.*

enim Φόνος Graecis fanguis effufus. H.

c. *Vefcendo*) Etiam et cruda, τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει καὶ ἑφθὴν, καὶ ὠμὴν, inquit, Theophraftus. De hoc fcolymo diximus XX. 99. Non eft is fane articactus nofter: quis enim radicem eius edulem dixit? H.

d. *Decocta*) Et cruda Theophraft. *Dal.*

e. *Mirum*) Theophr. l. c. H.

f. *Helxine*) Quae Theophrafto ἰξίνη dicitur, vbique Plinio helxine eft. Ἡ ἰξίνη, inquit ille, οὐ φύεται πολλαχοῦ. Contra permutatis vocibus, vt facere vulgus folet, quae helxine ab omnibus fiue perdicium appellatur, eadem ixine agria ab Apuleio nominatur, cap. 81. Diuerfa haec porro ab ea de qua dicemus L. fq. 19. H.

g. *Eft, radice, etc.*) Diofcorid. *Eft, a radice foliofa.* Apud Theophraft. cuius exemplari deprauato falfus eft Plinius: legendum, *ixine omnibus locis aeque nafcitur.* Dal.

A radice) Theophr. l. c. Ῥιζόφυλλον δέ ἐστιν· ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον εὖ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων. H.

h. *Acanthicen*) Ἀκανθικὴν μαστίχην, quafi fpinalem mafticham, inquit Gaza. H.

i. *Mafticen appellatam*) Sic Theophraft. Diofcorides vero

LVII. Et *k.* cactos quoque in Sicilia tantum nascitur, suae proprietatis[1] et ipse: in terra serpunt caules, a radice emissi, lato folio et spinoso. Caules *l.* vocant cactos: nec *m.* fastidiunt in cibis, inueteratos quoque. [2] Vnum *n.* caulem rectum habent, quem vocant pternica, eiusdem suauitatis, sed

1. Sic ex MSS. H. et ipsa, cuius in terra Gr. et Al.
2. Alium praeterea caulem. D.

vero quibusdam in locis: *Viscum circa radicem inuenitur, quo mulieres vtuntur pro masticbe.* Dal.

k. Et cactos quoque in Sicilia, etc.) Legend. *Cactos quoque in Sicilia, tantum nascitur, suae proprietatis et ipse. In terra serpunt caules a radice emissi lato folio et spinoso: caules vocant* κάκτες, *nec fastidiunt in cibis, inueteratosque. vnum autem caulem rectum habent, quem* πτέρνικα, *eiusdem suauitatis, sed vetustatis impatientem. Semen ei lanuginis quam pappum vocant, quo detracto et cortice, teneritas similis cerebro palmae est: vocant Ascalian.* Salmas. 226.

Et cactos) Ad verbum leguntur haec apud Theophrast. Hist. VI. 4. quae transscripsit etiam Athenaeus, II. 70. Ἡ δὲ *κάκτος καλεμένη περὶ Σικελίαν μόνον*, etc. In Indice, *Ectaeus*, siue *cactus*. Forte idem cum cinara, seu articacto nostro, cuius edulis est globus foliorum cum stipitis medulla summa vti indicauimus L. sup. f. 99. Phanias quoque apud Athen. l. c. peculiarem Siciliae cactum facit: *κάκτος Σικελική.* In Graecia reperiri Theophrastus negat. H.

l. Caules) Theophrastus l. c. cactos vocari similiter tradit, in cibos gratos, si decorticentur, non nihil subamaros, muria condiri et inueterari. H.

m. Nec fastidiunt in cibis inueteratos quoque. Vnum caulem rectum habent quem vocant pternica) Vetus exemplar, *Nec fastidiunt in cibis inueteratos. Condunt muria. caulem rectum habent, etc.* Theophrastus libro sexto, capite quarto: *Et reseruare eos aqua salsa condito; consueuerunt.* Pint.

n. Vnum) Theophrastus: Ἕτερον δὲ *καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλᾶσι πτέρνικα.* H.

ſed vetuſtatis *o.* impatientem. Semen *p.* ei [1] lanuginis, [2] quam pappon vocant: quo detracto et cortice, teneritas ſimilis cerebro palmae eſt: vocant *q.* aſcalian. *r.*

LVIII. Tribulus *s.* non niſi in paluſtribus naſcitur, dira res [3] alibi, iuxta Nilum et Strymonem [4] amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, folio *t.* ad effigiem vlmi, pediculo longo. At *v.* in reliquo orbe genera duo: vni *x.* [5] cicerculae *y.* folia, alteri *z.* aculeata. Hic *a.* et ſerius [6] floret, magiſque ſepta obſidet villarum. Semen

1. *lanugine obuolutum quam.* Ex Theophr. 2. *quam,* in V. d. 3. *alibi. Iuxta.* V. *alicubi. Iuxta.* Alii V. 4. *amnes recipitur in cibos, inclinatur.* V. 5. *ciceris.* Theoph. 6. *germinat.*] Theophr.

o. Vetuſtatis) Qui ſale, vt ceteri, condiri nequeat. H.

p. Semen) Haec Theophr. ad verbum l. c. H.

q. Vocant) Theophr. Καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσκαλίαν. H.

r. Aſcalian.) Apud Athenaeum *aſcaleron*, apud Theophraſt. *ſcalian.* Appuli circa Hydruntum etiam vocant *Scalera.* Dal.

t. Folio ad effigiem vlmi) Φύλλα πλατέα. Dioſcor. legit φύλλα πτελέας. *Dal.*

s. Tribulus) Haec tribuli paluſtris deſcriptio pariter Theophraſti eſt, IV. 11. Ὁ δὲ τρίβολος αὐτὸς ἐν τῷ ὕδατι νεύει εἰς βυθόν· τὸ δὲ φύλλον ἐστὶ πλατύ, προσεμφερὲς τῷ τῆς πτελέας, μίσχον δὲ ἔχει σφόδρα μακρόν. H.

v. At) Haec deinceps ſunt apud Theophr. Hiſt. VI. 5. H.

x. Vni) Hoc eſt, ciceris exigui, vt diximus XIX. 61. Theophr. l. c. Τὸ μὲν γὰρ ἔχει φύλλον ἐρεβινθῶδες. Tribulus terreſtris eſt Cluſii rarr. plant. VI. p. 141. et Dodonaei c. 547. H.

y. Cicerculae folia) Ciceris Theophr. *Dal.*

z. Alteri) Quem idcirco φυλλάκανθον vocat. Magnam hic habet affinitatem cum tribulo Dioſcoridis IV. 15. H.

a. Hic) Theophraſtus l. c. Dioſcorides item l. c. H.

men *b.* ei rotundius, nigrum, in siliqua: Alteri *c.* [1] arenaceum. Spinosorum *d.* etiamnum aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet, [2] apposito folio *e.* rutae simili, toto caule [3] foliata in modum coronae: [4] sequitur *f.* a frugibus, aratro inimica, viuaxque *g.* praecipue.

LIX.

1. *harenaceum Gr.* 2. *appositas. Th.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. et M. foliatum Gr. et Al.* 4. *secatur aratro, frugibus inimica. M. Sequitur aratra, frugib. inimica. Turn et Ch.*

b. Semen) Theophr. l. c. H.

c. Alteri harenaceum) Theophrastus Lib. VI. c. 4. *sesamodes*, id est, sesamaceum. Vtri igitur incuriae crimen intendemus? Librario ne, qui pro sesamaceum *harenaceum* scripsit, a Plinio nostro, qui quum in Theophrasto *sesamodes* legisset, postea memoriae lubrico putauit non *sesamodes* legisse, sed *ammodes*, et *harenaceum* transtulit. *Pint.* *Alteri*) Σησαμῶδες dixit Theophr. sesamae vicinum. Est fortassis ei tribulo, ob formam σησαμῶδες, ob duritiam idem ἀμμῶδες. H.

d. Spinosorum) Graecis ὀνωνὶς: de qua quae hic referuntur, apud Theophr. sunt Hist. VI. 5. Diosc. III. 21. Ἀνωνὶς, οἱ δὲ ὀνωνίδα καλȣ͂σι. Herbariis nunc Resta bouis, *Arreste-boeuf*, quod in opere boues subinde sistat, nominatur: frustra negante Anguillara, Part. VIII. p. 147. Delineatur a Dodonaeo, pag. 731. H.

e. Apposito folio) Theophrastus eodem libro ἐπετίῳ folio, hoc est, annuo spatio durante, Graece dixit. Forte quis super verba *annuo spatio*, quibus Plinius verterat dictionem Graecam, verbum Theophrasti posuit *epetio*. postea librarius seu corrector indoctus pro *epetio*, *apposito* scripsit, derasis Latinis dictionibus. *Dal.*

Apposito) Appositumque spinis folium habet rutae simile ἐςὶ προσθάκανθον .. Φύλλον ἔχει πηγανῶδες, παραπεφυκὸς παρ' ὅλον τὸν καυλὸν, ὥσπερ ςεφάνȣ τὴν ὅλην εἶναι μορφὴν διαλαμβανομένην ὑπ' ἀλλήλων. *Ramis aculeigera est, . folio rutae similis, sed per totum apposito*

LIX. Aculeatarum *h.* caules aliquarum per terram ſerpunt, vt *i.* eius quam coronopum *k.* vocant.

poſito caulem, vt veluti coronam ex interuallis tota ſpecies repraeſentet. H.

f. Sequitur a frugibus aratro inimica) Locus videtur mutilatus. In vetere codice ſic legitur, *Sequitur rarata frugibus inimica.* ſcribendum reor, *Naſcitur terra arata frugibus inimica.* Theophraſtus loco ante dicto: *Naſcitur lento plenoque ſolo, et praecipue in ſegetibus atque cultis. qua de cauſa agricolis inimica exit.* Dal.

Sequitur) Poſt fruges in ſegetibus atque cultis ſponte naſcitur, etc. Theophr. l. c. H.

g. Viuaxque) Theophr. l. c. Καὶ ἔτι δυσώλεθρος, difficile tota euellitur, exſcinditurue. H.

h. Aculeatarum caules, etc.) Ex Theophraſt. c. 9. L. VII. haec Plinius corruptiſſime citat. Theophraſti verba ſunt: *Differunt inter ſe herbacea* (ποώδη) *quod alia terrae inſtrata folia edunt, alia in caules, alia vtrobique. Inſtrata terrae folia gignunt.* (ἐπιγειόφυλλα) *coronopus, anthemon, anchuſa, gramen anemone, Aphyllantes, apargia,* (argemone) *plantago, apate. In caule folia mittunt, crepis, anthemum folioſum, lotos leucoion. Vtrobique, cichorium, etc.* Mire hunc locum deprauat auctor, vt et quae ſequuntur de herbarum comparatione cum arboribus. *Dal.*

Per) Hoc eſt, vt ipſe ait, L. XVIII. 10. earum caules per terram ſparguntur, ſi non habeant adminiculum; vt piſa. Haec apud Theophr. non exſtant. H.

i. Vt eius quam coronopon vocant. E diuerſo ſtant anchuſa inficiendo ligno ceriſque radice apta. Eſt autem mitior anthemis, et phyllanthes, etc.) Legendum puto, *vt eius quam coronopon vocant, et anthemis, et anchuſa, et phyllantes, etc.* reliqua falſo inſerta puto. Theophraſtus libro ſeptimo, capite nono: *Ab radice foliata, coronopus, anthemon, anchuſa, poa, anemone, phyllanthes, apargia, arnogloſſon, apatc.* Ex quibus Theophraſti verbis conſtat, *Apate* in Plinio legendum eſſe, non vt perperam ſcriptum eſt, *aphace. Apaten* Theodorus *fraudem* vertit. Patet etiam ex eiſdem Theophraſti verbis, vitiata eſſe haec quae ſequuntur verba. *Pint.*

k. Coronopum vocant) Dioſcori-

cant. E *l.* diuerso stant, anchusa inficiendo ligno
1 cerisque radice apta: et e mitioribus anthemis *m.*, et

1. ceterisque. M. sed nil mutandum ostendit vlt. cap. 14. huius libri.

Dioscorides coronopum non serpere ait, sed terrae insterni, siue humi procumbere, κατὰ τῆ ἐδάφȣς ςρώννυσθαι: folia vero non quidem spinosa esse, verum in longum fissa κατεσχισμένα. Sic paulo ante cacti caules in terra dixit serpere, quum ii tantum humi iaceant. *Dal.*

Coronopum) Dioscor. II. 158. Κορωνόπȣς πρόμηκες βοτάνιον κατὰ τῆ ἐδάφȣς ἐςρωμένον, *herbula humi strata.* Ea est, quam nostri Cornu Cerui vocant, *corne de cerf*, vt placere video Scaligero, in Theophr. de caus. plant. II. 8. p. 117. aliisque omnibus. Pingitur a Dodonaeo p. 110. In multis Italiae locis *Herba stella* dici auctor est Anguillara, Part. VII. pag. 115. H.

l. E diuerso stant anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta) Sic Gelenius, quum esset: *Et ex diuerso stans anc. infic. lig. cerisque apta. Est autem mitior eis anthemis* Pintianus audacter nimis. *vt eius quam coronopon vocant, et anthemis et anchusa et phyllanthes:* reliqua falso inserta putat. Voss. *et diuerso stant anc. inf. lig. cerisque radicis apta est ante mitioribus anthemis et phyllanthes* Scribe: *E diuerso stat anchusa inficiendo ligno cerisque radicis aptae; stant e mitioribus anthemis et phyllanthes. Stat*, inquit, et *stant*: nam dixerat: *caules aliquarum per terram serpunt.* In quo si error est, auctori relinquendus est. Gud. quoque et duo Voss. *radice apta est ante mitioribus.* Gron.

E diuerso) Per terram non serpit istarum caulis anchusae, anthemidis, etc. De anchusa dicetur libro sq. 23. H.

m. Anthemis) Graecis, ἀνθεμὶς, φυλλανθὲς, ἀφάκη. De anthemide L. sq. 26. Φυλλανθὲς Gaza frondifloram reddidit: Iacea nigra Dodonaei est p. 124. Ἀφάκην esse eam, quam rura nostra agrestem viciam vocant, scribit Ruellius II. p. 395. Ἀνεμώνην, ob floris praestantiam, et pulcritudinem Passiflorem appellari, *Passe-fleur* pag. 428. Diuer-

et [1] phyllanthes, et anemone, et aphace. Caule foliato *n.* eſt et [2] crepis, et lotos.

LX. Differentia *o.* foliorum et hic, quae in arboribus, breuitate pediculi ac longitudine, anguſtiis ipſius folii, amplitudine, angulis *p.*, inciſuris, odore, flore. Diuturnior *q.* hic quibuſdam

H 5 per

1. *aphyllantes. Theophraſt.* 2. *Apud Theophr. Lib. VII. de hiſt. plant. legitur quidem,* κρηπὶς, ἀπάτη, *ſed legendum eſt,* πικρὶς ἀφάκη. *vide Lexicon. I. C. crepis et apate Gr. et Al.*

Diuerſa haec ab aphace intubacea eſt, de qua ſuperius, ſ. 52. H.

n. Caule foliato eſt et crepis, et apate) Scribendum enim eſt non *apate*, cuius paulo ante habita eſt mentio, ſed quod mireris, *lotos*: ſic enim antiquum praefert exemplar, et confirmat Theophraſtus L. VII. c. 9. *In caule*, inquit, *tantum foliosum, loton, leucoion, etc.* Pint.

Caule foliato eſt et crepis et apate) Voſſiani duo et Gudianus, *crepis et lotos.* tertius, *crepis et locos.* Academ. *crepis et lothos.* Scribe, *picris et lotos.* nam Theophraſtus Lib. VII. 9. καὶ ἐπικαυλόφυλλα καὶ πικρίς, ἀνθέμιον τὸ φυλλῶδες, λωτός. Lib. et cap. 22. noſter: *Picris ab inſigni amaritudine cognominatur. Lotos* quoque Pintianus. *Gron.*

Caule) Vide N. et Em. N. XI. (paulo poſt) Crepis inter ignotas herbas cenſetur. *Caule)* Sic reſtituimus ex MSS. R. Colb. Th. aliorumque fide, qua neglecta libri editi perperam habent, *et crepis et apate.* Quin et in Indice huius libri, ex iiſdem exemplaribus legitur, *crepis*, *lotos*. Denique Theophr. Hiſt. VII. 9. ἐπικαυλόφυλλα, inquit, κρηπὶς, λωτὸς etc. Quamquam ſunt qui πικρὶς ibi litteris permutatis legi, quam κρηπὶς, malunt. H.

o. Differentia) Theophr. Hiſt. VII. 9. H.

p. Angulis, inciſuris, odore, flore) Addenda duo verba ex vetere codice, *Iam vero angulis, inciſuris, etc.* Pint.

q. Diuturnior) Theophr. l. c. de ὠκίμῳ, ἡλιοτροπίῳ, κιχωρίῳ. De ἀφάκη, et ὀνοχειλεῖ, c. 10. H.

per partes florentibus, vt ocimo, heliotropio, aphacae *r.*, [1] onochili. (XVII.) Multis *s.* inter haec aeterna folia, ſicut quibuſdam arborum: in *t.* primiſque [2] heliotropio, adianto, polio.

LXI. Aliud *v.* rurſus ſpicatarum genus, [3] ex quo cynops *x.*, alopecuros *y.*, [4] ſtelephuros, (quam quidam

1. onochite. Ch. onocheili. Dioſc. onocichlae Gr. et Al. *2. Sic ex MSS. em. H. heliotropio, polio, adiantho. Th. adiantho. Aliud Gr. et Al.* *3. ex quo eſt cynops Gr.* *4. ſtelephuros et plantago, quam quidam ortyga vocant, de qua, etc. ex Theoph. correcto, cap. 10. VII. hiſt.*

r. Aphace, etc.) Has duas poſtremas addit Plinius praeter orationem Theophraſti cap. 9. Lib. VII. illarum autem loco cichorium adſcribit Theophraſt. Capite vero 10. eiuſdem libri, aphacam, onocheiles, plantaginem, cichorium prouentum floris ſui prorogare tradit. *Dal.*

s. Multis) Sic Theophr. Hiſt. VII. 10. Ἀειφυλλα τῶν τοιέτων ἔςιν ἔνια, καθάπερ τὸ πόλιον, κὴ τὸ ἡλιοτρόπιον, κὴ τὸ ἀδίαντον. H.

t. In primiſque heliotropio, adianto) Scripti quatuor: *adianto folia.* Optimus *adianto pholia.* Scribe: *heliotropio, adianto, polio.* nam Theophraſtus Lib. VII. 10. ἐπεὶ δὲ κὴ ἀεὶ φύλλα τῶν τοιέτων ἐςὶν ἔνια καθάπερ τὸ πώλιον κὴ τὸ ἡλιοτρόπιον κὴ τὸ ἀδίαντον. Et ſic Theophraſtum habere iam aſſeuerat ad marginem Dalecampius. *Gron.*

v. Aliud) Theophr. l. c. Σταχυώδη μὲν ἔν ἐςι, ὅτε χήνωψ (alii κύνωψ) ὑπό τινων καλέμενος, τελείες ἔχων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ· κὴ ὁ ἀλωπέκερος, κὴ ὁ ςελέφερος, ὑπ' ἐνίων δὲ ἀρνόγλωσσον, τῶν δὲ ὄρτυξ καλέμενος. Παρόμοιον δὲ τέτω τρόπον τινὰ κὴ ἡ θρυαλλίς. H.

x. Cynops) In MSS. *ſtanyps.* In Indice *ſtanyopos.* Theophraſti codices hac parte vitiati. Quia ſub eo nomine ignota eſt haec herba nobis, auſpicato nihil geri poteſt. H.

y. Alopecuros) Quaſi caudam vulpinam dixeris. *Queuë de renard.* Pingitur a Dodonaeo p. 532. Rura caudati frumenti nomine norunt. H.

quidam [1] ortygem vocant, alii plantaginem, de qua plura [2] dicemus inter medicas): z. thryallis. Ex iis alopecuros ſpicam habet mollem, et lanuginem denſam, non diſſimilem vulpium caudis, vnde ei et nomen. [3] Proxima *a.* eſt ei et ſtelephuros, niſi quod illa particulatim floret. Cichorion, et ſimilia, circa terram folia habent, [4] germinantibus ab radice poſt *b.* Vergilias.

LXI. [5] Perdicium *c.* et aliae gentes, quam Aegyptii, edunt: nomen dedit auis, id maxime eruens. Craſſas plurimaſque habet radices. Item orni-

1. Sic ex MSS. H. et Ch. ortyga Gr. et Al. 2. *I. die. M.* 3. *Proxime eſt et. Ch.* 4. *germinant. V.* 5. *Perdicio, quam et Aeoliae gentes, et Aegyptii. V.*

z. *Thryallis*) Haec θρυαλλὶς ſpicata, omnino pimpinella ſanguiſorba Dodonaei, p. 105. *La Pimpreinelle.* H.

a. Proxima) Theophr. l. c. Ὅμοιος δὲ τούτῳ καὶ ὁ στελεφοῦρος. Πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀνθεῖ κατὰ μέρος, ἀλλὰ δι᾽ ὅλου τοῦ στάχυος, ὥσπερ ὁ πυρός. *Huic plantago ſimilis eſt, niſi quod florem non quemadmodum illa particulatim edit, ſed per totam ſpicam, tritici modo.* H.

b. Poſt) Poſt Vergiliarum exortum, de quo XVIII. 66. H.

c. Perdicium et aliae gentes) Theophraſtus non quidem in vſum cibi venire ſcribit, ſed eſſe grandi et carnoſa radice, vt crocum et aſpalacem, vel, vt alii legunt, *aſphodelum.* Addit et craſſas et plures habere radices, quam folia. *Dalecampius. Perdicium et aliae gentes, quam Aegyptii edunt*) Supra dixerat, Aegyptios prae ceteris gentibus herbis veſci: nunc dicit, perdicium herbam etiam aliarum gentium cibum eſſe. *Gelen.*

Perdicium) Theophraſtus de perdicio hoc ſolum tradit: craſſas id habere radices, pluresque quam folia: nomen ei ea re eſſe, quod perdices ad id ſe volutent, terramque ſuffodiant. De hoc perdicio dicetur iterum. XXII.

ornithogale *d.*, caule tenero, candido, [1] ſemipedali radice, bulboſa, molli, tribus *e.* aut quatuor agnatis. Coquitur in pulte.

LXIII. Mirum *f.*, loton herbam, et aegilopa, non niſi poſt annum e ſemine ſuo naſci. Mira *g.* et anthemidis natura, quod a ſummo [2] flore incipit: quum ceterae omnes, quae particulatim florent, ab ima ſui parte incipiant.

LXIV. Notabile *h.* et in lappa, [3] quae adhaereſcit, quoniam in ipſa flos naſcitur, non euidens, ſed intus occultus, et *i.* intra [4] ſeminat, velut animalia,

1. *ſeſquipedali. Dioſcor.* 2. *Sic et Ch. florere Gr. et Al.* 3. *quae veſtibus adhaereſcit. V.* 4. Sic *et M. et intra ſeminant. Ch. intra ſe germinat Gr. et Al.*

XXII. 19. Diuerſum illud a Celſi perdicio, de quo ſ. 104. huiuſce libri. H.

d. Ornithogale) Haec totidem verbis Dioſc II. 174. Ὀρνιθόγαλον καυλίον ἐςὶ, etc. Depingitur a Dodonaeo, pag. 221. Eſt in horto Regio. Tota naſci Italia tradit Anguillara, Part. VII. p. 117. H.

e. Tribus) Trib. aut quatuor in cacumine mollibus agnatis, ſeu propaginibus, vnde flores prodeunt: ἄνω παραφυάδας ἔχον τρεῖς ἢ τέσσαρας ἁπαλάς, ἀφ' ὧν ἄνθη, etc. Dioſc. l. c. Poteſt et Plinii locus accipi, de bulbis minoribus, qui maiori adnaſcuntur. H.

f. Mirum) Sic Theophr. Hiſt. VII. 12. καθάπερ τὸν αἰγίλοπά φασι, καὶ τὸν λωτόν. Aegilops bulbi genus eſt, cuius facta iam ſuperius mentio, XIX. 30. H.

g. Mira) Theophr. Hiſt. VII. 13. H.

h. Notabile) Theophr. VII. 14. Lappa, Graecis ἀπαρίνη: noſtris, *de la Bardane*, *du Glouteron.* Contactu veſtibus adhaereſcit, quare Φιλάνθρωπος ab Aetio appellatur. A Dodonaeo pingitur, p. 38. H.

i. Et intra) Vide N. et Em. N. XII. (hic poſ.) *Et*) Prius legebatur: *intra ſe germinat*, inuitis libris omnibus primitiuis, R. Th. Ch. quos

malia, quae [1] in se pariunt. [2] Circa Opuntem Opuntia *k.* est herba, etiam homini dulcis. Mirumque *l.* e folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci.

LXV. Iasione *ll.* vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur. Condrylla *m.* amara est, et [1] acris in radice succi. Amara *n.* et aphace.

1. *intra se. V.* 2. *Haec duo verba, circa Opuntem, non leg. in M.*

quos sequuti sumus: adstipulante praesertim scripturae veteri Theophrasto, Hist. VII. 14. vbi de lappa agit: ἐν τούτῳ γὰρ ἐγγίνεται τῷ τραχεῖ τὸ ἄνθος οὐ προϊὸν, οὐδὲ ἐκφαῖνον, ἀλλ᾽ ἐν ἑαυτῷ πεπτόμενον, καὶ σπερμογονοῦν· ὥστε παρόμοιον εἶναι τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν γαλέων . . . ἐκεῖνά τε γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ᾠοτοκήσαντα ζῳογονεῖ etc. *Nascitur enim flos in eo ipso hirsuto et aspero, non exiens, neque euidens, sed intus maturescens, et semen pariens: vt illi simile sit, quod in mustelis euenit: quae vbi intra se oua pepererunt, mox gignunt animalia etc.* H.

k. Opuntia) Hanc descriptam egregie vide in Eystettensi horto. Habet haec Theophr. Hist. I. 12. H.

l. Mirumque) Quod et de ficu Indica, quae est in Eystettensi horto, narrant ii qui in eo opere eius horti plantas αὐτόπται testes descripserunt. De ficu Indica hoc ipsum Plinius admonuit XIII. 11. De euphorbio quoque narrant hodierni Herbarii. Vide Dodon. p. 375. H.

ll. Iasione) Theophrast. Hist. I. p. 21. Ἔνια δὲ μονόφυλλα φύεται, διαγραφὴν ἔχοντα μόνον τῶν πλειόνων ὥσπερ τὰ τῆς ἰασιώνης. Florem iasiones ait vnico constare folio, sed similitudinem plurium foliorum in ambitu ostendere: est enim, vt lilium, fere calathi figura. Vulgo Campanulas vocant, *Clochettes.* Vide quae dicturi sumus, XXII. 39. H.

m. Condrylla) Quae intybi agrestis genus est, vt diximus s. 52. Theophr. Hist. VII. 11. Ἡ χονδρύλλα . . . ἄβρωτος, καὶ ἐν τῇ ῥίζῃ δριμὺν ὀπὸν ἔχει καὶ πολύν. H.

n. Amara et aphace et quae picris nominatur, et ipsa to-

to

ce, et *o.* quae picris nominatur, et ipſa toto anno florens: nomen ei amaritudo impoſuit.

LXVI. Notabilis *p.* et ſcillae crocique natura, quod quum omnes herbae folium primum emittant, mox in caulem [2] rotundentur, in iis caulis prior intelligitur, quam folium. Et in croco quidem

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. acri . . . ſucco Gr. et Al.*
2. *attollantur, in iis cau. pr. detegitur. V. protrudantur, etc. impellitur. Alii V.*

to anno florens. Nomen ei amaritudo impoſuit) Quoniam Hermolaus deprauate hanc lectionem vult, ſubuereri ſe dicens, vt *apate* legend. ſit, non *aphace*, admonere lectores libuit *aphace*, non vt putat Hermolaus, ſcribendum eſſe, tum ex antiquo apographo, tum ex Theophraſto libro ſeptimo, capite vndecimo. Enim vero temperare mihi hac parte nequeo, quo minus dicam riſum mihi excitare Hermolaum. Inquirit enim tamquam rem ſubtilis indaginis, cur Theodorus herbam *apathen*, *fraudem* verterit. Tandem colligit, ob id a Theodoro inditum nomen *fraus*, quod edentes amaritudine fallat, ſeu vero Theodorus in pleriſque nominibus vertendis aliam rationem quam etymologiae ſequatur, vt in picris quam *amarago*, et onopyxos quam *buxus aſininus*, et cynops quam *canis oculus*, et hypochoereſis quam *porcelliam* vertit, et aliis huiuſmodi multis in quibus et luſit et luſus eſt. *Pint.*

Amara) Th. l. c. Ἄβρωτος δὲ καὶ πικρὰ ἡ ἀφάκη. Aphace haec intubacea eſt, de qua ſ. 52. H.

o. Et quae) Theophr. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ πικρίς, καὶ γὰρ αὕτη τῷ ἦρει ἀνθεῖ, καὶ παραπλησία δι᾽ ὅλου τοῦ χειμῶνος, καὶ τοῦ θέρους παρανθεῖ. τῇ γεύσει δὲ πικρά, διὸ καὶ τοὔνομα εἴληφε. Quae Plinius totidem fere verbis. Eſt autem πικρὶς haec, non ſilueſtre intubum, de quo diximus VIII. 41. ſed peculiare quodpiam genus, necdum ſatis nobis compertum, quod rotundo eſſe folio dicitur, XXII. 31. quale ex intybis nullum habet. H.

p. Notabilis et ſcillae crocique natura) Haec Theophraſto cap. 12. Lib. VII. hiſtor. quod tamen de croco illic, Theophraſtus de narciſſo

dem flos impellitur caule: in ſcilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Eademque ter floret, vt *q.* diximus, tria tempora [1] arationum oſtendens.

LXVII. Bulborum generi quidam *r.* adnumerant et cypiri *s.*, hoc eſt, gladioli, radicem. Dulcis *t.* ea eſt, et quae decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderoſioremque ſimul ſubacta. [2] Non *v.* diſſimilis eſt et quae theſion vocatur, guſtu aſpera.

LXVIII.

1. *Sic ex MSS. H. V. et Ch. arandi. Virgil. arationis. Th. ſationum. Gr. et Al.* 2. *Similis eſt. M. ſimilis et qua Theſion vocatur, guſtu, etc. ex Th. vide Annot.*

narciſſo tradit vitioſo exemplari. *Dal.*

Notabilis) Haec ſunt pariter apud Theophr. Hiſt. VII. 12. H.

q. Vt) Lib. XVIII. 65. H.

r. Quidam) Quoniam ſcilicet radix bulborum ſimilitudinem habet; vt ait Dioſcorides IV. 20. qui illud *ξίφιον* vocat, ſeu gladiolum, et *μαχαιρώνιον*, a gladii figura: Theophr. Hiſt. VII. 11. *Φάσγανον*. Eſt gladiolus vtrimque floriferus, apud Dodonaeum p. 209. Eſt in horto regio. Nec *κύπειρος* Graecorum is, nec *κύπερος* fuit, ſed Latinorum dumtaxat: Apuleius, cap. 46. *Graecorum quidam xiphion, alii phaſganon vocant, Itali gladiolum dicunt.* Scrib. Larg. comp. 20. n. 82. *Cypiri radicis, quem nos gladiolum appellamus.* H.

s. Cypiri) Phaſgani Theophraſto, Xiphii Dioſcorid. Inepte hoc Plinius. *Dal.*

t. Dulcis) Theophr. l. c. Ἀλλ' ἡ τȣ̃ Φασγάνȣ καλȣμένȣ γλυκεῖά τε ῥίζα ἑψηθεῖσα καὶ τριφθεῖσα μιγνυμένη τῷ ἀλεύρῳ ποιεῖ τὸν ἄρτον γλυκὺν καὶ ἀσινῆ. H.

v. Non diſſimilis eſt, etc.) *Theſii radix guſtu amara eſt, alvum tuſa purgat.* Haec tantum Theophraſt. de theſio cap. 11. Lib. hiſt. Plinius inconſiderate theſion, plantam amaroris ingratiſſimi cum gladioli radice ſuaui et eſu iucunda, comparat. Quare arbitror hunc locum confuſum ſic eſſe reponendum, vt poſt illa *Ei amaritudo impoſuit*, haec legantur,

LXVIII. Ceterae eiusdem generis folio differunt. Asphodelus *x* oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus *y.* manditur, et *z.* semine [1] tosto, et bulbo: sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito: praeterea *a.* tuso cum ficis, praecipua voluptate, vt *b.* videtur Hesiodo. [2] Traditur et antè

1. *Sic et M. toto Gr. et Al.* 2. *tradunt. Ch.*

tur, vt et infra cap. 22. Lib. XXII. *Dal.*

Non) Theophr l. c. Ἡ δὲ τῦ θησείυ τῇ μὲν γεύσει πικρὰ, τριβομένη δὲ κοιλίαν ἀποκαθαίρει. Similem gladiolo hanc herbam Plinius ait esse, quoniam pariter bulbosa est. Radix est caua minor Dodon. p. 325. H.

x Asphodelus) Sunt ista pariter apud Theophr. Hist. VII. 12. Gallis, *Asphodelle.* Iconem apud Clusium vide II. p. 196. Est in horto Regio. H.

y. Asphodelus manditur et semine tosto et bulbo, sed hoc in cinere tosto, deinde sale et oleo addito, praeterea tuso cum ficis praecipua voluptate, vt videtur Hesiodo) Locus est ex septimo Theophrasti sumptus, vt innumeri alii in hoc opere; sed aliquot verbis adiectis vel a Plinio ipso vel a lectore; quam recte iudicent legentes. Nos verba Theophr. subiiciemus ex praedicto libro, capite duodecimo: *Quin albucum tostum in cinere manditur, et semen torrefactum vsui est. Sed radix tusae cum ficis in vsu maxime omnium venit, et iucunditatis plurimum auctore Hesiodo praebet.* (Eadem est et caulis acinosis) Tria prima verba superfluunt, ex antiquo exemplari. *Pintianus Asphodelus*) Manditur et caule igni blando cocto, tosto semine, et bulbo tuso cum ficis, praecipua vtilitate, vt videtur, etc. Theophrastus. *Dal.*

z. Et) Theophr. l. c. Καὶ ὁ ἀνθερικὸς ἐδώδιμος σαθευόμενος, καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον. H.

a. Praeterea) Theophr. l. c. H.

b. Vt videtur Hesiodo) In sequenti obseruatione Plato III. de legibus Epimenidem vilissimo cibo confecto ex malua et asphodelo contentum fuisse tradit, qui illum serua-

ante portas villarum satum, remedio esse contra veneficiorum [1] noxiam. Asphodeli mentionem et Homerus *c.* fecit. Radix eius napis *d.* modicis similis est: neque alia numerosior, LXXX. *e.* simul aceruatis saepe bulbis. Theophrastus, et fere Graeci, princepsque Pythagoras, caulem eius cubitalem, et saepe duûm cubitorum, foliis *f.* porri siluestris anthericon *g.* vocauere: radicem vero, id est, bulbos, [2] asphodelon. Nostri *h.* [3] illud albucum vocant, et asphodelum [4] hastulam regiam, caulis *i.* acinosi: ac duo *k.* genera faciunt. Albuco *l.* est scapus cubitalis, amplus, purus, laeuis. De

1. *noxam. Dal.* 2. *asphodelon. Hastula regia est caulis acinosi. M.* 3. *illos albucum vocant, et caulem hastulam regiam.* 4. *Sic ex MSS. H. ac Ch. haustulam regiam. Ea est et caulis acinosi. Eius duo Gr. et Al.*

seruaret ἄλιμον καὶ ἄδιψον. Rhodig. c. 7. VIII. *Dal.*

Hesiodo) Dissimile est, quod legitur, Ἔργων, v. 41. Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς, Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. H.

c. Homerus) Odyss. λ. v. 538. et ω. v. 13. H.

d. Napis) Glandibus. Dioscorid. *Dal.*

e. LXXX) Centenarium saepe numerum excedere ait Matthiolus in Diosc. II. p. 602. H.

f. Foliis) Diosc. II. 199. Φύλλα ἔχων πράσῳ μεγάλῳ ὅμοια. H.

g. Anthericon vocauere) Ἀνθερικὸν, et pro tota planta vsurpat cap. 7. L. I. Hist. *Dal.*

h. Nostri) Scribon. Larg. comp. 154. *Hastulae regiae, quam ἀσφόδελον Graeci dicunt.* Apul. c. 32. *A Graecis dicitur asphodelos; Latinis hastula regia, aliquibus albucus.* H.

i. Caulis) Ferentis semen rotundum, instar acinorum, Diosc. l. c. καρπὸν δὲ στρογγύλον. H.

k. Duo genera faciunt) Marem et feminam, infra Lib. XXII. c. eod. in princ. *Dal.*

l. Albuco) Dioscor. l. c. laeuo-

De quo Mago praecipit, exitu menſis Martii, et initio Aprilis, quum floruerit, nondum ſemine eius intumeſcente, demetendum: findendoſque ſcapos, et quarto die in Solem proferendos: ita ſiccatis manipulos *m.* faciendos. [1] Idem *n.* piſtanam dicit a Graecis vocari, quam inter vluas ſagittam *o.* appellamus. Hanc ab Idibus Maii vſque ad finem Octobris menſis decorticari, atque leni Sole ſiccari iubet. Idem et gladiolum alterum, quem cypiron vocant, et *p.* ipſum paluſtrem, Iulio menſe [2] toto ſecari iubet ad radicem, tertioque [3] die in Sole ſiccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante Solem occidentem in tectum referri, quoniam paluſtribus defectis nocturni rores noceant.

LXIX. (XVIII.) Similia praecipit et de *q.* iunco, quem *r.* [4] mariſcon appellat, ad texendas teges: tes:

1. Sic ex MSS. H. item Gr. et Al. 2. toto, in M. d. 3. dein ſole. Cb. 4. Sic ex MSS. H. appellant Gr. et Al. mariſcum Cb.

laeuoris modo ſcapi meminit: καυλὸν δὲ λεῖον. H.

m. Manipulos) Vel ad pabulum pecorum, vel ad aedificiorum tecta, vt in multis locis Galliae. *Dal.*

n. Item piſtanam dicit a Graecis vocari) Scribo *idem*, non *item*; vt referat Magonem, ex antiquo exemplari. *Pint.*

o. Sagittam) Recentiores ſagittalem, alii linguam ſerpentis. Pingitur a Dodonaeo pag. 577. Patauii frequentem eſſe ait Anguillara, P. XI. p. 182. H.

p. Paluſtrem) Sic a Magone vocari puto butomon Theophr. et acorum Officinarum. vel iuncum triangulum a me deſcriptum. *Dal.*

Et ipſum) Quemadmodum et ipſa paluſtris ſagitta eſt, de qua dictum proxime. Forte gladiolus eſt aquatilis Dodonaei p. 590. H.

q. De iunco) Iuncus Iſidoro, quod radicibus haereat. Mariſcum, ſcirpum et holoſchoenon eumdem iuncum eſſe volunt. Scirpum Feſtus

tes: et ipsum Iunio mense eximi [1] ad Iulium medium praecipiens. Cetera de siccando, eadem quae de vlua suo *s.* loco diximus. Alterum *t.* genus iuncorum facit, quod [2] marinum, et a Graecis [3] oxyschoenon vocari inuenio. Tria *v.* genera eius: acuti, sterilis, quem marem, et oxyn Graeci vocant: reliqua *x.* feminini, ferentis semen nigrum, quem [4] melancranin vocant. Crassior hic et fruticosior: [5] Magisque etiamnum tertius, qui vocatur *y.* holoschoenos. Ex *z.* his melancranis sine

I 2 aliis

1. *ante. M.* 2. *aquaticum Theophrastus.* 3. *oxyschoenon. Dioscor.* 4. *melacraniam appellant. Ch.* 5. *Magis magisque. Ch.*

stus et Isidorus ad texendas tegetes commendant, Mago hic mariscum. ad id vero quouis alio iunco aptiorem esse holoschoenon, ex eius proceritate cognoscimus. Sic idem vsus eamdem plantam ostendit. *Dal.*

r. Quem) Mariscus iuncus, maior iuncus videtur esse, vt ficum mariscum maiorem ficum diximus XV. 19. H.

s. Suo) L. XVIII. 67. vbi de feni sectione ac siccatione agitur. H.

t. Alterum genus, etc.) Lego, *Alterum genus iuncorum aquaticum faciunt, quod et a Graecis schoenon vocari inuenio.* Theophrastus ἔνυδρον vocat, Galenus ἕλειον palustre, pro quo apud Dioscoridem legitur λεῖον, laeue. Diuiditur in holoschoenon et oxyschoenos rursus in sterilem, tenuiorem, et fecundum crassiorem. Quidam legunt, *Alterum genus iuncorum praeter marinum faciunt, quod a Graecis schoenon, etc.* Nam est et marinus iuncus aeque ac palustris. *Dal.*

Alterum) Haec apud Theophr. Hist. IV. 13. H.

v. Tria genera, etc.) Legend. *Tria genera eius, acuti et sterilis, quem marem, etc. quem melancraniam appellant.* Vide Salmasium p. 262. b.

Tria) Totidem verbis haec Theophr. l. c. H.

x. Reliqua) Nempe melancranis, et holoschoenos: vtrumque enim fert nigrum semen. Diosc. IV. 52. H.

y. Holoschoenos) Ὁλόσχοι-

aliis generibus nafcitur. Oxys autem et holoſchoenos eodem ceſpite. [1] Vtiliſſimus *a.* ad vitilia holoſchoenos, quia mollis et carnoſus eſt. Fert *b.* fructum [2] ouorum cohaerentium modo. Naſcitur *c.* autem is, quem *d.* marem [3] appellamus, ex ſemetipſo, cacumine *e.* in terram defixo: melan-

1. vtiliſſimis Gr. 2. ὤων. *Alii, ſorborum.* *3. appellauimus. Ch.*

σχοῖνος, idem qui iuncus mariſcus. Sic Theophr. l. c. et Dioſc. IV. 52. Pingitur a Dodonaeo p. 595. H.

2. Ex his) A nigro fructu ſeu ſemine id ei nomen. Theophr. l. l. c. Ἡ μὲν ἦν μελαγκρανὶς αὐτός τις καθ' αὑτόν. Ὁ δ' ὀξὺς καὶ ὁλόσχοινος ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐγχυρώματος φύονται. *Melancranis per ſe ſuo genere prouenit: acutus autem atque holoſchoenus ex eodem ceſpite exeunt.* Heſychius, Μελάγκρανις, ὀξύσχοινος. H.

a. Vtiliſſimus) Theophr. l. c. H.

b. Fert) Theophr. Κἄπειτα ἐκπίπτει καθάπερ ᾠά. H.

c. Naſcitur autem is) Theophraſtus c. 13. Lib. IV. hiſt. ἐκ τῆς κεφαλῆς, id eſt, radicis bulbuloſo capite radiculas quotannis renaſci tradit, et quae natae ſunt quotannis, emori. Deceptus Plinius κεφαλὴν cacumen vertit, et vt errore ſuo hallucinans, imaginatus eſt cacumen in terra defigi, et ſic iuncum propagari tradidit rubi modo. *Dal.*

Naſcitur) Is nempe, quem oxyn, acutum, ſterilem, et marem appellauit. H.

d. Marem) Theophraſto holoſchoenus, non oxyſchoenos mas, tametſi probatur magis mihi haec Plinii lectio, quam vulgati exemplaris Theophraſti. Nam cum oxyſchoenos mas ſemen non ferat, ex radicis bulbuloſo capite is quotannis vt renaſceretur, natura conſtituit. *Dal.*

e. Cacumine) Bulbi nempe radicis cacumine in terram defixo, ex quo iunci radices quotannis pullulant. Haec etiam Graeci ſcriptoris ſententia eſt, quum ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σχοίνου dixit, Hiſt. IV. 13. Caue enim exiſtimes ipſius iunci cacumen intelligi, quo demiſſo in terram, vt in aliis vidimus, propagatio fiat. H.

melancranis autem suo semine. [1]Alioqui *f.* omnium radices omnibus annis intermoriuntur. Vsus ad nassas marinas, [2] vitilium elegantiam, lucernarum lumina, [3] praecipua medulla, amplitudine iuxta maritimas Alpes tanta, vt inciso ventre [4] impleant paene vnciarum *g.* latitudinem: in Aegypto vero cribrorum longitudinem, non *h.* alias [5] vtiliorem. Quidam etiamnum vnum genus faciunt iunci trianguli: cyperon vocant. Multi vero non discernunt a cypiro vicinitate nominis. Nos distinguemus vtrumque. [6] Cypirus est gladiolus, vt *i.* diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, et postea in Phoenice. Cretico [7] candor odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phoenicio exiguum spirans, nullus Aegyptio. Nam et ibi nascitur. Discutit *k.* duritias corporum. Iam enim

1. *alioquin Gr.* 2. *vitilium elegantium nexus. V.* 3. *praecipue. V.* 4. *impleat. V. sub. medulla.* 5. *vtiliores. V.* 6. *Cyperus. Ch.* 7. *color. Rondeletius.*

f. *Alioqui*) His radicibus, inquit Theophr. peculiare est, quod singulis annis intereant, et rursum superne ex radicis capite pullulent: Αὐαίνονται κατ' ἐνιαυτὸν, καὶ ἡ τοῦ ἄνωθεν πάλιν ἡ γένεσις. H

g. *Vnciarum latitudinem*) *Pollicis.* Librae vsurpantur etiam de pedis partibus, vt et cap. 8. Lib. XXXIII. quo loco tractat de coricula. Pes autem pollices 12. vt libra totidem vncias continet. *D.*

Vnciarum) Vnciae vnius, quae pars est pedis duodecima. H.

h. *Non*) In MSS. *non aliis.* Sententia est, non ex aliis rebus fieri in Aegypto cribra vtilius, quam e iunco. H.

i. *Vt*) Sect. 67. Ξίφιον ibi Dioscoridis esse monuimus. H.

k. *Discutit duritias corporum*) Dioscoridi radix gladioli panos discutit. *Dal.*

Discutit) Et ξίφιον Diosc. IV. 20. panos discutit, διαφορεῖ φύγεθλα, quod genus

enim remedia dicemus: quoniam et florum odorumque generi est magnus vsus in medicina. Quod *l.* ad cypiron attinet, Apollodorum quidem [1] sequar, qui negabat bibendum: quamquam *m.* professus efficacissimum esse [2] aduersus calculos, os [3] eo fouet. Feminis *n.* quidem abortus *o.* facere non dubitat. Mirumque tradit, barbaros suffitum huius herbae excipientes ore, lienes consumere: et non egredi [4] die omni, nisi ab hoc suffitu: vegetiores enim firmioresque sic [5] etiam in dies fieri. Intertriginum et alarum vitiis, perfrictionibusque cum oleo illitum, non dubie mederi.

LXX. Cyperos *p.* iuncus est, qualiter *q.* diximus, angulosus, iuxta terram candidus, [6] cacumine

1. *sequimur. V.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. aduersus alculos. Alii. calculos, eo fouet Gr. et Al.* 3. *eo quidem fetas feminas abortiuas fieri. M.* 4. *Sic ex MSS. em. H. omni die. M. non egredi domibus Gr. et Al.* 5. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. etiam fieri Gr. et Al.* 6. *cacumine caulis min. Diosc.*

nus est tumoris ac duritiei. H.

l. Quod) Siue gladiolum, ξίφιον, vt diximus. H.

m. Quamquam professus, etc.) Lege, *quamquam professus efficacissimum esse aduersus calculos: Os eo fouet.* Paulo post lege: *laus prima Hammoniaco, secunda Rhodio, tertia Theraeo.* a Thera insula Cycladum vna, vel vt alii Sporadum. Vide *Salmas.* 1000. a.

n. Feminis) Sterilitatem induci pota τοῦ ξιφίου superiore radice e vino, scribit Diosc. l. c. H.

o. Abortus facere) Menses pellit Dioscoridi, perfrictionibus vuluae, et praeclusionibus medetur. *Dal.*

p. Cyperos iuncus est) Ineptissime Plinius cypirum a cypero distinguit. *Dal.*

Cyperos) Hic Graecorum κύπερος et κύπειρος est. Cyperus officinarum, Dodonaei p. 336. Cyperus longus, Gallis *Souchet.* Vidimus in horto Regio. Scrib. Larg comp. 12. n. 61. *Cypiri,*

ne niger, pinguiſque. Folia *r.* ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quae eſt ſemen. Radix *s.* oliuae nigrae ſimilis, quam, quum oblonga eſt, cyperida vocant, magni in medicina vſus. Laus cypero prima [1] Hammoniaco *t.*, ſecunda Rhodio, tertia [2] Theraeo *v.*, nouiſſima Aegyptio: [3] quod *x.* et confundit intellectum, quoniam et cypiros ibi naſcitur. [4] Sed *y.* cypiros duriſſima, vixque ſpirans. Ceteris *z.* odor [5] et ipſis nardum imitans.

I 4

1. *Armenio. V.* 2. *Thracio Gr.* 3. *quae M.* 4. *Sic ex* MSS. *H. cyperos Gr. et Al.* 5. *eſt ipſam. V.*

piri, hoc eſt, iunci radicis, etc. H.

q. Qualiter) Sup. ſect. *Quidam etiamnum vnum genus faciunt iunci trianguli,* etc. Sunt qui quadratum vocent, vt Celſ. III. 21. IV. 20. H.

r. Folia) Ita Dioſc. I. 4. H.

s. Radix) Dioſc. l. c. H.

t. Hammoniaco) *Armeniaco*, quamuis cap. 23. L. XII. *Hammoniacum* vocari ſcribat, quoniam iuxta oraculum Hammonis ferula ea naſcitur, quod et de cypero nos exiſtimare poſſumus, quoniam is maxime gaudet fontibus in arenoſo loco ſcaturientibus, qualis eſt Iouis Hammonis fons, ſupra cap. 5. Lib. V. *Dal.*

v. Theraeo) Vide N. et Em. N. XIII. hic coll. *Tertia*) Ita reſcripſimus admonitu codicis R. 2. in quo *Thereon*, legitur, ſuffragante inprimis Dioſc. qui L. I. 4. cyperum pariter laudat, qui e Cycladibus inſulis petitur, ἀπὸ τῶν Κυκλάδων νήσων, in quibus eſt Thera, vt in Geographicis libris docuimus. Prius *Thracio* legebatur. H.

x. Confundit intellectum) Errorem ſuum Plinius olfacit. *Dal.*

Quod et) Vocum affinitas, inquit, cyperi et cypiri, multos inducit in errorem. H.

y. Sed cyperos duriſſima) Idem paulo antea de cypiro ſcripſit. *Dal.*

Sed cypiros) Gladiolus, ξίφιον. H.

z. Ceteris) Cypero nimirum Graeco ſeu κυπέρῳ vel κυπείρῳ, et radici quam κυπερίδα vocant. Hic enim cyperus

imitans. Est *a.* et per se Indica [1] herba, quae [2] cypira vocatur, zingiberis effigie: commanducata croci vim reddit. [3] Cypero *b.* vis in medicina psilothri. [4] Illinitur pterygiis, hulceribusque genitalium, et *c.* quae [5] in humore sunt omnibus, sicut oris hulceribus. Radix *d.* aduersus serpentium [6] ictus, et scorpionum, praesenti remedio est. Vuluas *e.* aperit pota. Largiori tanta vis, vt expellat

1. radix. Diosc. 2. *et sic Ch. cyperis Gr. et Al.* 3. *in M. d. Cyperipi, Dal.* 4. *Cyperus illin. V.* 5. *in tumore, etc. Sic et oris.* M. 6. *ictus, scorpionum Gr. et Al.*

cyperus est, quo propter vicinitatem odoris adulterari nardum admonuit, L. XII. 27. H.

a. Est et) Diosc. I. 4. Ἱστορεῖται δὲ καὶ, ἕτερον εἶδος κυπείρου ἐν Ἰνδίᾳ γενώμενον, προσεοικὸς γιγγιβέρι, ὃ διαμασσηθὲν. Κροκῶδες, καὶ πικρὸν εὑρίσκεται, καταχρισθὲν παραχρῆμα ψιλοῖ τὰς τρίχας, *depilat illico.* Haec porro *cypira*, in R. Colb. Chiffl. et Th. scribitur tum hoc loco, tum in Indice: non, vt hactenus editi *cyperis*, quod cyperi radicis nomen est. H.

b. Cypero) Hanc Indicae cyperidi Dioscorides vim adscribit, vt proxime vidimus: nec tamen cypero idcirco abiudicat. H.

c. Et quae) Sic infra s. 76. Hulcera vocat, quae in humidis sunt. H.

d. Radix aduersus serpentium ictus et scorpionum praesertim remedio est) Scribo, *Radix aduersus serpentes et scorpionum ictus praesentis remedii est*, ex vetusto codice. *Pint.*

Radix aduersus serpentium ictus, scorpionum praesertim, remedio est) Notant e suis, *et scorpionum praesenti.* Vossiani duo, Gudianus et Academicus vt etiam Vetustior et Pintiani: *et scorpionum praesentis remedii est.* Sic Lib. XXIII. 26. *contra serpentes et scorpiones.* et saepius alibi. *Gron.*

Radix) Diosc. I. 4. H.

e. Vuluas) Vide N. et Em. N. XIV. (hic pos.) *Vuluas)* Quaerit Pellicerius in Nott: MSS. an potius, *vuluas aperit fotu*? Nam Diosc. I. 4. de cypero: Ταῖς παρὰ μήτραν δὲ καταψύξεσι καὶ μύξεσι

expellat eas. Vrinam *f.* ciet, et calculos, ob id vtilissima *g.* hydropicis. Illinitur *h.* et hulceribus, quae serpunt, sed his [1] praecipue, quae in stomacho sunt, ex vino vel aceto illita.

LXXI. Iunci *i.* radix in tribus heminis aquae decocta ad tertias, tussi medetur. Semen tostum et in aqua potum, sistit aluum, et feminarum menses. [2] Capitis *k.* dolores facit, [3] qui vocatur holoschoenos: eius *l.* quae proxima sunt radicis, commanducantur aduersus araneorum morsus. Inuenio etiamnum vnum iunci genus, quod *m.* [4] euri-

 picen

1. *praecipua. M.* 2. *Sic ex MSS. Diosc. H. capitisque dolores facit. At qui vocatur Gr. et Al.* 3. *At eius qui. Dal.* 4. *Aethiopicum. Dioscor.*

μύξεσι πυριωμένη ἁρμόζει ἄγουσα ἔμμηνα. *Vuluae perfrigerationibus et obstructionibus fotu accommodatur, mensesque euocat.* Sed nihil mouendum Plinius ipse admonet, subiungens statim *Largiori tanta vis, vt expellat eas:* quae de largiore potu haud dubie accipienda sunt. H.

f. Vrinam) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 198. H.

g. Hydropicis) Diosc. l. c. et Cels. III. 21. H.

h. Illinitur) Diosc. l. c. H.

i. Iunci) Diosc. IV. 52. H.

k. Capitisque dolores facit: at qui vocatur holoschoenos, eius quae proxima sunt radicis, commanducantur aduersus araneorum morsus.) Emendatior antiqua lectio: *Capitis dolores facit qui vocatur holoschoenos. Quae proxima sunt, etc.* Pint.

Capitis) Diosc. loco proxime cit. H.

l. Eius) Folia nimirum radici vicina. Diosc. IV. 52. Τὰ δὲ πρὸς τὴν ῥίζαν ἁπαλὰ φύλλα καταπλαττόμενα, φαλαγγιοδήκτοις ἁρμόζει. H.

m. Quod) Diosc. l. c. totidem verbis: Ἡ δὲ εὐριπικὴ σχοῖνος ὑπνωτικὸν ἔχει τὸν καρπόν· φυλάττεσθαι δὲ δεῖ αὐτοῦ ἐν ταῖς πόσεσι τὸ πλῆθος· καροῖ γὰρ λίαν. H.

picen vocant. Huius semine somnum *n.* allici, sed modum seruandum, ne sopor fiat.

LXXII. Ob id et odorati iunci medicinae dicentur, quoniam et in Syria Coele (vt *o.* suo loco retulimus) nascitur. Laudatissimus *p.* ex Nabataea, cognomine teuchites, [1] proximus Babylonius, pessimus ex Africa, ac sine odore. Est *q.* autem rotundus, [2] vinosae mordacitatis *r.* ad linguam. Sincerus *s.* in confricando odorem rosae emittit, [3] rubentibus fragmentis. Discutit *t.* inflationes, ob *v.* id stomacho vtilis, bilemque et sanguinem reiicientibus. Singultus sedat, ructus mouet, vrinam *x.* ciet, vesicae medetur. Ad *y.* muliebres vsus

1. *proximus Arabicus, quem alii Babylonium cognominant, alii Teuchitin, pessimus. Diosc.* 2. *igneae. Rond. ex Diosc.* 3. *purpurescens, fragilis Diosc.*

n. Somnum allici) Ὕπνον *somnum* vocat καταφορὰν *soporem*. Sic Galenus de semine papaueris, ὑπνωτικὸν δ' ἐςὶν, εἰ δὲ καὶ πλεῖον ληφθείη, καταφορικόν. *Dal.*

o. Vt suo) L. XII. 48. H.

p. Laudatissimus) Ita fere Diosc. I. 16. sed τευχῖτιν is Babylonium, non Nabataeum vocat. Τευχίτις porro cognominari videtur, quod e Syria afferebatur vasis: τεῦχος ἀγγεῖον est. H.

q. Est autem) Talis a Celso inter aromata, censetur III. 21. *Iunci rotundi semen*, inquit, σχοῖνον *hoc Graeci vocant*, etc. H.

r. Mordacitatis) Qui linguam multo cum feruore mordeat: δάκνουσα τὴν γλῶσσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως. Diosc. l. c. H.

s. Sincerus) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

t. Discutit) Diosc. l. c. Δύναμιν δὲ ἔχει πνευμάτων διαλυτικὴν, etc. H.

v. Ob id stomacho vtilis) De flore id Diosc. *Dal.*

x. Vrinam) Dioscor. l. c. H.

y. Ad muliebres vsus decoquitur) Decoctum ad inflammationes vuluae insidentibus

vſus decoquitur. Opiſthotonicis cum reſina arida [1] imponitur z. excalfactoria.

LXXIII. [2] Et a. roſa adſtringit, [3] refrigerat. Vſus eius diuiditur in folia, et flores, et capita. Folio-

1. *imponitur. Excalfactoria et roſa vteros adſtringit.* Gr. et Al. 2. *vt Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. refrigeratos, vt aiunt. Diuiditur in folia, et flores, et capita. In flore partes candidae vngues vocantur. Aliud eſt, etc. Alii. Folia et flores. Capita foliorum parteſque candidae.*

bus feminis vtile. Dioſcor. *Dal.*

Ad muliebres) Ad vuluae inflammationes inſeſſione prodeſſe ſcribit Dioſc. l. c. H.

z. *Excalfactoria*) Cui reſinae vis eſt excalfactoria. Vide N. et Em. N. XV. (hic coll.) *Opiſthotonicis*) Prius legebatur, *arida imponitur. Excalfactoria et roſa vteros adſtringit, refrigerat.* Inſulſe: nam ſi excalfactoria roſa eſt, qui tantam vim refrigerandi habeat? Deinde vox *vteros* abeſt a MSS. At calefaciendi vim reſinis omnibus ineſſe Galenus admonet, de fac. ſimpl. med. VIII. 17. p. 224. Ῥητίναι πᾶσαι ξηραίνουσι καὶ θερμαίνουσι. Roſae vero refrigerant et adſtringunt ſane, vt Dioſc. quoque vidit l. 130. et filii ceteri medicorum agnoſcunt: Ῥόδα ψύχει καὶ ςύφει. Quare appoſite Plinius dixit, *Et roſa adſtringit, refrigerat*, quemadmodum iuncus odoratus ſcilicet, de quo proxime antea ſermo fuit, quem ipſe idcirco bilem et ſanguinem reiicientibus eſſe vtilem prodit: Dioſc. I. 16. leuiter ac modice adſtringere, ad ſanguinis reiectiones eſſe ſalutarem, radice etiam magis adſtrictoria, et ad ſtomachi faſtidia vtili: Δύναμιν δὲ ἔχει . . . ὑποςύφουσαν μετρίως . . . χρήσιμον πρὸς αἱμάτων ἀναγωγάς . . Ἡ δὲ ῥίζα ςυπτικωτέρα, διὸ καὶ τοῖς ἀσσώδεσι ςομάχοις δίδοται, etc. H.

a. *Et roſa*) Dioſcor. I. 130. Peracta iam hortorum ac florum ratione, herbarumque ſponte naſcentium explanata natura, nunc ad horum omnium vires medicas enarrandas tranſilit. Et roſa, primum, inquit, adſtringit, refrigerat, vt iun-

Foliorum partes quae candidae, vngues *b.* vocantur: In flore aliud eſt ſemen, aliud *c.* capillus: [1] in capite, aliud cortex, aliud *d.* calyx. Folium ſiccatur, aut tribus modis exprimitur. Per ſe quum vngues non detrahuntur: ibi enim humoris plurimum: aut cum detractis vnguibus, reliqua pars aut oleo *e.* aut vino maceratur in Sole vaſis vitreis. Quidam *f.* et ſalem admiſcent, et anchuſam nonnulli, aut aſphalathum, aut iuncum odoratum: quia

1. Sic ex MSS. H. aliud capillus in capite, alliud calyx Gr. et Al.

iuncus, qui idcirco bilem et ſanguinem reiicientibus vtilis. H.

b. Vngues vocantur) Dioſcorides ὄνυχας vocat. Aſclepiades Lib. IV. κατὰ τόπȢς, in ocularibus medicamentis τȢ̀ς λοβȢ̀ς. *Dal.*

Vngues) Et Dioſcor. l. c ὄνυχας appellat, ὅπερ ἐςὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ φύλλῳ H.

c. Capillus in capite) Capillum auctor ſupra cap. 4. *luteos apices* vocat Dioſcorides τὸ ἐν μέσοις ῥόδοις εὑρισκόμενον ἄνθος *florem qui in mediis roſis inuenitur.* Idem vocat φύλλα non fruticis folium, quod caules et ramos veſtit, vt hic Plinius, ſed floris veluti laminas, qua ſignificatione ſaepius vſus eſt Plinius ſupra citato loco, et paulo poſt hoc ipſo capite *Dal.*

Aliud) Capillum vocat luteos, qui intra florem ſtant, apices. Corticem, id quod ſemen complectitur, vt dictum eſt ſ. 10. Calycem denique, id quod luteos apices, et folia floris continet, remanetque foliis decuſſis. H.

d. Calyx) *Calyx*, id quod flore lapſo papposam lanuginem et ſemen continet: *cortex*, vt ſupra e cap. 4. huius Lib. conſtat, flores, priuſquam in alabaſtros faſtigietur, et tumeſcens dehiſcat, inuolucrum. *Dal.*

e. Oleo aut vino maceratur) Oleo in confectionem vnguenti roſacei, apud Dioſcoridem cap. 54. Lib. I. quamuis confectio ab eo deſcribitur operoſior: vino, ad confectionem vini rhoditis, cuius deſcriptio eſt apud Dioſcoridem cap. 35. Lib. V. *Dal.*

f. Quidam et ſalem admiſcent

quia talis maxime prodeſt vuluae ac dyſentericis. Exprimuntur *g.* eadem folia detractis vnguibus, trita per linteum ſpiſſum in aereum vas, lenique igni *h.* ſuccus coquitur, donec fiat craſſitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratiſſima quaeque folia. (XIX.) Vinum *i.* quomodo fieret e roſa, diximus inter genera vini. Vſus *k.* ſucci ad aures, oris hulcera, gingiuas, tonſillas, gargarizatus, ſtomachum, vuluas, ſedis vitia, capitis dolores. In febre per ſe, vel cum aceto ad ſomnos, nauſeas. Folia *l.* vruntur in [1] calliblepharum. [2] Et *m.* ſiccis

1. *calliblephara.* *V.* 2. *ſicca vnguentis aſp.* *Dioſc.* *ſcent et anchuſam nonnulli)* Muta verborum ordinem: *Quidam et ſalem admiſcent. Nonnulli et anchuſam*, ex vetere codice. *Pint.* *quantum.* Pint. *Vſus ſucci ad aures)* Dioſcorides haec omnia de liquore expreſſo ex aridis roſis in vino decoctis. *Dal.*

Vſus) Haec omnia Dioſc. I. 130. de liquore expreſſo ex aridis roſis in vino decoctis. H.

g. Exprimuntur) Dioſc. l. c. H.

h. Igni ſuccus, etc.) Dioſcorid. in vmbra terit, et cogit abſque igne, nec in aereum vas excipit. *Dalecampius.*

i. Vinum) L. XIV. 19. H.

k. Vſus ſucci ad aures, oris vlcera, gingiuas, tonſillas, gargarizatus) Verbum *ſucci* detrahendum eſt, ex antiquo exemplari et *gargarizatis* legit, non *gargarizatus*, vt legendum putem *gargarizati*, et repetendum *vini*. Et paulo poſt *liniunt* habet, non *leniunt*. Et vno poſt | verſu, *tantum*, non

l. Folia) Dioſc. Καίεται δὲ καὶ εἰς τὰ καλλιβλέφαρα. Καλλιβλέφαρον, medicamentum eſt, quo fucantur, ornanturque palpebrae. H.

m. Et ſiccis femina aſperguntur) Ξηρὰ δὲ λεῖα τοῖς μύροις προσπάσσεται. Dioſcor. Sicca et trita vnguentis aſperguntur Plinius legit τοῖς μηροῖς. *Dal.*

Et ſiccis) Feniorum intertrigines, Dioſc. Ξηρὰ δὲ λεῖα παρὰ μηροῖς προσπάσσεται. Vbi Marcellus interpres, παρατρίμμασι μηρῶν.

cis femina asperguntur. Epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in posca potus: et sanguinis exscreationes. Stomachi quoque dolores *n.*, [1] quantum in vini cyathis tribus. Semen *o.* his optimum crocinum, nec anniculo vetustius: et in vmbra [2] siccatur. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Vrinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri. Naribus subductum caput purgat. Capita *p.* pota ventrem et sanguinem *q.* sistunt. Vngues rosae epiphoris [3] salubres. Hulcera enim oculorum rosa *r.* sordescunt, praeterquam initiis epiphorae, ita vt arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis *s.* stomachi, rosionibus et vitiis ventris, et intestinorum, et praecordiis *t.* vtilissima, vel illita. Cibo quoque lapathi

1. *potus. V. tantum. Ch.* 2. *siccatum. V. et Ch.* 3. *salubres sunt. Gr.*

ϱῶν. Dalecampius Plinium immerito reprehendit, quod μηϱοῖς pro μύϱοις legerit. H.

n. Dolores) Ex acri humore. *Dal.*

o. Semen his optimum) Καϱπὸν *semen* reddit, vt aliis multis locis. Legendum puto. *Fructus his optimus crocinus, nec anniculo vetustior, et vmbra siccatus.* Dal. *Semen his optimum crocinum)* Scribo, *Seminis optimum crocinum* et statim *siccatum*, non *siccatur*, ex antiquo codice. *Pint.*

p. Capita) Diosc. l. c. Αἱ κεφαλαὶ δὲ ποθεῖσαι, κοιλίαν ϱέουσαι, καὶ αἵματος ἀναγωγὴν ἐπέχουσιν. H.

q. Sanguinem sistunt) Sanguinis per os reiectiones. Dioscor. *Dal.*

r. Rosa sordescunt) Succo e rosae foliis expresso. *Dal.*

s. Vitiis) Cels. IV. 5. *Vbi stomachus exaestuat, aceto cum rosa extrinsecus subinde fouendus est*, etc. H

t. Praecordiis) Inflammatis Dioscor. *Dal.*

Et praecordiis) Inflammatis: ἐπιπλασσόμενα φύλλα ποιεῖ πρὸς ὑποχονδϱίων φλεγμονίας, Diosc. l. c. H.

lapathi modo condiuntur. Cauendus *v.* in his ſitus celeriter [1] inſidens. Et aridis [2] et expreſſis *x.* aliquis vſus. Diapaſmata *y.* inde fiunt ad *z.* ſudores coercendos, ita vt a balineis inareſcant corpori, dein frigida abluantur. [3] Silueſtris *a.* pilulae cum adipe vrſino alopecias *b.* mirifice [4] emendant.

LXXIV. Lilii *c.* radices multis modis florem ſuum [5] nobilitauere, contra *d.* ſerpentium ictus ex vino potae, et contra fungorum venena. Propter clauos pedum in vino decoquuntur, triduoque non ſoluuntur. Cum adipe aut oleo decoctae, pilos quoque aduſtis reddunt. E mulſo potae inuti-

1. *inſidens et ariditas. At expreſſis. M.* 2. *aut. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. Sil., pilulae cum ad. vrſ. alopecias emendant. ſilueſtris cum adipe Gr et Al. M. et Ch.* 4. *emendat Gr.* 5. *nobilitant. Ch.*

v. Cauendus in his ſitus etc.) Roſarum folia, dum ſiccantur, aſſidue verſanda ſunt, ἵνα μὴ εὐρωτιάσῃ ne ſitum contrahunt, et a vermiculis erodantur. Dioſc. Noſtri ne eo vitio corrumpantur aceto quam acerrimo conſpergunt. *Dal.*

Cauendus) Idcirco, dum ſiccantur, aſſidue verſanda, ne ſitum contrahant, aut a vermiculis erodantur. H.

x. Expreſſis aliquis vſus) Tritis. Dioſc. λείοις. De paſtillis roſeis Dioſc. id tradit, non de Roſae foliis. *Dal.*

y. Diapaſmata) Haec totidem verbis Dioſc. I. 131. H.

z. Ad ſudores coercendos) Sudoris obtundendam graueolentiam Dioſcorid. Dal.

Ad ſudores) Ad ſudorum graueolentiam, πρὸς τὴν τῶν ἱδρώτων δυσωδίαν H.

a. Silueſtris) Roſae ſilueſtris. H.

b. Alopecias mirifice emendat) Silueſtris roſae ſpongia vſta, plurimum ad id valet. *Dal.*

c. Lilii) Apuleius c. 107. tit. I. *Ad morſum ſerpentis . . . Herbae lilii bulbum conterito, et expreſſos ſuccos potui dato: ipſum etiam bulbum tritum morſui apponas.* H.

d. Contra ſerpentium ictus) De foliis et ſemine hoc Dioſcor. *Dal.*

utilem sanguinem cum aluo trahunt. [1] Lienique, et ruptis, vulsis *e.* prosunt, et mensibus feminarum. In *f.* vino vero decoctae, impositaeque cum melle neruis praecisis medentur. [2] Lichenas *g.*, et lepras, et furfures in facie emendant. Erugant corpora. Folia *i.* in aceto cocta, vulneribus im-

1. *lienique ruptis, et vulsis prosunt, et menstruis fem. M.* 2. *Contra lichenas. Ch.*

e. Vulsis) Conuulsis, de quibus XX. 18. H.

f. In vino) Dioscor. III. 116. et Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 197. H.

g. Lichenas) Diosc. l. c. H.

h. Erugant corpora) Titinio apud Festum medicamentum hoc *tentipellium* vocatur. τετάνωτρον, vt exponit Glossarium vetus, Φάρμακον πρὸς ῥυτίδας. Verba Poëtae sunt, *Tentipellium inducis, rugae in ore extenduntur.* Dal.

Erugant corpora. Folia in aceto cocta) Vossianus: *erugant corpora cum folia in aceto cocta vulneribus inponuntur si testium melius cum hyoscyamo.* Chifletianus quoque; *si testium melius*, absque τῷ *epiphoris.* Quatuor alii in membranis: *corpora cum folia in ac. co. vuln. imponuntur si testium mellis.* Suspicor. *Erugant corpora. Cum polio in aceto coctae vulneribus imponuntur; si caestuum, melius cum hyoscyamo et farina tritici.* Ait radices lilii vna cum polio coctas in aceto imponi vulneribus: quod si ea vulnera caestibus pugilum facta sint, tum melius esse, vt addatur hyoscyamus et farina tritici quam polium. De vsu polii cap. 20. *Vulneribus quoque illinuntur.* Caestuum vulnera illustrat Lucianus in dialogo Apollinis et Mercurii: Οὗτος μὲν, ὦ Ἄπολλον, ἔχει ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα, ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐτρώθη τῷ Ἰάσονι συμπλέων. Gron.

Erugant) Erugari faciem trita radice, prodidit etiam Diosc. l. c. H.

i. Folia) Condita maluit dicere Diosc. l. c. ταριχευθέντα ἐν ὄξει. In vino vetere oleoque decoctis sanari ambusta Celsus prodidit, V. 27. sub finem. H.

imponuntur: [1] epiphoris *k.* teſtium, melius cum hyoſcyamo et farina tritici. Semen *l.* illinitur igni ſacro: flos et folia hulcerum vetuſtati. Succus, qui flore expreſſus eſt, ab aliis mel vocatur, ab *m.* aliis [2] ſyrium, ad *n.* [3] emolliendas vuluas, ſudoreſque faciendos, et ſuppurationes [4] concoquendas.

LXXV. Narciſſi *o.* duo genera in [5] vſu medici recipiunt. Vnum *p.* purpureo flore, et alterum [6] herbaceum *q.* [7] Hunc ſtomacho inutilem, et *r.* ideo vomitorium, aluoſque ſoluentem, neruis inimicum,

1. *Sic ex* MSS. *H. ſi teſtium melius cum hyoſc. Ch. epiphoris teſtium in melle hyoſc. Gr. et Al.* 2. *ſcireum. Dal. quaſi ſapa. Vide Annont. c. 4. l. XXIV.* 3. *emolliendas. Ch.* 4. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. coquendas Gr. et Al.* 5. *vſum. V. et Ch.* 6. *herbaceo. V. Dioſc.* 7. *vtrumque ſtom. Dioſcor.*

k. Epiphoris) Hoc eſt, inflammationibus. Dioſc. l. c. Σὺν ὄξει δὲ λεία (ῥίζα) ἢ σὺν ὑοσκυάμȣ φύλλοις, καὶ ἀλεύρῳ πυρίνῳ, ὄρχεων φλεγμονὰς παραιτεῖται. H.

l. Semen) Dioſc. l. c. Ἐρυσιπελάτων δὲ κατάπλασμα, etc. H.

m. Ab) Ita etiam MSS. Dalecampio legi *ſiraeum* placuit, hoc eſt, ſapam, vt diximus XIV. 11. H.

n. Ad) Hanc vim aſſignat vnguento lirino Dioſc. l. c. H.

o. Narciſſi duo genera in vſu medici recipiunt) Lego *medicinae*, non *medici*, ex vetere codice, vt infra hoc ipſo capite: *Bacchar in medicinae vſu aliqui ex noſtris perpenſam vocant.* Pint.

p. Vnum) Primum eſt narciſſi genus, quod et purpureum lilium vocat, ſ. 12. H.

q. Herbaceum) Tertium narciſſi genus, de quo ſ. 12. cui calyx herbaceus. Πρασίζειν ait Dioſc. IV. 161. porrum referre. Abeant cum ſuo heluaceo colore, quibus eſt omnia corrumpendi verius, quam corrigendi, prurigo. H.

r. Et ideo) Q. Seren. Sam. cap. 20. p. 137. *At vomitum radix narciſſi pota mouebit.* Sic etiam Apuleius bulbum vomitorium vocat, cap. 55. Dioſcoridem adde IV. 161. H.

micum, caput grauantem, et *s.* a narce narcissum dictum, non *t.* a fabuloso puero. Vtriusque radix mulsei saporis est. Ambustis *v.* prodest cum exiguo melle. Sic *x.* et vulneribus, et luxatis. Panis *y.* vero cum melle et [1] auenae farina. Sic *z.* et infixa corpori extrahit. In *a.* polenta [2] tritus oleoque, contusis medetur, et lapide percussis. Purgat *b.* vulnera permixtus farinae. Nigras *c.* vitiligines

1. *aerinea. V. lolii, scilicet.* 2. *trita. Dal.*

s. Et a Narce) Ἀπὸ τῆς νάρκης, hoc est, a torpore. Eamdem appellationis rationem afferunt Plutarchus et Clem. Alex. apud Vossium in Etymol. H.

t. Non a) Narcisso adolescente, a quo flori nomen inditum fabulantur. Vide Ouid. Metam XVI. et auctorem Geopon. XI. 25. aliosque. H.

v. Ambustis) Dioscor. IV 161. H.

x. Sic et) Diosc. l. c. praecisos neruos glutinari radice imposita: luxatis malleoli, diuturnisque articulorum doloribus tritam ex melle et illitam prodesse narrat. Cum oleo et farina ad vulnera Apuleius iubet adhiberi c. 55. tit. 1. H.

y. Panis) Hoc est tumoribus, abscessibusque aegre maturescentibus. Pro auenae farina eruinam admiscet Diosc. IV. 161. Σὺν ὀρόβῳ δὲ καὶ μέλιτι . . . τὰ δυσπεπτα τῶν ἀποστημάτων ῥήσσει. H.

z. Sic) Diosc. l. c. cum aerinea, loliaceaue farina imposita, σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι ἐπιπλασσομένη. H.

a. In) Dioscorides l. c. H.

b. Purgat) Dioscor. l. c. H.

c. Nigras) Diosc. ἀλφόν. Vitiligo, cutis vitium est; ex malo corporis habitu. Huius duo sunt genera, quae diuersi humores faciunt: nam ex pituitoso humore fit candida: ex atra bile, nigra. Galenus, Tomo 2. in medico, c. 18. p. 393. ἀλφὰς λευκὰς, et ἀλφὰς μέλανας vocat. Sic etiam κατὰ τόπους l. 3. p. 342. Quum vitiligo profundius agit, tum eam λεύκην vocat: ἄλφος summam tantum corporis cutem immutat. Vide Polluc. IV. 25. p. 120. et Cels. V. c. vlt. cui titulus, De

ligines emaculat. Ex *d.* hoc flore fit narciſſinum [1] oleum ad emolliendas duritias, [2] calfacienda quae alſerint. Auribus [3] vtiliſſimum: ſed et capitis dolores facit.

LXXVI. [4] Violae ſilueſtres, et ſatiuae. Purpureae *e.* refrigerant. Contra *f.* inflammationes illinuntur ſtomacho ardenti. Imponuntur et capiti in fronte. Oculorum *g.* priuatim epiphoris, et ſede [5] procidente, vuluaue: et contra ſuppurationes. Crapulam *h.*, et grauedines *i.* capitis impoſitis

K 2

1. *vnguentum. Dioſc.* 2. *et calf. quae alſerint, auribus vtiliſſimum. V.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. auribus eſt vtiliſſimus ſed capitis Gr. et Al.* 4. *Violae ſilueſtres ſunt, Gr. et Al.* 5. *procedente. M. ſedi procidenti. V.*

De vitiliginis ſpeciebus, id eſt, de alpho, et mela, et leuce, et earum curatione. H.

d. Ex hoc) Sic Dioſc. I. 63. ἔλαιον ναρκίσσινον, cuius concinnandi modum edocet: dotes ad eadem vuluae auriumque vitia commendat: ſed cauendum capiti monet. Ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐν ὑςέρᾳ, μαλάσσον τὰς περὶ αὐτὴν σκληρίας, καὶ μύσεις, ἐςι δὲ κεφαλαλγές. H.

e. Purpureae) Sic Dioſc. IV. 122. H.

f. Contra) Dioſc. l. c. et Galen. de fac. ſimpl. med. VI. p. 179. H.

g. Oculorum priuatim epiphoris) Verbum *priuatim* redundat, ex eodem. Et paulo infra, *menſes non menſtrua.* Et ſtatim poſt, *minor vis eſt recentibus*; deme verbum *eſt.* Pint.

Oculorum) Dioſc. pariter IV. 122. Καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς καὶ ταῖς τῆς ἕδρας προπτώσεσι. H.

h. Crapulam) Plutarch. in Symp. III. probl. I. p. 647. Αἱ τῶν ἀνθῶν ἀπόῤῥοιαι πρὸς τȣ̃το θαυμασίως βοηθȣ̃σι, καὶ ἀποτειχίζȣσι τῆς κεφαλῆς ἀπὸ μέθης ὡς ἀκρόπολιν τῶν μὲν θερμῶν μαλακῶς ἀναχαλώντων τȣ̀ς πόρους καὶ ἀναπνοὴν τῷ οἴνῳ διδόντων. Ὅσα δὲ ἡσυχῆ ψυχρὰ τῷ μετρίως, ἐπιψαύειν ἀνακρȣομένων τὰς ἀναθυμιάσεις, ὥσπερ ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων ςέφανος· ςύφει γὰρ ἀμφότερα, καὶ ςέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρηβαρίας.

positis coronis [1] olfactuque discutiunt. Anginas ex aqua potae. Id *k.* quod purpureum ex iis, comitialibus medetur, maxime pueris, in aqua potum. Semen violae scorpionibus aduersatur. Contra flos *l.* albae suppurata aperit: [2] ipsa discutit. Et *m.* alba autem et lutea extenuant [3] menstrua, vrinam cient. Minor vis est recentibus: ideoque *n.* [4] aridis post annum vtendum. Lutea dimidio cyatho in [5] aquae tribus, menses trahit. Radices *o.* eius cum aceto illitae sedant lienem: item

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. olfactu Gr. et Al.* 2. *ipsaque V.* 3. *expellunt. Diosc.* 4. *attritis M.* 5. *aqua trita. M.*

ρίας. *Florum halitus mire huic malo medentur, caputque veluti arcem muniunt contra ebrietatem: nam et calidi flores molliter aperiendo meatus faciunt vt perspirare vinum possit: et quae sunt modice frigida moderato contactu vapores cohibent, vt violacea et rosacea corona: vtrumque enim horum adstringit, reprimitque odore suo ea quibus corpus grauatur.* Schola Salernitana de viola: *Crapula discutitur, capitis dolor, atque grauedo.* H.

i. Grauedines) Τῆς κεφαλῆς βαρύτητα intelligit. Grauatum caput dixit Colum. VI. 9. de febre boum. *Pesanteur de tete.* H.

k. Id quod purpureum est ex iis) De Asteris flore id Dioscorides scribit, ac quamuis rursum ad finem capitis de viola purpurea in exemplari Graeco repetatur, Ruellius tamen nec agnoscit, nec vertit. *Dal.*

Id quod) Diosc. l. c. Φασὶ δὲ τὸ πορφυρίζον τῆς ἄνθης, etc. Schola Salern. *Purpuream violam dicunt curare caducos.* H.

l. Flos albae suppurata) Flos τῆς λευκοίου, cuiuscumque coloris sit praeter purpureum. *Dal.*

m. Alba) Diosc. III. 138. et Galen de fac. simpl. med. VII. p. 202. H.

n. Ideoque) Diosc. et Galen. ll. cc. Sic etiam MSS. R. Colb. etc. non *attritis.* H.

o. Radices) Dioscorid. l. c. Marc. Emp. c. 23. p. 166. *Sedant lienis dolorem, radices violae luteae, si ex aceto spleni vice emplastri apponantur.* Plin.

item *p.* podagram: oculorum autem inflammationes cum myrrha et croco. Folia *q.* cum melle [1] purgant capitis [2] hulcera: cum *r.* cerato rimas sedis, et quae in humidis sunt. Ex aceto vero collectiones sanant.

LXXVII. [3] Bacchar in medicinae vsu aliqui ex nostris [4] perpressam *s.* vocant. Auxiliatur *t.* contra serpentes, capitis dolores feruoresque: item epiphoras. Imponitur mammis tumentibus a partu, et [5] aegilopis incipientibus, et ignibus sacris. Odor somnum gignit. Radicem decoctam bibere spasticis, euersis *v.*, conuulsis, suspiriosis, salutare est.

 In

1. *sanant oris hulcera. Diosc.* 2. *hulcera, et quae in humidis sunt: cum cerato rimas sedis, ex aceto etc.* 3. *Baccharis. Dioscor. Bacchar et in medicinae vsu est. Aliqui ex nostris, etc.* 4. *Sic et Ch. perpensam Gr. et Al.* 5. *aegilopis incipientibusque ignibus. V.*

Plin. Val. II. 18. *Radices violae lotae*, (lege *luteae*) *ex aceto illinuntur.* H.

p. Item) Dioscorid. l. c. H.

q. Folia) Folia, quibus flos constat, intellige, non quae ambiunt. Sic et oris hulcera his sanari auctor est Diosc. l. c. H.

r. Cum cerato) Diosc. l. c. Ἀναληφθέντα δὲ κηρωτῇ, ῥαγάδας τὰς ἐν δακτύλῳ θεραπεύει. Ceratum siue cerotum κηρωτὸν, medicamentum est cera temperatum *Du cerat.* H.

s. Perpressam) Vide N. et Em. N. XVI. (hic consp.)

Bacchar) Sic R. 2. Th. et Chiffl. Sic ipse Plinius XXVI. 55. Sic Diosc. in Noth. p. 441. etsi ibi bacchar, errore haud leui, non secernatur ab asaro: Ἄσαρον οἱ δὲ νάρδος ἀγρία . . . Ῥωμαῖοι περιπρεσὰμ, οἱ δὲ βάκχαρ. In aliis codicibus *perpensam* legitur. H.

t. Auxiliatur) Vires plane easdem bacchari Dioscorides attribuit, III. 51. et Crateuas item, cuius fragmentum citat Anguillara P. II. p. 26. H.

v. Euersis) Πτώμασι, ex alto praecipitatis. *Dal.*

Euer.

[1] In *x.* tuſſi vetere [2] radices eius tres quatuorue decoquuntur [3] ad tertias partes. Haec potio mulieres ex *y.* abortu purgat. Laterum [4] punctiones tollit, et veſicae calculos. Tunditur *z.* [5] et in diapaſmata. Veſtibus odoris gratia inſeritur. Combretum *a.*, quod ſimile ei diximus, tritum cum axungia, vulnera mire ſanat.

LXXVIII. Aſarum iocinerum vitiis ſalutare eſſe traditur, vncia [6] ſumptum in hemina mulſi mixti. Aluum purgat *b.* ellebori modo. Hydropicis *c.* prodeſt, et praecordiis, vuluiſque, ac morbo

1. *Item ſi vetere vino radices eius tres quat. decoquantur ad ter. partes baec, etc. M.* 2. *rami: Ch.* 3. *a partu. V.* 4. *compunctiones, etc Tunditur cum. M.* 5. *Sic ex MSS. H. et V. Conditur cum diapaſmate Gr. et Al.* 6. *ſumpta. Cb.*

Euerſis) Conſentit cum Dalecampio H. et Dioſcorides l. c. H.

x. In tuſſi radices eius tres quatuorue) *Rami* quidem in noſtro codice legitur, non *radices*. Sed Dioſcorides nos admonet impreſſam lectionem veriorem eſſe. *Pintianus.*

In) Ita R. 1. Colb. 2. 3. et ipſe adeo Dioſc. l. c. At R. 2. Thuan. et Ch. *rami* non *radices* legit. H.

y. Ex abortu purgat) Ex teneris radicibus appoſita vna partum extrahit, et ad puerperarum inceſſus additur. *Dal.*

z. Conditur cum diapaſmate) Lege: *Tunditur vtiliter ad diapaſmata.* Tuſis autem et in puluerem redactis ſiccis aromatibus fiebant diapaſmata. Vide *Salmaſium* pag. 1068. a.

Tunditur) Dioſc. l. c. Καὶ εἰς διαπάσματα χρησιμεύει, ἱκανὴν ἔχουσα τὴν εὐωδίαν. H.

a. Combretum) Sect. 16. H.

b. Purgat ellebori modo) Radice drachmis ſex ex aqua mulſa pota. Dioſcor. *Dal.*

Aluum) Dioſc. l. 9. ait radices bibitas drachmis ſex ex aqua mulſa, ellebori modo purgare. H.

c. Hydropicis) Dioſc. l. c. H.

bo regio. In muſtum ſi addatur, facit vinum vrinis ciendis. Effoditur quum folia [1] emittit. Siccatur in vmbra. Situm celerrime ſentit.

LXXIX. (XX.) Et quoniam quidam, vt *d.* diximus, nardum ruſticum nominauere radicem baccharis, contexemus et Gallici nardi remedia in hunc locum [2] dilata *e.* in peregrinis arboribus. Ergo *f.* aduerſus ſerpentes duabus drachmis in vino ſuccurrit. [3] Inflammationibus coli, vel ex aqua vel ex vino. Item *g.* iocineris et renum: ſuffuſiſque *h.* [4] felle. Et hydropicis per ſe, vel cum abſinthio. Siſtit purgationum [5] mulierum impetus.

LXXX. Eius *i.* vero quod phu eodem loco appellauimus, radix datur potui trita, vel *k.* de-

K 4 coƈta

1. *mittit M.* 2. *dilata cum diſputaremus de peregr. M* 3. *Inflationibus. Ch.* 4. *felle et hydropicis. Per ſe, vel cum abſinthio ſiſtit. M.* 5. *muliebrium. V. et Ch.*

d. Vt) Seƈt. 16. H.

e. In) L. XII. ſ. 26. H.

f. Ergo) Totidem verbis Dioſc. l. 7. H.

g. Item) Subintellige ex antecedentibus, *inflammationibus.* Dioſc. l. c. Ὠφελεῖ δὲ καὶ τὰς περὶ τὸ ἧπαρ φλεγμονὰς, καὶ ἰκτερικὰς, καὶ πνευματώσεις ςομάχȣ, μετ' ἀφεψήματος ἀψινθίȣ πινομένη. H.

h. Suffuſiſque) Iƈtericis. *i. Eius*) L. XII. 26. Nardum Creticam ſic veteres appellauere. H.

k. Vel decoƈta ad ſtrangulationes) Voſſ. *ſtrangulatus.* Duo alii, Acad. et Gud. *ſtrangulares.* Lege, *ſtrangulatus.* Paullo poſt: *Vuluarum quoque ſtrangulatus.* Sic Lib. XXII. 13. *Semen potum cum ſapa vuluas ſtrangulantes aperit* Chiflet. et Voſſ. *vuluam ſtrangulantis.* Acad. *vuluas ſtrangulatas.* Verum videtur, *vuluae ſtrangulatus* Lib. XXVI. 15. *Plantago apponitur in lana in dolore vuluae; in ſtrangulatu bibitur.* Gron.

cocta ad [1] ſtrangulatus, vel pectoris dolores, vel *l.* laterum. Menſes *m.* quoque ciet. Bibitur cum vino.

LXXXI. Crocum melle non ſoluitur, nulloque *n.* dulci: facillime autem vino, aut aqua. Vtiliſſimum in medicina. Adſeruatur *o.* cornea pyxide. Diſcutit *p.* inflammationes omnes quidem, ſed *q.* oculorum maxime [2] ex [3] ouo illitum. Vuluarum quoque ſtrangulatus, ſtomachi exhulcerationes, pectoris, et renum, iocinerum, pulmonum, veſicarumque: peculiariter inflammationi earum vehementer vtile. Item tuſſi et pleuriticis. Tollit et pruritus. [4] Vrinas *r.* ciet. Qui *s.* crocum prius

1. Sic ex MSS. em. Hard. ſtrangulationes Gr. et Al. 2. *cum humano lacte. Dioſc.* 3. *ouo. In vuluarum, etc. Ch.* 4. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. vrinam Gr. et Al.*

l. Vel) Dioſc. I. 10. πρὸς πλευρᾶς πόνον. H.

m. Menſes) Dioſc. l. c. H.

n. Nulloque dulci) Cap. tamen 6. L. XXI. legimus, crocum mire vino congruere praecipue dulci, ad theatra replenda. *Dal.*

o. Cornea pyxide) Noſtris mercatoribus plumbea magis. *Dal.*

Adſeruatur) Noſtri plumbea magis vtuntur. H.

p. Diſcutit inflammationes) Imo potius coquit. Habet enim vim maxime πεπτικὴν, et ſubaſtringentem. *Dal.*

Diſcutit) Mitigat eryſipelata, inquit Dioſc. I. 25. quae ſunt cum inflammatione coniuncta: aurium quoque inflammationibus prodeſt. H.

q. Sed) Dioſc. I. 25. Ῥεῦμά τε ὀφθαλμῶν ἐπιχριόμενος ςέλλει σὺν γάλακτει γυναικείῳ. *Oculorum fluxiones illitus ex lacte muliebri cohibet.* H.

r. Vrinas) Dioſc. l. c. et Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 238. H.

s. Qui) Plutarch. Symp. III. qu. 1. p. 647. Dioſc. l. c. bibi idcirco crocum ex paſſo

prius biberint, crapulam *t.* non [1] sentient, ebrietati resistent. Coronae quoque ex eo mulcent ebrietatem. Somnum *v.* facit. Caput leniter mouet. *x.* Venerem stimulat. Flos eius igni sacro illinitur cum creta Cimolia. Ipsum plurimis medicaminibus miscetur.

LXXXII. Collyrio *y.* vni etiam nomen [2] dedit.

1. *Sic ex MSS. H. sentiunt, ebrietati eo resistunt Gr. et Al.* 2. *dedit. Est quoque vis expressi vnguenti crocini quod. M. dedit sex quoque expressis. Ch.*

passo iubet: Ἀκράιπαλός ἐςι μετὰ γλυκέος πινόμενος. H.

t. Crapulam non sentiunt, ebrietati eo resistunt) Illud *eo*, non habetur in vetusto exemplari. Sequentia duo verba putamus etiam non esse Pliniana, sed expositionem proxime praecedentium. *Pint.*

Crapulam non sentiunt, ebrietati eo resistunt) Illud *eo* non esse in veteri codice notat Pintianus; circa, duo verba delet. Voss. *Qui crocum prius biberint, crapulam non sentient, ebrietati resistent.* Nec delendum praeterea quidquam censemus: sed *eo* et quatuor alii eiurant Lib. XXXVI. 26. *Est et viridis lapis vehementer igni resistens.* Gron.

v. Somnum) Cels. III. 18. vbi de phreneticis: *Omnibus vero sic affectis*, inquit, *somnus et difficilis, et praecipue necessarius est: sub hoc enim plerique senescunt. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam crocinum vnguentum cum irino in caput datum.* H.

x. Mouet) Grauat, replet, afficit, tentat. Idem Galenus multis locis. *Dal.*

y. Collyrio vni etiam nomen dedit) Scribe: *Collyrio vni etiam nomen dedit. Faex quoque expressi vnguento crocino quod crocromagma appellant, habet suas vtilitates contra suffusiones oculorum.* Faex croci expressi vnguento crocino κροκόμαγμα dicebatur. Porro scribe: *habet suas vtilitates contra suffusiones oculorum, vrinas. magis excalfacit quam crocum ipsum.* habet vtilitates contra vrinas, id est, ἐρητικὴν ἔχει δύναμιν. *Salm.* p. 108. *Collyrio vni etiam nomen, etc.*) Collyrio διὰ κρόκα a Paulo descripto, atque

dit. Faex z. [1] quoque [2] expressi vnguento crocino, quod crocomagma a, appellant, habet b. suas vtilitates contra suffusiones oculorum, vrinas. [3] c. Magis d. [4] excalfacit, quam crocum ipsum. Optimum e., quod gustatu [5] saliuam dentesque inficit. LXXXIII.

1. Sic ex MSS. *Hard. Ex eo quoque expresso Gr. et Al.* 2. *fit expresso V.* 3. *ciet. V.* 4. *vrinas magis excalfacit Gr. et vulgg.* 5. *Sic ex MSS. H. et Ch. gustatum Gr. et Al.* 6 *linguam. Diosc.*

que etiam parte aliqua collyrio κατὰ ῥόδων crocino eiusdem auctoris. *Dal.*

Collyrio) Quod διὰ κρόκε dicitur, descriptum a Celso VI. 6. tit. διὰ κρόκε *collyrium. Proprie etiam ad caligationem oculorum quae ex lippitudine oritur, componitur quod* διὰ κρόκε *vocant. Habet piperis.* P. X. I. *Croci Cilicis, papaueris lacrymae, cerussae singulorum* P. X. III. *psorici, gummi, singulorum* P. X. IIII. hoc est, pondo denariûm quaternûm. In collyriis oculorum plurimis admiscetur a Marcello Empirico, c. 8. H.

z. *Ex eo quoque expresso vnguento crocino, quod crocomagma appellant*) Lego, *faex quoque expressi vnguento crocino, etc.* ex vet. cod. confirmante etiam eam lectionem Dioscoride libro primo. *Pint.*

Faex) Ita MSS. tum nostri, tum Pintiani: non, vt editi, *ex eo quoque expresso.* H.

a. Crocom.) Diosc. I. 26. Τὸ δὲ κροκόμαγμα γίνεται ἐν τῷ κροκίνε μύρε, τῶν ἀρωμάτων ἐνπιεσθέντων καὶ ἀναπλασθέντων. *Crocomagma fit ex vnguento crocino, expressis aromatis, et in pastillos digestis.* Crocomagma igitur faex est et recrementum olei vnguentiue crocini. Celsus V. 18. *Crocomagma, quod quasi recrementum eius est.* H.

b. Habet) Diosc. l. c. Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτέντων ταῖς κόραις. *Vim habet ea detergendi, quae pupillis oculorum caliginem offundunt.* H.

c. Vrinas) Subintellige, habet vtilitates et contra vrinas, quas admodum ciet: δύναμιν ἔχει ἐρητικὴν, inquit Diosc. l. c. H.

d. Magis) Et vim ei θερμαντικὴν Diosc. assignat l. c. H.

e. Optimum) Diosc. l. c. H.

LXXXIII. Iris rufa melior quam candida. Infantibus eam circumligari ſalutare eſt, [1] dentientibus praecipue, et tuſſientibus, [2] tinearumue *f.* vitio laborantibus inſtillari. Ceteri effectus eius non multum a melle differunt. Hulcera purgat capitis, praecipue [3] ſuppurationes veteres. Aluum ſoluit duabus drachmis cum melle. Tuſſim *g.*, tormina, inflationes, pota: Lienes *h.* ex aceto. Contra ſerpentium et araneorum morſus, ex poſca valet. Contra ſcorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua ſumitur. Contra canum morſus, ex oleo imponitur: et contra perfrictiones. Sic et neruorum doloribus. Lumbis *i.* vero et coxendicibus cum reſina illinitur. Vis *k.* ei [4] concalfactoria. Naribus ſubducta, [5] ſternumenta mouet, caputque purgat. Dolori *l.* capitis cum cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur. Crapulas quoque et orthopnoeas diſcutit. Vomitiones ciet, duobus obolis ſumpta. Oſſa *m.* fracta

extra.

1. *dentibus. Ch.* 2. *teniaram. Dal.* 3. *et ſuppur. V.* 4. *calfactoria. M.* 5. *ſternutamenta Gr. et Al.*

f. Tinearumue vitio laborantibus, etc.) *Tineas* Plinius Latine reddit Graecorum ἕλμινθας, (lumbricos) quod et multis locis in Dioſcoridis verſione Ruellius imitatur, vt capite de Thymo. *Dal.*

Tinearum) Hoc eſt, vermium, ſeu lumbricorum. H.

g. Tuſſim) Dioſcor. l. 1. πρὸς βῆχας, καὶ ϛρόφȣς. H.

h. Lienes) Dioſcor. l. c. Μετ᾽ ὄξȣς δὲ πινόμενα θηριοδήκτοις ἀρήγȣσι, καὶ σπληνικοῖς. H.

i. Lumbis) Dioſcor. l. c. H.

k. Vis) Δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν, Dioſc. l. c. H.

l. Dolori) Ex aceto ad id et roſaceo applicari Dioſcorides praecipit, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ H.

m. Oſſa fracta) Dioſc. l. c. H.

extrahit, impoſita cum melle. Ad paronychias farina eius vtuntur: [1] cum vino, ad clauos, vel verrucas, triduoque non ſoluitur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum *n.* conciliat, ſed *o.* genituram conſumit. Sedis rimas, et *p.* condylomata, omniaque in corpore excreſcentia ſanat. Sunt qui ſilueſtrem, xyrin *q.* vocent. Strumas *r.* haec, vel panos, vel inguina diſcutit. Praecipitur, vt ſiniſtra manu [2] ad hos vſus [3] eruatur, colligenteſ-

1. *teruntur in vino. Ch. ſiniſtra manu lecta ad Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et M.* 3. *ſeruetur. M.*

n. Somnum) Dioſc. l. c. H.

o. Genituram conſumit) Prodeſt iis, quibus genitura effluit. Dioſcorid. τὴν γονὴν τὸ σπέρμα. Graeci praeterea et θόρον vocant, quaſi vim et impetum quemdam: nam etiam θȣρὸς βίαιος. id quod ſignificauit Arnobius L. V. quum ſcribit: *Sancta et feruentia. Numina vim vomuiſſe Lucilii.* Heſychius et αὐτομάτητα nominat, praeſertim cum cogitatione aut memoria veneris erumpit ſponte, qualem his verſibus Nonnus oſtendit: Οὐτόσον ἱμείρων ἐπεμήνατο κυπρογενείῃ, Ἦν ποθέον ἀκίχητα, γονὴν ἔσπειρεν ἀρέρῃ, Θερμὸν ἀκοντίζον αὐτόσσυτον ἀφρὸν ἐρώτων. Feſtus notat ſic effuſam in terram genituram Aphris dici Bulbit, quod vocabulum foeditatem ſignificat et confuſionem. *Scaliger.*

Sed) Conſumendoque, ne effluat, facit, vnde Dioſc. l. c. auxiliari ait itidem potam iis, quibus genitura effluit, τοῖς γόνον προιεμένοις. H.

p. Et cond.) Scrib. Larg. comp. 225. ad condylomata: *Multis et iris contuſa, et ex vino mixta, cocta, et poſita velut farina hordeacea profuit.* Κονδύλωμα, excreſcentia carnis eſt circa anum, et tubercula quaedam in locis muliebribus ſanguinem fundentia: ſic dicta a ſimilitudine extremorum in quatuor digitis pugno clauſo nodorum. H.

q. Xyrin) Ξυρὶς eſt Dioſc. IV. 22. H.

r. Strumas) Collectiones omnes, οἰδήματα, ea appoſita

ligentesque dicant, cuius hominis vtique causa eximant. Scelus *s*. herbariorum [1] aperietur in hac mentione. [2] Partem eius seruant, et *t*. quarumdam aliarum herbarum; sicut plantaginis: et si parum mercedis tulisse se arbitrantur, [3] rursusque *v*. opus quaerunt, partem eam quam seruauere, eodem loco infodiunt: credo *x*., vt vitia *y*., quae sanauerint, faciant rebellare. Saliuncae radix in vino decocta sistit vomitiones, corroborat stomachum.

LXXXIV.

1. *Sic ex* MSS. *H. et M. et Ch. aperitur Gr. et Al.* 2. *Partes. Ch.* 3. *rursus vt plus opum acquirant. H.*

sita, discuti auctor est Dioscorid. l. c. H.

s. Scelus) Herbarii sunt qui medicas herbas legunt venduntque. Firmicus VII. 13. *Herbarios faciet, qui scilicet herbas solerti arte collectas ad medelam laborantium seruent.* Graeci ῥιζοτόμȣς et βοταναλόγȣς vocant. Alias *herbarius* etiam veneficum sonat. Vide Du-Cangium in Gloss. H.

t. Quarumdam aliarum herbarum) Vt ranunculi. *Dal.*

v. Rursusque opus quaerunt) Ab aegro rursum aduocati. *Dal.*

x. Credo) Eruentes, inquit, colligentesque eam herbam, si dicant, cuius hominis causa, eximant, prodesse aegro tum creduntur: quid igitur existimandum est aliud velle eos, dum infodiunt rursus eodem loco, vbi parum mercedis tulisse se credunt, quam rebellare iterum ac recrudescere eos morbos, quos ante sanauerint? Horum verborum quis esset sensus, aut quo illa pertinerent, negabat Salmasius se percipere, in Praeexerc. ad Plinium pag. 44. Plinius de batrachio herba, XXV. 109. *Credunt ea rursus sata, rebellare, quae curauerint vitia: quo scelere et plantagine vtuntur.* H.

y. Vitia quae sanauerint) *Rebellauerint* non *sanauerint*, in eodem. Credo tamen legendum esse *debellauerint*. Pint.

LXXXIV. [1]Polio z. Musaeus et Hesiodus perungi iubent [2] dignationis gloriaeque [3] auidos: polium [4] tractari, coli: Polium *a.* contra serpentes [5] substerni, vri, vel portari: *b.* In vino decoquunt recens, vel aridum, illinique. Spleni-cis

1. *Pollio. Ch.* 2. *Sic ex* MSS. *H. dignationis gratia, gloriaequ e auidos Gr. et Al.* 3. *auidis polium tractari, coli. M. et Ch.* 4. *Sic ex MSS. Hard.* 5. *substerni, vel potari. M. Tractare, colere . . . substernitur, vel portatur. Medici in vino decoquunt . . . Ilinuntque: vel spleneticis. Gr. et Al.*

z. *Polio Musaeus, etc.*) Legend. *Polio Musaeus et Hesiodus perungi iubent, dignationis gloriaeque auidos, polium tractari, colipolium contra serpentes substerni, suffiri, potari in vino, decoqui recens, vel aridum, illinique. Vel spleneticis propinant in aceto.* Vide Salmas. p. 1067. b.

Polio) Vide quae diximus s. 21. H.

a. Polium) Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Polium*) Hoc ipsum de tripolio narrat Dioscorides: Vnde Salm. in Solin. p. 1067. effici vult habitam a Plinio magno errore herbam eamdem, πόλιον ac τριπόλιον. Salmasio praeiuit Nic. Leonicenus. Sed aberrauere ii a vero longissime dum vnius Dioscoridis vestigiis insistunt: quem liquet eorum abductum errore, quos Plinius admonet XXVI. 22. cum polio tripolium confudisse. Nam de polio haec accipienda esse, praeter Plinium docet, Dioscoride Anazarbeo vetustior Nicander in Theriac. p. 4. vbi ea recenset, quae vel instrata serpentes abigant: Ἠ σύ γ' ὑποστορέσαιο λύγον πολυανθέα κόψας, Ἢ πόλιον βαρύοδμον. Vbi Gorraeus interpres, *Viticis aut longae sectis molire cubile Caudicibus, poliiue olidis insternere ramis.* Scholiastes ad eum locum p. 8. Τὸ πόλιον εἶδος βοτάνης βαρύοσμον, etc. H.

b. Vel) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Substerni*) In editis hactenus, *substernitur, vel portatur.* In R. 1. *substernituri portari.* In R. 2. *substerni, vri, potari,* lectione sane haud poenitenda. Nam Diosc. III. 124. polii decoctum epotum ait vene-

cis *c.* propinant ex aceto: morbo *d.* regio in vino: et *e.* hydropicis incipientibus in vino decoctum. *f.* Vulneribus quoque [1] sic illinunt. Secundas mulierum, partusque emortuos [2] pellit: item dolores corporis. Vesicas inanit: et epiphoris illinitur. Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod *g.* alexipharmacon vocant. Stomacho *h.* tamen inutile esse, caputque eo impleri, et abortum fieri poto, aliqui *i.* negant. [3] Ad religionem addunt, vbi inuentum sit, protinus [4] adalligandum contra oculorum suffusiones, cauendumque ne terram attingat. Hi et folia eius thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt, et lanatiore canitie. Cum ruta siluestri, et si teratur ex aqua caelesti, aspidas mitigare dicitur: et non secus atque cytinus

1. *Sic, in M. d.* 2. *Sic ex* MSS. *H. expellit. V. mortuos pellit. Ch. emortuos expellit. Gr. et Al.* 3. *Ex. Ch.* 4. *alligandum. Ch.*

venenatorum morsibus succurrere: ac mox, substrato eo suffitoque abigi bestias venenatas. H.

c. Splenicis) Dioscor. III 124. H.

d. Morbo) Dioscor. l. c. H.

e. Et hydr.) Dioscor. l. c. H.

f. Vulneribus) Diosc. l. c. H.

g. Alexipharmacon) Ἀλεξιφάρμακον, remedium aduersus venena, amuletum contra veneficia. H.

h. Stomacho tamen inutile esse) Non solum quod vtilitatis nihil affert, sed etiam quod noxium est, vt inimicus, non solum qui amicus et beneuolus non est, sed qui etiam maleuolus. Horat. *Namque pila lippis inimicum et ludere crudis.* Duarenus c. 11. I. *Dal.*

Stomacho) Prodesse certe stomachicis polion cum melle tritum, auctor est Marcellus, c. 20. p. 139. Contra Diosc. l. c. et male stomachum habere, et ciere capitis dolorem scribit. H.

i. Aliqui negant) Quod Dioscorides scriptum reliquit. *Dal.*

nus adſtringit *k.* et cohibet vulnera, prohibetque ſerpere.

LXXXV. [1] Holochryſos medetur ſtranguriae in vino pota, et oculorum epiphoris illita. Cum faece vero vini cremata et polenta, lichenas emendat. Chryſocomes *l.* radix calfacit, et [2] ſtringit. Datur *m.* potui ad iocinerum vitia: item pulmonum: vuluae dolores in aqua mulſa decocta. Ciet menſtrua: et ſi cruda detur, hydropicorum aquam.

LXXXVI. Meliſſophyllo ſiue *n.* [3] melittaena ſi perungantur aluearia, non fugient apes. Nullo enim magis gaudent flore. [4] Copia *o.* iſtius examina facillime continentur. Idem *p.* praeſentiſſimum

1. *Elichryſos. Dioſcor.* 2. *adſtringit. V.* 3. *Sic ex MSS. Hard. Dioſcor. et Ch. melittide Gr. et Al.* 4. *Scopis eius. Ch.*

k. Aſtringit) Falſum hoc, et praeter medicinae rationem, vndecumque Plinius citauerit. *Dal.*

l. Chryſocomes) Dioſcorid. quoque IV. 55. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, καὶ ςυπτικὴν ἡ ῥίζα. H.

m. Datur) Dioſc. l. c. tum iſtud, tum cetera chryſocomes remedia totidem verbis affert. H.

n. Siue) Vide N. et Em. N. XIX. (hic coll.) *Meliſſophyllo)* Sic R. 1. 2. Thuan. Chifl. non vt editi, *ſiue melittide.* Sic Dioſc. III. 118. Μελισσόφυλλον, ὃ ἔνιοι μελίτταιναν καλȣ̃σιν. Et Nicand. in Ther. p. 39. Τὴν ἤτοι μελίφυλλον· ἐπικλείουσι βοτῆρες. Οἱ δὲ μελίτταιναν· τῇ γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι Ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος ῥοιζηδὸν ἵενται. *Agreſtes meliphyllon eam dixere bubulci, Siue melittaenam, quod captae mellis odore Stridere apes circum ſoleant, et ſidere ramis.* Heſychius, Μελίταινα, πόα τις, ἣ ἔνιοι μελικτέναν, ἄλλοι μελισσόφυλλον. H.

o. Copia) Reſpicit illud Virgilii Georg. IV. 63. *Huc tu iuſſos aſperge ſapores, Trita meliphylla, et cerinthae ignobile gramen: Ipſae conſident medicatis ſedibus: ipſae Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.* H.

p. Idem) Dioſc. III. 118. H.

mum eſt contra *q.* ictus earum veſparumque, [1] et ſimilium, ſicut araneorum: item ſcorpionum. Item *r.* contra [2] vuluarum ſtrangulationes, addito nitro: contra tormina, e vino. Folia *s.* eius ſtrumis illinuntur, et ſedis vitiis, cum ſale. [3] Decoctae *t.* ſuccus feminas purgat, et [4] inflammationes diſcutit, et hulcera ſanat. Articularios *v.* morbos ſedat, caniſque morſus.

1. *Sic ex MSS. Hard. veſparumque et araneorum Gr. et Al.* 2. *fungorum. Dioſc.* 3. *Sic ex MSS. H. V. et Ch. Cum ſale decoctae. Succus fem. . . .* 4. *et inflationes Gr. et Al.*

q. Contra ictus earum veſparumque et araneorum) Voſſ. auctior: *earum veſparumque et ſimilium, ſicut araneorum* Lib. XXIII. 7. *veſparumque et ſimilium venenis.* Notauit et Pintianus. *Gron.*

r. Vuluarum ſtrangulationes) Fungorum, μυκήτων. Dioſcor. Plinius legit, μητρῶν. Dal.

Item contra) Vide N. et Em. N. XX. (hic coll.) *Item)* Ita Mss. omnes editique libri. Tamen Saracenus in N. ad Dioſc. Plinianam orationem emendatione egere putat, ac *fungorum* potius, quam *vuluarum* legi oportere. Dioſcoridem enim III. 118. vbi de meliſſophyllo: Βοηθεῖ, inquit, καὶ τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις σὺν νίτρῳ τὰ φύλλα πινόμενα, καὶ στροφουμένοις. *Folia quoque addito nitro bibita iis auxiliantur, qui a fungis ſtrangulantur, nec non et tormino-ſis.* Strangulari autem eos, qui fungos ederint, vel ex ipſo Dioſcoride notum eſt in Alexiph. c. 23. Corrigendum igitur ex Dioſcoride Plinium pronunciat. Cur, quaeſo magis quam ex Plinio Dioſcoridem, cuius vitiata foede exemplaria norunt eruditi? An non fieri perfacile potuit, vt pro ὑπὸ μητρῶν, ab erudito aliquo ὑπὸ μυκήτων ſcriberetur? Aut ſi ſtrangulationi quae a fungis oritur, mederi haec herba poteſt, cur non et eadem ſtrangulationi ei opituletur, quae a conuerſione vuluae proficiſcitur? H.

s. Folia) Dioſc. l. c. Καταπλασσόμενα δὲ (φύλλα) σὺν ἁλσί, διαφορεῖ χοιράδας, etc. H.

t. Decoctae) Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν . . . πρὸς ἐμμήνων ἀγωγὴν εὔθετεῖ. Dioſc. l. c. H.

v. Articularios) Hoc folia

morſus. Prodeſt *x.* dyſentericis veteribus, et coeliacis, et orthopnoicis, lienibus, hulceribus thoracis. Caligines oculorum ſucco cum melle inungi eximium habetur.

LXXXVII. Melilotos quoque oculis *y.* medetur cum [1] luteo oui, aut lini ſemine. Maxillarum quoque dolores lenit: et *z.* capitis cum roſaceo: item *a.* aurium e paſſo, quaeque in manibus [2] intumeſcunt, vel erumpunt. Stomachi *b.* dolores in vino decocta, vel cruda tritaque. Idem *c.* effectus [3] et ad vuluas. Teſtes *d.* vero, et ſedem prociduam, quaeque ibi ſint [4] vitia, recens ex aqua decocta, vel ex paſſo. Adiecto roſaceo illinitur ad car-

1. *cum lacte, aut cum lini.* Gr. et *Al.* 2. *intumeſcant, vel rumpant.* Ch. 3. *eſt ad.* V. 4. *vitia. Recenti, etc. paſſo, adiecto roſ. Illinuntur carcin.* M.

lio praeſtare cum ſale impoſita dicit Dioſcor. l. c. et contra canis rabidi morſus eadem cum vino pota prodeſſe. H.

x. Prodeſt.) Dioſcor. l. c. H.

y. Oculis medetur cum lacte aut cum lini ſemine) Scribe, *oculis medetur cum luteo oui aut lini ſemine.* tum ex antiquo exemplari, tum ex Dioſcoride libro tertio ad verbum *Pint.*

Cum) Vide N. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Melilotos)* Prius legebatur, *cum lacte, aut cum lini ſemine.* At R. 1. *cum luteo* R. 2. *cum luteo oui ante lini ſemine.* Quae certiſſima ſincerae ſcripturae veſtigia. Adde Dioſc. III. 48. de meliloto. Δύναμιν ἔχει μαλακτικὴν πάσης φλεγμονῆς, μάλιςα δὲ περὶ ὀφθαλμοὺς, . . . ἐνίοτε δὲ μετ' ὠοῦ λεκύθου, ἢ λινοσπέρμου. Melilotum ad caligines, obſcuritates et ſuffuſiones oculorum commendat pariter Theod. Priſc. I. 10. *de oculorum cauſis.* H.

z. Et) Dioſc. III. 48. Καὶ κεφαλαλγίαν πραΰνει ἐμβρεχόμενος μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου. H.

a. Item) Dioſc. l. c. H.

b Stomachi) Dioſc. l. c. H.

c. Idem effectus) Dioſcor. l. c. H.

d. Teſtes) Dioſc. l. c. H.

carcinomata. Deferuescit in vino *e.* dulci. Peculiariter *f.* et contra meliceridas *g.* efficax.

LXXXVIII. (XXI.) Trifolium *h.* scio credi praeualere contra serpentium ictus et scorpionum, ex vino aut posca, seminis granis viginti potis: vel foliis, et tota herba decocta: serpentesque numquam in trifolio aspici. Praeterea [1] celebratis auctoribus, contra omnia venena pro antidoto sufficere [2] xxv. grana eius, [3] quod minyanthes *i.* ex eo appellauimus, tradi. Multa alia praeterea in remediis eius, adscribi. Sed me contra sententias eorum grauissimi viri auctoritas mouet. Sophocles enim Poeta venenatum id dicit. Simus *k.* quoque

1. *a celebr. V.* 2. *XXXV. Ch.* 3. *quod menianthes appell. V.*

e. Vino dulci) Passo ad morbos supra recitatos. *Dalecampius.*

f. Peculiariter) Dioscor. l. c. Θεραπεύει καὶ μελικηρίδας, etc. H.

g. Meliceridas) Recentes per se cum aqua, Dioscorid. *Dal.*

h. Trifolium) Vide Auctorem libri de simpl. med. T. XIII. Opp. Gal. p. 1002. Dioscoridem quoque III. 123. Et quae de trifolio acuto refert Scrib. Larg. comp. 163. H.

i. Minyanthes) Menyanthes, quidem ideo dictum volunt, quod integro mense floret: quidam quod ad Lunae radios florem mittat: alii, quod floris foliola veluti lunata et falcata sint. Vide supra cap. 9. huius Libri. *Dal.*

Minyanthes) Μινυάνθὲς Galeno, de fac. simpl. med. VIII. p. 236. qui quae sit eiusce vocis originatio nescire se fatetur. Forte a minuendo dolore: ἄνθος enim *florem*, μινύω *minuere* Graece sonat. H.

k. Simus quoque medicus decocti) Tradunt quidam (ait Dioscorides) totius fruticis decoctum dolores finire illorum, quos serpentes percusserunt. At si eodem decocto cuiuspiam alius foueantur vlcera, perinde affici, ac si serpens momorderit.

Mi-

que [1] e medicis, decocti, aut contriti succum infusum corpori, easdem *l.* [2] vredines facere, [3] quas si percussis a serpente imponatur. Ergo *m.* non aliter vtendum eo, quam contra venena, [4] censuerim. Fortassis enim et his venenis inter se contraria sit natura, sicut multis aliis. Item animaduerto, semen eius, cuius minima sint folia, vtile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam, in facie illitum.

LXXXIX. Thymum colligi oportet in flore, et in vmbra siccari. Duo *n.* autum sunt genera eius: candidum, radice lignosa, in collibus nascens, quod et praefertur: alterum nigrius, florisque *o.* nigri.

1. *Sic ex* MSS. *Hard. ex melicis M. e medicis. Ch. Simus quoque medicus Gr. et Al.* 2. *aegritudines facere quasi percussis. M.* 3. *quasi. Ch.* 4. *censuerunt. M.*

Miraculi nouitatem non satis Plinius explicat. Vide Galenum Lib. de Theriaca ad Pisonem. Idem fere narrat Aelianus de phalangiorum morsu, c. 11. L. XVII. de animalibus. *Dal.*

Simus) Simo Galenus adstipulatur, L. de theriaca ad Pis. c. 4. p. 935 H

l. Easdem) Eosdem pruritus. H.

m Ergo non aliter vtendum eo, quam contra venena, etc.) Scribendum *Ego*, non *Ergo*, ex vet. cod. *Pint.*

n. Duo autem sunt genera eius) Plinius suo iudicio, et non veterum scriptorum, haec statuit. Dioscoridi et Theophrasto vnicum est thymi genus, foliis albis, quod in capillo florem habet. Nigrum vero zygis est. Inconsiderate Plin. eius thymi florem nigrum esse putat, quod nigrum a Graecis vocari, praecipue a Theophrasto, legerat. Flos quidem in eo genere thymi subpurpureus est. *Dal.*

o. Florisque) Hoc est, purpurascentis, πορφυρίζοντος, vt ait Diosc. III. 44. atque adeo in nigredinem vergentis, vt violae. H.

nigri. Vtraque *p.* oculorum claritati multum conferre exiſtimantur, et in cibo, et in medicamentis. Item [1] diutinae tuſſi: in ecligmate faciles exſcreationes [2] facere cum *q.* aceto et ſale. Sanguinem *r.* concreſcere non pati e melle: Longas faucium diſtillationes extra illita cum ſinapi, extenuare: item *s.* ſtomachi et ventris vitia. Modice his tamem vtendum eſt, quoniam excalfaciunt, quamuis ſiſtunt aluum: quae ſi exhulcerata ſit, denarii pondus in ſextarium aceti et mellis addi oportet. Item [3] ſi *t.* lateris dolor ſit, aut inter ſcapulas, aut in thorace. Praecordiis medentur ex aceto cum melle: quae potio datur et in [4] alienatione mentis melancholicis. Datur *v.* et comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt et dor-

1. *diutina tuſſi in ecligm.* V. *tuſſi ecligmate.* Gr. *et* Al. 2. *facere. Cum aceto et ſale ſang. conc. non patitur. Et melle longas, etc. extenuat.* V. 3. *Sic ex* MSS. H. *et* Ch. *lateralis* Gr. *et* Al. 4. *elationem.* Ch.

p. Vtraque oculorum) De thymo tantum albo id Dioſcorides. *Dal.*

Vtraque) Dioſc. l. c. Ἀμβλυωποῦντας ἐσθιόμενον σὺν τροφῇ ὠφελεῖ. *Hebetiore oculorum acie praeditis in cibo confert.* Sic etiam Plin. Val. IV. 35. de vtroque thymo. H.

q. Cum aceto et ſale) Dioſcoridi cum ſale et aceto potum pituitam per aluum detrahit: cum melle in ecligmate faciles exſcreationes facit. *Dal.*

Cum aceto) Cum melle, Dioſc. l. c. Cum vino Marc. Emp. c. 17. p. 23. H.

r. Sanguinem) Dioſc. l. c. Καταπλασθὲν μετ' ὄξους αἵματος θρόμβους διαλύει. H.

s. Item) Quoniam cum ſale et aceto potum, vim habet pituitam per aluum detrahendi, inquit Dioſcor. l. c. H.

t. Lateralis dolor ſit) E flatu melancholico. Dioſcor. *Dal.*

v. Datur) Scrib. Larg. comp. med. c. 2. n. 15 *Ad recentem comitialem morbum* cito

dormire eos oportere in molli thymo. Prodest *x.* et orthopnoicis, et [1] anhelatoribus, mulierumque mensibus [2] retardatis. Vel *y.* si emortui sint in vtero partus, decoctum in aqua ad tertias. [3] Et viris vero contra *z.* inflationes cum melle et aceto. Et si venter [4] turgeat, testesue, [5] aut *a.* si vesicae dolor exigat, e vino tumores et impetus *b.* tollit, impositum. Item *c.* cum aceto callum et verrucas. Coxendicibus *d.* imponitur, cum vino: articulariis

1. Sic ex MSS. H. anhelationi Gr. et Al. 2. retardatis vel si, etc. 3. Et, in M. d. 4. tumeat. V. vrgeat. Ch. 5. Sic ex MSS. H. et Ch. aut vesicae. Gr. et Al. 6. Sic ex MSS. H. et Ch. coxendicibus imponitur. et articularibus morbis Gr. et Al.

cito proficit: ad veterem tardius: thymi albi X. P. III. ex aceti cyathis tribus, et mellis boni pondo vncia: vt dilutum ieiunus bibat per dies XLV. H.

x. Prodest orthopnoicis et anhelationi) In eodem non *anhelationi*, sed *halenatoriis*: vt legendum putem *anhelatoribus*. Pint.

Prodest et orthopnoicis et anhelationi) Voss. *et hanelatoris*. Scribe, *anhelatoribus*. Puta πνευματίαις. L. XXII. 34. *Anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur* Lib. XXIII. 7. *Vesicae semper vtilis et anhelatoribus ac suspiriosis.* Hoc quoque Pintianus. *Gron.*

Prodest) Dioscor. III. 44. et Gal. de Fac. simpl. med. VI. p. 178. H.

y. Vel) Diosc. et Galen. ll. cc. Plin. Valer. IV. 35. *Emortuos partus extrahit.* H.

z. Contra inflationes) De epithymo hoc Dioscorides. *Dal.*

a. Aut) Vrinam ciere thymum produnt Diosc. et Gal. ll. cc. H.

b. Impetus tollit impositum) Humorum fluentium et breui phlegmonem excitaturorum irruptiones et epiphoras. *Dal.*

Et impetus) Quas Graeci ἐπιφορὰς appellant, de quibus XX. 26. H.

c. Item) Et haec pariter Diosc. l. c. H.

d. Coxendicibus imponitur et articularibus) Sic Gelenius. Vossianus: *coxendicibus imponitur*

lariis morbis, et luxatis, tritum ac lanae inſperſum ex [1] oleo. Dant et potionem articularibus morbis trium obolorum pondere in [2] tribus aceti et mellis. Et in faſtidio, tritum cum ſale.

 XC.

1. *oleo ambuſtis cum adipe ſuillo dant.* Ch. 2. *tribus aceti cyathis et melle.* V. *tribus cyathis aceti, et mellis.* Ch.

ponitur cum vino, articularis morbis et luxatis tritum ac lanae inſperſum ex oleo, ambuſtis cum adipe ſuillo. Pleraque horum iam in medium dederunt ex Chiflet. non *articularis*, in Andegau. quoque conſpicuum, quod reuocari flagitat *articulariis*, Pintiano iam notatum. Capite praecedenti: *articularios morbos ſedat.* Sic et Lib. XXII, 24 *item articulario morbo et neruorum infirmitate laborantibus.* Lib. XXV. 5. *podagris veteribus, articulariis morbis* L. XXVIII. 16 *Varicum dolores ſedat fimi vituli cinis cum lilii bulbis decoctus, addito melle modico: item omnia inflammata et ſuppurationes: ſed podagris et articulariis morbis, e maribus praecipue vitulis.* Ita enim ibi legendum. nam vulgo interiiciunt tria vocabula, *minantia. Eadem res,* quae MSS. ignorant. Continenter Voſſianus: *ſuppurationes et podagris.* Lib. XXXII. 4 *paralyſin et articularios morbos ſentientibus.* Et his quidem locis ſalui etiam vulgati codices. Sed et ſic legendum Lib. XXII. 13. *Articulariis morbis et podagris plurimi.* Lib. XXIII. 1. *Item carbunculis, articulariis morbis.* Et cap. 3. *podagris incipientibus, item articulariis morbis.* Et 9. *articulariis morbis et collectionibus.* Lib. XXVIII. 9. *in lepris, elephantiaſi, articulariis morbis.* Lib. XXXI. 6. *in teneſmis articulariiſque morbis.* Lib. XXXII. 9. *podagris articulariiſque morbis vtile eſt oleum.* Omnibus enim his locis praeſtantiſſimus liber *articularis.* Sic et eodem c. 9. L. XXXII. *morbo regio, articulario, inflationibus*, eaedem membranae, vbi vulgo, *articulari.* Denique ſtatim poſt verba e cap. 21. huius libri propoſita: *Dant et potionem articulariis bonis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti et mellis, in faſtidio tritum cum ſale.* Sic MSS. Forte, *articulariis nouis.* Gron.

Coxendi-

XC. Hemerocalles *e.* pallidum e viridi et molle folium habet, [1] radice *f.* odorata atque bulbosa: quae *g.* cum melle imposita ventri, [2] aquas pellit, et sanguinem etiam inutilem. Folia *h.* epiphoris oculorum, mammarumque post partum doloribus illinuntur.

XCI. Helenium [3] ab Helena, vt *i.* diximus, natum, fauere creditur formae: cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Praeterea putant vsu eius quamdam [4] gratiam iis veneremque conciliari. Attribuunt et hilaritatis effectum eidem potae in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud praedicatum *k.* ab Homero

1. *radice odoratam atque bulbosam. M.* 2. *Sic ex MSS. Hard. et Ch. aquam Gr. et Al. vulgg.* 3. *ab Helenae, vt diximus, lacrymis natum V. et sic cap. 10. huius Libri.* 4. *ita gratiam his. Ch.*

Coxendicibus) Diosc. l. c. Καὶ ἰσχιαδικοῖς μετ' οἴνου καὶ ἀλφίτων ἐπιτεθὲν ἁρμόζει. H.

e. Hemerocalles) Iisdem fere verbis describitur a Dioscoride III. 137. Ἡμεροκαλλὶς φύλλα ἔχει καὶ καυλὸν ὅμοια κρίνῳ, χλωρὰ δὲ ὥσπερ πράσα. *Caulem ac folia lilii habet, porri instar virentia.* Lilium est rubrum miniatum seu Byzantinum Clusii hist. rar. pl. II. p. 131. Est et in horto Eystettensi, ibi Hemerocallis Chalcedonica appellata. Vidimus in horto Regio. H.

f. Radice odorata) Εὐμεγέθη magna. Plinius legit εὐώδη odorata. *Dal.*

g. Quae) Cum melle lana subdita in pesso adhiberi Diosc. praecipit, l. c. Ῥίζα λεῖα ποθεῖσα, καὶ σὺν μέλιτι ἐν ἐρίῳ προστεθεῖσα, πεσσός ἐστιν ὑδραγωγὸς καὶ αἱμαγωγός. H.

h. Folia) Diosc. l. c. H.

i. Vt diximus) Sect. 33.

k. Ab Homero) Locus est Odyss. δ. Αὐτίκα γὰρ εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. *Dal.*

Ab Homero) Odyss. δ', v. 221. Esse vero nepenthes, quam

mero, [1] quo triſtitia omnis aboleatur. Eſt *l.* autem ſucci *m.* praedulcis. Prodeſt et orthopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota. Eſt autem candida intus et *n.* dulcis. Bibitur et *o.* contra ſerpentium ictus ex vino. Mures quoque contrita dicitur necare.

XCII. Abrotonum *p.* duorum traditur generum, campeſtre ac montanum: hoc *q.* feminam, illud

1. Sic et V. quod eo tr. o. aboleretur. Alii V. quod Gr. et Al.

quam ſubſequuta aetas bugloſſon vocauit, nos borraginem, Plutarch. innuit, Symp. I. qu. 1. p. 614. Nos plane affirmamus, vel eo ducti argumento, quod vis bugloſſo plane par adſcribitur a ſummis viris, vt dicturi ſumus L. XXV. 40. Nam in vinum deiecta animi voluptates auget, atque ex ea re vocatur et εὐφρόσυνον. H.

l. Eſt autem) Helenium ſcilicet. Quare et nectaream appellauere alii, et ex ea vinum nectarites concinnatum olim, vt Plinius ſuperius adnotauit, XIV. 19. H.

m. Succi praedulcis) Hoc falſum, ſi de inula Plinius ſcripſit. Suſpicor Plinium aut libertum eius ſcribam, reddere voluiſſe quod Dioſcorides ait, Helenium paſſo conditum ſtomacho vtile eſſe, ac ſalgamarios radicem parum ſiccatam, decoctam, refrigeratam, in ſapam coniectam recondere. Inulas in horto Columella vocat *triſtes*, id eſt, ingratos, et inſuaues. Horat. Satyr. 6. amaras, — *inulas ego primus amaras*, etc. Dal.

n. Et dulcis) Hoc falſum. *Dal.*

o. Et contra ſerpentium ictus ex vino) Dioſcorides id de Helenio ſecundo. *Dal.*

p. Abrotonum) Schol. Nicandri in Ther. p. 9. Τοῦ ἀβροτόνȢ δύο γένη εἰσί· τὸ μὴ κηπεύσιμον, τὸ δὲ ὀρεινόν. Dioſcor. III. 29. duo genera pariter agnoſcit, marem, feminamque: illud Galaticum, iſtud vero Siculum. H.

q. Hoc feminam, illud marem intelligi volumus) *Hoc feminam, illud marem intelligentibus volunt*, vetus codex legit: vt putem ſcribendum, *Hoc marem, illud feminam*

illud marem intelligi volumus. Amaritudo *r.* absinthii in *s.* vtroque. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. Vsus *t.* [1] et foliis, sed maior semini ad excalfaciendum: ideo neruis vtile, tussi, orthopnoeae *v.*, conuulsis, ruptis, lumbis, vrinae angustiis. Datur bibendum *x.* manualibus fasciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur et semen tusum in aqua drachmae pondere. Prodest *y.* et vuluae. Concoquit *z.* panos cum farina hordeacea, et *zz.* oculorum [2] inflammationibus illinitur, [3] cum cotoneo malo

1. *Sic ex* MSS. *H. vsus est et foliis . . . orthopnoicis Gr et Al.* 2. *inflammationi. Ch.* 3. *Sic ex* MSS. *Hard. et Vet. cotoneo malo cocto. Ch. cotoneo malo concocto Gr et Al.*

minam intelligi auctores volunt. Pint.

r. Amaritudo) Feminae quidem hanc inesse prodidit Diosc. l. c. H.

s. In vtroque) In femina candorem foliorum cum seriphio Dioscorides comparat: in mare ramorum gracilitatem cum absinthio. *Dalecampius.*

t. Vsus est et foliis) Voss. vnicus: *Vsus et foliis* sine verbo. Dein, *orthopnoeae vulsis.* Lege: *orthopnoeae, conuulsis.* Gron.

Vsus) Diosc. l. c. et Galenus de fac. simpl. med. VI. I. p. 145. H.

v. Orthopnoeae) His quoque morbis reliquis medetur abrotonum Diosc. admonet l. c. H.

x. Manualibus) Qui manum impleant. H.

y. Vuluae) Mensibus et suppressis et remorantibus. Dioscor. *Dal.*

Prodest) Mensibus commorantibus, ἐμμήνων ἐπισχέσει, Diosc. l. c. H.

z. Concoquit) Diosc. l. c. et Galen. totidem verbis de fac. simpl. m. VI. p. 146. H.

zz. Oculorum inflammationi illinitur) Hic subito media pagina sistunt Gudianus, Andeg. Menapius reliquo eiusdem aliquot paginarum siue columnarum, vt vocant, spatio vacuo. Desunt omnia, quae hinc continuantur vsque ad Lib. XXII. cap. 21. extremum, vbi est: *purgatiores* (sic enim iidem pro *pugna-*

malo cocto. Serpentes *a.* fugat. Contra ictus earum bibitur cum vino, illiniturque. Efficacissimum contra ea, quorum veneno tremores et frigus accidunt, [1] vt scorpionum et phalangiorum: et contra venena alia pota prodest, et *b.* quoquo modo algentibus, et ad extrahenda ea, quae [2] inhaerent corporibus. Pellit *c.* et interaneorum mala. Ramo eius, si subiiciatur puluino, Venerem stimulari aiunt: efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeatur.

XCIII. (XXII.) Leucanthemum suspiriosis medetur, duabus partibus aceti permixtum. Sampsuchum *d.* siue amaracum, in *e.* Cypro laudatissimum et odoratissimum, scorpionibus aduersatur, ex aceto ac sale illitum. Menstruis *f.* quoque multum confert impositum. Minor est eidem poto vis. Cohibet *g.* et oculorum epiphoras cum polenta. Succus *h.* decocti tormina discutit. Et *i.* vrinis

1. *et.* *Ch.* 2. *inhaereant.* *Ch.*

pugnatiores) *fieri putant in cibum eorum additis, pecorique esse vtilissimos.* Gron.

a. Serpentes) De serpentibus, phalangiis ac venenis eadem tradit Diosc. l. c. post Nicandrum in Ther. p. 7. H.

b. Et) Etiam periodicis febrium rigoribus, inquit Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 145. H.

c. Pellit) Galenus l. c. ἕλμινθας ἀναιρεῖ. Item Aelian. H. A. IX. 33. H.

d. Sampsuchum) Diosc. III. 47. totidem verbis. H.

e. In Cypro) Et Cyzico. Dioscorid. *Dal.*

f. Menstruis) Trahendis, in pesso subditum Dioscor. *Dal.*

Menstruis) In pesso subditum, ἐν προσθέτῳ, Diosc. l. c. H.

g. Cohibet) Dioscor. l. c. H.

h. Succus) Diosc. l. c. H.

i. Et vrinis) Dioscorides l. c. H.

vrinis et hydropicis [1] vtile. Mouet et aridum ſternutamenta. Fit *k.* ex eo [2] et oleum, quod ſampſuchinum *l.* vocatur aut amaracinum, ad *m.* excalfaciendos [3] molliendoſque neruos: et vuluas [4] calfacit. Et *n.* folia ſugillatis cum melle, et luxatis cum cera proſunt.

XCIV. (XXIII.) Anemonas *o.* coronarias tantum diximus: nunc reddemus et medicas. Sunt *p.* qui

1. vtilis. V. 2. Sic ex MSS. Hard. et Ch. ex eo oleum Gr. et Al. 3. molliendos Gr. 4. calfacit, in V. d.

k. Fit) Seorſim ac diuerſis capitibus de amaricino oleo, et ſampſuchino Dioſcorides egit: ac de iſto quidem, cap. 58. et de illo, cap. 68. libri primi: non quod amaracum a ſampſucho differre velit: ſed quod vnguenta ea concinnandi modos tradat geminos: quos vt confectionis genere, ſic et appellatione ſecerni voluit. H.

l. Sampſuchinum) Et amaracini et ſampſuchini deſcriptio exſtat apud Dioſcorid. *Dal.*

m. Ad exc.) Dioſc. I. 68. H.

n. Et folia) Haec totidem fere verbis Dioſc. III. 47. H.

o. Anemonas) Anemonem Ouid. Metamorphoſeon X. *Adonidis florem* his verbis appellare videtur: — *ſic ſata cruorem Nectare odorato ſparſit, qui tactus ab illo Intumuit; ſicut fuluo pellucida caelo Surgere bulla ſolet, nec plena longior hora Facta mora eſt cum flos de ſanguine concolor ortus, Qualem quae lento celant ſub cortice granum, Punica ferre ſolent, breuis eſt tamen vſus in illis. Namque male haerentem, et nimia leuitate caducum Excutiunt iidem, qui perflant omnia venti.* Dal.

Anemonas) Sect. 38. H.

p. Sunt) Vide N. et Em. N. XXII. (hic poſ.) *Sunt*) Φρένιον. Sic ſane in Indice. Et MSS. R. Th. Ch. *fremion* habent. Vera tamen lectio Φαίνιον videtur. Nam Theocriti Schol. ad Idyll. έ v. 92. Σωσίβιος, inquit, τὰς ἀνεμώνας παρὰ Λάκωσι Φαινίδας καλεῖσθαι φησί. A ſplendore fortaſſis et coloris venuſtate, ἀπὸ τȣ̃ φαίνεσθαι. H.

qui [1] phrenion vocent. Duo *q.* eius genera: Silueſtris prima, altera [2] in cultis naſcens, vtraque ſabuloſis. [3] Huius *r.* plures ſpecies. Aut enim phoeniceum florem habet, quae copioſiſſima eſt: aut purpureum, aut lacteum. Harum *s.* trium folia [4] apio ſimilia ſunt. Nec temere ſemipedem altitudine excedunt, cacumine *t.* aſparagi. Flos *v.* numquam ſe aperit, niſi vento ſpirante: vnde et [5] nomen accepere. Silueſtri amplitudo maior, [6] latioribuſque foliis, flore phoeniceo. Hanc *y.*, errore

1. *phaenion*, *Vet.* *fremian.* *Ch.* *phenion* *Gr.* *et* *Al.* 2. *in*, *in* *Ch.* *d.* 3. *Sic* *ex* MSS. *H.* *et* *Ch.* *huiuſque* *Gr.* *et* *Al.* 4. *coriandro.* *Dioſc.* 5. *Sic* *ex* MSS. *H.* *accepit* *Gr.* 6. *Sic* *ex* MSS. *Hard.* *et* *Ch.* *latiora* *folia*, *flos* *phoeniceus.* *V.* *latioribus* *foliis* *Gr.* *et* *Al.*

q. *Duo*) Eadem leges pariter apud Dioſc. II. p. 207. Ἀνεμώνη διϭὴ, ἡ μὲν ἀγρία, ἡ δὲ ἥμερος Recentiores herbarii centum amplius genera norunt, vt diximus, ſ. 38. H.

r *Huius*) Satiuae ſcilicet, Dioſc. l. c. καὶ τῆς ἡμέρυ ἡ μέν τις φοινικᾶ φέρει τὰ ἄνϑη· ἡ γαλακτίζοντα, ἡ πορφυρᾶ. H.

s. *Harum*) Coriandro, quod eodem ferme recidit, Dioſc. l. c. et Oribaſius, Lib. XI. p. 190. Sed ſunt tamen apio, quam coriandro propiora. H.

t. *Cacumine*) Nec calyces habent anemonae, nec capita, ſeu vaſcula: ſed cacumen inſtar aſparagorum eſt. Οὔτε κωδίαν ἔχυσιν, ἀλλ᾽ οἱονεὶ ἀσπαράγυ ἄκρον. Dioſc. l. c. Vide iconem anemones primae apud Dodon. p. 431 H.

v. *Flos numquam ſe aperit, niſi vento ſpirante: vnde et nomen accepit)* Voſſ. *accepere.* Nempe anemonae, quarum de pluribus generibus loquutus eſt. *Gron.*

Flos) At noſtrae etiam tranquillo ſeſe aperiunt. Verius forſan nomen iis inditum, quod facile flos vento decutitur. Heſychius: Ἀνεμώνη, . . πᾶν φυτὸν ταχέως ὑπὸ ἀνέμων φϑειρόμενον. H.

x. *Silueſtri*) Dioſc. haec totidem verbis II. 207. H.

y. *Hanc*) Totidem verbis Dioſc. et Orib. ll. cc. H.

errore ducti, z. argemonem putant multi: alii rursus papauer, quod a. rhoean [1] appellauimus. Sed b. distinctio magna, quod vtraque [2] haec postea floret. Nec aut succum c. illarum anemonae reddunt, aut calyces habent, [3] nec nisi asparagi d. cacumen. Prosunt e. anemonae capitis doloribus et inflammationibus, vuluis mulierum, lacti f. quoque. Et g. menstrua cient cum ptisana sumptae, aut vellere appositae. Radix h. commanducata pituitam trahit, dentes sanat: decocta

1. *vocauimus.* Ch. 2. *est postea florens.* Ch. 3. *sed quasi.* V.

z. *Argemonem*) Hanc depictam vide apud Lobelium in Obss. p. 144. Est et in horto regio. Similis fere papaueri rhoeadi. Ceteras eius notas disce a Diosc. II. 208. Plinioque ipso, XXV. 56. H.

a. *Quod*) Lib. XIX. 53. H.

b. *Sed*) Eadem discrimina afferunt auctores mox appellati. Quod et argemone et rhoeas papauer serius florent: nec croceum, vt argemone, dum caulis conciditur: nec candidum, vt papauer succum reddit, etc. H.

c. *Succum*) Croceum, vt argemone candidum, vt papauer. *Dal.*

d. *Asparagi cacumen*) Tale cacumen: spectatur in planta, quam pro eranthemo Dodonaeus pingit c. 21. Lib. II. et in ea, quam pro buphthalmo idem monstrat cap. 22. libri eiusdem. *Dal.*

e. *Prosunt anemonae, etc.*) Succo naribus infuso purgant caput. Diosc. *Dal.*

Prosunt) Radicis succo naribus infuso valere Dioscorides ait l. c. ad purgandum caput: folia cum ptisana decocta, et in cibo sumta, fecunditatem lactis praebere. Habet haec etiam Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 157. H.

f. *Lacti quoque*) Folia et caules in cibo cum ptissana sumpti copiam lactis praebent. Diosc. *Dal.*

g. *Et menstrua*) Dioscor. l. c. H.

h. *Radix*) Diosc. et Galen. ll. cc. H.

cocta *i.* [1] oculorum epiphoras et cicatrices. *k.* Magi multum [2] quidem iis tribuere, quamprimum aspiciatur eo anno tolli iubentes: dicique, colligi eam tertianis et quartanis remedio. Postea *l.* alligari florem panno roseo, et in vmbra asseruari, ita quum opus sit [3] adalligari. Quae ex his phoeniceum florem habet, radice contrita, cuicumque animalium imposita, [4] hulcus facit *m.* septica vi. Et *n.* ideo expurgandis hulceribus adhibetur.

XCV. (XXIV.) Oenanthe *o.* herba nascitur in petris, folio *p.* pastinacae, radice magna, numerosa.

1. *Sic ex MSS. Hard. oculorum epiphoras. Gr. et Al.* 2. *quidam iis trib. quam primum aspiciunt. V. cum primum aspicientur. Alii. V.* 3. *alligari. V.* 4. *vlcerum facit styptica vi. Ch.*

i. Decocta oculorum epiphoras) Adde duo verba, *et cicatrices*, ex vetusto exemplari: *Decocta oculorum epiphoras et cicatrices.* Pint.

Decocta) Decocta in passo, ἐν γλυκεῖ. Diosc. l. c. De cicatricibus Gal. l. c. ἕλκας λεπτύνει. Has voculas, *et cicatrices*, ex MSS. addidimus. H.

k. Magi multum quidem iis tribuere) Notant in margine *quidam*, vt et in Academico est; sed Vossianus *multum quiddam.* Sic L. XXII. 2. *immensum quiddam et hinc sumpsere.* Gron.

l. Postea alligari florem panno roseo) Non *roseo* in eodem, sed *russeo* legitur. *Dal.*

m. Septica) Σηπτικὴ δύναμις, vis putrefaciendi Cels. VII. 21. *Medicamenta, quae sic exedunt, ne erodant, σηπτικὰ Graeci vocant.* H.

n. Et ideo) Galen. l. c. H.

o. Oenanthe herba etc.) Apud Athenaeum Lib. X. canes inebriantur esu τῆς οἰνέττης. Lego, τῆς οἰνάνθης. Eo tamen nomine fortassis τὴν ὀνάγραν Dioscoridis significat. *Dal.*

Oenanthe) Filipendula Dodon., p. 56. Oenanthe staphylini folio Io. Bauhini, T. III. p. 191. Diosc. III. c. 135. Οἰνάνθη . . . τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὥσπερ σταφυλῖνος, etc. De forma oenanthes ac viribus eiusdem, paria prorsus cum Plinio tradit. Radicem ad stranguriam adhibet Apuleius cap. 54. tit. 1. H.

p. Pastinacae) Staphylini, Dioscor. *Dal.*

rosa. *q.* Caulis eius et folia cum melle ac vino nigro pota, facilitatem pariendi praestant, secundasque purgant. Tussim e *r.* melle tollunt: vrinam cient. Radix et vesicae *s.* vitiis medetur.

XCVI. (XXV.) [1] Heliochrysum *t.*, quod [2] alii chrysanthemon vocant, ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotono similia: ad Solis repercussum, aureae lucis in orbem veluti [3] corymbis dependentibus, qui numquam marcescunt: qua de causa Deos *v.* coronant illo, quod diligentissime seruauit Ptolemaeus rex Aegypti. Nascitur *x.* in fruteCtis. Ciet *y.* vrinas e vino pota, et

1. *Helichrysum, Alii. chrysanthum. Ch.* 2. *alii amaranthum. Dioscor.* 3. *corymbis ad solis repercussum veluti aurem lucis in orbem dependentibut. V.*

q. Numerosa) Dioscoridi radix non est numerosa, sed in numerosa rotunda capitula extuberat. Alia est oenanthe coronaria Theophr. supra memorata, cap. II. huius libri, flore albo, racemoso, labruscae simili. Obseruandum oenanthen significare nunc herbam hic descriptam: nunc coronarium florem modo memoratum, quem nostrum lilium conuallium esse puto: nunc labruscae florem. *Dal.*

r. E melle tollunt) Mulso, Dioscor. *Dal.*

s. Vesicae vitiis medetur) Stranguriae, Diosc. *Dal.*

t. Heliochrysum) De quo iam superius s. 38. Dioscor. iisdem fere verbis IV. 57. Ἑλίχρυσον, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀμάραντον καλοῦσιν, ᾧ καὶ τὰ εἴδωλα στεφανοῦσι· ῥαβδίον λευκὸν, χλωρὸν . . . φύλλα στενὰ ἐκ διαστημάτων ἔχον πρὸς τὰ τοῦ ἀβροτόνου· κόμην κυκλοτερῆ, χρυσοφανῆ, σκιάδιον περιφερὲς, ὥσπερ κορύμβους ξηροὺς etc. H.

v. Deos coronant illo) Hoc fit etiam hodie a rusticis nostris. *Dal.*

x. In fruteCtis) Asperis, et torrentium alueis. Dioscor. Plinius legit, δρυμώδεσι. *Dal.*

Nascitur) Dioscor. l. c. φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ χαραδρώσεσι τόποις, *in asperis, et salebrosis.* Interpres

et menses. Duritias et inflammationes discutit. Ambustis *z.* cum melle imponitur. Contra *a.* serpentium ictus, et *b.* lumborum vitia bibitur. Sanguinem *c.* concretum ventris [1] aut vesicae absumit cum mulso. [2] Folia eius trita trium obolorum pondere sistunt profluuia *d.* mulierum in vino albo. Vestes *e.* tuetur odore non ineleganti.

XCVII. (XXVI.) Hyacinthus *f.* in Gallia [3] maxime prouenit. [4] Hoc *g.* ibi fuco hysginum tingi-

1. *ac. Dal.* 2. *Sic ex MSS. Hard. et Ch. folia eius trium obolorum Gr. et Al.* 3. *eximie. Gr. et Al.* 4. *Hoc ibi loco hyginum tingunt. Ch. vnde quidam, Hoc ibi locorum hysginum tingunt. Hoc ibi pro cocco hysg. Gr. et Al.*

pres Oribasii XI. p. 196. *in asperis et aquosis conuallibus.* H.

y. Ciet) *Diosc. l. c.* H.

z. Ambustis cum melle imponitur) Ex Theophrasto χρῶνται δ' αὐτῷ πρὸς τὰ δακετὰ ἐν οἴνῳ, καὶ πρὸς τὰ πυρίκαυςα, κατακαύσαντες, καὶ μίξαντες μέλιτι. *Dal.*

Ambustis) Theophr. Hist. IX. 21. H.

a. Contra) Theophr. l. c. Χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ δακετὰ ἐν οἴνῳ. *Vsus illius ad serpentium morsus e vino.* Diosc. quoque l. c. H.

b. Et lumborum) Diosc. l. c. H.

c. Sanguinem) Haec iisdem verbis Diosc. l. c. H.

d. Profluuia) Diosc. l. c. Ἴσχει δὲ καὶ κατάῤῥουν, ὅσον τριώβολον νήστει δοθεῖσα ἐν κράματι οἴνου λευκοῦ. *Sistit et destillationes trium obolorum pondere ieiunis potui data in vino albo diluto.* Alios sequutus auctores Plinius videtur, aut κατάῤῥουν perperam pro mulierum fluxu accepisse, quum ea vox destillationem pituitae, et catarrhum significet. H.

e. Vestes) Vestibus interponi ait Diosc. l. c. vt eas a teredinum iniuriis tueatur. H.

f. Hyacinthus in Gallia, etc.) Lege, *Hyacinthus in Gallia eximie prouenit. Hoc ibi locorum Hysginum tingunt, etc.* Vide *Salmas* pag. 272. b. *et* 1225. a. b. *Hyacinthus in Gallia, etc.*) Plinius inepte hic appellat hyacinthum arborem, quam c. 18. L. XVI. Vacci-

tingitur. Radix *h.* est bulbacea, [1] mangonicis *i.* vena-

1. *mangoniis venalitiorum. V.*

Vaccinium nominauit, e cuius fructus succo purpura tingitur. Vide quae infra adnotata sunt cap. 5. Lib. XXXVI. Legendum: *hoc ibi, e rubia pro cocco, hysginum tingitur.* nempe color similis hysgino vero, quod fit primum e cocco, deinde e Tyria purpura. Supra Libro IX. capite 41. Quin et Vaccinium ipsum etiam hysginum vocatur. *Dal.*

Hyacinthus) Hyacinthus iste, vacciniumue Gallicum, quo hysginum vel purpura inficitur, gladiolus est, et hyacinthus, vt verbis Columellae vtar IX. 4. caelestis nominis, hoc est, qui et iris vocatur, vt ex Palladio liquet I. 37. nec tamen iris est, de qua diximus l. 19. quae radix medicinae tantum et vnguentis nascitur, non tingendis lanis: sed quam Galli Glaiutum vocant, quasi glodiolum, *du Glaieul.* Ita Anguillara part. IX. pag. 153. quos alii deinde sequuti sunt. Decepti vero errore omnes, qui nihil irin ab hyacintho differre censent. Hyacinthi porro Gallici tractationem Plinius nunc attingit obiter, vbi de vulgari tantum hyacintho agendum ex proposito videbatur; quod, vt ipse admonuit, XX. 45. saepe contexenda sunt ea quae sunt ex eodem nomine pendentia. H.

g. Hoc) Vide N. et Em. N. XXIII. (paulo post) Hysginum porro colos est affinis coccineo. *Hoc*) Parmensis editio, ceteraeque ante Hermolaum, atque adeo libri omnes manu exarati, R. Colb. Ch. Th. *Hoc ibi loco hysginum tingunt.* Reposuit Hermolaus, *hoc ibi pro cocco hysginum tingitur.* Nos certiore coniectura, *hoc ibi fuco hysginum tingunt.* Sic roseo fuco purpuram Catullus dixit in Argon. H.

h. Radix) Hyacinthi nimirum alterius, seu vulgaris, atque Italici, vt diximus XVI. 31. mancipiis sati. Lilium purpureum tertium Dodonaei videtur esse, p. 199. quam ille sententiam idoneis stabilit argumentis. Dioscorides Plinio suffragatur IV. 63. Ὑάκινθος φύλλα ἔχει ὅμοια βολβῷ.. ῥίζαν καὶ αὐτὴν ἐμφερῆ βολβῷ. Et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 237. Ὑακίνθου ἡ μὲν ῥίζα βολβοειδής. H.

i. Mangonicis) Ita MSS. omnes. Venalitii sunt venditores teste Nonio, c. 2. n. 919.

venalitiis pulchre nota: quae *k.* e vino dulci *l.* illita, pubertatem coercet, et non patitur erumpere. Torminibus et araneorum *m.* morsibus resistit. Vrinam impellit. Contra *n.* serpentes et scorpiones, [1] morbumque *o.* regium, semen eius [2] cum abrotono *p.* datur.

XCVIII. Lychnis *q.* quoque flammea illa aduersus serpentes, [3] scorpiones, crabrones, similiaque, bibitur [4] e vino semine trito. Siluestris eadem stomacho inutilis. Aluum *r.* soluit. Ad *s.* detrahendam bilem efficacissima duabus drachmis. Scorpionibus *t.* [5] adeo contraria, vt omnino visa

M 2 ea

1. *morborumque. Ch.* 2. *cum vino. Diosc.* 3. *et scorp. et crabr.* 4. *lini semine. Ch. vnde quidam, Cum lini semine, etc.* 5. *tam. Ch.*

919. testimonio ipsius Ciceronis in eam rem adducto. Mangonici venditores erant, negotiatores mancipiorum, qui pueros puellasque, quo facilius vendi possent, artificio quodam componere, atque horum aetatem tegere pubertate coercita solebant, vt vendibiliores essent. H.

k. Quae) Diosc. IV. 63. de radice hyacinthi: ἥ τις σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσα λευκῷ (vel γλυκεῖ) ἐπὶ παίδιον, ἀνήβους τηρεῖν πεπίστευται. Galen l. c. ἐν οἴνῳ tantum. H.

l. Dulci illita) Albo, Diosc. Dal.

m. Araneorum) Phalangiorum. Diosc. φαλαγγιοδήκτοις ὠφελεῖ. H.

n. Contra) Diosc. l. c. H.

o. Morbumque) Diosc. et Galen. abrotonum non adsciscunt: sed id solum, ἰκτερικοῖς δίδοται σὺν οἴνῳ. H.

p. Abrotono datur) Vino, Dioscor. Legit Plinius ἀβροτόνῳ pro οἴνῳ. Dal.

q. Lychnis) De qua s. 10. Habet eadem Dioscor. III. 114. H.

r. Aluum) Dioscorid. III. 115. H.

s. Ad) Per aluum scilicet, κατὰ κοιλίαν. Dioscor. l. c. H.

t. Scorpionibus) Dioscor. l. c. post Nicandrum in Ther. p. 64. cuius et Schol. vide p. 41. H.

ea torpescant. [1] Radicem eius Asiani boliten vocant: qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

XCIX. (XXVII.) Et vincaperuinca, [2] siue *v.* chamaedaphne, arida tusa hydropicis *x.* datur in aqua, [3] cochleari mensura, celerrimeque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere, sparsa vino, tumores siccat. Auribus succo medetur. Aluinis *y.* imposita multum prodesse dicitur.

C. Rusci *z.* radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, et *a.* tortuosiore vrina, vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, postremo mane decoqui: [4] ex eo sextarium vini cyathis duobus misceri. Sunt qui et crudam radicem

1. *Haec dimidia clausula in Ch. d.* 2. *siue daphnoeides. Dioscor.* 3. *cochlearis. Ch.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. et decocti sextarium. V. et ex ea. Gr. et Al.*

v. Chamaedaphne) Vincamperuincam nos quidem apud Dioscoridem etiam daphnoeides vocari legimus, sed non chamaedaphnen. Fallitur hic Plinius. *Dal.*

x. Hydropicis) De chamaedaphne cathartica, non autem, clematide, cuius adstringens facultas dysenterias et diarrhoeas cohibet, verum id est. Plinius haec ignoranter confundit. *Idem.*

y. Aluinis) Quibus aluus est fluida. H.

z. Rusci) Hoc iterum Plinius libro sq. 83. vbi de oxymyrsine, quae nihil a rusco differt. H.

a. Tortuosiore vrina) Molesta, torquente. Sic στραγγουρίαν reddit. Tortuosiore igitur, quae velut tortuosa exit, ob crassum humorem impactum vrinario meatui, vel ob hypersarcosin in vrinae via extumescentem, lotiique meatum impedientem. *Dal.*

Tortuosiore) Hoc est, vt ipsemet interpretatur, Lib. XXIII. 83. difficili vrinae, praecipue crassae: hoc est, turbidiori, atque adeo hominem torquenti, dum veluti, tortuosa exit. Diosc. IV. 146. simpliciter στραγγουρίαν dixit. H.

dicem tritam ex aqua bibant: et in totum [1] ad *b.* virilia, cauliculis [2] eius ex aceto tritis, nihil vtilius putant.

CI. Batis *c.* quoque aluum *d.* mollit. Illinitur podagricis [3] cruda et contusa. Acinon *e.* et coronarum causa et ciborum Aegyptii serunt. Eademque erat, quae ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset, et admodum odorata. Ciet *f.* [4] menses et vrinas.

CII. (XXVIII.) Colocasia *g.* Glaucias acria *h.* corporis leniri putauit, et stomachum iuuari.

1. *ad vrinam difficilem. V.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. eius in vino et aceto. Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *em. Hard. et Ch. tosta et contusa Gr. et Al.* 4. *et menses Ch.*

b. Ad virilia) Virilium morbos, praesertim vrinae difficultates, et calculos. *Dal.*

Ad virilia) Ad virilium morbos. Diosc. l. c. *ad vrinam.* H.

c. Batis) Haec rursum dicentur L. XXVI. 50. H.

d. Aluum mollit) Imo potius vrinam ciet. *Dal.*

e. Acimon) Diosc. III. 50. Ἄκινος, ἢ ἄκονος . . . πόα στεφανωματικὴ, παραπλησία ὠκίμῳ, δασυτέρα δὲ καὶ εὐώδης, παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κηπεύεται. Quid sit Dioscoridis ἄκινος nescire se fatetur Anguillara, part. XII. p. 206. Videtur esse ocimum silueftre pictum a Dodonaeo p. 279. H.

f. Ciet menses et vrinas) Dioscoridi vero menses et aluum pota sistit. *Dal.*

Ciet) Contra Diosc. l. c. ἵστησι, sistit. H.

g. Colocasia) Dioscor. II. 128. ad coeliacon, dysentericosque commendat: additque vim habere εὐστόμαχον. H.

h. Acria corporis leniri putauit) Dioscorides commendat ad dysentericos et coeliacos. *Dal.*

CIII. (XXIX.) Anthalii *i.*, quod Aegyptii edunt, nullum alium reperi vsum. *k.* [1] Sed est herba [2] anthyllion, quam alii [3] anthyllum vocant, duorum generum, [4] foliis *l.* et ramis lenticulae similis, [5] palmi altitudine, [6] sabulosis *m.* apricis nascens, subsalsa gustanti. Altera *n.* chamaepityi similis, breuior et hirsutior *o.*, purpurei floris, odore grauis, in saxosis nascens. Prior *p.* vuluis aptissima, [7] ex rosaceo ac lacte imposita *q.*, et vulneribus. Bibitur *r.* in stranguria, [8] reniumque [9] arenis,

1 Sic ex MSS. Hard. et Ch. Est et herba Gr. et Al. *2. anthyllis, quam alii anthyllion. Alii.* *3. Sic ex MSS. H. et Ch. anticellion Gr. et Al.* *4. Altera foliis. D.* *5. palmae. Ch.* *6. subsalsis Diosc.* *7. et ex v. Gr.* *8. Sic ex MSS. em. H. renumque doloribus Gr et Al.* *9. anseris. Ch. vnde quidam, vlceribus doloribus. Gr.*

i. Anthalii) Malinathallae, Theophrast. cap. 10. L. IV. histor. de qua supra. Ea est nostris, Thrasi. *Dal.*

k Sed est) Diosc. in Noth. p. 460 Ἀνθυλλίς, οἱ δὲ ἄνθυλλον, οἱ δὲ ἀνθεμίδα, οἱ δὲ λευκάνθεμον. H.

l. Foliis) Haec prior anthyllis descripta a Diosc. iisdem verbis, III. 153. ἡ μὲν γὰρ φακῷ παραπλήσια φύλλα ἔχει, etc. Delineata a Dodonaeo p. 542. H.

m. Sabulosis apricis nascens) Ὑφαλμύροις. Diosc. subsalsis. *Dal.*

Sabulosis, etc.) Diosc. l. c. Ἐν ὑφάμμοις τόποις, καὶ εὐηλίοις, γευομένῳ ὕφαλμος. H.

n. Altera) Sic Diosc. totidem verbis l. c. Galenus quoque de fac. simpl. med. VI. p. 157. et interpres Oribasii, f. 190. Est anthyllis chamaepityides minor Lobelii in obss. p. 208. scite admodum ibi delineata. Fruticat in aridis aruorum marginibus iuxta montem Pessulanum. H.

o. Hirsutior) Densior, δασυτέρα. *Dal.*

p. Prior vuluis) Vtraque inflammatis vuluis. Diosc. *Dal.*

Prior) Diosc. totidem fere verbis, l. c. H.

q. Imposita) Diosc. in pesso subdita, προστιθέμεναι. H.

r. Bibitur in stranguria renumque

nis *s.*, [1] tribus [2] drachmis. Altera *t.* bibitur in duritia vuluarum, et in torminibus, et in comitiali morbo, cum melle et aceto, quatuor drachmis.

CIV. (XXX.) Parthenium *v.*, alii [3] leucanthes, alii amnacum vocant. Celfus *x.* apud nos,

M 4

1. *quatuor. Diofc.* 2. *Drachmis. Bibitur item in V.* 3. *leucanthes, alii amnacum. Ch. leucanthemum, alii amaracum. Diofcor. leucanthem, alii thamnacum Gr. et Al.*

niumque doloribus) Chifletianus *anferis* pro *doloribus*, vnde quidam *vlceribus*, inquit Dalecampius. Voffianus quoque *reniumque anferis tribus drachmis.* Coniicio, *reniumque arenis* Sic Lib. XXII. 21. *Potum id pellit taenias et renium arenas.* Et fequenti, *lapides renium* Item, *calculifque et arenis pellendis et veficae pruritibus.* Lib. XXIII. 3. *Medentur enim arenofae vrinae* L. XXV. 13. *extrahere renibus arenam.* Semper autem codex optimus *renium* pro *renum*: plerumque et alii. Academicus quoque hic mutilus. Continuat enim: *impofita vulneribus bibitur etiam in duritia vuluarum.* Gron.

Bibitur) Diofc. l. c. fed quatuor drachmis bibi iubet. H.

s. Doloribus) Nephriticis Diofcor. *Dal.*

t. Altera) Diofc. et Galen. ll. cc. H.

v. Parthenium) Pofterior aetas matricariam appellauit, *Matricaire*, ou *Marone*. Delineatur a Dodonaeo p. 35. a Matthiolo in L. III. Diofcorid. p. 907. Vide N. et Em. N. XXIV. (hic adi.) *Parthenium)* Sic MSS. omnes, etiam in Indice: non, vt editi, *tamnacum.* Quamquam verius vtrobique forfan, *amaracum.* Nam Diofcor. III. 155. Παρθένιον, οἱ δὲ ἀμάρακον, οἱ δὲ λευκάνθεμον. Sic etiam interpres Oribafii, L. XII. 210. H.

x. Celfus apud nos) Perdicium, fiue muralium, etiam parthenium vocari, cum Celfo Diofcorid. teftatur. Verum parthenium quod hic defcribitur, et amaracum, fiue leucanthemum nominari Plinius ait, nufquam perdicii, vel muralii nomen habet. *Dal.*

Celfus) Lib. II. 33. *Herba muralis*, inquit *(parthenium, vel*

nos, perdicium, et *y.* [1] muralem. Naſcitur in hortorum ſepibus, flore *z.* albo, odore *a.* [2] mali, ſapore amaro. Ad *b.* inſidendum, [3] decoctum in duritia vuluarum, et inflammationibus. Sicca *c.* cum melle, et aceto [4] impoſita, bilem *d.* detrahit atram. Ob hoc contra *e.* vertigines vtilis, et *f.* calculoſis. Illinitur *g.* et ſacro igni: item ſtrumis, cum *h.* axungia inueterata. Magi contra tertianas

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. et Celſus multis locis. muralium . . . decoctae Gr. et Al.* 2. *malo. V.* 3. *decoquitur, V.* 4. *pota. Dioſc.*

vel perdicium appellant) reprimit ac refrigerat. Et parthenium iſtud ſane refrigerandi ac reprimendi habere vim inſitam, haud obſcure Dioſc. innuit, qui eryſipelatis et inflammationibus imponi iubet. Quamobrem immerito carpitur hoc loco a Barbaro Dalecampioque Plinius, perinde ac ſi parthenium iſtud cum altero cognomine confuderit. H.

y. Et) Sic MSS. R. et Ch. non *muralium.* Ita etiam Celſ. l. c. H.

z. Flore albo) Flore per ambitum candido, intus melino, odore ſubuiroſo. *Dal.*

Flore) Dioſc. ἄνθη λευκὰ κύκλῳ. Et vero a candore floris λευκανθὲς quoque ei nomen fuit. H.

a. Odore) Ita libri omnes. An *odore malo?* Nam Dioſcor l. c. ὀσμῇ ὑπόβρομον, Oribaſii interpres XII. f. 210. *odore ſubuiroſo.* H.

b. Ad) Ad inſidendum valet decoctum, in vuluarum duritiis et inflammationibus: τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, ἐγκάθισμα ὑστέρας ἐσκληρημένης καὶ φλεγμαινούσης ἐστίν. Dioſc. l. c. H.

c. Cum melle) Cum oxymelite, vel ſale pota epithymi modo. Dioſcor. *Dal.*

Sicca) Ita libri omnes. Sed Dioſcoridem vnum ſi audiamus, *pota* legendum, non *impoſita.* Δύναται δὲ ξηρὰ σὺν ὀξυμέλιτι, ἢ σὺν ἁλσὶ ποθεῖσα . . . φλέγμα καὶ χολὴν ἄγειν κάτω. Dioſcor. l. c. H.

d. Bilem detrahit atram) Bilem et pituitam. Dioſc. *Dal.*

e. Contra vertigines vtilis) Aſthmata. Dioſc. *Dal.*

f. Et calc.) Dioſc. l. c. H.

g. Illinitur) Dioſc. l. c. H.

h. Cum axungia inueteráta) Inflammationibus cum flore

tianas finistra manu euelli eam iubent, dicique cuius causa vellatur, nec respicere. Dein eius folium aegri linguae subiicere, vt mox in cyatho aquae deuoretur.

CV. (XXXI.) [1] Trychno *i.*, quam quidam [2] strychnon scripsere, vtinam nec *k.* coronarii in Aegypto vterentur, quos [2] inuitat [3] florum *l.* similitudo, in duobus eius generibus. [4] Quorum *m.* alterum,

1. *Sic ex* MSS. *em. Hard. et Ch. strychno. Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch trychnon. Gr. et Al.* 3. *inuitat ederae florem Gr. et Al.* 4. *foliorum Ch.* 5. *Praeter illa tertium, cui acini. V.*

flore Dioscor. Plinius legit pro σὺν τοῖς ἄνθεσι, σὺν ςέατι. *Dat.*

i. Trychno) Ita Galenus de fac. simpl. med. VIII. p. 237. Τρύχνον, ἔνιοι δὲ μετὰ τȢ σίγμα ςρύχνον ὀνομάζȢσιν. Solanum Latini vocant, teste Plinio, XXVII. 108. ex Celso. Hortense hoc prius a Dodonaeo pingitur, p. 451. Gallis, *Morelle*: Oribasio in MSS. cod. II. Τρύχνον τὸ ἐδώδιμον, ἐν τοῖς κήποις φυόμενον. Caelio Aureliano II. 7. *Vua lupina.* H.

k. Coronarii in Aegypto) Solo fructu Halicacabi coronarios vti, et cum coronis vti, et cum coronis intorquere, non autem hortensis vtriusque vel folio, vel flore, vel fructu, Dioscorides ait. *Dal.*

Nec) Alterum certe genus, quod halicacabum dicitur, adhiberi solitum in coronas, auctor est Galen. de facul. simpl. med. VIII. p 257. post. Diosc. IV. 72. H.

l. Florum) MSS. R. Colb. Chifl. *ederae foliorum*, verius. H.

m. Quorum) Secundum hoc solani genus, πυῤῥὸν ἔχον τὸν καρπὸν, ἐοικότα ῥαγὶ ςαφύλης κατὰ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος, inquit Galenus l. c. Theophr. Hist. IX. 12. καρπὸν dixit ἐρυθρότερον κόκκȢ. Diosc. IV. 72. Ἔςι δὲ καὶ ἕτερον ςρύχνον ὃ ἀλικάκαβον καλȢσιν, etc. Et in Nothis: ἀλικάκαβον, οἱ δὲ καλλιάδα. Crateuas apud Diosc. IV. 75. καλέαν vocat. H.

cui *n.* acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, alii callion. Nostri autem vesicariam *o.*, [1] quoniam vesicae *p.* et calculis prosit. Frutex est surculosus verius, quam herba: folliculis magnis, [2] latisque, et turbinatis, grandi intus acino, qui maturescit Nouembri mense. [3] Tertio *q.* folia sunt [4] ocimi *r.*, minime diligenter demonstrando *s.*, [5] remedia non venena [6] tractantibus: quippe

1. *quod. Ch.* 2 *laxisque. Ch.* 3. *Thrya. Thryon* ἔνιϱοι *vocat Theophrastus.* 4. *Sic ex* MS. *H. demonstranda Gr. et Al.* 5. *acimi. Ch. vnde quidam, acini.* 6. *Sic et Ch. tractandi Gr. et Al.*

n. Cui acini coccinei, granosi folliculi) Vetus exemplar, *cui acini coccinei granosi, in folliculis.* Forte legend. *cui acini cocci grano in folliculis.* Pint.

o. Vesicariam) Quemadmodum Graeci Φυσαλίδα vocant, quoniam intra folliculos orbiculatos vesicae similes fructum, siue grana, includit, καϱπὸν ἐν θυλακίοις πεϱιφέϱεσι ὅμοιον φύσσαις ἔχει. Diosc. l. c. Officinae Mauritanos sequutae *Alcaquengi* vocant, alii *Baguenaudes.* H.

p. Quoniam vesicae et calculis prosit) Vesicariam, Φυσαλίδα potius: quoniam inflatae vesicae folliculus similis est, qui fructum amplectitur. *Dal.*

q. Tertio) Tertio solani generi, quod Graeci θϱύον vocant. Dioscor. IV. 74. Στϱύχνον μανικὸν, ὅ ἔνιοι πεϱισσὸν, οἱ δὲ θϱύον ἐκάλεσαν. Τούτου τὸ μὲν φύλλον παϱαπλήσιόν ἐςιν εὐζώμῳ, etc. Solanum lethale Dodonaei p. 453. Italis *Belladonna.* H.

r. Ocimi) Εὐζώμϰ, non ὠκύμϰ, erucae. Diosc c. 74. L. IV. *Dal.*

s. Demonstranda remedia, non venena tractanti) Chifl. *tractantibus.* Subscribit Vossianus: sed habet praeterea *demonstrando*, vt referatur ad τὸ *tertio*, quod multo commodius. *Tertio* (generi strygni) *folia sunt ocimi, minime diligenter demonstrando remedia, non venena, tractantibus.* Confirmat vtrumque liber Academiae. *Gron.*

quippe insaniam facit, paruo quoque succo. *t.* Quamquam et Graeci auctores in iocum vertere. Drachmae *v.* enim pondere, [1] lusum *x.* pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginesque conspicuas obuersari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legitimam insaniam facere. Quidquid vero adiiciatur ponderi, repraesentari *y.* mortem. Hoc est venenum, quod innocentissimi auctores simpliciter dorycnion *z.* appellauere, [2] ab eo, quod cuspides in [3] praeliis tingerentur illo passim nascente.

1. *lusum cygni dixerunt. Ch. expuncto, pudoris.* 2. *quod eo cuspides V.* 3. *praelis. Ch.*

t. Succo) De radice. Diosc.

v. Drachma enim pondere) Lege: *Drachmae enim pondere lusum gigni dixerunt, species vanas,* etc. Salmas. 1086. b.

x. Lusum pudoris, etc.) Nam qui drachmae pondere sumunt, inter dormiendum cum formosis puellis viri, cum pulchris adolescentibus feminae, rem habere exercereque se Venerem somniant. Theophrastus habet, ὥτως ὥςε παίζειν, καὶ δεῖ ἐν ἑαυτῷ κάλλιςον εἶναι. Vt lasciuiat qui sumpsit, et sibi videatur formosissimus. Vide Lacunam in Diosc. c. de Solano. *Dal.*

Lusum) Hoc verborum ambitu viuas imagines notat, quibus exercere se Venerem somniant ii qui drachmas pondere solanum lethale biberint. Tamen in MSS. vox pudoris abest. H.

y. Repraesentari) Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 169. et VIII. p. 237. si quatuor drachmae bibantur. H.

z. Dorycnion appellauere) Vide Plutarchum opusculo περὶ ἀοργησίας. Aliud est dorycnium Diosc. *Dal.*

Dorycnion) Sic Apuleius c. 22. *Alii strychnon manicon, alii dorycnion, alii cacabon, Itali Apollinarem* vocant. Diosc. quoque in Alexiph. in praef. p. 401. et cap. 6. Στρύχνον μανικὸν ὃ καὶ δορύκνιον καλοῦσιν. Galen. denique κατὰ τόπ. X. 3 p. 637. Στρύχνου, οἱ δὲ δορυκνίου ῥίζης. Graecis δόρυ cuspis est et lancea. H.

a. Passim nascente) Inepte hoc Plinius. Rarissima planta

scente. Qui *b.* parcius [1] insectabantur manicon *c.* cogno-

1. *spectauerant.* *Gr. et Al.*

ta est, et hoc seculo nulli cognita. *Dal.*

b. Qui parcius spectauerant, manicon cognominauere.) In eodem non *spectauerant*, sed *inspectabant*, legas. Scribo, *Qui parcius in iis peccabant, manicon cognominauere:* vt per gradus crescat oratio; primo innocentissimi: deinde parcius peccantes: vltimo nequiter occultantes. Significat autem illud *in iis*, ex his auctoribus. *Pint.*

Qui parcius spectauerant, manicon cognominauere) Sic Hermolaus, quum esset, *spectabatur*, *magi cognominauere.* Pintiani liber, *inspectabatur*; ipse, *qui parcius in iis peccabant.* Chiffletius *inspectabant*, *manicon nominauere.* Vossianus *inspectabantur*, Academicus *spectabantur*: vterque autem et *manicon nominauere.* Fuit, opinor: *Qui parcius insectabantur, manicon nominauere.* Tria nomina noxiae ait herbae imposita: *innocentissimos auctores*, infamare illam voluerint, et quantum in ipsis erat, cauere, ne cui noceret, vocasse *dorycnion*: *qui nequiter occultabant* et virus eius ex nomine notum nolebant, *erythron* aut *neurada*: qui mediam sequuti sunt viam, vt non perterrerent vocabulo et tamen ostenderent subesse quid periculi, eos dixisse Μανικὸν, insaniam scilicet, non praesentem mortem, eius vsu metuendam significantes. *Gronouius.*

Qui parcius) Vide N. et Em. N. XXV. (hic coll.) *Qui)* Libri hactenus editi, post Hermolaum, *qui parcius spectauerant.* Prius in edit. Parm. *spectabatur.* At in R. 2. cod. *inspectabantur*; vnde nos extrita litterula; *insectabantur* rescripsimus. Tria fuisse nomina eius herbae ait primum quod innocentissimi scriptores indiderint, dorycnion, qui infamare eam voluere, et quantum in ipsis erat, cauere, ne cui noceret. Alterum, quod ii qui parcius insectabantur, et subesse tamen in eius vsu quiddam periculi admonebant, insaniam videlicet: Manicon igitur appellarunt. Postremum est, quod ab iis impositum, qui nequiter occultabant, et virus eius nosci appellato eius nomine nolebant: quare erythron illi, aut neurada dixere. H.

c. Manicon) Ἀπὸ τῆς μανίας, ab insania furiosa sic dicta,

cognominauere: qui nequiter occultabant; erythron, aut [1] neurada: vt *d.* nonnulli, perisson [2] cauendi causa curiosius dicendum. Quin *e.* et alterum genus, quod [3] halicacabon vocant, soporiferum est, atque etiam opio *f.* velocius ad mortem: ab aliis morion *g.*, ab aliis moly appellatum. Laudatum vero a Diocle et Euenore, Timaristo quidem etiam carmine, mira *h.* obliuione innocentiae:

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. neurada . . . ne cauendi quidem causa Gr. et Al.* 2. *in cauendi causa cur. Ch.* 3. *quod et halicac. Diosc.*

dicta, vel ἀπὸ τῦ μένειν. quod pertinax difficillime curetur: vel ἀπὸ τῦ μονῦσθαι, quod aegri solitudinem captent. vel ἀπὸ τῦ μανῦ, quod mentem laxet atque remittat. Hadr. Iunius cap. 7. IV. *Dal.*

d. Vt) Sic Diosc. IV. 74. περισσόν. Sic enim legendum, non πέρσιον. H.

e. Quin) Soporiferum ab halicacabo discernit Diosc. IV. 73. quamquam et ipsi soporifero halicacabi quoque appellationem inditam fatetur. H.

f. Opio velocius ad mortem) Somnificam vim habet opio mitiorem. Dioscorides. *Dal.*

Opio) Diosc. contra l. c. vim somnificam habere prodidit, opio mitiorem. H.

g. Morion) Aliud est morion Theophr. descriptum a Dodonaeo cap. 90. L. III. *Dal.*

h. Mira obliuione innocentiae, quippe praesentaneum venenum, etc.) Parmensia exemplaria, et nonnulla recentiora, *inducentes*, legunt non *innocentiae.* Ego hunc locum sic scribendum reor: *mira obliuione hi. Docentes quippe, etc.* claudicante alias sensu. *Pint. Mire obliuione, etc.*) Mira obliuionis innocentia. Obliuionem enim affert iis qui sumpserunt, sed citra noxam valetudinis. *Dal.*

Mira innocentiae obliuione) Dalecampius format, *mira obliuionis innocentia:* adferre enim obliuionem iis, qui sumpserunt, sed citra noxiam valetudinis. Pintianus, quia Parmense exemplar *inducentis* pro *innocentiae*, coniectat: *mira obliuione hi. Docentes quippe.* Nimirum

tiae: quippe praesentaneum remedium, ad *i.* dentium mobiles firmandos, si *k.* colluerentur: [1] halicacabo

1. halicacabo vni exceptionem addidere Gr. et Al.

mirum iamiam ab Io. Andrea vsque ad Gelenium, opinor, impressa exemplaria vitiose: *minore obliuionem inducentes.* Sed recte quisquis ille, *mira obliuione innocentiae.* nam Plinius in Diocle et Euenore ac Timaristo accusat *obliuionem innocentiae,* qui tam periculosam herbam laudarint: quemadmodum paullo ante *innocentissimos* vocauit, qui nomine ipso absterruerint ab eius vsu. *Innocentia* medici est non monstrasse, quod maiori discrimine adhibeatur quam toleretur, contra quod adhiberur, malum. Hoc Lib. cap. 25. *Quanto innocentior alica?* Lib. XXVIII. 2. *Quis veneficia innocentiora fecit, quam remedia?* Lic. XXIX. 1. *Illa autem, quae timuit Cato atque prouidit, innocentiora multo et parua opinatu.* Dein legendum videtur: *quippe praesentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur halicacabo e vino. exceptionem addidere, ne diutius id fieret* Nam Voss. *haueccacabon vino excepit.* Academ. *alii cacabon vino.* Gronouius.

Mira) Obliti hi videntur innocentia, quam prae se ferre medici debent, quum tam periculosam herbam laudarint. Innocentia enim medici est, non monstrare, ne dum laudare, quod maiore discrimine adhibetur. Sic paulo ante innocentissimos appellat auctores eos qui vel nomine ipso absterruere legentes ab eius vsu. H.

i. Ad dentium mobiles firmandos si colluerentur: halicacabo vni exceptionem addidere) Vetus exemplar non *halicacabo vni* sed *halicocabon vino* praefert. Scribo, *si colluerentur halicacabo in vino.* Pintian.

k. Si) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic consp.) *Si)* Prius legebatur: *Si colluerentur: halicacabo vni exceptionem addidere.* Plane contra Dioclis, Euenoris, ac Timaristi sententiam, quos Plinius laudat auctores: ad eam enim medicinam halicacabum adeo non excepere ii, vt inprimis potius commendarent: quo nomine carpuntur obiter a Plinio; etsi exceptionem eam, cautionemque adderent, ne diutius

cacabo in vino: exceptionem *l.* addidere, ne diutius id fieret: delirationem *ll.* enim [1] gigni. En demonſtranda remedia, quorum medicina, maioris mali periculum afferat. Commendatur *m.* ergo

1. Sic ex MSS. H. gigni eo. Nec demonſtranda Gr. et Al.

diutius in ore id teneretur. In R. 2. cod. legitur, *halicacabon vino.* In Colb. 3. *halicacabon viuo.* At Dioſc. plane rem decidit IV. 73. vbi ſuccum halicacabi decoctum in vino opitulari dentibus ait, ſi contineatur ore: ἐναφεψηθεὶς δὲ οἴνῳ καὶ διακρατάμενος, ὀδονταλγίαις ἀρήγει. Vt ex vino Dioſcorides, ſic ex aceto adhiberi iubet Archigenes apud Galen. κατὰ τόπ. V. p. 474. et 475. H.

l. Exceptionem addidere) *Corymbi duodecim*, inquit Dioſcorides, *hydropicis dantur: ſi quid numero adiiciatur, alienationem mentis faciunt.* Longe aliter haec Plinius refert. *Dal.*

ll. Delirationem enim gigni eo. Nec demonſtranda remedia, etc.) Puto luxatum eſſe ordinem verborum; legendumque, *delirationem gigni. Neque enim demonſtranda remedia, etc.* Pint.

Delirationem enim gigni eo. Nec demonſtranda) Pintianus luxatum eſſe ordinem verborum cenſet, ſcribitque *delirationem gigni, neque enim demonſtranda.* Voſſ. et Acad. ignorant τὸ *Nec.* Scribe: *delirationem enim gigni. En demonſtranda remedia, quorum medicina maioris mali periculum adferat!* Per ironiam quam continuat etiam in ſequentibus, etſi vulgo id non appareat. Sic autem volunt ſcripti *Commendetur ergo cibis tertium genus, licet: praeferatur hortenſis ſaporibus: et nil ſit corporis malorum, cui non ſalutarem ſtychnon Xenocrates praedicet!* Alia etiam ex Chiflet. annotarunt: *commendetur* primi prodimus ex Voſſ. et Academico. *Hortenſis ſaporibus* fecimus ex more Plinii: quod ſi meminiſſet Pintianus, temperaſſet ex apographo ſuo laudare *hortenſium.* Illud, *cui non ſalutare ſtrychnos*, ſi quis tenere malit, quia et Chiflet. et Voſſ. affirmant, inſtar illius, de quo etiam ſupra, *Triſte lupus ſtabulis*, poſſis tentare: *et nihil eſſe corporis malorum, cui non ſalutare ſtrychnos, Xenocrates praedicet.* Gron.

m. Commendatur) Haec ſi acci-

[1] ergo in cibis tertium genus, licet *n.* praeferatur [2] hortensium [3] saporibus. [4] Et nihil esse corporis malorum, cui non salutare sit strychnos, Xenocrates praedicat. Non *o.* tamen auxilia eorum tanti sunt, vt *p.* vel profutura de iis commemorare fas putem, praesertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Halicacabi *q.* radicem bibunt, qui sunt

1. Sic et Ch. commendatur et in Gr. et Al. *2. Sic ex* MSS. *H. hortensis G.* *3. sapor. V. sapore Alii V.* *4. Et nil sit corp. mal. cui non salutare stry. Xen. praedicet. Ch.*

accipiantur de halicacabo, vt reuera accipienda sunt, dissentit Plinius a Dioscoride, qui halicacabum ait ἐ βιβρώσκεσθαι. Tertium genus vocat, quoniam hortense duplex est, alterum baccis nigris, alterum flauis. *Dal.*

n. Licet praeferatur hortensis saporibus) Hortensium non *hortensis* in apographo nostro. *Pint.*

o. Non tamen auxilia eorum tanti sunt, vt vel profutura) Hoc commode subnectitur, sed non melius tractatum. Io. Andreas et olim editi: *vt vel profutura non de iis commemorare nephas* (non *nefas*) *putem.* Acad. *vt in pictura non de his commemorare nephas putem.* Pintiani codex: *vt id pletura nos de iis:* vnde coniicit, *vt ideo laesura* Chifl. *vt id plentura nos de his:* vnde coniiciunt, *vt ideo plura de iis.* Vossianus, *vt id pletura nos de his.* Sensum deprehenderunt, opinor, sed nimium licenter a veteri scriptura discesserunt vulgatae architecti. Vide numquid propius illam sit: *vti vel curationes de his commemorare fas putem, praesertim in tanta copia innoxiorum medicaminum.* Gron.

p. Vt vel profutura de iis commemorare fas putem) In Apographo nostro, *vt id pletura nos de iis, etc.* Scribo, *vt ideo laesura nos de iis, etc.* Pint.

q. Halicacabi radicem bibunt) MSS. leg. *Halicacabi radicem bibunt qui vaticinare gallantes quo vere ad confirmandas superstitiones aspici volunt.* non pro insano fecerit qui corrigendum contendet: *qui vaticinari Gallantesque furere ad confirmandi*

ſunt [1] vaticinandi callentes, quod furere ad confirmandas ſuperſtitiones aſpici ſe volunt. Remedio eſt (id enim libentius retulerim) aqua copioſa mulſa calida [2] potui data. Nec illud [3] praeteribo, aſpidum naturae halicacabum in tantum aduerſam, vt radice eius propius admota ſoporetur illa ſopore enecans vis earum. Ergo trita ex oleo percuſſis auxiliatur.

CVI. (XXXII.) Corchorum *r.* Alexandrini cibi herba eſt, conuolutis foliis ad ſimilitudinem mori, praecordiis *s.* (vt ferunt) vtilis, alopeciiſque, et lentigini. Boum quoque ſcabiem celerrime ſanari ea inuenio: apud *t.* Nicandrum quidem et ſerpentium morſus, antequam floreat.

CVII.

1. *valiginare gallantes. Ch. vnde quidam, qui vaticinari callentes.* 2. *potu. Nec. Ch.* 3. *probo Hard. mendoſe.*

mandi ſup. aſp. ſe volunt. qui volebant aſpici furere gallantes et vaticinari, quaſi ab alicuius numinis inſpiratione immiſſo furore, quia id pertinebat ad confirmandas religiones, radicem Halicacabi ſolebant bibere, vt ἔκϛασιν inde conciperent et numine repleri viderentur. *Gallantes* de Gallis matris Idaeae vel Deae Syriae ſacerdotibus, vt *Bacchantes* de Bacchis *Salmaſ.* p. 1087. a. b.

r. Corchorum) Diuerſum hoc olus eſt ab anagallide, quam etiam corchoron vocari ait cap. 13. Lib. XXIII. *corchorus ob amarorem in prouerbium abiit, foliis ocymum aemulatur, coctus eſtur.* Theophr. cap. 7. Lib. VII. Hiſt. Auricula muris Tragi. *Dal.*

Corchorum) Corchoron appellant Crateuas, Theophraſtus et Nicander, quam Dioſcorides Annagallidem, inquit Anguillara part. V. p. 92. Ἀναγαλλὶς gemina apud Dioſc. II. 209. Pingitur a Dodonaeo, p. 32. Folia eſſe ad ſimilitudinem ocimi ſcribit Theophr. Hiſt. VII. 7. ſed mori dixeris, an ocimi, parum intereſt. H.

s. Praecordiis (vt ferunt) vtilis) In vetere codice, *praecordiis ferunt vtilem.* Pint.

t. Apud Nicandrum) In Theriacis, p. 44. vbi aduerſus

CVII. Nec *v.* de cnico siue *x.* atractylide verbosius *y.* dici par esset, Aegyptia herba, ni magnum contra *z.* venenata animalia praeberet auxilium: item aduersus fungos. Constat *a.* a scorpione percussos, quamdiu teneant eam herbam, non *b.* sentire cruciatum.

CVIII. (XXXIII. *c.*) Et *d.* [1] persolutam Aegyptus in hortis serit, coronarum gratia. Duo genera eius: femina ac mas. Vtraque subdita Venerem inhiberi, virorum maxime, tradunt.

CIX.

1. *prosolatam.* V.

sus serpentes laudat κόρκορον ἠμυοέντα. De eo paroemia vulgata, tum apud Suidam, tum apud Schol. Nicandri, Κόρκορον ἐν λαχάνοις, *etiam corchorus inter olera*, quod vile olus haberetur. H.

v. Nec) Siluestri scilicet, de qua s. 53. H.

x. Siue atractylide) Inepte cum cnico atractylidem confundit, vt et sup. p. 15. *Dal.*

y. Verbosius dici par esset, Aegyptia herba, ni magnum praeberet, etc.) in V. C. *verbosius dici par esset Aegyptiam herbam magnum contra venenata animalia praebere auxilium.* Legendum reor: *Verbosius dici par est, quam Aegyptiam herbam magnum contra venenata animalia praebere auxilium.* Et paulo post: *herbam eam*: non retro: *eam herbam.* Pint.

z. Contra venenata animalia) Scorpionum ictus. Dioscor. *Dal.*

Contra) Consentit cum Dalec. H. Diosc. III. 107. H.

a. Constat) Diosc. l. c. H.

b. Non sentire cruciatum) Deposita vero statim recrudescere Diosc. *Dal.*

c. De persoluta) Officinarum petasites, vt quidam censent Iphyum Theophrasti, coronaria planta, quae florem edit ante folia. Vide infra cap. 9. Lib. XXV. Petasitis certe alterum genus, quod marem vocant, florem edit rubrum et odoratum: alterum quod feminam appellant, candidum et inodorum. *Dal.*

d. Et) Peregrina haec et ignota. H.

CIX. (XXXIV.) Et quoniam in menſuris quoque ac ponderibus crebro Graecis nominibus vtendum eſt; interpretationem eorum ſemel in hoc loco ponemus. Drachma *e.* Attica (fere *f.* enim Attica *g.* obſeruatione medici vtuntur) denarii argentei

e. Drachma Attica (fere enim Attica obſeruatione medici vtuntur denarii argentei habet pondus) Hinc ipſe paſſim, vbi apud Graecos auctores *drachmis* definiri pondera inuenit, modo drachmas retinet, modo *denarios* ſubiicit. *Gron.* de Seſtert. 192. 193.

Drachma) Tranſſcripſit hoc caput Plinius alter Valer. in praef. operis. Sic etiam Galen. de comp. med. κατὰ τόπ. VIII. 3. p. 573. Πρόδηλον ὅτι δραχμὴν λέγομεν νῦν ἐν τοῖς τοιέτοις ἅπασιν ὅπερ Ῥωμαῖοι δηνάριον ὀνομάζεσιν. Celſus ad Natalem, epiſtola praefixa operi Marcelli Empirici: *Graeci medici pondera medicamentorum ad drachmas redigunt: quae quia ad denarium conueniunt, (octoginta enim quatuor in libram incurrunt) pro nota Graecae drachmae notam denarii poſui, et ad eius pondus drachmas redegi.* Scrib. Larg. ad Calliſtum: *Erit nota denarii vnius pro Graeca drachma: aeque enim in libra denarii LXXXIV. apud nos, quot drachmae apud Graecos incurrunt.* Ceteris, qui plurimi ſunt, appellandis ſuperſedeo. Eſt autem denarius apud Romanos, nummus argenteus, quales in cimeliis vulgo viſuntur, ſeu Conſulum, aeui, ſeu Imperatorum: Quaternos ex his denarios fere nummus noſter argenteus in Gallia complectitur, qui triginta aſſibus aereis permutatur. H.

f. Fere) Caute *fere* addidit: nam et Vrbis Romae ponderibus interdum vſi, vt Andromachus medicus Neronis, ipſo referente Galeno κατὰ τόπ. VI. 6. p. 499. H.

g. Attica obſeruatione, etc.) Ex Celſo cap. 17. Lib. V. et Scribonio Largo conſtat drachmas argenteas, quae Romani denarii ſunt, ſeptem vnciam feciſſe. Quare in libra quae 12. vnciis conſtat, 84. drachmae numerantur. At vero drachmae Atticae, ſiue medicae, octo vnciam efficiunt: qua ratione in libra drachmae ſunt 99. Incogitanter Plinius has drachmas confundit. *Dal.*

gentei habet pondus. [1] Eademque *h.* ſex obolos pondere efficit. Obolus *i.* x. chalcos. Cyathus *k.* pendet [2] drachmas x. Quum *l.* acetabuli menſura dicitur,

1. *Sic ex MSS. Hard. em. et Ch. eadem ſex Gr. et Al.*
2. *Sic ex MSS. em. Hard. et M. pendet per ſe dr. Gr. et Al.*

b. Eademque) Dioſcorides, Tomo XIII. Opp. Galeni, p. 984. Ἡ δὲ δραχμὴ, ἡ καὶ ὁλκὴ λεγομένη, ἄγει γράμματα τρία, τουτέστιν ὀβολοὺς ϛ΄. Suidas: Δραχμὴ, ἕξ ὀβολῶν. Cleopatra apud Galenum Tom. cit. p. 981. Ἡ δραχμὴ ἔχει ὀβολοὺς ϛ΄. Et apud Marcellum Emp. Victoriati pondus, ſeu denarii dimidii, trium eſſe obolorum dicitur, c. 9. p. 78. H.

i. Obolus) Pauciores alii, vt video, chalcos in obolo vno computant. Diodorus apud Suidam, tantum ſex: ὁ δὲ ὀβολὸς χαλκῶν ϛ΄ Octo Cleopatra l. c. Ὀβολὸς ἔχει χαλκοὺς η΄. Plinius decem: vt in drachma chalci omnino ſint ſexaginta, quas ipſe denariorum ſexageſimas vocat, XXIX. 11. et alibi. H.

k. Cyathus) Cyathi menſuram, inquit, drachmarum decem pondere medici definiunt: acetabuli quindecim: quicumque demum is liquor fuerit, qui ad pondus exigeretur. Iſidorus Origg. XVI. 25. *Cyathi pondus decem drachmis appenditur.* Fannius: *At cotyle cyathos bis ternos vna recepta. Sed de abaco nobis id pondus ſaepe notatur: Bis quinae hunc faciunt drachmae: ſi appendere velles. Oxybaphum fiet, ſi quinque addantur ad iſtas.* Demetrius Alabaldus, de minutiis, c. de Menſuris, inter Auctores Linguae Lat. p. 1527. *Cyathi vero pondus*, inquit, *fere drachmae decem*, *ſicut oxybaphi quindecim.* E Graecis Cleopatra, l. c. Ὁ κύαθος ἔχει δραχμὰς ι΄. H.

l. Quum) Graeci ὀξύβαφον vocant, quaſi proprie ita dictum fuerit vaſculum infundendo aceto comparatum, in quod intingerent cibum ſumentes. De liquorum eo pondere, quod acetabulum caperet, ſuffragatur Plinio praeter Fannium ac Demetrium proxime appellatos, Heras medicus, apud Galenum, κατὰ γένη v. c. 6. p. 786. vbi cotylen, quam Plinius heminam vocat, drachmas omnino ait ſexagenas efficere, ſi appendan-

dicitur, significat heminae quartam partem, id est, drachmas xv. Mna *m.*, quam nostri minam vocant, [1] pendet drachmas Atticas centum.

1. *pendit. Dal.*

pendantur, ὡς ξ' δραχμὰς ἑλκούσης τῆς κοτύλης· καὶ γὰρ ἕλκει ἥγε Ἀττικὴ, ϑ' ἐγγιῶν οὖσα τῶν Ἰταλικῶν. Cleopatra, l. c. Ἡ κοτύλη, μέτρῳ μὲν ἔχει κυάθους ς'. σταθμῷ δὲ, < ξ, γο ζ, καὶ σ' . . . τὸ ὀξύβαφον, ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλης τέταρτον, κύαθον α' σ''. σταθμῷ δὲ < ιε'. *Cotyle siue hemina, mensura quidem habet cyathos sex, pondere vero drachmas* 60 *siue vncias septem et semis . . . Acetabulum habet mensura quidem heminae quartam partem, cyathum vnum et semis: Pondere vero drachmas XV.* H.

m. Mna) Haec Cleopatrae pariter medica definitio est, mnae pondus intelligi in medicamentis, vbi sunt Atticae drachmae centum: Ἡ Ἀττικὴ μνᾶ ἔχει οὐγκίας ιβ' σ'' < ρ. *Mna Attica habet vncias duodecim et semis, drachmas centum.* Nec vero vna semper apud medicos locis omnibus temporibusque minae aestimatio: Ex iis, enim, inquit Galen. κατὰ γένη V. 3. p. 778. qui minam in drachmas secant, alii centum, alii etiam plurium drachmarum esse confirmant: quia et vnciam plerique septem drachmas et semissem valere malunt, alii septem duntaxat: octo reliqui. Ἀλλὰ τῶν εἰς δραχμὰς ἀναγόντων τὴν μνᾶν, εἰσιν οἱ φασιν ἑκατὸν εἶναι δραχμῶν τὴν μνᾶν, ἔνιοι πλειόνων· ἐπειδὰν καὶ τὴν οὐγγίαν οἱ πλεῖστοι μὲν ἑπτὰ καὶ ἡμίσεως δραχμῶν εἶναι φασιν· ἔνιοι δὲ ζ' μόνον· ἕτεροι δὲ η'. H.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXII.

I.

Implesse *a.* [1] poterant miraculum sui natura atque tellus, reputantium vel *b.* prioris tantum voluminis dotes, totque genera herbarum, vtilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quanto plura restant? quantoque mirabiliora inuentu? Illa enim maiore in parte cibi aut odoris decorisue commendatio ad numerosa experimenta duxit. Reliquarum potentia approbat, nihil a rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.

II. (I.) Equidem et formae gratia [2] ritusque perpetui, in corporibus suis aliquas exterarum gentium vti herbis quibusdam, aduerto [3] animum. Illinunt

1. *Sic ex* MSS. *em. Hard. et Ch. complesse Gr. et Al.* 2. *ritu perpetuo. V.* 3. *animo. Ch.*

a. Complesse poterant miraculum sui natura atque tellus, reputantium vel prioris tantum voluminis dotes) Tria illa verba, *vel prioris tantum*, non habentur in antiquo codice. Reliqua mutato ordine sic lego: *Complesse poterant miraculum natura atque tellus, reputantium voluminis sui dotes atque genera,* etc. Pint.

b. Vel) Superioris proxime libri. H.

Illinunt certe aliis aliae faciem in populis barbarorum feminae, maresque etiam apud Dacos et Sarmatas *c.* corpora sua inscribunt. Simile *d.* plantagini glastum *e.* in Gallia vocatur, quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae, quibusdam in sacris et nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes.

N 4 III.

c. *Corpora sua inscribunt*) Στίζονται. inde inscripti, οἱ ςιγματίαι. et apud Plin. *inscripta Gagate fictilia*, ἐςιγμάτα τῷ γαγάτῃ *Salmas.* p. 258. b.

d. *Simile plantagi*) Lege: *Simile plantagini guastum in Gallia vocatur.* Salmas. pag. 254. b.

e. *Glastum*) Caesar L. V. belli Gallici. Victorius c. 3. L. XIX. putauit esse luteum Vitruuii, sed falso. Britannos dimicaturos glasto quoque infectos fuisse, vt essent formidabiliores scribit Alex. ab Alex. c. 20. Lib. I. *Dal.* *Glastum*) Ἰσατιν Graeci, Latini vitrum dixere, quod vitreo, hoc est, caeruleo colore tingit. Marc. Emp. c. 23. p. 162. *Lienosis prodest . . . herba, quam nos vitrum, Graeci isatida vocant.* Caesar Comm. de B. Gall. V. tradit, omnes se Britannos vitro inficere, quod coeruleum colorem efficiat, atque hoc horridiores fieri in pugna adspectu. Et Mela III. 6. p. 56. *Britanni, incertum ob decorem, an aliquid aliud, vitro corpora infecti.* Nunc etiam apud Cambrobritannos retinet vetustum nomen et *Glas* appellatur. Similiter et caeruleum colorem *Glas* vocant: et qui ab iis genus duxisse falso creduntur, Aremorici Galliae Britanni. Magnum quaestum multis regionibus in Gallia affert. Viridem herbam molis premunt, vt herbaceam saniem excludant: dein abacto liquore digerunt in magnos globos, quos tabulatis in cinerem sinunt computrescere: herbam ipsam *Pastellum* plurisque locis ab effigie pastillorum in quam glomerantur, nominantes: *Pastel.* Hos deinde globos cortinis infectoriae coquunt officinae, et laneos pannos ac vellera demergunt, vt caeruleum ebibant colorem. Caeruleam illam spumam innatantem, quam igni conferuescentes eructant cortinae,

III. (II.) Iam *f.* vero infici vestes scimus admirabili fuco. Atque vt sileamus Galatiae *g.*, Africae,

nae, Indum nostri vocant infectores: hanc ad pictorum vsus siccant. Haec fere ex Ruellio II. pag. 434. quem alii deinde sunt sequuti. His adde quae de isati diximus XX. 25. Caue autem Salmasio credas, qui *guastum* non *glastum*, scribi iubet, nec libris vllis secundis, neque id ferente Britannici hodieque sermonis vsu. H.

f. Iam vero infici vestes, etc.) Legendum, *Iam vero vestes scimus infici admirabili fuco. Atque vt sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae, Hispaniae cocci granum Imperatoriis dicatum paludamentis, Transalpina Gallia herbis Tyria atque conchylia tingit, et alios omnes colores, nec quaerit in profundis murices, seque obiiciendo escam dum praeripit belluis maris, intacta etiam anchoris scrutatur vada, vt inueniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptae. Stans et in sicco carpit, quod frugi non oderit, culpa non abnuat, vsu alioquin fulgentium instrui poterat luxuria certe innocentius*, coccum hic vocat fruticem ipsum. *Salmas.* p. 272. a. et 1147. b.

g. Galatiae, Africae, Lusitaniae granis coctum) Sic MSS. Editiones priscae nonnullae *cocci granum*, quod praefert Salmasius; fatetur tamen posse retineri ex antiqua lectione *grani coccum:* nam coccum pro ipsa tinctura coccinea vsurparunt, inquit. Recte hoc: sed retinenda est ἀλόκληρος antiqua lectio: quippe *granis coccum* dixit Plinius, vt *Aere trabes*: coccum, qui color paratur e granis regionum istarum fetu. Neque secus accepit (ne quem sua laude fraudem) vir excellentis doctrinae et facundiae florentis Octauius Ferrarius in operae praeclaro de re vestiaria par. I. L. I. cap. 7. Caeterum grana illa, non Africae et Lusitaniae modo, sed etiam Galatiae, mihi subiecerunt cogitationem, ea de voce corruptum vocabulum, quo nobilissimum colorem *scarletum, escarletum, scarlatum squalatam* media cepit aetas dicere: vnde vulgares hodie linguae *scarlato, escarlate, escarlata, iscarlattino, scarlet, scharlaak* acceperunt. Videre licet Lipsium I. Saturnal. 5. Resendium Lib. I. Antiq. Cl. Salmasium

cae, Lusitaniae [1] granis, coccum Imperatoriis dica-
N 5 tum

1. *cocci granum. V.*

sium tot locis ad Solinum, Gerhar. Io. Vossium in Glossario, Th. Reinesium Var. lect. 3. X. et epist. 31. ad Casp. Hofmann, *Aeg.* Menagium in exquisitissimis Originibus, qui viri praestantissimi omnes et multo plures, quum aliquid scribant huc facile ferens, non sunt ausi tamen dicere quod verum puto, *scarlatum ex Galatico* esse flexum; sed ex vna vulgari lingua in alteram id transferunt, quum omnes vulgares acceperint e Latio. Nimirum etsi haec grana non vno sub caelo prouenirent, praeualuit tamen *Galaticus coccus*, et saepius appellatur. Plinius Lib. IX. 41. *Coccum Galatiae rubens granum aut circa Emeritam Lusitaniae in maxima laude est.* idem L. XVI. 8. *Omnes tamen eius dotes ilex solo prouocat cocco. Granum hoc primoque ceu scabies fruticis paruae aquifoliae ilicis: cusculeum vocant: pensionem alteram tributi pauperibus Hispania donat: gignitur et in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia.* Vbi Sig. Gelenius quasi ex *cusculiato scarlatum* factum coniicit. Tertullianus de pallio c. 4. *lactioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio.* Symmachus L. III. ep. 25. *quod remunerandum me de Galatia polliceris.* Vbi aestuat Iuretus, et deprauatum locum censet signatque asterisco. Non enim viderat Marinianum ob subitum iter hieme anni a Symmacho petisse vestes pingues et frigori pellendo idoneas, cum pollicitatione, se pro iis Galatico cocco tinctas ei redditurum. Prius his verbis exponitur: *Amabili enim fiducia vsioni tuae praebenda mandasti, quae peregrinatio hiberna poscebat.* Sic enim legendum, vbi *Ansioni*, *Ausioni*, *Ausoni*, *Ausoniae* fecerunt. At *vsioni tuae* est in tuum vsum. Arnobius Lib. VII. *Colunt enim dii vineas et ad suas vsiones contractis exprimunt vindemiatoribus vinum.* Vbi etiam monstra erant olim. *Praebenda* illa paulo post dicit *vestes* et *indumenta*. Posterius istis, quae iam posuimus, *remunerandum de Galatia*, vbi *Golaetia*, *Gallacia*, *audacia* fingendo bonum Iuretum irritum habuerunt. Praecipuum igitur nomen cocci Galatici *scarlato* appellando occasio fuit. Nec mutatio in literis

tum paludamentis *h.*, Transalpina *i.* Gallia herbis 1 Tyrium atque conchylium tingit *k.*, omnesque alios colores. Nec quaerit in profundis murices, 2 seque 3 obiiciendo escam, dum praeripit belluis marinis, intacta etiam ancoris scrutatur vada, vt inueniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptae. 4 Stans *l.* et in sicco

1. *Tyria atque conchylia tingit, et omnes. Ch.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. seseque Gr. et Al.* 3. *obiiciendo, tum escam praeripit. V.* 4. *Stans et in sicca carpit quod frugi mundos exculpat: his alioqui fugientibus instrui Gr. et Al.*

ris facta homini in originibus linguae Latinae mediocriter versato mira potest videri. nam τὸ Σ multis vocabulis in initio praeposuisse alios, alios resecuisse notauit olim Angelus Caninius: sic γρύτη, σγρύτη, *scruta*: sic *scaldare*, *eschaufer*, quasi ex *calidare*. Sed et *G.* quam facile migret in C. neminem praeterit. Canina autem litera vt gaudeat interponi, ex ςύπος, *stirps*; ἄφλαςον *aplustre*, ὤα, πέζα ἱματίε, *ora*; νυὸς *nurus*; φραγέλλιον, *flagellum*, *perdix perdrix*, *Londinium Londres et Londra*, *diaconus diacre*, *thesaurus tresor*, et plurima talia ostendunt. Sed et syllaba aliqua vocem mulctare aut contrahere barbarici oris proprium est. *Gron.*

Galatiae) Coccum Galatiae reliquis omnibus anti-qui praetulerunt: vt dictum est IX. 63. et alibi saepe. Vnde *Scarlati* vox, quae nunc cocco tribuitur, deflexa nobis a Galatico videtur. H.

h. Paludamentis) Paludamentum vestis Imperatorum fuit, hoc est, eorum qui exercitus educebant. Hodie *Cottam armorum* vocamus, inquit Budaeus. *Cotte d'Armes.* Isid. XIX. 24. *Paludamentum erat insigne pallium Imperatorum cocco, purpura, auroque distinctum.* Vide Voss. in Etymol. H.

i. Transalpina) Vaccinio vti dictum XVI. 31. H.

k. Tingit) Id vaccinio fieri tradit c. 18. Lib. XVI. *Dal.*

l. Stans et in sicca carpit quod frugi mundos exculpat. His alioqui fulgentibus, etc.) Deprauatissima verba, et codex etiam antiquus deprauatus, in quo sic leges: *Stans*

ſicco carpit, quo fruges [1] modo: ſed culpa, non ablui vſu: alioqui fulgentibus inſtrui poterat luxuria;

1. *ac mundus non culpet. V. quae frugi ac mundus non culpet, alioqui fulgentia. Inſtrui. Alii V. quod fruge modo ſed culpa non ablui vſu alioqui fulgentius, etc. Ch. vnde quidam: quod frugi ac mundus non culpet, aut abiiciat et his alioqui inſtrui luxuria poterat, ſi non fulgentius, certe innocentius, vel, non culpet, aut ableget in vſu.*

Stans et in ſicco carpit frugem qua mundus ſine culpa non abſit. Et *fulgentius* praefert exemplar antiquum non *fulgentibus*. Pint.

Stans) Minore impendio, inquit, ac labore, ſtans Gallia Tranſalpina, et in ſicco ac ſolido, vt fruges demetit, ſic carpit herbas, quibus Tyria, atque conchylia, omneſque alios colores imitetur. H.

m. Quo frugi mundos exculpat) Mirifice vexatus locus, quem tentant et Salmaſius ad Solinum p. 1147. Pintianus, *carpit frugem, qua mundus ſine culpa non abſit. Frugi mundos* ab Hermolao eſt: *His alioqui fulgentibus* a Gelenio. MSS. Acad. *quo frugem o woret culpant ablui vſu alioqui fulgentius.* Voſſianus: *quo fruge modo ſed culpa non ablui vſu alioqui fulgentius.* Suſpicabar: *Stans et in ſicco carpit, quo fruges modo: ſed culpa non placuiſſe vſui: alioqui frugalius inſtrui poterat luxuria, certe innocentius.* Stans, inquit, non natans, inque ſolido, vt fruges demetit, ita carpit herbas, quibus Tyria atque conchylia omneſque alios colores tingat. Nec quidquam abeſt praeter faſtoſum vſum, quem penes arbitrium eſt et norma etiam veſtium. Abſque quo foret, minore ſumptu inſtrui poterant quantumuis nitidi, certe, vt non cauſam tot pereuntibus murilegulis darent. *Gron.*

Sed) Sententia haec videtur eſſe, culpari idcirco eum colorem, quod pati aquam non poſſet, dilaberetur que paulatim abluendo, dilutiorque fieret. Vno verbo: culpa eius coloris eſt, quod ablui in vſu veſtis non poſſit, quin diluatur et euaneſcat color. Vide N. et Em. N. I. (hic coll.) *Stans*) Totidem plane ſyllabis apicibuſque locum hunc repraeſentamus, quot exhibent codices MSS. R. Colb. Ch. et

ria, certe inocentius. [1] Non est nunc propositum ista consectari: nec *n.* committemus, vt subiiciendo *o.* tutiora [2] luxuriam *p.* vilitate circumscribamus, dicturi *q.* et alias herbis tingi lapides, parietesque pingi. Nec tingendi tamen rationem omisissemus, si vmquam ea liberalium artium fuisset. Interim *r.* [3] fortius agetur: auctoritasque quanta

1. *Sic ex MSS. H. Nunc propositum ista consectaria non est Gr. et Al.* 2. *vtiliora luxuriam vtilitate Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *em. H. partibus V. potius agetur. Alii V. Leg. portibus augetur, nempe litoribus, in quibus purpuras et conchylia piscabantur, fortius augetur auctoritas; quae quanta Gr. et Al.*

et Voss. teste Gronouio. Fuit mirifice alioqui diuexatus a Criticis. In libris nunc vulgatis legitur, *quod frugi mundos exsculpat. His alioqui fulgentibus instrui.* Istud frugi mundos ab Hermolao est: *His alioqui fulgentibus*, a Gelenio, Pintianus: *carpit frugem qua mundus siue culpa non absit.* Salmas. in Solin. p. 272. et 1147. *carpit, quod frugi non ederit, culpa non abnuat: vsu alioqui fulgentium, etc.* Gronouius: *Sed culpa non placuisse vsui, alioqui frugalius.* Sincerum vas alius alio incrustat modo. H.

n. Nec committemus vt subiiciendo vtiliora) *Viliora* in eodem habetur, non *vtiliora.* quam lectionem approbat quod statim sequitur, *luxuriam vilitate circumscribamus* Dal.

Consectari non est, nec committemus, vt subiiciendo vtiliora) Desuere aliquando in editis, vt et MSS. nonnullis, τὰ *non est*: nunc immissa quidem sunt, sed non suo loco. Vossianus enim: *Non est nunc propositum ista consectari.* Dein MSS. consensu *vilitate* pro *vtilitate.* Sed quid est *vtiliora*? Scribe: *subiiciendo tutiora.* id est, quae non tanto periculo quaeruntur. Partem horum vidit et Pintianus. *Gron.*

o. Subiiciendo) Quae facilius, nec tanto impendio, aut periculo comparantur. Male hactenus *vtiliora* legebatur. H.

p. Luxuriam) Non committemus,

quanta debeatur etiam ſurdis, hoc eſt, ignobilibus herbis, perhibebitur. Siquidem auctores imperii Romani conditoreſque immenſum quiddam et hinc ſum-

mittemus, vt id agere nunc videamur, vt viliora quaedam proponamus, quibus quaſi finibus luxuria contineatur. H.

q. Dicturi) Lib. XXXV. 1. H.

r. Interim fortius augetur auctoritas) Scribendum puto *auctoritate*, non *auctoritas*; et *agetur*, non *augetur*, vetus legit codex. *Pint.*

Interim fortius augetur auctoritas, quae quanta debeatur) Ab Hermolao eſt *debeatur*, quum eſſet *debeat*. Vtiliter, vt opinor: ſed ſedet etiam graue vlcus in fronte huius periodi: vbi pro *fortius* notant aliis eſſe *potius*, aliis *partibus*: vnde Dalecampius iubet legi *portibus*. Pintianus, *fortius agetur auctoritate*. Chiflet. et duo quibus vtimur, vt et Pintiani, *fortius agetur*. Scribe meo conſilio: *Interim fortius agetur: auctoritaſque quanta debeatur etiam ſurdis, hoc eſt, ignobilibus herbis, perhibebitur.* Inſtituerat probare Plinius ex herbis, nihil a rerum natura ſine aliqua occultiore cauſa gigni. Primum fuerat argumentum, datas gentibus quibuſdam ad formae gratiam; alterum datas veſtibus tingendis. Huc reſpicit, et nunc ait ſe acturum *fortius*, id eſt, argumentis rerum magis virilium et fortes decentium. nam formam colere, variare veſtimenta, mollia quodammodo et effeminata. Quale non poteſt cenſeri, quod ſumitur ab auctoribus conditoribuſque imperii Romani, et vſu etiam ſurdarum herbarum et minus celebrium in ſacris, legationibus, praemiis bellicae fortitudinis L. XIX. prooemio: *nulla mentione habita tot rerum ſponte curaue prouenientium, praeſertim cum pleriſque earum, pretio vſuque vitae, maior etiam quam frugibus, auctoritas perhibeatur.* *Surdus* ſic habes L. XXVII. vlt. *arteſque ſalutares inſeruit et viſceribus, quippe quum ſurdis etiam rebus inſeruerit.* Suſpicari licet, τὸ *hoc eſt, ignobilibus*, ab aliena manu eſſe. *Gron.*

Interim) Fortius acturum nunc ſe pollicetur, hoc eſt, argumentis rerum, quae viros fortes magis deceant: cuiuſmodi ſunt vſus herbarum minus celebrium in ſacris, in legationibus, in prae-

sumpsere, quoniam non aliunde sagmina *s.* in *t.* remediis publicis fuere, et in sacris *v.* legationibusque *x.* verbenae. *y.* Certe *z.* vtroque nomine idem

praemiis bellicae fortitudinis. Nam quae sunt allata hactenus, ad formam scilicet colendam pertinentia, vestesque tingendas, mollia ac muliebria iure videantur. H.

s. Sagmina) Segmina *Vet.* a secando. Verrius tamen *sagmina*, a sanciendo. Festus etiam interpretatur dici posse, quod ex loco sancto arcerentur, vel a consule, vel a praetore, darenturque legatis proficiscentibus ad indicendum bellum foedusue faciendum. *Dal.*

Sagmina) Festus: *Sagmina vocantur verbenae, id est, herbae purae, quia ex loco sacro arcebantur a Consule, Praetoreue, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumque indicendum: vel a faciendo, id est, confirmando.* Liuius I. p. 9. *Sagmina, inquit Fecialis, te rex posco.* Vide Vossium in Etymol. Origo ex Graeco, σάγισμα, pro ἅγισμα, vnde sagmen: vt ex ἄγημα agmen. Vide N. et Em. N. II. (hic coll.)

Fortius) Sic restituimus ex fide codd. MSS. R. et Colb. quum prius et vitiosa interpunctio et corrupta verba sententiam euerterent: *Interim fortius augetur auctoritas: quae quanta debeatur, etc.* H.

t. Remediis publicis fuere) Vel ornandis aris deorum, quos propitiatos et placatos volebant, vel lustrandis ac purgandis domibus. *Dal.*

In) Vel ornandis Deorum aris, vel lustrandis domibus. H.

v. Sacris) Verrendae mensae Iouis. *Dal.*

x. Legationibusque) Nam, vt ait Marcellus in Pandectis, Romanorum legati, ne violarentur, herbam ferebant, sicut Graecorum legati τὰ κηρύκεια, nempe caduceum: vel, vt alii legunt, τὰ ἱκετήρια. *Dal.*

y. Verbena) Liuio, Neuio, Seruio, Turnebo *verbenae* non herbae priuatum genus dicuntur, sed rami, virgae, frondes omnium sacrarum arborum, vt lauri, oliuae, myrti: quin etiam herbas ex puro loco decerptas, quibus festis diebus arae coronantur. Terent. in And. *Ex ara hinc sume verbenas tibi.* Myrtum apud Menandrum fuisse, ex quo illa Comicus transtulit, constat. Virgilius: *Verbenasque adole pingues, et mascula thura.* Verbenas

idem significatur, hoc est, gramen *a.* [1] ex arce cum sua terra euulsum: ac *b.* [2] semper e legatis *c.*, cum ad hostes clarigatumque mitterentur, id est, [3] res raptas clare repetitum, vnus vtique Verbenarius *d.* vocabatur.

IV. (III.) Corona *e.* quidem nulla fuit graminea nobilior, in maiestate populi terrarum principis,

1. *ex area. V.* 2. *Sic ex MSS. H. semper et legati Gr. et Al.* 3. *fores raptas clarere pipitum Ch. vnde quidam, ob res raptas clare pipitum.*

benas quasi *herbenas* dictas volunt, illasque facile accendi, et flammam concipere ob pinguitudinem. Apud Tranquillum in Vespasiano, in Serapidis templo verbenae, coronae et panificia fuerunt. *Guilland.*

2. *Certe*) Sagminis ac verbenae. De verbena seu verbenaca priuatim Plinius, XXV. 59. *Haec est*, ait, *quam legatos ferre ad hostes indicauimus*: Hunc nempe respiciebat locum. H.

a. Gramen) Vnde arceri dicebatur, auctore Festo, id est, ex arce velli. H.

b. Ac semper et legati quum ad hostes, etc.) Scribo ex eodem, *ac semper e legatis quum ad hostes, etc.* Pint.

Ac semper et ligati) Vossianus: *Ac semper e legatis.* Omnino recte: vult enim ex sequentibus cum his coniungi: *e legatis vnus.* Praecepit Pintianus. *Gron.*

c. Legati) Foeciales, cum eorum principe patre patrato, a faciendo et patrando dictos, quasi belli et pacis auctores, significat. Fuerunt ii oratores quatuor, qui sancto legatorum officio, ad eos qui rapinis, vel iniuriis hostili mente bellum commouerant, ac pacem violauerant, aut socios laeserant, res repetitum mittebantur: ac nisi redditae fuissent, iacta vibrataque in eorum fines hasta, bellum pium indicebant. *Nonius.*

d. Verbenarius vocabatur) Qui herbam puram ex arce Capitolii sumptam praeferebat et ostentabat. *Dal.*

Corona) Vide quae diximus XVI. 3. Festus etymon Gradiui Martis quosdam petere ait, *quia gramine sit ortus: quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximae est honorationis. H.*

cipis, praemiisque gloriae. Gemmatae et aureae, vallares, murales, rostratae, ciuicae, triumphales, post hanc fuere, suntque cunctae magno interuallo, magnaque differentia. Ceteras omnes singuli, et duces ipsi, Imperatoresque militibus, aut aliquando collegiis *f.* dedere: (IV.) [1] decreuit in triumphis Senatus, cura belli solutus, et populus otiosus: graminea *g.* numquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab vniuerso exercitu seruato decreta. Ceteras Imperatores dedere, hanc solam miles Imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione abomninandoque [2] exitio totis castris. Quod si ciuicae honos vno aliquo ac vel humillimo ciue seruato, praeclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet, vnius virtute seruatus vniuersus exercitus? Dabatur haec [3] viridi e gramine, decerpto inde vbi obsessos seruasset

1. *In Ch. hoc caput a superioribus non distinguitur et certe separandum non est.* 2. *exitu. Ch.* 3. *viridis Ch.*

f. *Collegiis*) Firmat hoc Claudius Saturninus, qui librum de Coronis edidit, quem Tertullianus laudat L. de coronae milit, c. 10. p. 107. *Ipsae denique fores*, inquit, *ipsae hostiae et arae, ipsi ministri et sacerdotes eorum coronantur Habes omnium collegiorum sacerdotalium coronas apud Claudium.* H.

g. *Graminea numquam nisi in desperatione suprema contigit vlli, nisi ab vniuerso exercitu seruato, decreta*) Scribe, *graminea numquam nisi in desperatione suprema contigit. Nulli nisi ab vniuerso, etc.* Pint.

Graminea) Festus: *Obsidionalis corona quae datur Imperatori ei, qui obsidione liberauit ab hostibus obsessos: Ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi: . . Inter obsidionalem et ciuicam hoc interest, quod altera singularis signum salutis est, altera diuersorum ciuium seruatorum.* Gramineae coronae effigiem vide

uasset aliquis. Namque *h.* summum apud antiquos signum victoriae erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra et altrice ipsa humo, et humatione etiam cedere: quem *i.* morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

V. (V.) Donatus *k.* est ea L. [1] Siccius Dentatus semel, quum ciuicas quatuordecim meruisset, depugnassetque CXX. praeliis semper victor. Tanto rarius est seruatorem vnum a seruatis donari. Quidam Imperatores et saepius donati sunt, veluti

1. *Sicinnius. Alii.*

vide in nummo inscripto GALLIENAE AVGVSTAE: de quo diximus X. 68. H.

h. Namque) Festus: *Herbam do, quum ait Plautus, significat, victum me fateor, quod est antiquae et pastoralis vitae indicium: nam qui in prato, cursu aut viribus contendebant, quum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam aduersario tradebant.* Seru. in Aen. VIII. ad eum versum: *Et vitta comtos voluit praetendere ramos: Hinc est illud prouerbium, Herbam do, id est, cedo victoriam. Quod Varro in antiquitatis libris ponit: Quum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, et fatetur esse meliorem.* H.

i. Quem) Et in Vasconia hodieque. In formulis veteribus, ea quae est ordine XIX. *Traditoria de terra*, huiusce moris vestigium seruat p. 134. his verbis: *Vel herbam, vel terram visus fuit tradidisse.* De his similibusque traditionis symbolis multa pererudite V. Cl. Du-Cangius, in Gloss. verbo *Inuestitura*. H.

k. Donatus est ea, etc.) Praeter hos, quos memorat auctor, data est et Q. Cincinnato a Minutio et toto exercitu, M. Valerio consuli bello gesto contra Samnites, et Iulio Caesari in expugnatione Mytilenarum. Rostratam primus accepit Marcus Varro bello piratico, donante Pompeio, deinde Agrippa bello Siculo ab Augusto. Primus Aul. Postum. Dictator ad lacum Regillum, castris hostium expugnatis auream dedit. Alex. ab Alex. XXII. 18. *Dal.*

luti P. Decius *l.* Mus, Tribunus militum, [1] ab exercitu: altera ab his, qui in praesidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris auctoritas, confessus religione: siquidem donatus bouem album Marti immolauit, et centum fuluos, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis. Hic *m.* Decius postea se Consul, Imperioso *n.* collega, pro *o.* victoria deuouit. Data est et a Senatu populoque

1. *militum.* *vna ab.* *V.*

Donatus) Vide quae diximus VII. 29. H.

l. P. Decius) Transscripsit hunc locum Festus, verbo *Obsidionalis*. Idem tradit etiam Liuius VII. p. 133. *Legiones gramineam coronam obsidionalem . . . Decio imponunt, altera corona eiusdem honoris index a praesidio suo imposita est. His decoratus insignibus, bouem eximium Marti immolauit: centum boues militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant.* P. Decius pater is fuit, de quo iam antea dictum est, XVI. 5. Intelligitur porro ad Veserim pugna Samnitico bello. H.

m. Hic Decius postea se consul Imperioso collega) *Imperio* non *Imperioso* in scripto codice legitur. Neutra lectio placet; potius reor verba esse falso inserta. *Pint.*

n. Imperioso collega) Tito Manlio, qui filium securi percuti iussit, quod contra edictum Consulum extra ordinem pugnasset cum Geminio Melio. *Liuius* L. VIII. decad. 1. *Dal.*

Se consul, Imperioso collega, pro victoria deuouit) Vossianus quoque *imperio*. vt codex Pintiani, cui neutra lectio placet, et potius verba falso inserta retur. Haudquaquam ego: quid enim clarius quam similitudinem literatum illud *SO* absorpsisse? Est enim T. Manlius Imperiosus, et intelligitur ad Veserim pugna. *Gron.*

Imperioso) T. Manlio Torquato, L. Manlii Imperiosi Dictatoris filio: eo qui filium, quod iniussu suo pugnarat, securi percussit. Consulatum ambo gessere, A. V. CCCCXIV. De Imperiosi cognomine, quod a plebe primum inditum est, mox ab ipso Manlio ad saeuitiae ostentationem adscitum, vide Liuium IV. p. 76. et VII. p. 122. H.

o. Pro) Liuius VIII. p. 139.

que Romano, qua claritate nihil et quidem in rebus humanis sublimius duco, Fabio *p.* illi, qui rem omnem Romanam restituit non pugnando. Nec data, quum Magistrum *q.* equitum et exercitum eius seruasset: tunc satius fuit nomine nouo coronari, appellatum *r.* patrem ab his quos seruauerat: sed quo dictum consensu honoratus est. Hannibale ex Italia pulso. Quae corona adhuc sola ipsius imperii manibus imposita est: et quod peculiare ei est, sola a tota Italia data.

VI. (VI.) Praeter hos contigit eius coronae honos, M. [1] Calpurnio *s.* Flammae, Tribuno militum in Sicilia: Centurioni vero vni ad hoc tempus Cn. Petreio

1. *Calphurnio.* *Gr. et Al.*

p. 139. et 140. et Valerius Max. I. 7. n. 3. p. 52. H.

p. Fabio) Q. Fabius Maximus, qui Prodictator a populo factus cunctando restituerat rem, ni plaga Cannensis anno sequente, Vrbis DXXXVIII. alterius temeritate Consulis accidisset. H.

q. Magistrum equitum) Minutium, fusum fugatumque ab Hannibale. Liu. L. II. dec. 3. *Dal.*

Magistrum) Minutium, victum a Hannibale. H.

r. Appellatum) A Minutio ipso, quem seruarat. Huius oratio ad suos milites a Liuio recitatur eiusmodi; XXII. p. 218. *Castra cum Fabio iungamus: ad praetorium eius signa quum tulerimus, vbi ego eum parentem appellauero, quod beneficio eius erga nos, ac maiestate dignum est: vos milites eos, quorum vos modo arma dexteraeque texerunt patronos salutabitis*, etc. H.

s. Calpurnio) Manlii oratio apud Liuium XXII. p. 227. *Sicut nobis adolescentibus priori Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, quum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit: Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumuentas legiones* etc. Vide Aurel. Vict. L. de vir. illust. c. 39. in Attilio Calatino. H.

[1] Petreio Atinati, Cimbrico bello. Primum *t.* pilum is capessens sub Catulo, exclusam *v.* ab [2] hoste legionem suam hortatus, Tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Inuenio apud auctores eumdem praeter hunc honorem, adstantibus Mario *x.* et Catulo coss. praetextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit et Sylla dictator, ab exercitu se quoque donatum apud Nolam; legatum bello Marsico. Idque etiam in villa sua Tusculana, quae fuit postea Ciceronis, pinxit. Quod si verum est, hoc exsecrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione sua [3] ipse detraxit, tanto paucioribus ciuium seruatis, quam postea occisis. Addat etiamnum huic gloriae superbum cognomen Felicem; ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis, hac corona Sertorio cessit. Aemilianum *y.* quoque Scipionem Varro auctor-

1. *Perreio. Gr.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. ab hoc Gr. et Al.* 3. *Sic et Ch. sua d. ap. Gr.*

t. Primum) Pila, tela Romana sunt. Primum pilum, prima centuria est, in qua grauis armaturae milites, et eo genere teli instructi. Caesar de B. G. V. *T. Baluentio, qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti,* etc. H.

v. Exclusam ab hoc legionem suam) Scribo *ab hoste,* non *ab hoc*, ex antiquo codice: vera lectione, subiungit enim, *per castra hostium erumpere* et *inclusam* legerem libentius quam *exclusam,* sequitur namque, *legionemque eduxit.* Item alio modo verba disponerem: *inclusam ab hoste legionem suam hortatus per castra hostium erumpere, tribunum suum dubitantem interfecit.* Pint.

x. Mario) Marii quarto Consulatu, A. V. DCLII. vt fasti quidem produnt. H.

y. Aemilianum) P. Corn. Scipionem, qui de vxoris Aemiliae nomine, Pauli Aemilii filiae, more Romano dictus est Aemilianus; idemque Carthaginem, Numantiamque

ctor est donatum obsidionali in Africa, [1] Manilio z. consule, cohortibus seruatis, totidemque ad seruandas eas eductis: quod a. et statuae eius in foro suo Diuus Augustus [2] subscripsit. Ipsum b. Augu-

1. *Sic ex MSS. Hard. et Ch. Manlio CoS. cohortibus Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. scripsit Ch. adscripsit Gr. et Al.*

tiamque deuicit, Africanus sequens appellatus. H.

z. *Manlio Cos. tribus cohortibus seruatis totidemque)* Tò *tribus* adiecit Gelenius. Chiflet. *Maniliocos. cohortibus.* Vossianus: *Manilio cus. cohortibus seruatis totidemque.* Ne in Academ. quidem illa vox est. Scribe: *Manilio consulae cohortibus seruatis totidem, quot ad seruandas eas eductis.* Dissimulauit enim numerum, vtpote aliunde tum satis notum. Pintiani quoque codex carebat τῷ *tribus.* Gronouius.

Manilio) A. V. DCV. Vide N. et Em. N. III. (hic coll.) *Manilio)* In libris vulgatis, *Manlio Cos. tribus cohortibus seruatis.* Manlium Appianus vocat, toto libro de bello Punico: Manilium Pliniani codices manu exarati: in quibus nec cohortium numerus signatur: credo, quod incertus foret; Nam Liuius in epitome L. XLIX. duas dicit: *Obsideri,* inquit, *oppugnarique cepta est Carthago a L. Marcio, M. Manlio CoSS. In qua oppugnatione quum neglectos ab vna parte muros duo Tribuni temere cum cohortibus irrupissent, et ab oppidanis grauiter caederentur: a Scipione Africano expliciti sunt.* Appianus in bello Punico p. 42. quatuor. Aurelius Vict. L. de vir. ill. c. 58. octo: *Tribunus, in Africa,* inquit, *sub M. Manilio Imperatore, cohortes octo obsidione vallatas consilio et virtute seruauit, a quibus corona obsidionali aurea donatus.* H.

a. *Quod et statuae eius in foro suo D. Augustus adscripsit)* Chiflet. et Voss. *scripsit.* Nempe similitudo literarum primam syllabam hausit. Fuerat enim, *Augustus subscripsit.* Horatius: *si quaeret pater vrbium Subscribi statuis.* Florus IV. 10. *dum titulorum cupidine Araxem et Euphratem sub imaginibus suis legi concupiscit.* Gron.

b. *Ipsum Augustum cum M. Cicerone filio consulem, etc.)* Lege

[1] Auguſtum [2] M. Cicerone *c.* filio Conſule Idibus [3] Septembris Senatus obſidionali donauit. Adeo [4] ciuica non ſatis videbatur. Nec praeterea quemquam hac inuenimus donatum.

VII. Nullae ergo herbae fuere certae in hoc honore: ſed quaecumque fuerant in periculi ſede, quamuis ignobiles ignotaeque, honorem nobilem faciebant: quod latere apud nos minus quidem miror, cernens negligi ea quoque, quae ad valetudinem conſeruandam, cruciatuſque corporis propulſandos, et mortem arcendam pertinent. Sed quis non mores iure? caſtiget. Addidere *d.* viuendi

1. *Sic ex* MSS. *Hard. Auguſtum cum M. Cicerone filio Conſulem Id. Gr. et Al.* 2. *cum, in Cb. d. et Cos. non conſulem ſcribitur.* 3. *Septembribus. Gr.* 4. *ciuitas. Cb.*

Lege ex eodem, *Ipſum Auguſtum M. Cicero filio conſule, etc.* Sic paulo ante, *Aemilianum quoque Scipionem Varro auctor eſt donatum obſidionali in Africa Manlio conſule cohortibus ſeruatis.* Pint.

c. M. Cicerone) In Faſtis Conſularibus, A. V. DCC XXIII. Conſul notatur, EX. EID. SEPTEMB. M. TVLLIVS. M. F. M. N. CICERO. H-

d. Addidere viuendi precio deliciae luxuſque) Scribendum arbitror: *abdidere viuendi precia deliciae luxuſque*, hoc eſt, ablegauere, ſuſtulere. *Pint. Addidere viuendi, etc.*) Vita maiore in pretio eſt, ob id tantum, vt delitiis frui, luxuique indulgere liceat. *Dal.*

Addidere viuendi precio deliciae) Hoc Gelenio debemus. MSS. et priores: *pretia.* Multo melius. *Addidere pretia viuendi*, id eſt, auxere, plura reddidere; fecere, vt maius operae eſſet viuere: quippe quum per eas mollius commodiuſque agi vulgo putetur. Inde illa, quam ſtatim notat, cupido vitae. Verbum *addere*, vt apud Liuium II. I. *partium certe vrbis, quas nouas ipſi ſedes ab ſe auctae multitudinis addiderunt*: vt ibi legendum recte vidit Rhenanus. Intelligimus

uendi [1] pretia deliciae luxusque. Numquam fuit cupido vitae maior, nec minor cura. Aliorum *e.* hanc [2] operae esse credimus: ne *f.* mandato quidem

O 4

1. Sic ex MSS. H. et Ch. pretio Gr. et Al. 2. *Sic ex* MSS. *H. opere esse credimus. Ch. Aliorum hanc operae credimus, ac nec mandato quidem nostro medicisque prouisum esse. Proh! bonis ipsis fruimur voluptatis Gr. et Al.*

mus enim *aliis partibus.* Vt in Plinio *aliis pretiis viuendi.* Sic Caesar Lib. III. de bello ciuili: *Biduum tempestate retentus aliisque additis actuariis in Ciliciam atque inde Cyprum peruenit.* Hoc est, et parandis nauibus actuariis, quas numero, quem iam habebat, addidit. Tale est *adiicere*, quod restituimus e Liuio Lib. X. 7. et L. Seneca Troad. 205. *Pretia viuendi* blandimenta vitae. Plinius iunior L. I. epist. 12. *Sed tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, vt haec tanta pretia viuendi mortis rationibus vincerentur.* Pint.: *Abdidere viuendi pretia:* quod sit ablegauere, sustulere, contra mentem auctoris. *Gron.*

Addidere) Vitam fecere cariorem deliciae, quum valetudo prius paruo constaret, obuiis vnicuique morbo medicamentis, vel ex hortorum prouentu. H.

e. Aliorum hanc operae credimus) Ante Gelenium erat, *operam esse.* Quod forte melius nam Chiflet. et Vossianus *operae esse.* Nisi placet hoc ipsum potius. Hanc curam vitae nostrae credimus esse operae aliorum: alios ei operam dare, vt ipsis id nobis facere non sit necesse. Deinde Voss. *credimus demandata quidem nostro.* tum, *prouisum esse pro bonis ipsi fruimur voluptatibus.* Scribe: *aliorum hanc operae esse credimus; ne mandato quidem nostro alios id agere, medicisque prouisum esse pro nobis. Ipsi fruimur voluptatibus, et, quo nihil equidem probrosius duco, viuimus aliena fiducia.* Maiores, inquit, nostri regebant ipsi valetudines suas, et suae operae curam eam esse ducebant, parci voluptatum: nunc in libidines nos ingurgitamus, quid de corporibus nostris fiat, securi, omni ea prouidentia medicis delegata. Pintianus infeliciter: *probrosis patimur voluptatibus.* Gron.

f. Ne mandato) Maiores, inquit, nostri regebant ipsi valetu-

dem noſtro alios id agere, [1] medicisque prouiſum eſſe [2] pro *g.* nobis. Ipſi fruimur voluptatibus. et (quo nihil equidem probroſius duco) viuimus aliena fiducia. Imo vero [3] plerisque vltro etiam irriſui ſumus iſta commentantes, atque friuoli operis arguimur: [4] magno *h.*, quamquam immenſi laboris, ſolatio, ſperni cum rerum natura: quam certe

1. et a medicis, prouiſum eſt. V. *2. Pro bonis ipſi fruimur voluptatibus, et quo nihil. Ch.* *3. plerique vltra etiam in riſum inuſitata commentatis quae Ch.* *4. Sic ex* MSS. *H. magna . . ſolatia Gr. et Al.*

valetudines ſuas, et ſuae operae curam eam eſſe ducebant, voluptatibus parcentes: nunc in libidines nos ingurgitamus, quid de corporibus noſtris fiat ſecuri, omni ea prouidentia medicis delegata. Ita recte Gronouius: cui MSS. R. et Colb. ac Chifl. fauent. H.

g. Prob, bonis ipſi fruimur voluptatis) Lego, *probroſis ipſi fruimur voluptatibus*; ſequitur enim illico: *et quo nihil equidem probroſius duco.* Pint.

h. Magna quamquam immenſi laboris ſolatia) *Magno* non *magna*, codex vetus. vt legatur paulo poſt *ſolatio.* Pint.

Magna quamquam immenſi laboris ſolatia) Voſſianus, *magno q. i. l. ſolatio*: Nempe cohaeret haec oratio continua cum praecedentibus. *Immo vero pleraſque vltro etiam irriſui ſumus iſta commendantes atque friuoli operis arguimus, magno quamquam immenſi laboris ſolatio, ſperni cum rerum natura.* Huius, inquit, iniuriae, quod irridemur et vituperamur in labore tanto, ſolatium habemus magnum per ſociam eiuſdem indignitatis. quis enim grauetur idem pati, quod rerum natura? Sic et cap. 8. *ob hoc et Phoenem Leſbium dilectum a Sappho, multa circa hoc non Magorum ſolum vanitate, ſed etiam Pythagoricorum.* Sic MSS. vbi ſubiecerunt *multae vanitates.* Conſentit vtrobique Pintianus. *Gronouius.*

Magno) Quis enim idem pati, quod Natura rerum, grauate ferat? H.

certe non defuiſſe nobis docebimus, et inuiſis quoque herbis inſeruiſſe remedia: quippe quum medicinas dederit etiam aculeatis. [1] Haec enim proxime reſtant ex his, quas *i.* [2] priori libro nominauimus, in quibus ipſis prouidentiam naturae ſatis *k.* [3] mirari, amplectique non eſt. Dederat, quas *l.* diximus, molles cibiſque gratas. Pinxerat remedia in floribus, viſuque ipſo animos inuitauerat, etiam deliciis auxilia permiſcens. [4] Excogitauit *m.* aliquas aſpectu hiſpidas, tactu truces, vt tantum non vocem *n.* ipſius fingentis illas, rationemque reddentis exaudire videamur, ne ſe depaſcat auida quadrupes, ne procaces manus rapiant, ne [5] neglecta veſtigia obterant, ne inſidens ales infringat: his muniendo aculeis, teliſque armando, remediis *o.* vt [6] tuta ac ſalua ſint. Ita hoc quoque, quod in [7] iis odimus, hominum cauſa excogitatum eſt.

O ς VIII.

1. *Hae V.* 2. *priore. Cb.* 3. *Sic ex* MSS. *H. admirari Gr. et Al.* 4. *Sic ex* MSS. *H. Inde excogitauit Gr. et Al.* 5. *neglectus. V.* 6. *tutae ac ſaluae. V.* 7. *his. Cb.*

i. Quas) Proxime ſuperiore. H.

k. Satis admirari amplectique non eſt) Voſſian. *ſatis mirari.* vt c. 12. *vt non ſit mirari ſatis ingenium eius.* Gr.

l. Quas d.) L. XX. H.

m. Inde excogitauit aliquas aſpectu hiſpidas et tactu truces) Verbum *inde* ſuperfluit ex eodem; et *tractatu*, non *tactu*, legitur ibidem. *Pintianus.*

Inde excogitauit) Non reperi in optimo τὸ *inde*: et videtur eſſe additamentum alicuius, qui ſe melius nectere ſuperioribus inferiora poſſe putabat, quam libuit Plinio. Exterminat eamdem particulam auctoritate ſui codicis Pintianus. *Gron.*

n. Vocem ipſius fingentis illas) Duo poſtrema verba falſo addita videntur, alias non haberet locum pronomen reciprocum *ſe*, quod ſequitur continuo. *Pint.*

o. Remediis) Vt ad remedia ſeruarentur. H.

VIII. (VII.) [1] Clara *p.* in primis aculeatarum erynge est, siue eryngion, contra *q.* serpentes et [2] venenata omnia nascens. Aduersus *r.* ictus morsusque radix eius bibitur drachmae pondere, in vino: aut si [3] plerumque tales [4] iniurias comitatur et febris, ex aqua. Illinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas. Omnibus [5] contra toxica et aconita efficaciorem Heraclides medicus, in iure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus aduersus toxica cum rana decoquit, ceteri in aqua. Ipsa *s.* dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali, et maiore aliquanto, alia albicans, alia nigra, radice odorata, et satiua quidem est. Sed *t.* et sponte nascitur in asperis et saxosis: et in litoribus maris, durior, nigriorque, folio apii.

IX.

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. clara Gr. et Al.* 2. *venena. Ch.* 3. *vt plerumque. V.* 4. *miserias comitetur. Ch.* 5. *Sic ex MSS. Hard. conf. M. omnia vero contra Gr. et Al.*

p. Et clara in primis aculeatarum erynge est) Dele coniunctionem, ex scripto exemplari. *Pint.*

Clara) Sic Oribasii interpres, XI. p. 197. post Dioscor. III. 24. Ἠρύγγιον τῶν ἀκανθωδῶν ἐςιν, etc. Id officinae vocant Iringium. Diximus de eo superiore L. f. 56. H.

q. Contra serpentes) Salamandras aquaticas eryngii montani contactu, quod coerulea capita pignit, statim mori deprehensum est, eodem, vel prope tantum admoto, tanquam moribundas iactari, contremiscere, supinas euerti. *Dal.*

Contra) Nicand. in Ther. p. 47. et 60. ad id ἤρυγγον pariter commendat. Vbi Schol. p. 30 ἤρυγγος βοτάνη ἐςίν. Et p. 39. ἤρυγγος εἶδος λαχάνȣ ἀκανθώδȣς. H

r. Aduersus) Sic Dioscor. III. 24. H.

s. Ipsa) Diosc. l. c. H.

t. Sed) Diosc. l. c. Quod vero in littoribus maris nasci

IX. (VIII.) Ex *v.* his candidam noſtri centum capita vocant. Omnes eiuſdem effectus, caule et radice in cibos *x.* Graecorum receptis vtroque modo, ſiue coquere libeat, ſiue [1] cruda veſci. Portentoſum eſt, quod de ea traditur: Radicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre, [2] raram inuentu: ſed ſi viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc et *y.* Phaonem [3] Leſbium dilectum a Sappho. Multae *z.* circa hoc non Magorum ſolum vanitates, ſed etiam Pythagoricorum. Sed *a.* in medi-

1. *crudis. V.* 2. *raro inuentu. Cb.* 3. *et Leſbium dilectos. Cb.*

ſci dicitur, Eryngium marinum eſt, a Cluſio depictum, p. 159. et a Dodonaeo p. 718. H.

v. Ex his) Appellationis cauſa videtur eſſe, quod in illius vertice coacta in globum capitella, muricato ſpiculorum vallo, ſtellae modo radiantur: quorum colos in pubertate viridis, adultae caerulaeus, flacceſcenti candidus conſpicitur. Radix ei pollicaris eſt, intus alba, foris nigra, ſed odorata, quam hodie Gallia ſaccharo vel melle condit, eryngiatum vocans, inquit Ruellius III p. 491. In Indice Pliniano, *De centumcapite.* H.

x. In cibos Graecorum) De foliis tenellis tantum id Dioſcor. *Dal.*

y. Et Phaonem) Palaephatus de incred. hiſt. p. 66. Οὗτος ὁ Φάων ἐςὶν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ᾆσμα ἐποίησε. *Hic ille Phaon eſt, in cuius amorem ſaepe Sappho carmen cecinit*: Prius Leſbium eum eſſe monuerat. Sappho Leſbia, ſeu Mitylenaea, meretrix fuit, de qua Aelian. V. H. XII. 19. Eteſiam facit Athenaeus, XIII. p. 596. H.

z. Multae circa hoc non magorum ſolum vanitates) Scribo, *Multa circa hoc non magorum ſolum vanitate*, ex antiquo codice: et paulo poſt *medicinae*, non *medico*, in eo legitur. *Pint.*

Multae) Si otium eſt vanitates eas plane noſſe, libellum conſule, qui falſo *Kiranidum Kirani* inſcribitur, p. 37. H.

a. Sed) Tradit Haec pariter Dioſc. II. 24. H.

medico vſu praeter ſupra dicta auxiliatur [1] inflationibus, torminibus *b.*, cordis vitiis, ſtomacho, iocineri, praecordiis in aqua mulſa, lieni in poſca. Item ex mulſa renibus *c.*, ſtranguriae, [2] opiſthotonicis *d.* ſpaſmis, lumbis, hydropicis, comitialibus *e.*, mulierum menſibus, ſiue *f.* [3] ſubſidant, ſiue *g.* abundent, vuluarumque omnibus vitiis. Extrahit infixa corpori cum melle. Strumas, parotidas, panos, recedentes ab oſſibus carnes, ſanat cum axungia ſalſa, et cerato: item fracturas. Crapulam praeſumpta arcet, aluum ſiſtit. Aliqui e noſtris ſub [4] ſolſtitio colligi eam iuſſere. Ex aqua caeleſti imponi omnibus ceruicis vitiis. Oculorum quoque albugines ſanare adalligatam tradiderunt.

X. (IX.) Sunt *h.* qui et acanon eryngio adſcribant, ſpinoſam breuemque, ac latam herbam, ſpiniſque latioribus. Hanc impoſitam, ſanguinem mire ſiſtere.

XI.

1. *inflammationibus. Ch.* 2. *opiſthotonicis, ſpaſmis Gr. et Al.* 3. *ſubſiſtant. V.* 4. *ſolſtitio, ſine ſub Ch.*

b. Torminibus) Στρόφοις De ſuo eryngio ſilueſtri haec Dioſcorides. *Dal.*

c. Renibus, ſtranguriae, opiſthotonicis, ſpaſmis) In vetuſto exemplari *opiſthotonis* ſcriptum eſt, non *opiſthotonicis*: vt ſit nomen morbi ipſius ὀπισθότονες, aegrotantis ὀπισθοτονικός. *Pint.*

d. Opiſthotonicis) Dioſc. l. c. H.

e. Comitialibus) Idem Dioſcorides l. c. H.

f. Siue) Sic vires oppoſitas ciendi menſtrua, ſanguinemque ſiſtendi, Dioſcor. quibuſdam herbis attribuit, vt adianto IV. 136. H.

g. Siue abundent) Hoc falſum eſt, niſi quis interpretetur, hoc caſu accidere, cum vrina mouetur, *Dal.*

h. Sunt) Acanon aduectam e Creta deſcribit Anguillara, P. VIII. p. 189. ſed ſine vulgari nomine. H.

XI. Alii eryngen falſo eamdem putauerunt eſſe et glycyrrhizam *i.*, quare ſubiungi eam protinus refert. Et ipſa ſine dubio inter aculeatas eſt, foliis *k.* echinatis, pinguibus, tactuque gummoſis, fruticoſa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu *l.* pilularum platani magnitudinis. Praeſtantiſſima *m.* in Cilicia, ſecunda Ponto, radice dulci, et [1] hac tantum in vſu. Capitur *n.* ea Vergiliarum occaſu, [2] longa *o.* ceu vitium: coloris buxei

1. *haec. Cb.* 2. *Sic ex* MSS. *Hard. longa ſeu viti, coloris buxei. Meliorque nigra, quaeque lenta, etc. Gr. et Al.*

i. Glycyrrhizam) Vel a radicis guſtu, qui ſubdulcis et odoratus eſt, vel quod echinatus ſpinoſuſque glycyrrhizae fructus ſit inſtar eryngii. *Dal.*

Et glyc.) *De la Reglice.* Pingitur a Dodonaeo, p. 339. H.

k. Echinatis) Σχίνε, non ἐχίνε, lentici. *Dal.*

Foliis) Hanc ipſam eſſe glycyrrhizam, quae a Dioſcoride deſcribitur, III. 37. omnia conferenti liquido conſtabit. Vnde ſuſpicatur Saracenus in Nott. ad Dioſcoridem aliique poſt eum, vt Dalecampius primum, ac deinde Salmaſius, in pract. p. 90. legiſſe Plinium raptim curſimque apud ſcriptorem Graecum, vnde haec hauſit, ἐχίνῳ non σχίνῳ: quum folia echinata dicit, quae lentiſci ſimilia dixiſſe oportuit. Sic enim Dioſc. Γλυκύῤῥιζα γεννᾶται πλείστη ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Πόντῳ· ἐστὶ δὲ θαμνίσκος, ῥάβδους ἔχων διπήχεις, περὶ ἃς τὰ φύλλα πυκνὰ, ἐοικότα σχοίνῳ, λιπαρὰ, καὶ κολλώδη ἁψαμένῳ, τὸ δὲ ἄνθος ὑακίνθῳ ὅμοιον, καρπὸς δὲ πλατάνε σφαιρίων μέγεθος, etc. H.

l. Fructu pilularum, etc.) Aſperiore, qui ſiliquas habet lenticulae pares, rufas paruas. *Dioſc.*

m. Praeſtantiſſima in Cilicia, ſecunda Ponto) Exemplaria quaedam non *Cilicia* praeferunt, ſed *Sicilia*; ſcribo *Scythia*, nam circa Maeotim paludem naſcitur, vnde et *Scythica radix* vocatur teſte Theophraſto Lib. IX. cap. 13. et Dioſcoride L. III. *Pint.*

n. Capitur ea Vergiliarum occaſu)

buxei [1] melior *p.*, quam nigra, quaeque lenta, quam quae fragilis. Vſus *q.* in ſubditis [2] decoctae ad tertias, cetero ad mellis craſſitudinem, aliquando et tuſae: quo genere et vulneribus imponitur, et faucium vitiis omnibus. Item *r.* voci vtiliſſimo ſucco:

1. *meliorque Pint.* 2. *Sic ex* MSS. *H. decocta Gr. et Al.*

occaſu) Scribendum puto, *carpitur a Vergiliarum occaſu.* Pint.

o. Seu viti) Seu Gentianae. Dioſc. *Dal.*

Longa, ceu viti, coloris buxei. Meliorque nigra) De radice glycyrrhizae loquitur MSS. *vitium.* Sed quomodo coloris buxei dicitur in genere, et tamen melior nigra? Dioſcorides πυξοειδῆ. Lege: *longa ceu vitium. Coloris buxei melior quam nigra, quaeque lenta, quam quae fragilis.* Pintianus e ſuo *nigri*, non ſecundante Voſſiano, nec neceſſe eſt. *Gron.*

Longa) Dioſc. l. c. ῥίζαι μακϱαὶ, πυξοειδεῖς, ὡς γεντιάνης. H.

p. Meliorque nigra) Codex vetus *nigri*; vt repetatur *coloris*, et mox paulum *decoctae*, non *decocta.* Pint.

q. Vſus in ſubditis) Alii leg. *Vſus linguae ſubditis*: vel *in linguae.* Sic vocat hypoglottida, nempe remedia quae linguae ſupponuntur, et eius contactu liqueſcunt. *Dal.*

Vſus) Pellicerio in Nott. MSS. et Dalecampio, Plinius videtur *ſubdita* hic ſubſtantiue dixiſſe, pro his quae linguae ſubduntur, et linctu diluuntur, liqueſcunt, et in fauces arteriaſque immittuntur, qualia Graeci ecligmata, Latini linctus appellant. Nos longe ſecus verbum iſtud accipimus. Subdita interpretamur medicamenta ea quae molli lana excepta feminis ſubiiciuntur, vt Celſus ait V. 21. hoc eſt, naturalibus feminarum apponuntur: πεσσὰς Graeci et πρόσθετα nuncupant. Nam quod ad fauces attinet, quibus linguae ſubdita glycyrrhiza prodeſt, id mox Plinius quoque prodet, quod hic indicare iterum ſuperfluum idcirco fuerit. H.

r. Item) Dioſcor. III. 7. Ποιεῖ δὲ τὸ χύλισμα πρὸς τραχύτητας ἀρτηρίας· δεῖ δὲ ὑποτιθέντας τῇ γλώττῃ ἀποχυλίζειν. *Eſt vero ſuccus ſpiſſatus ad arteriae ſcabri-*

succo: sic vt spissatus est, [1] linguae subdito: *s.* item thoraci, iocineri. Hac *t.* diximus sitim famemque sedari. Ob id quidam adipson appellauere eam, et hydropicis dedere, ne sitirent. Ideo et commanducata stomatice *v.* est, et hulceribus oris [2] inspersa *x.* saepe, et pterygiis. Sanat *y.* et vesicae scabiem, renum dolores, condylomata, hulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis, drachmarum duarum pondere, et [3] pipere, hemina aquae. Commanducata sanguinem ex vulnere sistit. Sunt *z.* et qui calculos ea pelli tradiderunt.

XII.

1. *in lingua.* Cb. 2. *inspergitur.* V. 3. *piperis vna hemina.* V.

scabritias efficax: verum oportet, vt linguae subditus eliquescat. H.

s. Item) Diosc. l. c. post Theophr. Hist. IX. 13. H.

t. Hac) Lib. XI. 119. Marcell. Emp. c. 17. p. 126. *Glycyrrhiza surculum paruum sub lingua habeto, et saliuam quae creuerit transglutito, quo facto neque sities, neque os tibi inarescet.* It. c. 20 p. 148. Columella similiter I. 35. *Et quia famem sitimque sedat glycyrrhiza, ob hoc ἄδιψος vocata est.* Sic etiam Diosc l. c. H.

v. Stomatice) Subintellige δύναμις, hoc est, compositio, ad vitia oris accommodata. Sic Diosc. l. c. Στοματικὸν διαμασσόμενον, commanducatum prodest oris affectibus. H.

x. Inspersa) Sunt qui sic interpungendum putent: *hulceribus oris: inspersa saepe, et pterygiis.* Quod hulceribus oris inspergi vix possit. Et vero Diosc. l. c. Ἡ δὲ ῥίζα ξηρὰ, inquit, λειοτριβηθεῖσα, πτερυγίοις καταπαςός ἐςιν ἐπιτήδειος. *Arida autem radix ad laeuorem detrita, pterygiis commode inspergitur.* H.

y. Sanat) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 167. Vesicae scabiem seu scabritiem dixeris nihil interest. Diosc. πρὸς ψωριάσεις κύςεως dixit, Galenus τραχύτητας ἐν ψωρώδει κύςει. H.

z. Sunt) Vrinam certe efficaciter promouere ait Marcell.

XII. (X.) Tribuli *a.* vnum genus in *b.* [1] hortis nascitur, alterum in fluminibus tantum. Succus *c.* ex his colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturae, et ideo vtilis contra inflammationes collectionesque. Hulcera per se erumpentia, et praecipue in ore, cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces, qui ad Strymona habitant, [2] foliis tribuli equos saginant: ipsi nucleo viuunt, panem facientes praedulcem, et qui contrahat ventrem. Radix caste pureque collecta, discutit strumas. Semen adalligatum, varicum dolores sedat: tritum *d.* vero et in aquam sparsum, pulices necat.

XIII. (XI.) Stoebe *e.*, quam aliqui phleon vocant, decocta *f.* in vino, praecipue auribus purulentis

1. *areis. Diosc.* 2. *e foliis. Ch.*

Marcell. Emp. c. 26. p. 180. H.

a. Tribuli) Sic etiam Diosc. IV. 14. vbi Saracenus consulendus in Notis. De vtroque genere egimus L. sup. s. 58. H.

b. In hortis) Iuxta amnes, et in ruderibus. Dioscorid. *Dal.*

c. Succus) Medicinae hae omnes, ad ea verba, *Radix caste*, etc. totidem verbis exstant apud Dioscor. l. c. Habet nonnullas Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 236. H.

d. Tritum) Hoc pariter Diosc. tradit l. c. H.

e. Stoebe, [etc.) Legend. *Stoebe quam aliqui Pheon vocant.* idque ex Theophrasto a nobis emendato. *Salmasius* p. 394. a.

Stoebe) In MSS. vt iam monuimus, *pheon.* Tamen Tiberius Mulomedicus I. 55. Στοίβη· ἐςὶ δὲ Φλέος. Quae de stoebe hic referuntur, totidem verbis leges apud Galenum l. c. p. 230. In officinis nomen est, vt plurimis videtur, *scabiosa.* Iconem vulgaris maioris apud Dodonaeum vide p. 122. H.

f. Decocta) Iisdem fere verbis haec Diosc. IV. 12. H.

rulentis medetur: item *g.* oculis ictu cruentatis *h.*: haemorragiae quoque et dysenteriae *i.* infusa.

XIV. (XII.) Hippophyes *k.* [1] in sabulosis maritimisque nascitur, spinis albis. Ederae *l.* modo racemosa est, candidis, et ex parte rubentibus acinis. Radix *m.* succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis [2] farinae. Haec *n.* bilem detrahit obolo ponderis, saluberrime cum [3] mulso. Est *o.* altera

1. *hippophae et hippophaesto. Dal. Hippopes. Ch. Hippopes. Gr. et Al.* 2. *cum erui farina. Hic. Diosc.* 3. *mulsa. Diosc.*

g. Item) Diosc. l. c. H.

h. Cruentatis) Contusis, συγχύσει ὀφθαλμῶν τῇ ἐκ πληγῆς. Diosc. Est autem is morbus, oculi perturbatio, cum coloris mutatione, pupillae vel dilatatione, vel diminutione, ac interdum diuulsione. *Dal.*

i. Infusa) Clystere videlicet, Dioscor. ἐγκλύζεται. H.

k. Hippophyes) Siue quod idem est, hippophaes. Dioscor. in Noth. Ἱπποφαὲς, οἱ δὲ ἱπποφυὲς, οἱ δὲ ἱπποφανὲς, etc. Et Oribas. XI. pag. 199. Ἱπποφαὲς, *quod alii hippophyes, id est, lappaginem vocant, qua fullones vestes poliunt, in arenosis maritimisque locis nascitur.* In Peloponneso, ἄκανθα νὰ καθαρίσῃ hoc est, spina purgatoria, appellatur, inquit Anguillara, P. VIII. p. 144. vbi eam accurate describit, nec dum in Italia sibi visam testatur. Iisdem porro notis a Dioscoride IV. 162. quibus et a Plinio nostro delineatur. H.

l. Ederae) Diosc. l. c. H.

m. Radix) Diosc. et Orib. ll. cc. Pastillos farinae intellige, ex farina concinnatos globos: quam quidem ὀρόβινον, eruinam esse Diosc. iubet. H.

n. Haec) Diosc. l. c. et Marc. Emp. cap. 30. p. 212. H.

o. Est altera hippope) Legend. *Est altera hippophaes, sine caule, sine flore.* Salmas. p. 393. a.

Est) Hippophaeston intelligit, de qua dicemus XXVII. 66. H.

altera [1] hippophyes, sine caule, sine flore, foliis tantum minutis. Huius *p.* quoque succus hydropicis mire prodest. Debent *q.* accommodatae [2] esse et equorum naturae, neque ex alia caussa nomen accepisse. Quippe quaedam animalium remediis nascuntur, locupleti *r.* diuinitate ad [3] generanda praesidia: vt non sit mirari satis ingenium eius, disponentis auxilia in genera, in caussas, in tempora, vt *s.* [4] aliis prosit aliud horis, diesque nullus prope sine praesidiis reperiatur.

XV. (XIII.) Vtrica quid esse inuisius potest? At illa praeter oleum, quod in *t.* Aegypto ex ea fieri diximus, vel plurimis scatet remediis. Semen *v.* eius cicutae contrarium esse Nicander affirmat: item fungis et argento viuo. Apollodorus

1. *Sic ex* MSS. *Hard. hippophaeston. Diosc. hippope Gr.* 2. *Sic et Ch. esse equor. Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *em. Hard. gignenda. V. gerenda Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. aliis prosit ab horis. Ch. aliis prosit atque aliis horis Gr. et Al.*

p. Huius) Succum eius, seu foliis, seu radice, seu capite expressum, ex aqua mulsa bibitum, aquam pituitamque per aluum detrahere, scribit Dioscor. IV. 136. H.

q. Debent) Ego vero sic censeo, et *ἱπποφαὲς* et *ἱππόφαιστον*, nomen accepisse, quod valde candidos ac lucidos, seu splendidos pannos efficiunt: sunt enim plantae fulloniae. Ἱππο in compositis praestantiam, magnitudinemque significat: φάος splendorem. H.

r. Locupleti diuinitate ad gerenda praesidia) Lego *generanda*, non *gerenda*. ex vetusto exemplari. *Pint.*

s. Vt aliis prosit atque aliis horis) Chiflet. et Voss. *vt aliis prosit ab horis.* Scribe: *vt aliis prosit aliud horis.* Gron.

t. In) L. XV. 7. H.

v. Semen) Nicand. in Alexiph. aduersus cicutam: Ἠ πέπερι κνίδης τε μέγα σπερ-

rus *x.* et salamandris cum iure decoctae testudinis. Item *y.* aduersari hyoscyamo, et serpentibus, et scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax, vuas in ore, procidentesque *z.* vuluas, et infantium sedes, tactu resilire cogit: *a.* lethargicos expergisci, tactis cruribus, magisque fronde. Eadem *b.* canis morsibus addito sale medetur. Sanguinem *c.* trita naribus indita sistit, et magis radice. Carcinomata *d.* et sordida hulcera, sale admixto: item *e.* luxata sanat, et panos, parotidas, carnesque *f.* ob ossibus recedentes. Semen *g.* potum

P 2

σπερμεῖα λεήνας. Nicandro concinit Diosc. Εὐπορ. II. c. 142. p. 121. H.

x. Apollodorus) Nicander quoque in Alexiph. p. 167. Καὶ ποτὲ κνίδην Ἑψαλέην κρίμνοισι παλυνάμενος ψαφαροῖσιν, etc. H.

y. Item) Dioscor. Εὐπορ. II. 151. p. 123. Πρὸς δὲ ὑοσκύαμον, κνίδης σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἢ τὰ φύλλα. H.

z. Procidentesque) Diosc. IV. 95. Καὶ ὑστέρας προπτώσεις, ἀποκαθίστησι νεαρὰ τὰ φύλλα προσαπτόμενα. H.

a. Lethargicos) Plin. Val. III. 7. *Lethargicis: Vrtica fronti et pedibus illinitur.* H.

b. Eadem) Ita plane Dioscor. l. c. H.

c. Sanguinem) Diosc. l. c. et Plin. Val. I. 26. Vide etiam Marcell. Emp. c. 10. p. 85. H.

d. Carcinomata) Dioscor. l. c. Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 151. et Plin. Val. III. 20. H.

e. Item) Diosc. l. c. H.

f. Carnesque ab ossibus recedentes) Ita videtur, reddere vocem Graecam Dioscoridis ἀποστήματα, et inscite quidem. *Abscessus* commodius ille verterit. Ni forte illum hoc loquendi genere, quo aliis multis locis vtitur, cutem detritam, pannosam, lacerosam intelligit, quae abscessu tardius aperto, vel aegri metu, vel imperitia medici, immodice, rodente pure, attenuata et resiccata est, ideoque subiectis partibus agglutinari nequit: ῥακῶδες δέρμα Galenus vocat Lib. II. ad Glaucon. et ad eum morbum valde mel laudat, de quo Diosc. suo capite scripsit, τὰ ἀφε-

tum cum ſapa, [1] vuluas ſtrangulantes aperit, et profluuia narium ſiſtit impoſitum: Vomitiones in aqua mulſa ſumptum a coena faciles praeſtat, duobus obolis: vno autem in vino poto laſſitudines recreat. Vuluae vitiis toſtum, acetabuli menſura: potum in ſapa reſiſtit ſtomachi [2] inflationibus. Orthopnoicis *h.* prodeſt cum melle: et thoracem purgat eodem ecligmate. Et lateri medetur cum ſemine lini. Addunt hyſſopum et piperis aliquid. Illinitur *i.* lieni. Difficilem *k.* ventrem toſtum cibo emollit. Hippocrates *l.* vuluam purgari poto eo pronuntiat. Dolore leuari toſto acetabuli [3] menſura, dulci *m.* poto, et *n.* impoſito cum ſucco maluae.

1. *vuluam ſtrangultus.* Gr. Cb. 2. *inflammationibus,* 3. *menſura cum dulci.* V.

ἀφεςῶτα σώματα παρακολλᾶν. *Dal.*

g. Semen) Dioſc. l. c. H.

h. Orthopnoicis) Haec totidem verbis Dioſcor. l. c. H.

i. Illinitur lieni) De foliis id Dioſcor. cum cerato. *D.*

Illinitur) Folia cum cerato lienoſis imponi ſcribit Dioſc. l. c. H.

k. Difficilem) Plin. Val. I. 23. et Gal. l. c. H.

l. Hippocrates) L. I. de morb. mul. text. 47. pag. 447. Ἢν κύουσα οἰδέῃ, κνίδης καρπὸν ὡς πλεῖςον καὶ μέλι καὶ οἶνον κεκρημένον εὐώδεα διδόναι ποτὸν, δὶς τῆς ἡμέρας. *Si praegnans intumeſcat, vrticae ſemen plurimum, et mel, ac vinum dilutum odorandum potu bis die dabis.* H.

m. Dulci poto) Sic vertit τό γλυκὺ: quod paulo ante paſſum reddiderat, et aptius. *Dal.*

Dulci) Cum vino dulci, σὺν γλυκεῖ, ſeu paſſo. Hipp. de morb. mul. I. text. 88. p. 472. Ἢν δὲ αἱ μῆτραι ἑλκωθέωσι.. ὀδύνη ὀξείη λαμβάνει ἐς τὰς ἰξύας, καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐς τὴν νειαιρὴν γαςέρα, καὶ ἄνω φοιτᾷ ἡ ὀδύνη . . . καὶ ἐς τὰς πλευρὰς, καὶ ἐς τὰς ὠμοπλάτας . . . Et p. 474. Κνίδης καρπὸν τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδει μέλανι κεκρημένῳ. *Si vteri fuerint bulcerati . . . dolor acutus corripit lumbos, et inguina, et imum ventrem,*

uae. Inteſtinorum animalia pelli cum hydromelite et ſale. Defluuia o. capitis, ſemine illito cohoneſtari. Articularibus morbis et podagricis plurimi cum oleo vetere, aut folia cum vrſino adipe trita imponunt. At eadem radix tuſa cum aceto non minus vtilis: item lieni. Et cocta in vino diſcutit panos, cum axungia vetere ſalſa. Eadem pſilothrum eſt ſicca. Condidit laudes eius Phanias phyſicus, vtiliſſimam cibis [1] coctam conditamue profeſſus, arteriae, tuſſi *p.*, ventris [2] deſtillationi, ſtomacho, panis, parotidibus, pernionibus: cum oleo ſudorem, coctam *q.* cum conchyliis ciere aluum: cum ptiſana pectus purgare, mulierumque menſes: cum ſale, hulcera quae ſerpant cohibere. [3] Succo *r.* quoque in vſu eſt. Expreſſus

P 3

1. *conditam coctamue.* *Ch.* 2. *diſtillationi.* *Ch.* 3. *Sic ex* MSS. *Hard.* *et* *Ch.* *ſuccus* *Gr.* *et* *Al.*

ventrem, *et dolor ſurſum procedit . . . ad coſtas, et ad ſcapulas . . . Vrticae ſemen terito in vino odorato nigro, et potui dato.* H.

n. Et imp.) Libro de natura mul. t. 105. pag. 403. Ἢν γυνὴ μὴ κυΐσκηται, καθαρτήριον· κνίδης καρπὸν καὶ μαλάχης χυλὸν, ἐν στέατι χηνὸς τρίψαντα προσθεῖναι. *Purgatorium, ſi mulier non concipiat. Semen vrticae et maluae ſuccum, cum adipe anſerino tritum ſubdat.* H

o. Defluuia capitis ſemine illito cohoneſtari) Academ. *cohenneſtari.* Voſſ. *cohoſiertari.* Lege, *coercitari* vel *coerceri.* Gron.

Defluuia) Ita MSS. Hoc eſt, corrigi. Tradit hoc Hippocr. de morb. mul. II. t. 67. p. 596. Et Theod. Priſc. l. 4. *ad defectionem capillorum*: *Agreſtis vrticae ſemine oleo contrito loca continge.* H.

p. Tuſſi) Celſ. IV. 4. de tuſſi. H.

q. Coctam) Haec omnia pariter Dioſc. l. c. Sed is euocari menſes cum myrrha dixit. H.

r. Succus quoque in vſu eſt) Chiflet. et Voſſ. *Succo.* Recte: frequens enim Plinio herbam

fus illitusque fronti, sanguinem narium sistit: potus s. vrinam ciet, calculos rumpit: vuam t. [1] gargarizatus reprimit. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur. Ad omnia haec et mitiores quidem teneraeque efficaces, sed praecipue siluestris v. [2] illa, amplius lepras e facie tollit, in vino pota. Si x. quadrupes fetum non admittat, vrtica naturam fricandam monstrant.

XVI. (XIV.) Ea y. [3] quoque num, quam lamium inter genera earum appellauimus z. mitissima,

1. *gargarizatu. Ch.* 2. *illa, et hoc amplius. Ch. illa in vino pota, quae et amplius lepras e facie tollit. Si quadrupes initium non adm. V.* 3. *Ea quoque, quam nos lamium. V. Ea quoque quam lamium. Ch.*

herbam adhiberi aut prodesse *foliis* ad hoc *radice* ad aliud, *caule*, *succo*, *semine* etc. cap. 22. *Semine singultus confestim ex aceto sedat.* Gronouius.

s. Potus) Marc. Emp. c. 26. p. 177. H.

t. Vuam) Dioscorid. l. c. Marc. Emp. c. 14. p. 100. *Vrtica teritur, eiusque succus expressus et tepefactus, ab eo qui vuam dolet, salubriter gargarizatur.* Et Plin. Val. I. 43. *Ad vuam . . . succus vrticae gargarizetur.* H.

v. Siluestris) Quae cania, et Herculanea dicta est, XXI. 55. H.

x. Si) Si equa *marem* non admittat ad feluram, vrtica fricari oportere genitalia aiunt. Si coitum neget, τὰ μόρια τῆς ἵππου pariter fricari iubet Anatolius in Veter. c. 14. p. 56. Simile est quod habet Hippocr. in Ἱππιατρ. Εἰ βούλει συλλαβεῖν φορβάδα, κνίδας ὦσον εἰς τὸ στόμα τοῦ ἵππου. Vt porro Graeci Φύσιν pro pudendis dicunt tam virorum, quam feminarum: sic Latini naturam. Tullius de Diuin II. n. 145. *Parere quaedam matrona cupiens, dubitans essetne praegnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam etc.* Theod. Prisc. I. 25. *De veretri, hoc est, de naturae vitiis.* Vtuntur et alii ea voce, quos Du-Cangius appellat in Glossario. H.

y. Ea) Pro etiamnum. Vtitur hac particula rursum XXV. 5. H.

z. Appellauimus) Libro sup. s. 55. H.

ma, et foliis non mordentibus, medetur cum mica falis contufis, incuffifque *a.*, inuftis, et ftrumis, tumoribus, podagris, vulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus facris medetur. Quidam e noftris tempore difcreuere genera. Autumnalis vrticae [1] radicem *b.* alligatam in tertianis, ita vt aegri nuncupentur, quum eruitur ea radix, [2] dicaturque cui, et quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt. Hoc [3] idem et contra quartanas pollere. Iidem vrticae radice addito fale, infixa corpori extrahi. Foliis cum axungia ftrumas difcuti: vel fi fuppurauerint, erodi complerique.

XVII. (XV.) Ex argumento *c.* nomen accepit [4] fcorpio *d.* herba. Semen *e.* enim habet ad fimilitu-

1. *Sic ex MSS. H. radice alligata Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. radix et dicatur quae, et cui . . . liberari Gr. et Al.* 3. *idem contra. Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. fcorpius Gr. et Al.*

a. Incuffifque) Vt quum quis temere digitum incuffit parieti. H

b. Radice alligata, etc. quae et cui) Voff. *radicem adalligata*, deinde, *radix dicatur quae cui.* Tolet. *Autumnalis vrticae radicem adalligatam, tertianis, ita vt aegri nuncupentur, cum eruitur ea radix, dicaturque cui et quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt.* fic Lib. XXIII. 6. *Radix eorum circumfcripta manu finiftra terra capitur ita, vt qui id faciet dicat, quare capiat, et cuius caufa.* Sic Voffianus: non *quae capiat. Quare* rem denotat, *cuius*, perfonam. *Gron.*

c. Ex argumento nomen accepit fcorpius herba) Scribo *fcorpio*, non *fcorpius*, ex V. C. confirmantibus eam lectionem Theophrafto libro nono, et Diofcoride quinto. *Pint.*

Ex argumento) Sic Diofc. IV. 195. Σκορπιοειδὲς *herbula*, inquit, *foliis paucis et femine caudae fcorpionis effigie. Haec illita contra fcorpionum ictus praefentaneo*

militudinem caudae ſcorpionis, folia pauca. Valet et aduerſus animal nominis ſui. Eſt *f.* et alia eiuſdem nominis effectu ſque ſine foliis, aſparagi *g.* caule, in cacumine aculeum habens, et inde nomen.

XVIII. (XV.) Leucacantham *h.* alii [1] phyllon, alii iſchiada *i.*, alii polygonaton appellant, radice [2] cyperi, quae commanducata dentium [3] dolores ſedat. Item laterum, et lumborum, vt *k.* Hiceſius tradit, ſemine poto drachmis octo, aut ſucco. Eadem ruptis, conuulſis medetur.

XIX.

1. *Phimum. Ch.* 2. *Cypiri. Ch.* 3. *Sic ex* MSS. *em. Hard. et Ch. dolorem Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. eademque Gr. et Al.*

neo remedio ſunt. Eſt ſcorpioides bupleuri folio, a Lobelio delineatum, p. 224. Galli vocant *Chenille.* H.

d. Scorpius herba) Scorpioeides, Dioſc. *Dalec.*

e. Semen enim) Vt Scorpiuros florem. *Idem.*

f. Eſt et alia) Tragos Dioſc. quam et tragonon vocari, et ſcorpium tradit. *Dal.*

Eſt) Tragos ſiue ſcorpion appellatur, de qua dicemus XXVII. 116. H.

g. Aſparagi caule) Caulis laeuis eſt, et abſque foliis. *Dal.*

h. Leucacantham) Leucanthos dicta eſt XXI. 55. Dioſc. III. 22. Λευκάκανθα (et in Nothis additur, *οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ φύλλον, οἱ δὲ ἰσχιάδα καλοῦσι*, Ῥωμαῖοι κνιακάρδους, Θοῦσκοι σπίνα ἄλβα.) Ταύτης ἡ ῥίζα ὁμοία κυπείρῳ . . . ἥ τις μασσηθεῖσα ὀδονταλγίας παραμυθεῖται. In Gallia Carlinam vocant: fruſtra id nomen chamaeleones Ruellio, III. p. 482. aliiſque transferentibus, vt recte probat Dodonaeus p. 415. a quo et Carlina ſiue leucacantha depingitur. H.

i. Iſchiada) Quoniam ἰσχιαδικοῖς medetur, ex Dioſc. Galenus quoque de fac. ſimpl. med. VII. p. 201. Λευκάκανθον, *οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ ἰσχιάδα καλοῦσιν.* H.

k. Vt) Et qui Hiceſium tranſſcripſit totidem verbis Dioſc. l. c. H.

l. Eademque ruptis conuulſis

XIX. (XVII.) Helxinen *m.* aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea praecipue vefcantur. Alii [1] fideritin, nonnulli parthenium. Folia habet mixtae *n.* fimilitudinis plantagini et marrubio, cauliculos denfos, leuiter rubentes, femina in *o.* capitibus lappaceis [2] adhaerentia veftibus: vnde *p.* et helxinen dictam volunt. Sed *q.* nos [3] qualis vera effet helxine, diximus *r.* priori libro. Haec *s.* autem

P 5

1. *fideritem. Ch.* 2. *adhaerefcentia. Ch.* 3. *qualis effet ixine. V.*

fis medetur) Alio ordine vetus exemplar, *Eadem ruptis conuulfisque medetur.* Pint.

Eadem) Diofc. Βοηθεῖ ῥήγμασι σπωμένοις. H.

m. Helxinen aliqui perdicium) Nicander in Theriacis vocat κλύβατιν ἣν καὶ ἑλξίνην, τὴν δὲ κλύβατιν καλέουσι. Addit interpres, dici et κλυβάτιον, σιδηρῖτιν, παρθένιον, περδίκιον Dal.

Helxinen) Diofc. IV. 86. Ἑλξίνη, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν, etc. Et Galenus de fac. fimpl. med. VI. p. 173. Ἑλξίνη, ἔνιοι δὲ περδίκιον ὀνομάζουσιν, ἄλλοι δὲ παρθένιον, ἄλλοι δὲ σιδηρίτιδα, εἰσὶ δὲ οἱ Ἡράκλειαν. Hef. Ἑλξίνη, ἡ περδίκιος βοτάνη. Et, Σιδηρῖτιν πόαν τὴν ἑλξίνην καλουμένην. Parietaria Officinarum eft, *Parietaire, ou Apparitoire*, a Dodonaeo picta p. 102. H.

n. Mixtae fimilitudinis, *etc.*) Mercurialis. Diofcor. Ex fideritidis Heracleae hiftoria Plinius id videtur auellere. *Dal.*

o. In) Quae lappae inftar adhaerefcunt. H.

p. Vnde) Quafi ab ἕλκω *trabo*: ἕλξις, *attractio*, vel *attractus*. H.

q. Sed) Verius helxinen aeuo fuo appellatam innuit, quae ἰξίνη Theophrafto dicitur, qua de actum eft a nobis L. fup f. 56. H.

r. Diximus) Cap. 16. L. XXI. quo loco Plinius ignoranter et inconfiderate, pro ixine, nempe chamaeleone albo, helxinen ter fcribit. *Dal.*

s. Haec autem inficit lanas) Δύναμιν δ' ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, στυπτικὴν, folia refrigerandi et fpiffandi vim habent. Legit Plinius βαφικήν. Quidam hunc locum

autem inficit lanas, [1] sanat *t.* ignes sacros, tumores, collectionesque omnes *v.*, et adusta. Panos *x.* succus cum psimmythio, et incipientia turgescere. Item *y.* veterem tussim cyatho hausto; et *z.* omnia [2] in humido, sicut *a.* tonsillas, et varices, cum rosaceo. Imponitur *b.* podagris cum caprino *c.* seuo, ceraque Cypria.

XX.

1. *Sic ex* MSS. *H. sanat ignes sacros, et tumores, coll. om. et ad. Pan. suc. eius c. psimmythio ignes sacros, tumores, collectionesque et guttura inc. Gr. et vulgg.* 2. *vt in humido. Ch.*

cum sic interpretantur, ad infecturam lanarum esse vtilem, quod abstersoria sua vi, radiculae, siue struthii modo, sordes auferat et eluat, impedituras alioqui ne succum suum lanae bibant. Ceterum an ad id parietaria veteres vsi fuerint, a nemine, quod equidem sciam, proditum est. *Dal.*

Haec) A nemine alio, quod quidem sciam, id proditum. H.

t. Sanat) Haec pariter Diosc. IV. 6. Καταπλασσόμενα ἰᾶται ἐρυσιπέλατα, κονδυλώματα, κατακαύματα, etc. H.

v. Omnes, et adusta) Leg. *Adusta et panos succus eius cum psimmythio, et guttura incipientia turgescere*, etc. Cornarius, qui repetita ex superiore periodo temere alia censet. E quo quidem verba haec *tumores collectionesque*, irrepsisse puto. At Diosc. nominatim scripsit ignibus sacris, et vlceribus, quae serpunt, auxiliari. *Dal.*

x. Panos) Diosc. l. c. H.

y. Item) Diosc. l. c. H.

z. Et) Hoc est, omnia vitia, hulceraque, et rimas, quae sunt in humidis: qua loquendi forma vsus est L. sup. s. 76. extrema. Et L. XXIII. 4. *Sanat ea quae in humido sunt hulcera, vt oris, tonsillarum, genitalium.* L. XXVII. 78. *Hulcera quae fiunt in teneris partibus corporis. Humida hulcera.* L. XXXII. 27. H.

a. Sicut) Ad tonsillas oblini et gargarizari succum iubet Diosc. l. c. H.

b. Imponitur) Diosc. l. c. Καὶ ποδάγρας σὺν κηρωτῇ Κυπρίᾳ ἀναληφθεὶς, ἢ τραγείῳ στέατι, Apul. quoque, c. 81. H.

c. Caprino seuo ceraque Cypria) Hircino seuo, et cerato

XX. Perdicium *d.*, siue Parthenium (nam sideritis alia est) [1] a nostris herba *e.* vrceolaris vocatur, [2] ab aliis astericum *f*, folio similis ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis, parietinisque. Medetur *g.* cum mica salis trita iisdem omnibus, quibus lamium, et eodem modo: item vomicae, calfacto succo [3] potu. Sed contra hulcera, rupta, lapsusque et praecipitia, aut vehiculorum *h.* euersiones, singularis. [4] Verna *i.* carus Pericli Atheniensium

1. *ab nostris.* Ch. 2. *ab aliis altercum, folio similis ocimis.* Ch. 3. *Sic ex MSS.* H. *potu, sed contra vulsa, rupta.* Ch. *pota. Et contra.* 4. *Sic ex MSS.* H. *et* Ch. *Vernula* Gr. *et* Al.

cerato Cyprino. Dioscorid. *Dal.*

d. Perdicium) Ex tribus nominibus, inquit, quae helxinae superius explicatae nonnulli tribuerunt, herba altera, vrceolaris appellata, duo sibi verius vindicat, Perdicium, Partheniumque: tertium, nempe sideritin, altera rursum, de qua dicemus, XXV. H.

e. Vrceolaris) Ocymoeides minus herbariorum. *Dalecamp.*

Herba) Forte quod apta sit detergendis vrceis. Caue tamen hanc esse cum superiore helxine idcirco existimes, cuius vim pariter absterfiuam in vitreis vasis Galenus commendat, de fac. simpl. m. VI. p. 173. Dissimilis enim vtriusque facies vel ex ipsa foliorum figura, quam Plinius accurate describit, intelligitur. Quae sit vrceolaris tamen ista, statuere haud procliue est. H.

f. Astericum) Ob florem stellatim diuisum. *Dal.*

g. Medetur) Medetur itaque tumoribus, podagris, aliisque. De podagris certe scribit Scribonius Larg. Comp. p. 158. *Ad podagram caldam cum feruore et tumore rubicundo; Benefacit primis diebus herba vrceolaris: item caseus mollis recens per se: postea herbae salis pusillum admiscere oportet.* H.

h. Vehiculorum) Iconem aurigantis vide in Nummis Consularibus: e curru excussi, in Not. I. Rhodii ad Scrib. Larg. p. 169. H.

i. Vernula charus) Plutarchus in vita Periclis. *Dal.*

Verna)

nienſium principi, quum is in arce templum aedificaret *k.*, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, et inde cecidiſſet, hac herba dicitur ſanatus, monſtrata Pericli ſomnio a Minerua. Quare Parthenium *l.* vocari cepta eſt, aſſignaturque ei Deae. Hic eſt vernula, cuius effigies ex aere fuſa eſt, et *m.* nobilis [1] ille Splanchnoptes.

XXI. (XVIII.) Chamaeleonem *n.* aliqui ixiam vocant. Duo genera eius. [2] Candidior aſperiora folia habet: ſerpit in terra echini modo ſpinas erigens,

1. *ilude ſpachinoptes. Ch.* 2. *Candidus ſilybo laut carduo aſperiora. Dioſc. ſpargitur in terra. Qui iam. Reuera Chamalcs non ſerpit, ſed humi iacet.*

Verna) Plut. hoc ipſum refert in vita Periclis p. 160. a Minerua remedia indicata dicit, quibus eſt puer ſanatus: Parthenium monſtratum non dicit. Sed idem in Sylla monet curatum deinde, vt iuxta arcem herba ea creſceret, ad memoriam rei ſempiternam. περὶ τὴν ἀκρόπολιν Φυόμενον παρθένιον vocat, p. 460. H.

k. Aedificaret) Ictino architecto operi praefecto. *Strabo et Vitruuius*. Dal.

l. Parthenium) Eſt enim Παρθένος, et Palladis, et virginis nomen: vt Παρθενὼν et Palladis templum eſt, et locus vbi virgines habitant, H.

m. Et nobilis ille Splanchnoptes) Sic vocatus eſt, quod exta torreret, et oris pleni ſpiritu ignem accenderet; opus vnicum Stypacis Cyprii. *Dal.*

Splachnoptes) Ab extis aſſatis, ἀπὸ τῶν σπλάγχνων ὀπτῶν, id ei nomen: quod et argumentum operis declarat: fuit enim ſtatua, exta torrens, ignem oris pleni ſpiritu accendens, vt dicetur XXXIV. 19. H.

n. Chamaeleonem aliqui, etc.) Album tantum. Dioſc. Lego, *Chamaeleonis duo genera. Candidior, quem ixiam vocant, aſperiora folia habet, etc.* Dal.

Chamaeleonem) Dioſc. in Noth. p. 452. de chamaeleone albo, οἱ δὲ χρησίσκηπτρον, οἱ δὲ ἰξίαν. Ac paulo poſt de nigro: οἱ δὲ πάγκαρπον, οἱ δὲ ἐλοφόνον, οἱ δὲ ἰξίαν, οἱ δὲ κυνόζολον. Dioſcor.

gens, radice *o.* dulci, odore [1] grauiſſimo. Quibuſdam in locis viſcum gignit album ſub alis foliorum, maxime circa Canis ortum, quo *p.* modo thura naſci dicuntur: vnde *q.* et ixia appellatur. [2] Hoc *r.*, vt maſtiche, vtuntur mulieres. Quare *s.* et chamaeleon vocetur, varietate *t.* foliorum euenit. Mutat *v.* enim cum terra colores, hic niger, illic viri-

1. *graui. Ch.* 2. *Hac maſtiche. Ch.*

Dioſcoridem ſequitur Oribaſius, XII. f. 223. *Chamaeleo albus, quod ixiam, tracto a viſco nomine vocant aliqui, propterea quod alicubi viſcum ad eius radices inueniatur, et quo, loco maſtiches mulieres vtuntur, folia habet ſilybo carduoue ſimilia: nigri tamen chamaeleonis foliis aſperiora, acutioraque . . . Chamaeleo vero niger, quem aliqui vlophonon, aliqui ixiam, aliqui cynomachon . . . vocauerunt: habet ipſe quoque folia carduo ſimilia: minora tamen et tenuiora*, etc. Heſych. ἰξίας, πόα τις, ἡ καὶ χαμαιλέων. Nuſquam in Italia, Gallia, Germaniaue chamaeleon prouenit, quare incerti nominis Gallici poſſeſſionem nondum venit. In Creta viſum a ſe album prodidit Bellonius αὐτόπτης et ἀξιόπιϛος, Obſſ. I. In Lemno, nigrum, vtriuſque iconem apud Dodonaeum vide, p. 717. H.

o. Radice) Sic Theophr. Hiſt. IX. 13. Τȣ̃ μὲ γὰρ λευκȣ̃ λευκή, καὶ γλυκεῖα, καὶ παχεῖα, καὶ ὀσμὴν ἔχȣσα βαρεῖαν. Et Nicand. in Ther. p. 47. Ῥίζα δ᾽ ὑπαργήεσσα, μελίζωρος δὲ πάσασθαι. *Albaque mellito radix condita ſapore eſt.* H.

p. Quo) Vide XII. 33. H.

q. Vnde) Ἰξία viſci appellatio eſt: plantae vnde id manat, ἰξίας. Folii, ἰξίον. Galen. in Expl. voc. Hipp. T. II. p. 92. Ἰξίον, Φύλλον τȣ̃ λευκȣ̃ χαμαιλέοντος. H.

r. Hoc) Viſco eo ſcilicet. Ἰξὸν, ᾧ καὶ ἀντὶ μαϛίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες, inquit Dioſc. III. 10. H.

s. Quare) Haec iiſdem verbis Dioſcor. III. 11. de chamaeleone vniuerſim. H.

t Varietate foliorum euenit) De nigro Chamaeleone id Dioſcor. *Dal.*

v. Mutat) Dioſcor. l. c. Ὠνόμαϛαι δὲ χαμαιλέων, διὰ τὸ ποικίλον τῶν Φύλλων etc. H.

viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atque aliis coloribus: Ex *x.* his candidus hydropicos sanat succo radicis decoctae. Bibitur [1] drachma in passo. Pellit *y.* et interaneorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem, in vino austero, cum origani *z.* scopis. Facit *a.* [2] ad difficultatem vrinae. [3] Hic *b.* succus occidit et [4] canes, suesque in polenta. Addita *c.* aqua et oleo contrahit in se mures ac necat, nisi

1. *et drachma. V.* 2. *ad, in Ch. d.* 3. *Radix Diosc.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. occidit canes Gr. et Al.*

x. Ex his) Diosc. III. 10. et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 241. H.

y. Pellit) Hoc est lumbricos, ἕλμινθα πλατεῖαν inquit, Diosc l. c. et Theophr. Hist. IX. 13. Galenus quoque l. c. H.

z. Origani) Scopas medici vulgo manipulos vocant: fasciculos videlicet manuales herbarum, hoc est, qui teneri manu possunt. H.

a. Facit) Diosc. l. c. Καὶ πρὸς δυσουρίαν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πίνεται. H.

b. Hic succus occidit et canes suesque in polenta. Addita aqua et oleo contrahit in se mures ac necat) Vetus codex: *Hic succus occidit et panos in polenta, et canes suesque addita aqua et oleo,* cetera redundant. Error, vt puto, est in situ verborum, scribendumque, *facit ad difficultatem vrinae panosque hic succus. Occidit et canes, sues, muresque in polenta addita aqua et oleo.* Nam et Dioscorides L. III. misceri scribit medicamentis quae exedendo sunt, vt non absurde credi possit facere etiam ad panos. Et quod attinet ad canes, sues, muresque; eiusdem Dioscoridis verba sunt libro praedicto: *Quin et canes suesque ac mures in polenta simul omnibus hydrelaeo maceratis enecat.* Pint. Theophr. c. 13. L. IX. histor. id aliter refert. *Occidit,* inquit, *canes et sues, canes quidem subacta cum polenta et hydrelaeo: sues vero cum brassica* (μετὰ ῥαφάνων) *mixta, viscum bulcera.* Fallitur Plinius: albi chamaeleonis id peculiare est. *Dal.*

Hic) Diosc. l. c. sequutus Theophr. Hist. IX. 13. H.

c. Addita) Dioscor. l. c. 'Απο-

nisi protinus aquam sorbeant. Radicem eius aliqui concisam seruari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Graeci rheumatismos *d.* vocant. Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset: et feminam, cui violaceus. [1] Vno *e.* nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali. Radicibus *f.* earum lichenes curantur, cum sulphure et bitumine vna coctis: commanducatis *g.* vero dentes mobiles, aut in aceto decoctis. Succo scabiem etiam quadrupedum [2] sanant. Et ricinos canum necant: [3] iuuencos *h.* quoque anginae modo. Quare *i.* a quibusdam

1. *Et vna. Cb.* 2. *sanant, in iuuencisque anginae morbum: et ricinos canum necant. Quare. Cb.* 3. *Sic ex MSS. H. et Cb iuuencas Gr. et Al.*

Ἀποκτείνει καὶ κύνας, καὶ ὗς, καὶ μύας, σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένη, καὶ ὑδρελαίῳ διεθεῖσα. H.

d. Rheumatismos) Ῥευματισμοὺς. Vox haec fluxionem sonat, perinde atque ista, κατάῤῥους. De huius morbi generibus, caussisque ac remediis, vide Theod. Prisc. II. p. 2. c. 7. H.

e. Vno) Hoc est, simili ac pari. Tamen in MSS. *Et vna nascuntur*, hoc est, simul. H.

f. Radicibus) Diosc. III. 11. H.

g. Commanducatis) Diosc. l. c. H.

h. Iuuencos) Ita MSS. Iuuencorum fauces, inquit, anginae modo, angit ac strangulat. Quamobrem οὐλοφόνον appellatur, quasi οὖλον vel ὅλον φόνον φέρον, perniciosam, vel omnem mortem afferens. Ita Nicand. in Alex. p. 148. vbi Schol. p. 62. Οὐλοφόνον δὲ, τὰ οὖλα βλάπτον, ἢ ὅλον φονευτικόν. Tamen Pliniani codices MSS. tum hoc loco, tum in Indice οὐλόφυτον, quae vox exitiosam herbam indicat, eodem fere significatu. H.

i. Quare a quibusdam vlophonon vocatur) Scio apud Diosc. III. οὐλοφόνον etiam legi; sed quum apud eumdem auctorem varia nomina herbarum ab aliis adiecta, non ipsius Dioscoridis legitima censeantur, potiorem

quibusdam vlophonon vocatur *k.* et [1] cynozolon, propter grauitatem odoris. Ferunt et [2] haec viscum hulceribus vtilissimum. Omnium autem generum eorum radices scorpionibus aduersantur.

XXII. (XIX.) Coronopus *l.* oblonga herba est cum fissuris. Seritur interim, quoniam radix [3] coeliacis praeclare facit in cinere tosta.

XXIII. (XX.) Et *m.* anchusae radix in vsu est, digitali crassitudine. Finditur *n.* papyri modo: manusque *o.* inficit sanguineo colore; praeparat

1. *cynosialon. Ch. cynosozon. Quidam.* 2. *hae. D.* 3. *colicis. Paulus.*

rem in hac parte habeo veterem lectionem, in qua *vlophyton* scriptum est, non *vlophonon.* Pint.

k. Et cynoz.) A foetore canis, κυνὸς ὄζη. H.

l. Coronopus) Diosc. II. 158. totidem verbis: Κορωνόπους, πρόμηκες βότανον ... κατεσχισμένον ... ῥίζαν λεπτὴν ἔχον, συπτικὴν, ἐσθιομένην πρὸς κοιλιακοὺς ποιοῦσαν. Galenus de fac. simpl. med. VII. p. 195. Κορωνόποδος ἡ ῥίζα πεπίστευται κοιλιακοὺς ὠφελεῖν ἐσθιομένη. Frustra sunt qui *colicis* ex Aeginetae solius exemplari vitiato, pro *coeliacis* hic reponunt. H.

m. Et) Anchusam hodie Gallia *Orcanettam* vocat, mulieribus non ignotam, quae colorem faciei natiuum fuco mentiuntur: quaeque vernaculum genarum pallorem, maculasque vultus hoc infectu occulunt: certe malas eleganti commendat purpurisso. Et sui aeui hunc morem fuisse Suidas innuit: Ἄγχουσα, inquit, εἶδος βοτάνης, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρὰ, ἣ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες. H.

n. Finditur) Instar papyri Aegyptiacae. H.

o. Manusque inficit sanguineo) Dioscorides τὴν χρόαν ὕφαιμος ἐν τῷ θέρει γινομένη, non vt vulgo legitur, γενομένη. per aestatem colore rubescens, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας ac manus inficiens. Legit Plinius, aut eius scriba, τὴν χρόαν ὕφαιμος, ὡς πάπυρος σχιζομένη, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας, inconsiderate ac negligenter.

parat lanas pretiosis coloribus. Sanat hulcera in cerato; praecipue *p.* senum: item *q.* adusta. Liquari non potest in aqua: oleo dissoluitur: idque sincerae experimentum est. Datur *r.* et ad renum dolores drachma eius potui in vino: aut si febris sit, [1] in *s.* decocto balani. Item in iocinerum vitiis, et *t.* lienis, et bile suffusis. Lepris *v.* et lentigini illinitur ex aceto. Folia trita cum melle et farina, luxatis imponuntur: pota *x.* drachmis duabus in mulso aluum sistunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur.

XXIV. Est et alia similis, pseudanchusa *y.* ob id appellata, a *z.* quibusdam vero [2] echis, aut [3] doris, et multis aliis nominibus: lanuginosior, et

1. *cum multa. Diosf.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. enchusa Gr. et Al.* 3. *Aris. Diosc.*

ter. Orpheus in Argon. ἄγχουσαν ἐρυθρὴν vocat. *Dal.* *Manusque*) Aestate scilicet. Diosc. IV. 23. vide obseru. praeced. H.

p. Praecipue senum) Dioscoridi vlcera πεπαλαιωμένα, inueterata, sanat in cera et oleo decocta. *Dal.*

Praecipue) Vetera hulcera, τὰ παλαιὰ ἕλκη, dixit Diosc. l. c. Hulcera senilia Plin. XXXI. 41. Diosc. εὐπορ. I. 182. ἕλκη πρεσβυτικά. H.

q. Item) Siue ambusta, πρὸς κατακαύματα. Diosc. l. c. H.

r. Datur) Diosc. l. c. H.

s. In) Hoc est, ex aqua in qua decocta myrobalanus fuerit. De myrobalano diximus XII. 46. Diosc. l. c. ex aqua mulsa praeberi tum iubet. H.

t. Et) Diosc. l. c. et Aetius de re med. I. p. 6. H.

v. Lepris) Et vitiligini Diosc. dixit, καὶ ἀλφὸς καὶ λέπρας σὺν ὄξει καταπλασσομένη. H.

x. Et pota) Diosc. et Aetius, ll. cc. H.

y. Pseudanchusa) Haec est Dioscoridis echium, quam et aridam vocari et ascibiadium tradit. *Dal.*

z. A quibusdam) Ita MSS. tum hoc loco, tum in Indice: non, vt editi, *enchusa*. Echion est Dioscoridi IV. 27. ἔχιον, οἱ δὲ ἀρίβαν, (scribe ex Aegine-ta,

et minus pinguis, tenuioribus foliis et languidioribus. Radix *a.* [1] in oleo non fundit rubentem succum: et hoc ab anchusa discernitur. Contra *b.* serpentes efficacissima potu foliorum, vel seminis. Folia *c.* ictibus imponuntur. Virus *d.* serpentium fugat. Bibitur *e.* et propter [2] spinam. Folium eius sinistra decerpi iubent Magi, et cuius causa sumatur dici, tertianisque febribus [3] adalligari.

XXV.

1. *Sic et Ch. in oleum non fundit rubentem. Ch. radix oleum non fundit, sed rubentem Gr. et Al.* 2. *dolores lumborum. Diosc.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. alligari Gr. et Al.*

ta, *οἱ δὲ δωριάδα* vel *δωρίδα) οἱ δὲ ἀλκίβιον*, etc. Iisdem notis a scriptore Graeco describitur, quas Plinius affert. Echios altera Plinii est, de qua XXV 58. H.

a. Radix) Hanc esse subnigram Diosc. ait. Vide N. et Em. N. IV. (hic coll.) *Radix)* Ita restituimus hunc locum, tum ex MSS. R. Colb. et Ch. tum ita postulante sententia: quum prius perperam legeretur: *Radix oleum non fundit, sed rubentem succum*: Nam neque oleum anchusa fundit: nec si rubentem succum dat pseudanchusa, ab anchusa discernitur. H.

b. Contra) Dioscor. l. c. H.

c. Folia ictibus imponuntur. Virus serpentium fugat) Vossian. *serpentes.* Mutauerunt, qui nescirent, quid hic *virus* esset. non enim venenum, sed grauem odorem significat, et anchusae, non serpentium, est. Sic Lib. XXIV. 6. *cuius radix euulsa virus hirci redolet.* L. XXXV. 15. *virus alarum* L. XXIX. 9. *ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura: quo magis virus resipit, hoc praestantius iudicatur.* Gronouius.

Folia) Diosc. l. c. H.

d. Virus) Vide N. et Em. N. V. (hic pos.) *Virus)* Ita libri vulgati, cum R. 3. cod. At Colb. 3. forte sincerius, *Virus serpentes fugat*: vt vox ea, *virus*, non venenum serpentum, sed grauem pseudanchusae odorem significet, qui serpentes fuget. Sic idem alibi: *Cuius*

XXV. (XXI.) Eſt *f.* et alia herba proprio nomine [1] onochiles, quam aliqui anchuſam *g.* vocant, alii [2] arcebion, alii onochelim, aliqui rhexiam, multi *h.* [3] enchuſam, paruo *i.* frutice, flore purpureo, aſperis foliis et ramis, radice *k.* meſſibus ſanguinea, cetero nigra, in ſabuloſis naſcens, efficax *l.* contra ſerpentes, maximeque viperas, et radice et foliis, aeque cibo ac potu. Vires habet meſſibus. Folia trita odorem *m.* cucumeris reddunt. Datur in cyathis tribus vulua procidente. Pellit *n.* et [4] tineas cum hyſſopo. Et in dolore [5] renum aut iocineris ex aqua mulſa, ſi fe-

1. *onochilon.* *Ch.* 2. *archibellion, alii onoclean. Alii alcibiadion, alii onocheiles. Dioſc. arcebon, alii onochilon. Ch.* 3. *enichriſam. Ch.* 4. *taenias. Ch.* 5. *ſplenium. Ch.*

Cuius radix euulſa virus hirci redolet. H.

e. Bibitur) Ad ſpinae dolores, et lumborum: Dioſcorides l. c. Παύει δὲ καὶ ὀσφύος ἄλγημα, μετ' οἴνε ληφθεῖσα. H.

f. Eſt) Dioſc. IV. 24. Ἄγχεσα ἑτέρα, ἣν ἔνιοι ἀλκιβιάδιον, ἢ ὀνοχειλὲς ἐκάλεσαν. In Nothis additur, *οἱ μὲν κατάγχεσαν, οἱ δὲ ἀρχιβέλλιον.* Gal. de fac. VI. p. 149. ἡ ὀνόχειλος. Et hanc Galli *Orcanettam* vocant. Pingitur a Lobelio in Adu. p. 248. Vidimus in horto Regio. H.

g. Anchuſam vocant) Anchuſa ſecunda. Dioſc. *Dal.*

h. Multi) In indice, *enchryſam.* H.

i. Paruo) Iiſdem plane verbis, notiſque a Dioſcoride deſcribitur, IV. 24. H.

k. Radice) Hoc eſt, meſſis tempore, περὶ τὸν πυραμητὸν, inquit Dioſc l. c. H.

l. Efficax) Dioſc. l. c. cum Nicandro in Ther. p. 60. cuius Scholiaſten vide p. 38. Sic cum Dioſc. totidem verbis Galen. l. c. H.

m. Odorem, etc.) De alſines foliis id Dioſcorides. *Dal.*

n. Pellit et tineas) De radice anchuſae tertiae, quae poſthac deſcribitur, id Dioſcorides tradit. *Dal.*

Pellit) Hoc vero Dioſc.

bris ſit: ſin aliter, [1] ex vino bibitur. [2] Lentigini *o.* ac lepris radix illinitur. Habentes *p.* eam, a ſerpentibus feriri negantur. Eſt *q.* et alia huic ſimilis [3] flore rubro, minor, et ipſa ad eoſdem vſus. Traduntque *r.* commanducata ea, ſi inſpuatur, mori ſerpentem.

XXVI. Anthemis *s.* magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii [4] eranthemon, quoniam vere floreat: alii chamaemelon, quoniam odorem mali habeat. Nonnulli *t.* [5] melanthemon vocant. Genera *v.* eius tria [6] flore tantum diſtant, palmum non

1. *e. Ch.* 2. *Vitiligini. Dioſc.* 3. *ſemine puniceo, minore. Dioſc.* 4. *arathemida. Th.* 5. *melanthion. Ch.* 6. *fronde. Ch.*

IV. 25. de anchuſa altera prodidit, quam Plinius mox deſcribet. Galenus quoque, l. c. p. 150. H.

o. Lentigini) Galen. l. c. vitiligini, lepriſque dixit: ἀλφὸς καὶ λέπρας ἰᾶται. H.

p. Habentes) Dioſcorid. l. c. H.

q. Eſt et alia, etc.) Anchuſa tertia Dioſc. *Dal.*

Eſt) De qua Dioſc. IV. 25. Nomine hanc carere Galenus ait, l. c. H.

r. Traduntque) Dioſc. l. c. H.

s. Anthemis) Tot nominibus, quot hic repraeſentantur, ab Oribaſio appellatur, L. XI f. 190. poſt Dioſcor. III. 154. Ἄνθεμις, οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον, διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐπὶ ἔαρος, οἱ δὲ χαμαίμηλον, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῇ ὀσμῇ, οἱ δὲ μελάνθεμον, οἱ δὲ χρυσοκόμην, οἱ δὲ καλλίαν καλοῦσι. Galen. in expl. voc. Hipp. T. II. p. 90. Εὐάνθεμον, ὅπερ καὶ ἄνθεμις λέγεται, καὶ χαμαίμηλον. Omnibus officinis, interpolato poſtremo hoc Graeco nomine, et vulgo quoque *Camomilla* dicitur, notior quam vt debeat aliis depingi notis. H.

t. Nonnulli) Vel, vt MSS. *melanthion.* H.

v. Genera) Totidem verbis haec Dioſc. et Orib. ll. cc. H.

non excedentia, [1] paruiſque floribus, vt rutae, candidis, aut melinis, aut purpureis. In macro ſolo, aut iuxta ſemitas colligitur *x.* vere, et *y.* in coronamenta reponitur. Eodem tempore et medici folia tuſa in *z.* paſtillos digerunt: item florem et radicem. Dantur omnia *a.* mixta drachmae vnius pondere, contra ſerpentium omnium ictus. Pellit mortuos partus: item *b.* menſtrua in potu, et vrinam, calculoſque. Inflationes *c.*, iocinerum vitia, bilem ſuffuſam, aegilopia commanducata, hulcerum eruptiones manantes *d.* ſanat. Ex *e.* omnibus his generibus ad calculos efficaciſſima eſt, quae florem purpureum habet: cuius et foliorum et fruticis amplitudo maiuſcula eſt. Hanc *f.* proprie [2] quidam [3] eranthemon vocant.

XXVII. Loton qui arborem putant tantum eſſe, vel Homero *g.* auctore coargui poſſunt. Is

 enim

1. *paruis foliis, rutae, candidis, aut malinis.* *Ch.*
2. *quidem* Gr.
3. *erenthemim.* *Ch.*

x. Colligitur) Dioſc. l. c. Apul. c. 23. *Legi eam menſe Aprili.* H.

y. Et in) Non ad luxum modo, ſed etiam ad vſum medicinae: ad depellendum ſcilicet capitis dolorem, vti ex Archigene et Galeno diſcimus, κατὰ τόπες II. 2. p. 381. H.

z. In paſtillos digerunt) Vide apud Dioſcor. longe aliter hoc explicatum, quam a Plinio citatur. *Dal*

a. Omnia mixta drachmae vn. p. contra ſerpentium omnium ictus) MSS. Voſſ. et Acad. ignorant τὸ *omnium.* dein, *Pellunt mortuos partus.* Gron.

b. Item) Dioſc. l. c. H.

c. Inflationes) Dioſc. l. c. totidem verbis. H.

d. Manantes ſanat) De leucanthemo et chryſanthemo id Dioſcorides, vt legendum ſit, *ſanant.* Dal.

e. Ex omnibus) Dioſc. ſimiliter, l. c. H.

f. Hanc) Dioſc. l. c. H.

g. Homero) Eo verſu, quem recitauimus L. ſup. ſ. 17. H

enim *h.* inter herbas subnascentes Deorum voluptati loton primam nominauit. Folia *i.* eius cum melle, oculorum cicatrices, argema, nubeculas discutiunt.

XXVIII. Est et *k.* lotometra, quae fit ex loto sata, ex cuius semine [1] simili *l.* milio, fiunt panes in Aegypto a pastoribus, maxime *m.* aqua vel lacte subacto. Negatur quidquam illo pane salubrius esse, aut leuius, dum caleat: refrigeratus difficilius concoquitur, fitque ponderosus. Constat eos qui illo viuant, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis morbis ventris infestari. Itaque inter remedia eorum habetur.

XXIX.

1. *simillimo porri. Ch.*

h. Is enim, etc.) Iliad. ξ. de Ioue et Iunone loquens: Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν Δῖα Φύε νεοθηλέα ποίην, Λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον. Apud eumdem Odyss. δ. Telemachus sic Menelaum alloquitur: σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις Εὐρέος, ᾧ ἐνὶ μὲν λωτὸς πολὺν ἠδὲ κύπειρον. *Dal.*

i. Folia eius cum melle) Haec est lotus, (vrbana λώτος ἥμερος) triphyllos, Dioscorid. *Dal.*

Folia) Loti nimirum herbae, quam Diosc. IV. 111. satiuam appellat, herbam Plin. XIII. 52. vbi eadem de viribus illius affert. H.

k. Est) Sic Diosc. Λωτόμητρα, ἐν τοῦ λωτοῦ σπαρέντος γίνεται. Non e loto quidem proxime explicata, quae vbique nascitur, sed ex congenere, hoc est, Aegyptia, quae αὐτομάτως sponte nascitur et agrestis est, culturaque melior efficitur, grandiorque, vnde ei lotometrae nomen. Sic ortygometram, coturnicem maiorem, echinometras maiores echinos vocant. H.

l. Simili) Sic XIII. 32. *Intus grana, ceu milium.* Diosc. IV. 114. Ἔοικε δὲ ἡ κωδία μήκωνι μεγίστῃ· ἐν ᾗ καρπὸς ὡς κέγχρος, ὃν ξηράναντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ βάλλουσιν εἰς ἀρτοποιΐαν. Sic etiam Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 205. In MSS. R. Colb. Chifl. legitur *semine simillimo porri*, quod eodem recidit. H.

m. Maxime aqua vel lacte subacto)

XXIX. Heliotropii miraculum saepius *n.* diximus, cum Sole se circumagentis, etiam nubilo die: [1] tantus sideris amor est: [2] noctu velut desiderio *o.* [3] contrahi caeruleum florem. Genera

 eius

1. tantum. Ch. *2. Noctu vero velut eius desid. V.* *3. contrahit. Ch.*

subacto) Horum omnium nihil Theophr. nihil Dioscorid. *Dal.*

n. Saepius) Vt XVIII. 67. etc. H.

o. Contrahi caeruleum florem) De cichorii flore, qui etiam solem semper aspicit, hoc audiendum. Heliotropii flos, vel candidus est, vel subfuluus Dioscoridi. *Dal.*

Caerulaeum) Mouit haec caerulei floris nota, inter herbarios, aliosque, lites ingentes, vt quae planta demum heliotropii nomine censenda esset, pro se quisque statueret. Cichorii florem existimauit esse Dalecampius: risit hoc commentum Salmasius, in Confutat. Cercoëtii, p. 141. Hallucinatum esse Plinium vir summus putauit, in Mastigoph 3. p. 81. qui caeruleum heliotropio florem affinxerit: apud Diosc. IV. 193. non ὑποπόρφυρον, sed ὑπόπυῤῥον, legi oportere: atque id recentiorum calculo firmat: quibus adiungi Oribasius potuit, XI. p. 198. Nam is *subfuluum* in reddidit: nisi id interpretis aut codicum Graecorum, quod verius reor, vitium fuit. Nam purpureum, cui affinis colos caeruleus est, heliotropio florem Apuleius tribuit, c. 49. *Cum flore*, inquit, *in summitate tenui, et veluti purpureo, atque vncato, in similitudinem scorpionum, . . Eius herbae diuinae ad Solis cursum floscelli se vertunt: et quum Sol occidit, flores se claudunt*; etc. Similem violae facit Ouid. Metam. IV. v. 268. vbi de Clytie in heliotropium florem mutata: *Membra ferunt haesisse solo, partemque coloris Luridus exsangues pallor conuertit in herbas. Est in parte rubor, violaeque simillimus ora Flos tegit: illa suum, quamuis radice tenetur, Vertitur ad solem, mutataque seruat amorem.* Nos interim ad Ruellii sententiam accedimus III. 664. heliotropium censentis esse herbam eam, quae nouo ab herbariis indito nomine Herba cancri vocitatur, quod flores in caudae can-

cri

eius duo: tricoccum *p.*, et *q.* helioscopium. Hoc altius *r.* (quamquam vtrumque semipedalem altitudinem non [1] excedit) ab ima radice ramosum. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur nonnisi in pingui solo, cultoque maxime: tricoccum vbique. Si decoquatur, inuenio cibis placere: et in lacte iucundius aluum molliri: et *s.* si decocti succus bibatur, efficacissime exinaniri. Maioris succus excipitur aestate, hora sexta: miscetur cum vino, sic firmior. Capitis dolores sedat, rosaceo admixto. Verrucas *t.* cum sale tollit succus e folio: vnde nostri verrucariam herbam appellauere, aliis cognominari effectibus digniorem. Namque *v.* et serpentibus, et scorpionibus resistit, ex vino aut aqua mulsa, vt Apollophanes et Apollo-

1. *excedit ab vna. Ch.*

cri similitudinem inflectuntur. Ruellio adstipulatur Anguillara, part. XIV. p. 302. Pingitur a Matthiolo accurate p. 1300. A Clusio Hist. rar. plant. IV. p. 46. Addimus id huic flori contingere, quod in chamaeleone Plinius adnotauit, s. 21. vt cum terra mutet colores: aliubi candidus, aliubi luteus, purpurascens etiam aliubi, atque caeruleus, vt Plinius, aliique testantur. H.

p. Tricoccum) Paruum. *Dal.*

q. Helioscopium) Magnum. *Dalecamp.*

r. Hoc altius) Magnum potius dictum puto ab amplitudine foliorum, quam a proceritate ramulorum. *Dal.*

Hoc) Helioscopium videlicet, seu heliotropium maius, cuius iconem apud Clusium vide hist. rar. pl. IV. p. 46. H.

s. Et si) Eo pituitam per aluum, bilemque detrahi, pariter docet Dioscor. IV. 193. H.

t. Verrucas) Ad verbum ista Marc. Emp. c. 19. p. 132. et Diosc. l. c. H.

v. Namque) Apul. c. 49. tit. 3. *Ad serpentium morsus, et scorpionum ictus: Herba solago maior*, etc. Hinc est, quod σκορπιοκτόνον, ab effectu videlicet, appellatum idem Apuleius ait.

Apollodorus tradunt. Folia *x.* infantium deſtillationibus, quod ſiriaſin *y.* vocant, illita medentur. Item contractionibus, etiam ſi id comitialiter accidat. Decocto quoque foueri [1] os ſaluberrimum eſt. Potum *z* id pellit [2] tineas, et renum arenas. Si cuminum adiiciatur, calculos frangit. Decoqui *a.* cum radice oportet, quae cum foliis et hircino [3] ſeuo podagris illinitur. Alterum [4] genus, quod tricoccum appellauimus, et alio nomine ſcorpiuron *b.* vocatur, foliis non ſolum minoribus, ſed etiam in terram vergentibus. Semen ei eſt effigie ſcorpionis caudae: quare ei nomen. Vis *c.* ad omnia venenata et phalangia, [5] ſed contra ſcorpiones praecipue illita. Non feriuntur habentes. Et ſi terram ſurculo heliotropii circumſcribat aliquis,

1. *Sic et Dal. eos Gr.* 2. *taenias. Alii et Cb.* 3. *ſebo. Cb.* 4. *genus eſt, quod tricoccum appellauimus: aliud vero, quod ſcorpioeides nomine vocatur. Dioſc.* 5. *Sic* ex MSS. *H. et Cb. et contra Gr. et Al.*

ait. Vt ille ſolaginem, ſic *herbam ſolarem* Celſus vocat V. 27. tit. *Aduerſus ictum ſcorpionis: Bibere oportet herbae ſolaris, quam ἡλιοτρόπιον Graeci vocant, ſemen, vel certe folia ex vino.* H.

x. Folia) Dioſc. l. c. H.

y. Siriaſin) Σειρίασις ardor capitis, aduſtio, vſtulatio, eſt cerebri et membranarum eius inflammatio, (τὸ καῦμα) cum oculorum et ſyncipitis cauitate, totius corporis ariditate, febre ardente, pallore, appetentia deiecta et nonnunquam diarrhoea. Vide ſupra cap. 30. L. XX. *Dal.*

z. Potum) Hoc eſt, latos ventris tereteſque lumbricos. Minori heliotropio hanc vim adſcribunt Dioſc. IV. 194. et Apul. cap. 63. tit. 1. H.

a. Decoqui cum radice oportet) Dioſcoridi tenuis et inutilis radix eſt. *Dal.*

b. Scorpiuron) Σκορπίουρον, a floris vel ſeminis inflexione. H.

c. Vis) Nicand. in Ther. p. 48. H

quis, negant ſcorpionem egredi. Impoſita vero herba, aut vda omnino reſperſum, protinus mori. Seminis *d.* grana quatuor pota, quartanis prodeſſe dicuntur, tria vero tertianis: vel ſi herba ipſa ter circumlata ſubiiciatur capiti. Semen et Venerem ſtimulat. Cum melle panos diſcutit. Et *e.* verrucas hoc vtique heliotropium radicitus extrahit, et excreſcentia in ſedibus. Spinae *f.* quoque ac lumborum ſanguinem corruptum trahit illitum ſemen, et potum, in iure gallinacei decoctum, aut cum beta et lente. Cortex [1] vero liuentibus colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter alligari iubent ab ipſo aegro, precarique eum, ſoluturum ſe nodos liberatum, et ita facere non exempta herba.

XXX. Aliud *g.* adianto miraculum: aeſtate viret, bruma non marceſcit: aquas reſpuit, perfuſum merſumue ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio depre-

1. *ſeminis liuentibus. Ch.*

d. Seminis grana quatuor pota) De ſemine heliotropii magni id Dioſcorides. *Dal.*

Seminis) Haec Dioſc. IV. 139. de maiore heliotropio. H.

e. Et) De minore pariter id Dioſc. IV. 194. H.

f. Spinae quoque; etc.) Qualem morbum ſignificet obſcurum eſt, niſi forte ſanguinem impurum, feculentum, craſſum intelligat, renibus impactum, et dolores excitantem, quo in morbo prodeſt vrinas meiere turbidas, cruentis ſimiles, et tamquam iniecta permixtaque fuligine nigras. Alibi ſanguinem inutilem vocat, vt c. 4. L. XX. *Dal.*

Spinae) Sanguinem impurum, qui haeret in renibus. H.

g. Aliud) Aliud Plinio, aliud Dioſcoridi *ἀδίαντον* eſt, Dioſcoridis quidem id eſt, quod Capillum Veneris vocant officinae, *Capillaire.* Plinianum, non aliud quam Dioſcoridis trichomanes eſt, pictum a Lobelio in Obſſ. p. 471. H.

deprehenditur: vnde *h.* et nomen a Graecis: [1] alioqui frutici *i.* topiario. Quidam *k.* callitrichon vocant, alii polytrichon, vtrumque [2] ab effectu. Tingit *l.* enim capillum: et ad hoc decoquitur in vino cum ſemine apii, adiecto oleo copioſe, vt criſpum denſumque faciat: defluere *m.* autem prohibet, Duo *n.* eius genera: candidius, et nigrum breuiuſque.

1. *alioquin Gr.* 2. *Eſt ab eff. Ch.*

h. Vnde et) Ἀδίαντον, quod ȣ̓ διαίνεται: quod in aqua non madeſcat, ſiue vt ait Nicander, quod imbres ac pluuiarum ſtillicidia foliis eius non inſideant: in Ther. pag. 60. Ἀχραές τ᾽ ἀδιάντου, ὃ ἐκ ὄμβροιο ῥαγέντος Λεπταλέη πίπτȣσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει. *Et numquam madidum Veneris compone capillum, Cui non inſideant effuſi nubibus imbres.* Tradit autem haec etiam Theophr. Hiſt. VII. 13. H.

i. Frutici topiario) Licenter hoc Plinius et affectate. Primum quidem, quia frutex non eſt, ſed herbula: deinde quia hominum induſtria eo non vtitur ad ornandos tegendoſque hortorum parietes, vt aliis topiariis plantis, ſed veluti naturae quodam artificio muros veſtit, e quibus prorumpit. *Dal.*

Frutici) Subintellige ex antecedentibus, ſimile eſt. H.

k. Quidam) Apul. c. 47. *Graeci callitrichon, iidem adianton, iidem polytrichon, iidem trichomanes . . . Latini capillum Veneris, iidem herbam capillarem etc.* Sic etiam Marc. Emp. cap. 6. p. 45 et Galenus κατὰ τόπ. cap. 2. p. 381. H.

l. Tingit) Apul. c. 47. tit. 2. *Ad capillos tingendos: Herba callitricho in oleo trita capilli vncti inficiuntur.* H.

m. Defluere) Galen. de fac. ſimpl. med. VI. 7. p. 150. etiam ex alopecia glabrum caput capillis conueſtire ait, ἀλωπεκίας δασύνει. Theophr. Hiſt. VII. 13. Χρήσιμα δὲ ἀμφότερα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. Dioſc. quoque IV. 136. et Marc. Emp. c. 6. p. 45. H.

n. Duo) Haec ſunt apud Theophraſt. Hiſt. VII. 13. Maius a Lobelio pingitur, vt diximus: minus teneriuſque a Bauhino T. III. L. XXXVII. p. 755. H.

que. Id quod maius eſt, polytrichon: [1] aliqui *p.*, trichomanes vocant. Vtrique ramuli nigro colore nitent, [2] foliis filicis: [3] ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt: [4] omnia autem contrariis pediculis denſa inter ſe ex aduerſo: radix *q.* [5] nulla. Vmbroſas *r.* petras, parietumque aſpergines, ac fontium maxime ſpecus [6] ſequitur, et ſaxa manantia: quod miremur, quum aquas non [7] ſentiat. Calculos *s.* e corpore mire pellit, frangitque, vtique nigrum. Qua de cauſa potius, quam quod in ſaxis naſceretur, a noſtris ſaxifragum *t.* appellatum crediderim.

1. Sic et Ch. aliud Gr. et Al. 2. *foliis coriandri, aut filicis. Dioſc.* 3. *in quibus. D.* 4. *trichomani. Dal.* 5. *inutilis. Dioſcor.* 6. *ſequuntur. D.* 7. *ſentiant. D.*

p. Aliqui) Ita MSS. R. Colb. Ch. non vt editi, *aliud trichomanes.* Eſt enim ea maioris quoque, et candidi ſeu polytrichi, callitrichiue appellatio: vt vidit acute Anguillara, part. XIV. p. 289. Iiſdem fere verbis a Dioſc. deſcribitur IV. 137. Τριχομανὲς, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀδίαντον καλοῦσι . . . ὅμοιον πτέριδι, . . . ςοιχηδὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους τὰ φύλλα ἔχον λεπτὰ, φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις, ἐπὶ ῥαβδίων λεπτῶν καὶ ςιλπνῶν καὶ ςρυφνῶν, ὑπομελάνων. Vires deinde adiicit eaſdem huic eſſe, quae ſunt adianto alteri propriae. H.

q. Radix) Sed fibrae tantum et capilli tenues. Vel, nullius vſus, ῥίζα ἄχρηςος, vt ait Dioſc. IV. 136. H.

r. Vmbroſas) Dioſc. IV. 136. de adianto ſuo: Φύεται δὲ ἐν παλισκίοις, καὶ ἑλώδεσι τόποις καὶ τοίχοις ἐνίκμοις, καὶ περὶ τὰς κρήνας. *Vmbroſis paluſtribuſque locis, et in parietibus aſpergine humentibus, ac circa fontes prouenit.* Et c. ſq. de trichomane: Φύεται κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους. H.

s. Calculos) Dioſc. l. c. et Marc. Emp. c. 26. p. 181. H.

t. Saxifragum) Et Apuleius ſaxifragum agnoſcit, c. 97. quod et adiantum vocetur, virtute ad pellendos calculos ſingulari, ramulis nigro colore

diderim. Bibitur e vino, quantum terni decerpsere digiti. Vrinam *v.* cient. Serpentium *x.* et araneorum venenis resistunt. In *y.* vino [1] decocti aluum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. Contra scolopendrae morsus illinuntur, crebro *z.* [2] auferendi, ne perurant: hoc et in alopeciis. Strumas *a.* discutiunt, furfuresque in facie, et capitis manantia hulcera. Decoctum *b.* ex his prodest suspiriosis, et iocineri, et lieni, et felle suffusis, et hydropicis. Stranguriae illinuntur, et renibus cum absinthio. Secundas *c.* cient, et menstrua. Sanguinem *d.* sistunt ex aceto, aut rubi succo [3] poti. Infantes quoque exhulcerati perunguntur ex [4] iis cum rosaceo et vino prius. Folium in vrina

1. *decocta.* D. 2. *Sic ex* MSS. *Hard. auferenda ne perareant. V. ne pereant. Gr. et Al.* 3. *nota Dal.* 4. *his. Cb.*

colore nitentibus, quales sunt trichomani: sed folia tibuit similia coriandri, quod falsum est. De hac saxifraga loquutus etiam Q. Serenus videtur cap. 33. p. 146. *Si vero in lapides densus conuertitur humor Qui retinet cursus, gemitumque dolore frequentat, Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt.* Fontigenam vocat, quoniam, vt Plinius ait, fontium specus sequitur. H.

v. Vrinam) Theophrast. Hist. VII. 13. Πρὸς στραγγουρίαν τὸ τριχομανὲς ποιεῖ. Diosc. quoque ll. cc. H.

x. Serpentium) Diosc. ll. cc. H.

y. In vino) Adianti scilicet, nam et virili genere Latini extulerunt, vt Apuleius. H.

z. Crebro auferendi, ne pereant) Notant ex vet. *ne perareant.* Voss. *ne perunt.* Lege, *ne perurant.* L. XXXVIII. 8. *Ne acria perurant, adeps anserinus cum cera* etc. Gronouius.

a. Strumas) Diosc. et Galen. ll. cc. H.

b. Decoctum) Diosc. l. c. H.

c. Secundas) Dioscor. ll. cc. H.

d. Sanguinem) Diosc. ll. cc. H.

vrina pueri impubis, tritum quidem cum aphronitro, et illitum ventri mulierum, ne rugosus fiat, praestare dicitur. Perdices *f.* et gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis: pecorique *g.* esse [1] vtilissimos.

XXXI. (XXII.) Picris *h.* ab insigni amaritudine cognominatur, vt diximus: rotundo *i.* folio. Tollit eximie *k.* verrucas. Thesium quoque non dissimili amaritudine est: sed *l.* purgat aluum: in quem vsum teritur ex aqua.

XXXII. Asphodelum de clarissimis herbarum, quam heroion *m.* aliqui appellauerunt, Hesiodus et in [2] siluis nasci dixit: Dionysius, marem ac feminam esse. Defectis *n.* corporibus et phthisicis constat bulbos eius cum ptisana decoctos, aptissime

1. *vtilissima.* D. 2. *fluuiis.* V.

f. Perdices) Coturnices, Dioscorid. *Dal.*

Perdices) Coturnices, inquit Diosc. IV. 136. et gallinaceos pugnaciores facit, in cibum eorum additum adiantum: circa ouilia quoque pecorum vtilitatis gratia seritur. H.

g. Pecorique esse vtilissimos) Sata circa ouilia. Dioscorid. *Dal.*

h. Picris) L. XXI. 65. H.

i. Rotundo folio) Falsum id. Nulli generi κιχωριωδῶν rotundum folium est, sed oblongum. Theophr. cap. 11. L. VII. hist. figurae foliorum nullam mentionem facit, sed eam solum hieme tota, vereque toto florere tradit. Quod si rotundum *teres* intelligamus, minima certe κιχωριώδους species, quam picrida esse putamus, foliis est propemodum teretibus. *Dal.*

k. Verrucas) Matthiolus verrucarium cichorium depingit, facultatis praestantissimae ad verrucas delendas. *Dal.*

l. Sed purgat aluum) Tuto delebis τὸ *sed.* non enim est in optimo, neque hic locum tuetur. *Gron.*

m. Heroion) Ἡρώειον. H.

n. Defectis) Tabe, seu macie. Graeci cachectas vocant, vt alibi dicturi sumus H.

me dari: panemque ex his cum farina ſubactis, ſaluberrimum eſſe. Nicander *o.* et contra ſerpentes ac ſcorpiones, vel caulem, quem anthericon vocauimus, vel ſemen, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis: ſubſtrauitque ſomno contra hos metus. Datur et contra venenata marina, et contra ſcolopendras terreſtres. Cochleae mire in Campania caulem eum perſequuntur, et ſugendo arefaciunt. Folia *p.* quoque illinuntur venenatorum vulneribus ex vino. Bulbi neruis articuliſque cum polenta tuſi illinuntur. Prodeſt et conciſis ex aceto lichenas fricare: item *q.* hulceribus putreſcentibus ex aqua imponere: mammarum *r.* quoque et teſtium [1] inflammationibus. Decocti *s.* in faece vini, oculorum epiphoris ſuppoſito linteolo medentur. [2] Fere in quocumque morbo [3] magis decoctis medici vtuntur. Item *t.* ad tibiarum tetra hulcera, rimaſque corporum quacumque in parte, farina arefactorum. Autumno autem colliguntur, quum plurimum valent. Succus quoque

1. *inflammationi. Cb.* 2. *Foliis in. M.* 3. *Sic ex MSS. H. decoctis magis Gr. et Al.*

o. Nicander) Nunc ita quidem in Ther. pag. 39. Ἄγρει δ' ἀσφοδέλοιο διανθέος ἄλλοτε ῥίζαν, Ἄλλοτε καὶ καυλεῖον ὑπέρτερον ἀνθερίκοιο, Πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, ὅτε λοβὸς ἀμφὶς ἀέξει. *Tu quoque florentis radicem velle rotundam Aſphodeli, aut tollentem alte faſtigia caulem, Vel quae diſtincto clauduntur ſemina folle.* Nicandrum ſequitur Dioſc. II. 199. De aſphodelo egimus ſuperiore L. ſ. 68. Sunt qui et *Afrodille* vocent, et *Hache Royale.* H.

p. Folia) Dioſc. l. c. H

q. Item) Dioſc. l. c. totidem verbis. H.

r. Mammarum) Dioſcor. l. c. H.

s. Decocti) Dioſcor. l. c. H.

t. Item ad) Apul. c. 32. t. 1. *Ad dolorem tibiarum, vel pedum: Herbae aſphodeli ſucco cum oleo amygdalino vngues*

que [1] tusis expressus aut decoctis vtilis fit corporis *v.* dolori, cum melle: idem odorem *x.* corporis iucundum affectantibus, cum iri arida et salis exiguo. Folia etiam supra dictis medentur, et strumis, panis, hulceribus in facie, decocta in vino. Cinis *y.* e radice alopecias emendat, et rimas pedum. Decoctae *z.* radicis in oleo succus, perniones et *a.* ambusta. Et ad grauitatem *b.* aurium infunditur: [2] a *c.* contraria aure in dolore dentium.

1. *thyrsis.* M. 2. *et a contr.* Dal.

vngues quod dolet, mire sanatur. H.

v. Corporis dolori) Coli tormentis, aut lassitudini. *Dal.*

Corporis) Lassitudinem forsan intelligit. H.

x. Odorem corporis, etc.) Quia tetrum odorem corporis, alarum praecipue, feminum, pedum emendat. *Dal.*

Idem) Quia tetrum odorem corporis, alarum praecipue, feminum ac pedum emendat, vt est ex Xenocrate mox dicturus. H.

y. Cinis) Diosc. II. 199. Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 161. Alex. Iatros. I. 4. H.

z. Decoctae) Diosc. l. c. H.

a. Et ambusta. Et ad grauitatem) Voss. *et ambustae grauitatem.* Andeg. *et ambusta et grauitatem.* Fortasse: *Decoctae radicis in oleo succus perniones, et ambustae grauitatem aurium.* Intellige, ambustae radicis succus emendat aurium grauitatem. Tum, *Infunditur a contraria aure in dolore dentium.* sic Lib. XXIV. 10. *Eiusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo calfactosque in cortice Punico instillauit dentium dolori a contraria aure.* Sic duo Vossiani. *Punico* etiam Chifflet. *Cortex Punicus*, est cortex Punici mali. Et in multis gaudebant sic loqui. Quemadmodum et in X. fam. Ciceronis Lepidus scribit *a ponte Argenteo* id est, a ponte amnis argentei. *Gron.*

b. Grauitatem aurium) Τὴν *βαρυκοΐαν*: Diosc. vero *ὠταλγίαν*, aurium dolorem. *Dal.*

c. A contraria) Dentium dolores, inquit, mitigat, oppositae

tium. Prodest *d.* et vrinae pota modice radix, et menstruis, et lateris doloribus: item ruptis, conuulsis, tussibus, drachmae pondere in vino pota. Eadem *e.* et vomitiones adiuuat commanducata. Semine *f.* sumpto turbatur venter. Chrysermus *g.* et parotidas in vino decocta radice curauit: item *h.* strumas, admixta cachry ex vino. Quidam aiunt, si imposita radice pars in fumo suspendatur, [1] quartoque die soluatur, vna cum radice arescere strumam. [2] Sophocles *i.* ad podagras vtroque modo, cocta crudaque, vsus est. Ad perniones decoctam ex oleo dedit, et suffusis felle in vino, et hydropicis. Venerem quoque concitari cum [3] melle perunctis *k.*, aut bibentibus [4] tradidere. Xenocrates

1. *Sic ex MSS. em. Hard. et Ch. et quarta die Gr. et Al.* 2. *Socles. Ch.* 3. *cum vino et melle Gr. et Al.* 4. *Sic et Ch. tradiderunt Gr. et Al.*

positae auriculae instillatus. Diosc. l. c. H.

d. Prodest) Haec totidem verbis Diosc. l. c. H.

e. Eadem) Diosc. l. c. H.

f. Semine) Potum in vino semen, inquit Diosc. violenter aluum deiicit: ὁ δὲ καρπὸς ... καταῤῥήττει τὴν κοιλίαν. H.

g. Chrysermus) Marcell. Emp. c. 15. p. 107. etiam ad collum suspensa radice sanari parotidas credit: caue tu credas. H.

h. Item) Sic Theod. Prisc. l. 9. in quo de furunculis, et de strumis, quas choeradas Graeco vocabulo appellat. *Asphodeli radices,* inquit, *in vino tinctae.* H.

i. Sophocles ad podagras vtroque modo) MSS. quatuor: *Socrates.* Chiflet. et Voss. *Socles.* Forte *Diocles.* quem saepe alibi nominat: vt hoc libro cap. 25. et L. XXIII. 1. Meminit et Sex. Empiricus, et Hesychius in Συγκομιςὸς, et alii. *Gron.*

Sophocles) In MSS. R. Colb. Ch. *Socles.* Forte *Diocles.* Nam is in huius libri indice appellatur. In quibusdam aliis *Socrates.* Socratis chirurgi meminit Cael. Aur. Chron. V. 1. H.

k. Perunctis) Illitis genitalibus tam maris quam feminae. *Dal.*

tes *l.* et [1] lichenas, pſoras, lepras, radice in aceto decocta, tolli dicit. Item ſi cocta ſit cum hyoſcyamo et pice liquida, alarum quoque et feminum vitia: et capillum criſpiorem fieri, raſo prius capite, ſi radice ea fricetur. [2] Simus *m.* lapides renum in vino decocta atque pota eximit. Hippocrates *n.* [3] ſemine eius ad impetus lienis dari cenſet.

1. Sic ex MSS. H. lichenas, et pſoras, radice Gr. et Al. 2. Timon. Ch. 3. Sic ex MSS. H. ſemine ad Ch. ſemen eius Gr. et Al.

l. Xenocrates et lichenas et pſoras radice) Quinque noſtri: *Xenocrates et lichenas, pſoras, lepras radice in aceto decocta tolli dicit.* Gron.

m. Simus lapides renum in vino decocta atque pota eximit) Voſſ. *Timon lapides renium in vino decocta potaque eximi.* Timon quidem et Chiflet. etſi indiculus compluries, *Phaniam phyſicum, Simum, Timariſtum* nominet: et *Simos Cous* Straboni agnitus. Sed haud dubie rectum *eximi*, quod noſtro debetur: intelligitur enim ex ſuperioribus, *radice dicit.* Acad. Gud. Menap. *Halimon lapides renium.* Andegau. *Timon lapides renium, etc. eximitur.* Gron.

Simus) In MSS. R. Th. Ch. *Timon* legitur: haud recte. Simus enim in Indice huius libri appellatur. Sic Timon in iiſdem MSS. pro Damone ſcribitur, XXIV. 120. H.

n. Hippocrates ſemen eius ad impetus) Praecipuus vt et Chiflet. *Hippocrates ſemine ad impetus lienis dari cenſet.* Genus loquendi, quale hoc libro cap. 13. notauimus. L. XXIII. 7. *Cum melle foliis ceria ſanantur et canis morſus.* Sic quinque ſcripti, vbi vulgo: *cum melle item et foliis* Lib. XXIV. 2. *Lotos aluum baccis ſiſtit.* eodem Lib. c. 9. de vitice: *Et ſemine et folio additur in malagmata neruorum et podagrae.* Sic legendum ex quinque noſtris non *ſemen et folium.* dein optimus, *podagra*, non *podagras.* vnde facimus *podagrae.* L. XXVII. cap. 12. de polygoni generibus: *Semine aluum ſoluunt, largius ſumpto vrinam cient.* Sic idem eximius, vbi vulgo *Semina et ſumpta.* Gronouius.

Hippocrates) Lieni ſanando, quum abundat bile, *dato*, inquit, *quae ſplenem attenuare*

ſet. Iumentorum quoque hulcera *o.* ac ſcabiem, radix illita, aut decoctae ſuccus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur, [1] cauerna praeclusa moriuntur.

XXXIII. Aſphodelon *p.* ab Heſiodo quidam *q.* [2] alimon appellari exiſtimauere, quod falſum arbitror. Eſt enim ſuo nomine alimon, non parui et ipſum erroris inter auctores. Alii *r.* enim fruticem eſſe dicunt denſum, candidum, ſine ſpina, foliis oleae, ſed *s.* mollioribus: [3] coqui *t.* autem haec

1. *et cauerna. Dal.* 2. *halimon. Ch. et hic et mox.* 3. *Sic ex* MSS. *em. Hard. coquitur autem hoc. Gr. et Al.*

nuare quotidie valeant, aſphodeli ſemen: Διδόναι δὲ καὶ ἃ μέλλει τὸν σπλῆνα λεπτύνειν ἑκάστης ἡμέρης, ἀσφοδέλου τοῦ καρποῦ, etc. Libro de int. aff. text. 33. p. 238. H.

o. Hulcera ac ſcabiem) Feſtus priſco vocabulo ea vocat *petimina*: praeſertim quae humeros obſident. Lucilius: *Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibus tangat.* Dal.

p. Aſphodelon) Quamobrem Heſychius: Σφόδελος, ἄλιμος interpretatur: Σφόδελος et ἀσφόδελος idem, vt στάχυς et ἄσταχυς. Et ἄλιμον quidem aſphodelum a fame ſedanda appellari crediderim, quum Epimenidem Plato in legibus dicat, ex malua et aſphodelo compoſitionem ἄλιμον ſibi paraſſe, qua ſe a fame et ſiti diu vendicaret. H.

q. Alimon) Halmyrin Aëtius vocat. *Dal.*

r. Alii) Quos Dioſc. ſequitur ad verbum I. 120. Portulaca marina Dodonaei eſt, p. 759. *Pourpier marin.* Vidimus in horto regio. H.

s. Sed) Recte id quidem, etſi a Dioſcoride praetermiſſum, vt quidem ſunt hodie libri vulgati. H.

t. Coquitur autem hoc ciborum gratia. Radix tormina diſcutit, etc.) Scribe, *Coqui autem haec ciborum gratia. Radice tormina diſcuti, etc.* ex antiquo exemplari. Cui lectioni ſubſcribit Dioſcorides libro primo: *Coquuntur*, inquit, *folia eius olerum modo in cibos.* Pint. Salmaſ.

Coqui)

haec ciborum gratia. Radix *v.* tormina discutit, drachmae pondere in aqua mulsa pota: item [1] conuulsa, et rupta. Alii *x.* olus maritimum esse dixere salsum, et inde nomen, foliis *y.* in [2] rotunditatem longis, laudatum in cibis. Duorum praeterea generum, siluestre *z.*, et mitius: vtrumque prodesse dysentericis *a.* etiam exhulceratis cum pane,

1. rupta conuulsa. Ch. 2. *Sic ex MSS. H. rotunditate Gr. et Al.*

Coqui) Ita MSS. R. Colb. etc. Hoc est, folia. Diosc. l. c. Λαχανεύεται δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα ἑψόμενα εἰς βρῶσιν. Germina, quum adhuc sunt tenera, in cibis adhiberi, auctor est Galen. de fac. simpl. med. VI. 22. p. 153. H.

v. Radix) Haec totidem verbis Diosc. l. c. H.

x. Alii) Et recte illi quidem: nam et folia olerum more eduntur, vt dictum est proxime: et in maritimis oritur, vnde nomen ἀπὸ τῆς ἁλός. Hesych. Ἁλιμοῖς καὶ ἀλιμοῖς, βοτάναις δενδροειδέσιν ἐπὶ θάλασσαν, ἢ ξηροῖς τόποις. Dioscor. l. c. Φύεται ἐν παραθαλασσίοις. Vnde rectius scripseris *halimon*, etsi variant MSS. Suidae: ἄλιμον scribitur. H.

y. Foliis in rotunditate longis, laudatum in cibis) Videtur legendum, *foliis, in rotunditatem longis, laudatis in cibos*, ex verbis Dioscoridis. *Pint.*

z. Siluestre, et mitius) Hoc est, siluestre et satiuum. Satiuum halimum Tholosae in quibusdam hortis habent idque vocant, *l' herbe du Machlou*, id est, herbam colicam, quod doloribus colicis valde prosit. Siluestre haud procul Tholosa in quibusdam sepibus nascitur. *Dal.*

Siluestre) Hoc est, siluestre et satiuum. H.

a. Dysentericis etiam exhulceratis) Hoc est, etiamsi sit dysenteria, cum exhulceratione intestinorum, quod sane periculosius est. *Gelen.*

Exhulceratis) Hoc est, dysenteriae, quae cum exhulceratione intestinorum coniuncta est: quae longe periculosissima. Ἅλιμον facultatis esse subadstringentis, ὑποςύφον ἔχον, scribit Galen. l. c. H.

pane, ſtomacho vero ex aceto. Hulceribus *b.* ve-tuſtis [1] illini crudum, et vulnerum recentium impetus [2] leniri, et [3] luxatorum pedum ac veſicae dolores. Silueſtri tenuiora folia, ſed in eiſdem remediis effectus maiores, et in ſananda hominum ac pecorum ſcabie. Praeterea nitorem corpori fieri: dentibuſque candorem, ſi fricentur radice [4] ea. Semine linguae ſubdito ſitim non ſentiri. Hoc quoque mandi, et vtraque etiam condiri. Crateuas tertium quoque genus tradit, longioribus foliis et hirſutioribus, odore cupreſſi: naſci ſub edera maxime: prodeſſe [5] opiſthotonis, contractionibus neruorum, tribus obolis in [6] ſextarium aquae.

XXXIV. Acanthos *c.* eſt topiaria *d.* et vrbana herba:

1. *illinitur. M.* 2. *Sic ex* MSS. *Hard. lenire perhibetur, et M. lenire Gr. et Al.* 3. *laxatorum. Ch.* 4. *eius. Dal.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. et Ch. opiſthotonicis Gr. et Al.* 6. *ſextario*

b. Vlceribus vetuſtis illini crudum) Sic quidem et Voſſ. manu prima, ſed iuxta vetus mutata litera fecit *crurum*, quemadmodum plane quatuor alii. Nec video cui ſit hic vſui cruditas iſta: niſi quia paucis ante verſibus *coqui in cibos* dictum eſt, ideo his *crudum* poni oportuit. *Gron.*

c. Acanthos eſt, etc.) Lege: *Acanthi topiariae et vrbanae herbae lato longoque folio, crepidines marginum, adſurgentiumque puluinorum toros veſtientis, duo genera ſunt: aculeatum et criſpum, quod breuius, etc.* Cum ceterae ſpinoſae arbores et herbae ſuis nominibus et cognominibus diſtinguantur, haec omnium aculeatarum commune nomen ſibi proprium fecit, nam ἄκανθος abſolute dicta eſt. Vide *Salmaſ.* p. 534. a. b. Huic lectioni aſtipulatur etiam Pintianus ex MS. *Acanthos eſt*) Graeci ἀκάνθιω feminino genere dicunt, Latini vero maſculino *acanthum.* Dal.

Acanthos) Ἄκανθα Dioſc. III. 19. Lobelio Acanthus ſatiuus,

herba: elato *e.* longoque *f.* folio: crepidines *g.* marginum, adſurgentiumque puluinorum toros veſtiens. Duo genera eius ſunt, aculeatum et criſpum, quod breuius: alterum *h.* laeue, quod aliqui paederota *i.* vocant, alii melamphyllum. Huius

ſatiuus, in Obſſ. pag. 477. Officinae vocant *Brancam Vrſinam.* H.

d. Topiaria et vrbana herba) Silueſtris et agreſtis vbiuis Monſpeſſuli naſcitur. *Dal.*

Topiaria) Idcirco Virgilius nunc mollem, nunc ridentem acanthum, nunc flexilem cecinit: lubricum et flexuoſum Plinius Iunior, V. ep. 5. Sed Georgicon II. refert idem Virgilius *baccas ſemper frondentis acanthi*; Seruius inibi dictam acanthum interpretatur quaſi ſpinis plenam: nam ſpinoſa inquit, eſt arbor, in Aegypto ſemper frondens, etc. Sed homo litterator, rem herbariam parum callens, acanthum cum Aegyptia ſpina confundit, quae plurimum ab illa diſſidet. Hunc enim acanthum vtique conſtat laeuem, glabrumue nullis horrere ſpinis: ſed vrbanum eſſe, ac ſatu, cultuque laetari. H.

e. Elato) Dioſc. l. c. Folio, quam lactucae latiore multo et longiore: ἔχει δὲ πλατύτερα φύλλα πολλῷ καὶ μακρότερα θρίδακος. H.

f. Longoque folio) Latiore et longiore quam lactuca, erucae diuiſura. *Dal.*

g. Aculeatum et criſpum) Hoc eſt ſilueſtre, et cardui ſpecies. *Idem.*

Crepidines) Dioſc. Φύεται ἐν παραδείσοις, καὶ ἐν πετρώδεσι, καὶ παρύγροις χωρίοις. *Naſcitur in hortis, in petroſis, humentibuſque locis.* H.

Aculeatum) Haec ſilueſtris acantha Dioſc. III. 20. Γίνεται δὲ καὶ ἀγρία ἄκανθα, ὁμοία σκολύμῳ, ἀκανθώδης, βραχυτέρα τῆς ἐν παραδείσῳ καὶ ἡμέρα. *Eſt et ſilueſtris acantha, carduo ſimilis, aculeata, breuior ſatiua, eaque quae in hortis prouenit.* Vt nullis vrbanus acanthus ſpinis horret, ſic agreſtis contra ferus eſt, et exſertis aculeis aperte minitatur. Branca Vrſina aculeata Lobelii, in Obſſ. p. 477. H.

h. Alterum) Satiua videlicet, de qua dictum eſt ante, acantha Dioſc. III. 19., cui et φύλλα λεῖα, et καυλὸς λεῖος. H.

i. Paederota vocant) Apud Athenaeum L. XII. Demetrius

Huius *k.* radices vstis luxatisque mire prosunt: item *l.* ruptis, conuulsis, et phthisin *m.* metuentibus incoctae cibo, maxime [1] ptisana. Podagris quoque illinuntur tritae et calefactae calidis.

XXXV. Bupleuron *n.* in *o.* sponte nascentium olerum numero Graeci habent, caule [2] cubitali, foliis multis longisque, capite *p.* anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate: in medicina a Glaucone, et *q.* Nicandro. Semen contra serpentes valet. Folia ad secundas feminarum, vel succum ex vino illinunt: et strumis folia cum sale et vino. [3] Radix contra serpentes datur in vino, et vrinae [4] ciendae.

1. *ptissanae. Dal.* 2. *cubitale. Ch.* 3. *et contra Ch.* 4. *eiiciendae. Ch.*

trius Phalereus comam flauo colore tingebat, et paederote illinebat faciem: apud eumdem Lib. XIII. λευκόχρως λίαν τίς ἐςὶν, καὶ παιδέρωτ' ἐντρίβεται. Inde cognoscimus acanthi folia trita et illita faciem dealbare, maculas et sordes abstergere, eam lentore suo veluti laeuigare; quamuis nonnulli *paederota* fuci genus esse velint. *Dal.*

Paederota) Diosc. in Noth. p. 452. Ἄκανθα . . . οἱ δὲ μελάμφυλλον, οἱ δὲ παιδέρωτα, etc. H.

k. Huius) Diosc. III. 19. Ῥίζαι πυρικαύςοις καὶ ςρέμμασιν ἁρμόζεσι καταπλασσόμεναι. H.

l. Item) Diosc. Φθισικοῖς τε, καὶ ῥήγμασι, καὶ σπάσμασιν εὐθετεσιν. H.

m. Phthisin metuentibus) Τοῖς φθισικοῖς. Ruellius apud Diosc. commodius vertit, *tabem sentientibus*. Omittit Plinius, vrinam ciere, aluum sistere. *Dal.*

n. Bupleuron) Herbariis nunc fere incognitum: ipsique Anguillarae, ipso fatente, Part. XI. p. 170. H.

o. In sponte, etc.) Quibusdam ami vulgare. *Dal.*

p. Capite anethi) Vel vmbellae tantum figura, vel etiamnum floris colore. *Dal.*

Capite) Vmbellam in cacumine instar anethi gerens. H.

q. Et) Ita nunc quidem in

XXXVI. Bupreſtim *r.* magna inconſtantia Graeci in laudibus ciborum etiam habuere: iidemque *s.* remedia tamquam contra venenum prodiderunt. Et ipſum nomen [1] indicio eſt [2] boum certe venenum eſſe, quos *t.* diſſilire [3] deguſtata fatentur.

1. *indicium eſt. Ch.* 2. *boum eſſe venenum M.* 3. *guſtata. Ch.*

in Ther. p. 43. Σπέρματα βϐπλεύρϐ τε, καὶ Ἰδαίης κυπαρίσσϐ. H.

r. Bupreſtim, etc.) Bupreſtis oleris mentionem Theophraſtus facit cap. 8. L. VII. hiſt. Gal. in Gloſſis. Heſychius βϐπρηςις cum accentu acuto in antepenultima, *olus*, βϐπρῆςις cum circumflexo in penultima, *inſectum venenatum.* Quidam eſſe volunt, *auriculam leporis* deſcriptam a Dodonaeo nomine bupleuri. *Dalecamp.*

Bupreſtim) Graeci et olus, quod laudant in cibis, et venenum, contra quod remedia tradi oportuit, eadem ſignant appellatione. Galen. in Explic. voc. Hipp. T. II. p. 87. Βϐπρηςις, τὸ, τε ζῶον, τὸ τῇ κανθαρίδι παραπλήσιον· ἐςι δὲ καὶ τι λάχανον ἄγριον, ϐ μέμνηται Διοσκϐρίδης etc. Heſychius: Βυβρῆςις, λαχάνϐ εἶδος. Igitur βϐπρηςις genus eſt animalculi, canthari di ſimilis, quod ſi forte comederit bos, inflatur protinus, et moritur: vnde nomen παρὰ τὸ πρῆσαι τὰς βϐς. Vide Nicandr in Alex. p. 152. et Aelian. Hiſt. An. VI. 35. Sed et olus eſt, cui a magnitudine fortaſſe nomen, vt βϐλάπαθον, magnum lapathum, βϐσέλινον apium magnum dixere. Laudat βϐπρηςιν Theophr. Hiſt. VII. 8. Sed quae ſit eius herbae facies, nec ipſe indicat, nec aliunde compertum. Haud Plinio latuit, vt Salmaſius calumniatur in Praef. p. 9. Dalecampium, vt ſaepe ſolet, ſequutus, bupreſtim animalis nomen eſſe, quod ſit boum venenum: quum de eo conceptis verbis diſputet XXX. 10. Sed Graecorum quorumdam, quique ii ſint, carpit inconſtantiam, qui in ipſo olere veneni virus latere prodiderint. H.

s. Iidemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt) Forte: *remedio.* Gronouius.

t. Quos diſſilire, etc.) De bupreſti

fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. [1] Est vero causa, [2] quare venena monstremus inter gramineas coronas, nisi libidinis causa expetenda alicui videtur, quam *v.* non aliter magis *x.* accendi putant, [3] quam *y.* pota ea.

XXXVII. Elaphoboscon *z.* ferulaceum est, geniculatum digiti crassitudine, [4] semine *a.* corymbis dependentibus, [5] silis *b.* effigie, sed non amaris,

R 5

1. *Nec vero caussa est. V.* 2. *quapropter. M.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. potu. Elaph. Gr. et Al.* 4. *seminis. Alii, semine in corymbis dependentibus silis effigie. V. et Ch.* 5. *simili effigie Gr. et Al.*

buprestí herba id non traditur, sed de bupresti insecto, Scarabaeo longipedi non dissimili, infra descripto cap. 4. L. XXX. Ignoranter haec Plinius. *Dal.*

v. Quam non aliter magis accendi putant quam potu) In vetusto codice non *potu* leges, sed *postea.* scribendum arbitror, *pota ea*, aut *potu eius.* Pint.

x. Magis accendi putant quam potu) Sic quoque Gud. Acad. Menap. Notant in margine, *quam eius potu.* Quidam ediderunt, *quam huius potu.* Vossianus, *quam postea* Andeg. *quam pote.* Lege, *quam pota ea*, vt voluit et Pintianus. *Gron.*

y. Quam potu) Vt et cantharidis. *Dal.*

z. Elaphoboscon) Ἐλαφόβοσκον. Diosc. III. 80. Romani *Cerui ocellum* appellant: Officinae simul et herbarii, vt rei ipsius nouae, nouum nomen indiderunt, *Gratiam Dei* vocantes. Eadem appellationem fecit vnguento. Bupleuron falso Dodonaeus appellat, p. 442. vbi delineatum accurate vide, quale a Dioscoride Plinioque describitur. Vidimus in horto Regio. H.

a. Semine) Corymbos appellat vmbellas, quales in anetho cernimus, quibus semen continetur. Diosc. l. c. σκιάδια, alii κεφαλία vocant. H.

b. Silis) Vide N. et Em. N. VI. (hic pos.) *Silis)* In libris hactenus editis, *simili effigie*: at quae ea demum effigies est? nam buprestis certe, quae proxime antecessit, nota nulla traditur. Mendum indicarunt probatissimi codices, R. Colb. Th. Ch.

ris, foliis olusatri: et *c.* hoc laudatum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad vrinam ciendam, lateris dolores sedandos, rupta, conuulsa sananda, inflationes discutiendas, [1] colique tormenta. [2] Contra *d.* serpentium omniumque aculeatorum ictus. Quippe *e.* fama est, hoc pabulo ceruos resistere serpentibus. Fistulas quoque radix nitro addito illita sanat. Siccanda *f.* autem in eos vsus prius est, ne succo suo madeat, qui contra [3] serpentium ictus *g.* facit eam deteriorem.

XXXVIII.

1. Sic ex MSS. Hard. et Ch. coli quoque Gr. et Al.
2. *et contra serpent. morsus omniumque. Dal.*
3. *Sic ex MSS. H. ictus non facit Gr. et Al.*

Ch. in quibus *silis effigie* legitur. Est autem silis, siue seselis, vt alibi diximus, forma plane anetho simillima, quod ad corymbos seu vmbellam attinet, quam in cacumine vtraque gerunt: id quod Dioscorides cum Plinio pariter adnotauit III. 80. Ἔχει δὲ παραφυάδας ἱκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ etc. *Habet vero caulis ipse agnatos ramulos complures, qui quidem vmbellas gerunt anethi similes,* etc. Siue vt Oribasii interpres reddidit, XI. p. 196. *Multas appendices caulis habet, quae vmbellas anetho similes gerunt.* H.

c. Et hoc) Dioscor. l. c. H.

d Contra) Diosc. l. c. H.

e. Quippe) Diosc. l. c. Atque hinc sane in Noth. Dioscor. in magno nominum ambitu, ἐλαφικὸν, νέφριον, ὀφιγένιον, ὀφιοκτόνον. H.

f. Siccanda autem in eos vsus prius est, ne succo suo madeat, qui contra serpentium ictus non facit eam deteriorem) In antiquo exemplari, non *in eos vsus*, sed *in eo vsu*, habetur. In quibusdam vero exemplaribus negatio desideratur, recte. nam si recipitur, duo postrema verba demenda habebis. *Pint.*

g. Non facit eam deteriorem Scandix quoque) Offensus his verbis Latius non coniicit modo, sed et edere ausus est, *non facit. Ea deterior scandix.* nam quod editur, inquit, sensum commodum non habet: quid enim opus siccari, si succus non facit deteriorem? Sed auferen-

XXXVIII. Scandix *h.* quoque in olere filuestri a Graecis ponitur, vt *i.* [1] Opion et Erasistratus tradunt. [2] Item decocta aluum sistit. Semine singultus confestim ex aceto sedat. Illinitur ambustis, vrinas ciet. Decoctae *k.* succus prodest stomacho, iocineri, renibus, vesicae. Haec est, quam Aristophanes *l.* Euripidi poetae obiicit ioculariter, matrem

1. *Opinion. Ch.* auferenda particula negandi et scribendum: *qui contra serpentium ictus facit eam deteriorem*, vt habent omnes scripti. Et potuit id a Pintiano discere. Primarius etiam: *Siccanda autem in eo vsu prius est*, et magis placet. *Gron.*

h. Scandix quoque, etc.) Inter olera, quae in cibis sumuntur, praesertim apud Aegyptios, et scandicem et anthriscum supra recensuit. *Dal.*

Scandix) Suidas: Σκάνδιξ, ἄγριον λάχανον scribitur a Diosc. II. 168. Inter olera quae apud Aegyptios in cibis sunt, censetur a Plinio XXI. 52. Quae nunc eo nomine indigitanda sit, certo statuere se posse negat Anguillara, parte. VII. p. 107. Pingitur tamen a Dodonaeo, p. 689. H.

i. Vt) In MSS. R. Colb. Th. Ch. *Opinion.* H.

k Decoctae succus) Τὸ ἀφέψημα. Diosc. *Dal.*

2. *Ex. D.* *Decoctae*) Diosc. l. c. totidem verbis. H.

l. Aristophanes) In ea fabula, quae Acharnensium inscribitur, act. 2. sc. 4. p. 394. Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φιλτάτιον Κάκιςʼ ἀπολοίμην, εἴτι σʼ αἰτήσαιμʼ ἔτι Πλὴν δὲ μόνον, τατὶ μόνον Σκάνδικά μοι δὸς, μητρόθεν δεδεγμένος. Hoc est, Frischlino Interprete: *Euripides dulcissime et amicissime, Male peream, si quid petam a te hoc amplius: Scandicem da mihi a matre acceptum tua.* Vbi Scholiastes. Καὶ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι δεδήλωται, ὅτι ἡ μήτηρ Εὐριπίδȣ πωλεῖν ἐλέγετο, σκάνδικας. Θηλυκῶς δὲ ἡ σκάνδιξ ἐλέγετο, ἔςι δὲ λάχανον ἄγριον εὐτελές. Prouerb. e Vatic. Cent 3. n. 86. Σκάνδιξ. Λάχανον ἄγριον, παρʼ ὃ καὶ σκανδικοπώλον τὸν Εὐριπίδην ἔλεγον, ὡς λαχανοπώλιτȣ υἱόν. Et Gellius, XV. 20. p. 831. *Euripidis poetae matrem*

matrem *m.* eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Eadem *n.* erat anthriscus *o.*, [1] si *p.* tenuiora folia et odoratiora haberet. Peculiaris laus [2] eius, quod fatigato Venere [3] corpori succurrit, marcentesque senio iam coitus excitat. Sistit profluuia alba feminarum.

XXXIX. Et iasione *q.* olus siluestre habetur, in terra repens, cum lacte multo: florem fert candidum: concilium vocant. Et huius eadem commendatio ad stimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo sumpta, mulieribus lactis vbertatem praestat. Salutaris est phthisim sentientibus. Infantium capiti illita, nutrit capillum, tenacioremque eius cutem efficit.

XL.

1. *si teneriora. Ch.* 2. *ei. Ch.* 3. *corpore. Ch.*

matrem Theopompus agrestia olera vendentem, victuum quaesisse dicit. Vide et Val. Max. III. 4. p. 170. H.

m. Matrem eius, etc.) Quidam, vt Theopompus et Val. Maximus c. 4. III. hoc narrant. Constat tamen eum Mnesarchi, siue Mnesarchidae, et nobilissimae feminae Clitûs filium fuisse: quamuis et eum quidam σκανδικοπώλην vocauerint. De illo perquam multa Rhod. c. 10. XXIV. *Dal.*

n. Eadem) Hoc est, eadem foret. Sic Virg. Georg. II. 132. *Et si non alium late iactaret odorem, Laurus erat.* Similis haec est chaerefolio vulgari: a Clusio delineatur histor. rar. pl. VI. p. 199. qualem in horto Regio vidimus. Vide quae diximus XXI. 52. H.

o. Anthriscus) Chaerephyllum nostrorum et Columellae L. XI. Enthusicon apud Theophr. c. 7. L. VII. hist. *Dal.*

p. Si) Ita R. et Colb. I. At Ch. et Th. *teneriora.* H.

q. Iasione) Voluulus maior, smilax laeuis, Dioscor. cuius mentio fit cap. 10. vlt. L. XXIV. vt et conuoluuli cap. 5. Lib. XXI. *Dal.*

Et iasione) Vide quae de ea diximus L. XXI. 65. et quae Dodonaeus habet, Pempt. II. L. I. 19. Diffidet tamen a Dodonaeo Ruellius, II. p. 454. iasionemque existimat eam esse, quam

XL. Eſtur *r.* et caucalis, feniculo ſimilis, [1] breui caule, flore candido, cordi vtilis. Succus *s.* quoque eius bibitur, ſtomacho perquam [2] commendatus, et *t.* vrinae, calculiſque et arenis pellendis, et veſicae pruritibus. Extenuat et lienis, iocineris, renumque *v.* pituitas. Semen menſes feminarum adiuuat, [3] bilemque *x.* a partu ſiccat. Datur et contra profluuia geniturae viris. Chryſippus *y.* et conceptionibus eam putat conferre multum: bibitur in vino ieiunis. Illinitur et contra venena marinorum, ſicut [4] Petrichus in carmine ſuo ſignificat.

XLI.

1. *breue. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et M. commodatur Gr. et Al.* 3. *locheionque partu prouocat. V. iuuat his a partu. Sic ea datur. Ch.* 4. *Petreius. Alii. Petricus Gr.*

quam noſtrum vulgus *Liſeronem*, rura Liſerotam vocant: namque haec ſerpit humi, ramulis lacte praegnantibus, flore conuoluuli candido, etc. H.

r. Eſtur) Iiſdem fere verbis Dioſc. II. 169. et Oribaſ. XI. fol. 200. Rura noſtra a foliorum effigie, quam prae ſe ferunt, Perſicum nothum appellant, *Perſil bâtard*, inquit, Ruellius II. p. 387. Caucalis albo flore a Cluſio pingitur, VI. p. 201 qualem in horto Regio vidimus H.

s. Succus quoque eius bibitur) Haec omnia in Dioſc. non leguntur. Ex Petrico Plinium ſumpſiſſe conie-ctor. *Dal.*

t. Et) Dioſc. l. c. Arenis quoque calculiſque pellendis, commendat Paxamus in Geop. XII. 32. p. 355. H.

v. Pituitas) Obſtructiones a pituita factas. *Dal.*

Renumque) Obſtructiones renium a pituita factas. H.

x. Bilemque a partu ſiccat) Bilioſam purgationem, prouocato locheio. *Dal.*

y. Chryſippus) Καυκαλίδος meminiſſe Chryſippum in opere quod inſcripſit περὶ λαχάνων, de oleribus, auctor eſt Schol. Nicandri in

XLI. His adnumerant [1] et *z.* sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusque, copiosum semine, sapore nasturtii. Prodest *a.* vrinis, renibus, lienibus, mulierumque mensibus, siue [2] ipsum in cibo sumptum, siue ius decocti: siue [3] semen e vino drachmis duabus. Calculos *b.* rumpit, aquisque quae gignunt eos, resistit. Dysentericis *c.* prodest infusum. [4] Item illitum lentigini, et mulierum vitiis in facie noctu illitum, momentoque cutem emendat, et ramices lenit, et scabiem equorum.

XLII. Silybum *d.*, [5] chamaeleoni albo similem, aeque spinosam, ne in Cilicia quidem, aut Syria,

1. *Sic et M. esium. Ch. sion, delcto et Gr. et Al.* 2. *ipso. Ch.* 3. *semine in Ch.* 4. *lentigini illitum Gr. et Al.* 5. *chamaeleonti Gr.*

in Ther. p. 39. vbi ait: Καυκαλὶς λάχανόν ἐςιν ἀλμυρὸν, etc. H.

z. Et sion) Non est Crateuae σίον, de quo Diosc. II. 154. hoc est, nasturtium aquaticum, *Cresson d'eau*, vt visum Dodonaeo, p. 581. folio euidenter repugnante, nempe mentae simili: quod folium ab apio, quicum sion confertur, prorsus diffidere nemo inficias ierit. Ruellio magis assentior, aienti II. p. 369. eum esse, quam officinae Berulam vocant, Laberlam Gallicum vulgus, vel Berlam adhuc vocat: in quo nomine veteris vocabuli relucent vestigia: vt quod apud Latinos antiquitas *lauer* dixerit, sequuta aetas diminutione gaudens *lauerulam* pronunciarit: et mox extritis prioribus elementis, in berulam appellationem deflexerit. Iconem apud Matthiolum vide in Diosc. II. p. 483. Est enim σίον Diosc. l. c. et Speusippi apud Athen. II. p. 61. In indice Pliniano XXVI. n. 32. *Lauer, siue sion.* H.

a. Prodest) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 228. H.

b. Calculos) Diosc. et Gal. ll. cc. H.

c. Dysentericis) Dioscor. l. c. H

d. Silybum) Iisdem verbis Diosc. IV. 169. Σίλυβον ἀκαν-

Syria, aut Phoenice, vbi nafcitur, coquere tanti eft: ita *e.* operofa eius culina traditur. In medicina nullum vfum habet.

XLIII. Scolymon *f.* quoque in cibos recipit Oriens, et alio nomine [1] limoniam *g.* appellat. Frutex eft numquam cubitali altior, [2] criftifque foliorum ac radice nigra, fed dulci: Eratofthení quoque laudata in pauperis coena. Vrinam ciere praecipue traditur: fanare lichenas et lepras ex aceto. Venerem ftimulare in vino, Hefiodo *h.* et Alcaeo

1. *Sic ex MSS. Hard. M. et Ch. limonion Gr. et Al.*
2. *thyrfifque. M.*

ἄκανθά ἐςι πλατεῖα, φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι ὅμοια τῷ λευκῷ. Dicemus de eo XXVI. 25. H.

e. Ita) Cum oleo et fale coctam edi fcribit Diofc. l. c. H.

f. Scolymum quoque in cibos recipit Oriens, et alio nomine Limoniam appellat, etc.) Per Orientem, intelligit Graeciam. *Salmaf.* p. 228. *Scolymon quoque in etc.*) Haec de fcolymo Theophrafti audienda funt, non Diofcoridis. Vtriufque mentio fit cap. 23. vltimo L. XX. *Dal.*

Scolymon) Syria. De fcolymo diximus XX. 99 H.

g. Limonion appellat) Leimoniam quafi pratenfem carduum, de quo cap. 9. L. XXV. vel λιμόνιον, quod eius efu λιμὸς, id eft, fames expleatur. Theophraftus c. 3. Lib. VI. hift. apertiffime diftinguit σκόλυμον a λειμωνία. Plinius legiffe videtur, σκόλυμος ὃς καὶ λειμωνία. *Dal.*

Limoniam) Ita MSS. R. Colb. Th. Ch. non *limonion.* Theophr. Hift. VI. 3. Σκόλυμος ἣ καὶ λιμωνία. Quafi carduum pratenfem dixeris, quod fit pratorum gaudium, τῶν λειμώνων. H.

h. Hefiodo) Nunc ita legitur in Ἔργων, v. 582. Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ Δενδρέῳ ἐφεζόμενος, λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ· Τῆμος πιόταταί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριςος. Μαχλόταται δὲ γυναῖκες ἀφαυρότατοι δὲ τ' ἄνδρες. Ac. Alcaei vero verfus et Proclus recitat, in eum Hefiodi

Alcaeo teſtibus: qui florente ea cicadas acerrimi *i.* cantus eſſe, et mulieres libidinis auidiſſimas, viroſque in coitum pigerrimos ſcripſere, velut prouidentia naturae hoc adiumento tunc valentiſſimo. [1] Item graueolentiam alarum emendat radicis emedullatae vncia, in vini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, et a balineo ieiuno, itemque poſt cibum cyathis ſingulis pota. Mirum eſt, quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per vrinam effluere.

XLIV. Eſtur *k.* et ſonchos, (vt quem Theſeo apud Callimachum apponat Hecale *l.*,) vterque,

1. Idem. M. Id eſt, Cb. Lego, Idem.

ſiodi locum: Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· Τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται· Ἁ ὥρα χαλεπά. Sequitur apud Athen. X. Ἀχεῖ δὲ ἐκ πετάλων ἁδέα ἂν τέττιξ, Ἄνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος. Νῦν δὲ μιαρώταται γυναῖκες, Λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες. Huc reſpicit Ariſt. ſ. 4 probl. 26. p. 705. Διὰ τί ἐν τῷ θέρει οἱ μὲν ἄνδρες ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν· αἱ δὲ γυναῖκες μᾶλλον; καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει, ἐπὶ τῷ σκολύμῳ Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δὲ τ' ἄνδρες. H.

i. Acerrimi cantus eſſe, etc.) Nempe τοῦ καύματος γινομένου, aeſtu vehementiſſimo, quamobrem cicadas αἰθαλιῶτας vocant, παρὰ τὸ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Vide quae notata ſunt in c. 63. L. X. *Dal.*

k. Eſtur) Σόγχος, cuius duo ſunt genera ap. Dioſc. II. p. 159. alterum agreſte: vrbanum alterum, et eſculentum. Sic etiam Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 231. Σόγχος . . . χλωρὸς ἔτι καὶ ἁπαλὸς ἐσθίεται, τοῖς ἄλλοις ἀγρίοις λαχάνοις ὡσαύτως. *Viridis et tener eſtur perinde vt cetera agreſtia olera.* Galli *Lacteronem* appellant, *Laitron*, Herbarii nonnulli *Palatium leporis*: quod hoc animal vt ab aeſtu vindicetur, et caloris propulſet incommoda, ſoleat ſub eius ramis decumbere, et ſaepenumero ſtabulari. Vide Dodon. p. 632. H.

l. Hecale) Hecale anicula

que, albus *m.* et niger: lactucae similes ambo, nisi

la pauperrima Theseum adolescentem comiter hospitio excepit, vnde sacrum Hecalesion per pagos celebre Hecalo Ioui, cum Hecales summis honoribus. Ouidius: *Cur nemo est Hecalem, nulla est qua ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat.* Plautus in Cistellaria: *Ecastor haud me poenitet, si, vt dicis, ita futura es. Nam si quidem ita eris vt volo, numquam Hecale fies.* Petronius: *Qualis in Actaea quondam fuit hospita terra, Digna sacris Hecale, quam musa loquentibus annis, Battiadae vatis viuendo tradidit aeuo.* Auctor Priapeiorum: *Aequalis tibi quam domum reuertens, Theseus reperit in rogo iacentem.* Suidas Heroida fuisse tradit, sic dictam ὅτι πρὸς ἑαυτὴν ἐκάλει. Fuit enim illi τὸ τεῖλος ἀκλήιςον. Rhodig. c. 11. XXX. Vide infra cap. 8. L. XXVIII. Notus est versiculus ille veteris Epigrammatis, μέλπω δὲ γραὸς τῆς Φιλοξένε τρόπες. Vide Politianum c. 24. Miscell. *Dal.*

Hecale) Id nomen poematio fuit, qud a Callimacho est editum. Scholiastes Nicandri in Ther. p. 41. Καλλίμαχον laudat ἐν τῇ Ἑκάβη ἢ Ἑκάλη. Scholiast. ipsius Callimachi in hymn. Apoll. v. 106. p. 11. ait fuisse qui Callimachum sugillarent, quod magnum ac iustum poema non posset condere, idcirco scripsisse leue quoddam, cui Hecale nomen esset, ἠναγκάσθη ποιῆσθαι τὴν Ἑκάλην. Suidas, Ἑκάλη ὄνομα κύριον, ἡ ἡρωΐς ἡ παρὰ Καλλιμάχῳ etc. Aliquot versiculos ex eo poemate recitat Aristophanis Schol. in Acharn. p. 377. Citatur et a Stephano in Αἴδηψος. Elegans Crinagorae exstat de eo poematio epigramma ad Marcell. Anthol. l. 67. Καλλιμάχε τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε· δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῳ Ὠνὴρ τὰς μεσέων πάντας ἔσεισε κάλως. Ἀείδει δ' Ἑκάλης ϛε φιλοξείνοιο καλιήν, Καὶ Θησεῖ Μαραθῶν τὰς ἐπέθηκε πόνες. Τᾶ, σοὶ καὶ νεαρῶν χειρῶν σθένος εἴη ἀρέσθαι, Μάρκελλε, κλεινᾶ τ' αἶνον ἴσον βιότε. *Callimachi carmen teres aspicis: omnia quippe Qui sacra Musarum commouet hoc opere. Est Hecales istic casa parua, sed hospita Thesei: Theseos et sudans in Marathone labor. Par habeas opto robur, Marcelle, iuuentae, Laude nec omnigena sit tibi vita minor.* H.

m. Albus) Haec pariter Oribas. XI. p. 199. H.

nisi spinosi essent: caule cubitali, anguloso, intus cauo, sed qui fractus copioso *n.* lacte manet. Albus *o.*, [1] qui e lacte nitor, vtilis orthopnoicis lactucarum *p.* [2] modo, ex *q.* embammate. Erasistratus calculos per vrinam pelli eo monstrat, et *r.* oris graueolentiam commanducato corrigi. Succus trium cyathorum mensura, in vino albo et oleo calefactus, adiuuat partus, ita vt a [3] partu ambulent grauidae. Datur et in sorbitione. Ipse *s.* caulis decoctus facit lactis abundantiam nutricibus, coloremque meliorem infantium: vtilissimus his, quae *t.* lac sibi coire [4] sentiant. Instillatur auribus

1. *cui est lactis nitor. Dal.* 2. *Sic ex* MSS. *Hard. Erasistr. Corn. ex V. Sic et Ch. ex embammate d. in Gr. et vulgg.* 3. *potu. Dal.* 4. *sentiunt. Dal.*

n. *Copioso*) Inde Lacteronem nostrum vulgus appellare cepit. Ex eo lacte trahit candorem, seu nitorem, albus H.

o. *Albus qui e lacte nitor, vtilis orthopnoicis*) Verbum *albus*, cum minore littera scriptum praecedentibus attexendum censeo. Item *nidor*, magis arridet quam *nitor.* Pint.

p. *Lactucarum modo. Erasistratus calculos per vrinam pelli eo monstrat*) Longe aliter nostrum apographon. *Lactucarum modo ex embammate calculos per vrinam pellit. eo monstrat et oris graueolentiam commanducata corrigit.* vt forte pro illo *eo* *monstrat*, legendum sit *Erasistratus.* Pint.

q. *Ex embammate*) Ἔμβαμμα condimentum est, intinctusque ad condienda obsonia. Is lactucis, oleo, sale, acetoque constat. H.

r. *Et oris graueolentiam, etc.*) A vitioso et putrido humore, vapore genitam, siccat enim ac refrigerat sonchus, ideoque putredini obsistit. *Dal.*

s. *Ipse*) Diosc. II. 159. H.

t. *Quae lac sibi coire sentiant*) Prae calida intemperie hepatis, venarum mammarum, siccari, minui, spissari. Sonchus cum farre coctus mammas vberiores facit

auribus succus, calidusque in stranguria bibitur cyathi mensura, et *v.* in stomachi rosionibus cum semine cucumeris, nucleisque pineis. Illinitur et sedis collectionibus. Bibitur contra serpentes scorpionesque: radix *x.* vero illinitur. Eadem [1] decocta in oleo, Punici mali calyce, aurium morbis praesidium est. Haec omnia [2] ex albo. Cleemporus nigro prohibet vesci, vt morbos faciente, de albo consentiens. Agathocles etiam contra *y.* sanguinem tauri demonstrat [3] succum eius. Refrigeratoriam tamen vim esse conuenit nigro, et hac causa imponendum cum polenta. Zenon [4] radice albi stranguriam docet sanari.

XLV. [5] Condrillon *z.* siue condrille, folia habet intubi, cirumrosis similia, caulem minus [6] pedali, succo madentem amaro, [7] radice *a.* fabae simili, ali-

1. *Sic ex* MSS. *H. consent. Ch. cum oleo in Punici. Dal. decocto Gr. et Al.* 2. *de. Dal.* 3. *succo eius vti. V.* 4. *radicem albi stranguria suadet Condrion. Ch. Legitur et suadet. pro docet, in M.* 5. *Chondrillon et chondrille Gr.* 6. *Sic ex MSS. Hard. pedale. Ch. pro pedali. pedalem Gr. et Al.* 7. *radicem fabae similem aliquando numerosam. Alii numerosam habet Proxi. Ch.*

facit, cap. vlt. Lib. XXVI. *Dal.*

Quae) In mammis spissari. H.

v. Et in stomachi rosionibus) Aestuanti stomacho et inflammato illinitur, stomachi rosiones sorbitione mitigat. *Dal.*

x. Radix) Diosc. l. c. H.

y. Contra) Qui potu maxime lethalis est. H.

z. Chondrillon siue chondrille) Plinius obscitanter confundit duas condrillae species. *Dal.*

Condrillon) Haec Dodonaei condrilla prior, p. 626. Iisdem fere verbis a Dioscoride describitur, II. 161. quem condrillam vnam in duas species temere discerpsisse, non temere suspicamur. Nostris etiamnum, *Condrille.* H.

a. Radice fabae simili) Diosco-

aliquando numerosa. Habet *b.* proximam terrae mastichen *c.* tuberculo fabae, quae apposita feminarum menses trahere dicitur. Tusa cum radicibus tota diuiditur in pastillos, contra serpentes, argumento probabili; siquidem mures agrestes laesi ab his, hanc esse dicuntur. Succus *d.* ex vino coctae, aluum sistit. Eadem *e.* palpebrarum pilos [1] inordinatissimos, pro gummi efficacissime regit. Dorotheus stomacho et concoctionibus vtilem carminibus suis pronuntiauit. [2] Aliqui [3] feminis, et oculis, generationique virorum contrariam putauere.

XLVI. Inter ea quae temere manduntur, [4] et *f.* boletos merito [5] posuerim, optimi quidem [5] hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos,

1. *inordinatos pro. Dal.* 2. *Alioqui. Ch.* 3. *feminarum osculis. Alii.* 4. *et boletos. Ch. Gron. delet et* 5. *posuerim. Optimus quidem est et is cibus, sed im. ex. in cr. adductus. V. Optimus quidem his cibus, etc. adductus. Ch.* 6. *omnes M.*

Dioscorides chondrillae secundae radicem esse ait, tenuem, leuem, subflauam, succosam, rotundam, ἔπακμον, id est, vegetam. Plinius legisse videtur, κυάμῳ. *Dal.*

b. Habet) Diosc. l. c. H.

c. Mastichen tuberculo fabae) Mastichen, quae in chondrilla reperitur, κυαμιαίαν μεγέθει εἶναι. Dioscor. tradit, fabae similem esse. *Dal.*

d. Succus) Dioscor. l. c. H.

e. Eadem) Dioscor. l. c. Ἀνακολλᾷ δὲ καὶ τρίχας... ῥίζα πρόσφατος, βαπτομένης εἰς αὐτὴν βελόνης, etc. H.

f. Et) Graeci quoque βωλίτας vocant, vt Galen. de alim. fac. II. c. penult. Hi sunt e fungorum genere, qui principatum obtinent, qui minus omnium nocentes. De his Martial. III. ep. 60. *Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos.* In Gallia vulgus appellat, *des Champignons*, quod in campis

ctos, veneno *g.* Tiberio Claudio [1] Principi per hanc occasionem a *h.* coniuge Agrippina dato: quo facto illa terris venenum *i.* alterum, sibique

S 3 ante

1. Seut. in Claudio cap. 44. Iuuenalis Satyr. 5. Iac. Cell.

pis tepido imbre proueniunt. Sunt qui ex semine nasci boletos putent. Vide Hist. Acad. Reg. scient. a. 1707. p. 58. H.

g. *Veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem a coniuge Agrippina dato*) Nostrum apographon, *veneno cibi Claudio principi, etc.* legendum arbitror alio ordine, *Veneno Claudio principi per hanc cibi occasionem a coniuge Agrippina dato.* Pint. *Veneno Tiberio Claudio, etc.*) Illo euentu Nero boletos appellabat βρῶμα θεῶν. Sueton. Dion. Hist. 58. qui etiam scribit post obitum a Seneca editam fuisse illius ἀποκολοκύνθωσιν quasi ἀποθέωσιν et ἀποθανάτωσιν, quae etiamnum extat. Had. Iun. c. 17. I. *Dal.*

Tiberio) Ei qui Caio Caesari Germanico Aug. successit. Vide Dionem LX. p. 688. Tacitum Annal. XII. sub finem, p. 193. Suetonium, in Claudio c. 44. Post obitum ex esu fungorum relatus est Claudius in Diuos: qua occasione scripta a Seneca ἀποκολοκύνθωσις. Quo festiue Martialis alludens I. Ep. 21. ad Caecilianum: *Dic mihi, quis furor est? turba spectante vocata, Solus boletos, Caeciliane, voras. Quid dignum tanto ventri gulaeque precabor? Boletum, qualem Claudius edit, edas.* Quem Claudii boletum, cibum Deorum Nero appellabat. H.

h. Ab coniuge dato Agrippina) Sic velle MSS. videntur. *Gronouius.*

i. Venenum) Fecit Agrippina, inquit, vt Claudio succederet Nero suus, iure natalium; qui fuit alterius generis venenum terris siue imperio, maxime vero ipsi matri suae: quoniam deprauato suo viuendi genere mores corrupit imperii, et ante omnes Agrippinam matrem pessimo suo exemplo corrupit ex optima. Non dicit Plinius necatam a Nerone matrem. Est in Thesauro Regio, et apud Patinum, in famil. p. 178. nummus ex aere minuto, egregiae fabricae; qui quo pertineat, nescire se, Patinus

ante *k.* omnes, Neronem suum dedit. Quorumdam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido *l.* aspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Non sunt haec in quibusdam: siccique, et nitri similes, veluti *m.* guttas [1] in vertice albas ex tunica sua gerunt. [2] Voluam *n.* enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volua, ceu in ouo est luteum. Nec tunicae minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur haec primo nascente: [3] mox *o.* increscente, in

1. *guttas vertice albas in tun. V.* 2. *Vuluam. Cb.* 3. *Sic et Cb. mox crescente in pediculo, raro vnquam gemini ex vno pede. V. mox in pediculo Gr. et Al.*

nus fatetur. Ex anteriore parte caput feminae exhibet, cum hac epigraphe, MINEIA M F. In altera aedificium perpulcrum est: cum his litteris PS SE. Harum litterarum sententia haec est: *Mausoleum Insigne NEro Imperator Agrippinae Matri Fecit, Publico Sumptu, Senatus Consulto.* In eo nummo nexae sunt litterae duae NE quae Neronem significant. In nummis Graecis appellatur ipsa interdum ΙΟΥΛΙΑ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. Iulia quidem, quoniam esset ex gente Iulia, proneptis Iulii Caesaris Augusti, neptis Iuliae Augusti filiae, et Agrippae, qui prior Iuliae maritus fuit: filia denique Agrippinae, Germanici Coniugis; quae Iulia quoque ex matre primum nomen habuit, ex patre Agrippa alterum. H.

k. Ante omnes Neronem suum) *Neroni suo*, in V. C. quae lectio potest tolerari. Nero enim miseranda et ipse morte periit. *Pint.*

l. Rancido) Qui ipso aspectu rancorem, seu putorem produnt. H.

m. Veluti guttas) Concretam pituitam, γλοιῶδες ἐπίπαγον. Diosc. *Dal.*

n. Voluam) Sic tuber appellant, quod fungum in sese, ceu fetum vulua, complectitur. H.

o. Mox in pediculo corpus absumitur, raroque vnquam) Opt. *mox increscente in pediculi corpus.* id est, in substantiam eius conuertitur illa membrana. Dein Acad. *rarum est geminus geminis ex vno pede*: Vossiani et Gud. *rarum*

in pediculi corpus abſumitur, raroque vmquam geminis ex vno pede. Origo prima cauſaque e limo, et [1] aceſcente ſucco madentis terrae, aut radicis fere glandiferae: initioque ſpuma lentior, dein corpus membranae ſimile, mox *p.* partus. [2] Vt diximus, illa *q.* pernicialia, prorſus improbanda. Si *r.* enim caligaris *s.* clauus, ferriue ali-

 qua

1. *accreſcente.* V. 2. *Quae diximus pernicialia, illa prorſus ablegamda. Si enim, etc. omnem illico ſuccum in alienum ſaporem atque venenum concoquit.* V. *mox partus, vt diximus. Illa pernicialia: ſi caligaris, etc. Etenim illic, etc.* M.

rarum vnquam. Menap. *rarum e geminis.* Lege: *rarumque geminus ex vno pede.* Boletus geminus vno pede nixus rarum ſiue res rara. *Gron.*

Mox) Boleto increſcente, in ſubſtantiam eius pediculi membrana conſumitur. Vocem *increſcente* adiecimus ex MSS. R. Colb. Th. Chiflet. mutila alioquin obſcuraque ſententia. H.

p. Mox partus) Fetus, ſeu boletus ipſe. H

q. Illa pernicialia prorſus improbanda) Pintiani codex: *illa permitti alia quod probandi alia alios.* vnde ille fingit: *illa pernicies alia, quod probandi alii alias.* Menap. *illa permixti alia ſicca ligari clauos.* Acad. *illa permixti alias ſiccas rigari clauos.* Gud. *illa permitti alia, ſicca ligari clauos.* Voſſiani princeps et Andegau. *illa permitti alia quod probandi alia.* Fortaſſis: *Illa pernicialia quae probandi alea?* Illa, quae ſcilicet dicam, pernicialia, quam periculoſe probantur? Probant autem, qui veſcuntur, ſalute, ſi non adfuerint; exitio, ſi adfuerint. *Gron.*

r. Si enim) Sic Dioſcor. IV. 83. exitioſos fieri fungos ait, ſi iuxta clauos rubiginoſos, pannoſque putridos, aut latibula ſerpentum gignantur: vel arboribus denique, quae priuatim noxios pariunt fructus, adnaſcantur: ἢ γὰρ ἥλιος κατιωμένοις ἢ ῥάκεσι σεσηπόσιν, ἢ ἑρπετῶν Φωλιοῖς παραφύονται, ἢ δένδρεσιν, ἰδίως βλαπτικὰς Φέρȣσι τὰς καρπȣ́ς. H.

s. Caligaris clauus) Caliga, militare calceamentum, clauis ſuffixum ferreis, argenteis, aureis, vt quiſque luxu et opibus diffluebat: commune tam gregario, vili, et obſcuro militi, quam duci et centurioni. Inde *caligati*

qua rubigo, aut panni marcor affuerit nafcenti, omnem illico fuccum alienum faporemque in venenum [1] concoquit: [2] deprehendiffe *t.* qui, nifi agreftes, poffunt, atque *v.* qui colligunt? Ducunt *x.* ipfi alia vitia: [3] et quidem fi ferpentis cauerna iuxta fuerit, [4] fi *y.* [5] patefcentem primo ad- [illegible] hala-

1. *concoquit. Quin deprehendiffe agreftes ipfe dicunt alia vitia. V.* 2. *Sic ex MSS. Hard. deprehendiffeque Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. H. ne Ch. nunc quidem Gr. et Al.* 4. *aut fi. Dal.* 5. *Sic ex MSS. H. et Ch. patefcentes Gr. et Al.*

caligati milites Suetonio in Augufto et Vitellio. Inde nomen Caligulae Imperatoris. Supra c. 43. L. VII. P. Ventidius iuuentam inopem tolerauit in caliga militari. L. XXXIII. c. 3. Agnon Teius crepidas aureis clauis fuffigebat, quibus etiam vrbana mulierum calceamenta ornabantur, auctore Fefto in voce: *clauata*: ac id eft, quod auctor loco proxime citato queritur et indignatur, ab equitum vxoribus aurum pedibus indui et geftari. *Briffonius* c. 5. II. *Dal.*

t. Deprehendiffeque nifi agreftes) Scribendum? *Deprehendiffe qui, nifi agreftes, poffunt?* Gron.

v. Atque qui colligunt. Ducunt ipfi alia vitia) Verbum *ducunt*, defecandum, ex apographo noftro: et pronomen *ipfi*, fuperioribus agglutinandum. Quod autem fequitur; *Alia vitia. Nunc quidem fi ferpentis*, fcribendum opinor, *alia etiamnum quidem. Si ferpentis, etc.* vt intelligas, Alia etiamnum pernicies. Sic puto minus male legetur. *Pint.*

x. Ducunt ipfi alia vitia, nunc quidem) Verbum *ducunt*, inquit Pintianus, defecandum et pronomen *ipfi*, fuperioribus agglutinandum: quod autem fequitur, *Alia vitia, nunc quidem fi ferpentis.* Sane *ducunt* etiam ignorat melior Vossianus: fed et idem cum omnibus aliis noftris et Chifletiano, *ne quidem.* Forte: *Aliqui colligunt ipfi alia vitia, in quibus, fi ferpentis cauerna iuxta fuerit.* Nifi malis: *atque qui colligunt? Ducunt ipfi alio vitia, e quibus.* Nam Gud. Acad. Menap. vt cumque hic corrupti habent, tamen *dicunt ipfi alia vitia equidem.* Gron.

y. Si) Si erumpentem primo

halauerit, [1] capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum. Itaque caueri conueniet, prius quam se condant serpentes. Signa erunt tot herbae, tot arbores fruticesque, ab emersu earum ad latebram vsque vernantes: et z. vel fraxini tantum folia, nec postea nascentia, nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occasusque omnis intra dies septem est.

XLVII. (XXIII.) Fungorum *a.* lentior natura, et numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, [2] qui *b.* rubent callo, minus diluto rubore, quam boleti. Mox candidi, velut *c.* apice Flaminis [3]. insignibus pedi-

S 5 culis.

1. *rapaci.* V. 2. *quibus rubet caro, magis.* V. 3. *insignitis.* V.

mo fungum e terra serpens halitu suo afflauerit. H.

z. Et vel) Id iam superius adnotatum XVI. 24. H.

a. Fungorum lentior natura) *Fungus* Plauto in Bacchidibus, stupidus, stolidus, inconsideratus: *Adeon' me fuisse fungum, vt qui illi crederem?* Et aliquanto post: *Tanti est, quanti est fungus putidus.* Item lepide: *Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum operit.* Dal.

Fungorum) Humidior. Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 210. Μύκης, ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν ἱκανῶς etc. H.

b. Qui) Quibus caro rubet. H.

c. Velut apice, etc.) Sic albogalerum et pileum Flaminis vocat, cuius effigies in multis vetustis nummis spectatur, praecipue Iulii Caesaris. *Dal.*

Apice) Pediculis eorum fungorum apicem Flaminis repraesentantibus. Est autem apex, in summo Flaminis pileo virga lanata, hoc est, in cuius extremitate modica lana est: quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. Haec Seruius in Aen. II. Huius pilei cum apice, effigiem nummus Iulii Caesaris exhibet, apud Anton. August. Tab. 8. Apex alter Flaminum, alter Pontificum fuit.

culis. Tertium *d.* genus suilli *e.*, venenis [1] accommodatissimi. Familias nuper interemere, et tota conuiuia, Annaeum *f.* Serenum praefectum Neronis vigilum, et tribunos, [2] centurionesque. Quae voluptas [3] tanta ancipitis cibi. Quidam *g.* discreuere arborum generibus, fico, *h.* ferula, et gummi

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. accommodatissimum Gr. et Al.*
2. *Sic ex MSS. H. et Ch. et centuriones Gr. et Al.*
3. *tam. Alii.*

fuit. De vtroque Philippus Rubenius Elect. II. 25. H.

d. Tertium) Deterioris notae, maiorisque periculi id fungorum genus: de quo Martialis paulo ante laudatus. Nunc etiam Italia *Porcinos* vocat. De his aliisque generibus Matthiol. in Diosc. IV. p. 1105. consulendus, et ante ceteros Ruellius III. p. 619. H.

e. Suilli) Suilli etiamnum Italis vocantur *Porcini.* Dalecampius.

f. Annaeum Serenum) Eius meminere Seneca Epist. 64. et Tacitus Lib. XIII. Annal. *Dal.*

Annaeum) Fuisse hunc Senecae familiarissimum, auctor est Tacit. Annal. XIII. p. 200 Seneca ipse Ep. 63. p. 293. *Haec tibi scribo*, inquit, *is qui Annaeum Serenum, carissimum mihi, tam immodice fleui, vt quod minime velim, inter exempla sim eorum, quos dolor vicit.* Et inscripserat is eidem libros suos de Tranquillitate. H.

g. Quidam) Nostri nunc praeferunt e montibus inter iuniperos, et in locis apricis enatos: quamquam scribit Horat. II. Sat. 4. v. 20. *Pratensibus optima fungis Natura est: aliis male creditur.* Innocentissimi etiam sunt e rubis et carduis vere nati, rotunditate clusili, quos Spinulos inde, et Prunulos appellant et Cardeolos. H.

h. Ferula) Lege, *Betula.* Ferula arbor non est. *Dal.*

Fico, ferula et Gummi ferentibus) Acad. *gummum.* Gud. *gummiu.* Voss. Andeg. *guminum.* Menap. *Gummim.* Optimus *gummim.* Et si eam vocem idem codex format tot locis, vt etiamsi solus faceret, appareret mos Plinii. Sed passim confirmant et alii. Libro XXIII. in praefat. *Lacrima vitium, quae veluti gummis est.* Consentit

gummim ferentibus: nos item fago, aut robore, aut cupresso, vt *i.* diximus. Sed ista quis spondet in

sentit Voss. alter L. XXIV. 1. *Gummis aceto facilius eluitur.* vbi ex Chiflet. notant *commi.* Eiusdem c. 9. *Vnum arbor ipsa exsudat gummium modo.* nec aliter Andegau. et Gud. cap. 10. *Gummim etiam in hedera quaerunt, quam ex aceto vtilissimam dentibus promittunt.* Sic omnes iidem, aut omnino aut maiorem partem. Item cap. 11. *Gummium genera diximus, etc. Dentibus inutiles erunt.* Vbi frustra Dalecampius *inutilia.* quasi non sequatur, *Quae ex amygdala amara est.* et, *siccant inlitae.* et, *cum passo potae* Lib. XXV. 9. *concrescentem gummis modo humidis locis.* Lib. XXVI. 7. *lacteus succus, qui densatus in Gummim.* L. XXVII. 12. *praeciso frutice dat succum gummi similem.* MSS. *gummissis simili.* Lege, *gummibus similem.* eodem cap. 13. *succus eius lacteus in gummim spissatur.* L. XXXII. 33. *fraude coniicientium gummim.* Hinc iudicium fiat de ceteris. Confirmant quatuor nostri libro XIII, 11. *Gummi optimum esse ex Aegyptia spina conuenit, vermiculatam colore glauco, puram sine cortice, dentibus adhaerentem.* sic illi. Scribe igitur: *Gummim.* Rursus: *Deterior ex amygdalis amaris et ceraso, pessima ex prunis.* Mox, *infantium vlceribus aptissima.* Tum, *ad nihil vtilis.* item: *Fit et ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi vtilissima.* Scribe, *gummis.* Denique, *ideo candida quam rufa melior.* Et semel iterumque ex aliis verbo notarunt. Cur non restituerunt Plinio suum? Lib. XVI, 26. *Quae gummi gignunt, post germinationem aperiuntur: gummi vero non nisi fructu detracto spissatur.* Vbi ex Chiflet. annotant: *gummini vero.* At vix dubito eum habuisse, perinde vt Acad. Men. Gud. *Quae gummim gignunt:* deinde, *gummis vero.* Sic et Andeg. Vossianus, etsi priore loco *gummum.* Sic et Columella XII, 50. *noua dolia liquida gummi perluere.* nisi scribendum *perlinere.* Mox enim *noua dolia vel serias crassa gummi leuerunt.* Gronouius.

Et) MSS. omnes vbique, *gummis* et *gummim* exhibent femineo genere. H.

i. Vt) L. XVI. 11. H.

in venalibus? Omnium colos liuidus. [1] Hic *k.* habebit veneni argumentum, [2] quo ſimilior fuerit arborum fici. Aduerſus *l.* haec diximus remedia, dicemuſque: interim *m.* ſunt aliqua et in his. Glaucias ſtomacho vtiles putat boletos. Siccantur pendentes ſuilli, iunco tranſfixi, quales e Bithynia veniunt. Hi *n.* fluxionibus alui, quas rheumatiſmos *o.* vocant, medentur, excreſcentibuſque in ſede carnibus: minuunt enim eas, et tempore abſumunt. Item [3] lentiginem et mulierum vitia in facie. Lauantur *p.* etiam, vt *q.* plumbum oculo-

1. *Sic et Ch. his aberit Gr. et Al.* 2. *quo fungi ſimilior arborum fuerit.* 3. *Sic et lentigines Gr. et Al.*

k. Hic) Ita MSS. non, *his aberit*, vt editi. Certe virus praeferre liuidum colorem, etiam in boletis, ſuperiore ſectione Plinius admonuit. H.

l. Aduerſus) L. XX. 13. alibique paſſim. H.

m. Interim) Sunt et quae petantur e fungis remedia. H.

n. Hi fluxionibus alui quas rheumatiſmos vocant, medentur) *Fluctionibus albis*, idem codex agnoſcit, non *fluxionibus alui*: vt pro eo quod ſequitur *rheumatiſmos*, *rhus leucus*, ſcribendum putem, hoc eſt *fluctiones albas*, ex Galeni diffinitionibus, et Paulo ac Dioſcoride L. I. cap. de thuris cortice. Quo in loco quum Virgilius Marcellus vir ſingulari doctrina et diligentia explicet copioſe quid in feminis ſit rhus, et quod accidat coloribus; laborem inquirendi tradendique nobis ademit. *Pint.*

o. Rheumatiſmos) Ῥευματισμὸς κοιλίας, rheumatiſmus alui, id eſt, fluxus mali et noxii humoris in aluum: vel ſimpliciter fluxio alui: quo morbo qui laborant, coeliaci dicuntur. Κοιλίαν ῥευματιζομένην dixit Dioſc. I. 164. Et eſt dyſenteria quoque teſte Th. Priſc. II. p. 2. c. 18. *inteſtinorum vulneratio cum rheumatiſmo.* H.

p. Lauantur etiam vt plumbum) Lege, *Linuntur etiam ad plumbum et oculorum*, etc. Plumbum oculorum vitium, coloris plumbei ſuffuſio, cuius

¹ oculorum medicamento. Sordidis hulceribus et capitis eruptionibus, canum morſibus ex aqua illinuntur. Libet et coquendi dare aliquas communes in omni eo genere obſeruationes, quando ipſae ſuis manibus deliciae praeparant hunc cibum ſolum, et cogitatione ante paſcuntur, ſuccineis *r.* nouaculis, aut ² argenteo apparatu comitante. Noxii *s.* erunt fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentiores *t.* qui nitro addito coquentur,

1. *in oculorum medicamenta Gr. et Al.* 2. *et argenteo. Alii.*

cuius mentio fit cap. 13. L. XXV. *Dal.*

Lauantur) Vide N. Em. N. VII. (hic app.) *Lauantur)* Dalecampius, (quoniam ſuperis ita placuit) medicus, legi ita iubet, *Linuntur etiam ad plumbum et oculorum medicamenta*: quod nec orationis ſtructura patitur, nec mens ſcriptoris. Lauari plumbum, quod genus metalli notiſſimum eſt, ad oculorum remedia, ipſe Plinius prolixe edocet XXXIV. 50. ſimili ratione lauari nunc fungos iubet, ad eadem medicamenta quid planius? H.

q. Vt plumbum in oculorum medicamenta) Notauerunt in aliis, *vt plumbum et oculorum.* Voſſianus neutram adoptat particulam. Scribe: *Lauantur etiam, vt plumbum, oculorum medicamento.* Gron.

r. Succineis) Quarum e ſuccino, hoc eſt, electro manubrium fuerit. Ait delicatos homines eo luxuriae deueniſſe, vt fungos manibus ipſi ſuis praeparent ad cibum: ac ſimul vel aſpectu ipſo et cogitatione ante paſci, quam re, quum ſuccineis ad id nouaculis vtuntur, argenteiſque lancibus, in quibus fungi excipiuntur. H.

s. Noxii) Ita Diphilus Siphnius apud Athen. II. p. 61. Ἀνεπιτήδειοι δὲ οἱ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι καὶ τεθῆναι πησσόμενοι. *Inconuenientes ei, qui cocti et appoſiti fiunt duriores.* H.

t. Innocentiores) Nitri certe, oleique, vel aceti, quo diluantur, potu, fungorum venena diſcuti auctores ſunt, Scrib. Larg. Comp. 198. et Dioſc. IV. 83. H.

tur, si vtique percoquantur. Tutiores [1] fient cum carne *v.* cocti, aut *x.* cum pediculo piri. Prosunt *y.* et pira confestim sumpta. Debellat *z.* eos et aceti natura, contraria iis.

XLVIII. Imbribus proueniunt omnia haec. Imbre et silphion. Venit primo e Cyrenis, vt *a.* dictum est. Ex *b.* Syria nunc maxime importatur, deterius Parthico, sed Medico melius, extincto omni Cyrenaico, vt diximus. Vsus silphii in medicina: [2] foliorum ad *c.* purgandas vuluas pellendosque emortuos partus: decoquuntur in vino albo [3] et odorato, vt bibatur mensura [4] acetabuli a balineis. Radix *d.* prodest arteriis exasperatis; et

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. fiunt Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. Nam folia ad expurgandas Gr. et Al.* 3. *Sic et Ch. albo od. Gr. et Al.* 4. *acetabuli. Ad lienes radix. M.*

v. Cum carne cocti) Ob carnis pingue. Eadem ratione cum oleo vel butyro multo coquunt. *Dal.*

x. Aut) Aut cum siluestribus piris, dixit Dioscor. I. 168. At Celsus V. 27. tit. *Aduersus fungos inutiles: specie quidem,* inquit, *discerni possunt ab vtilibus, et coctura genere idonei fieri: Nam siue ex oleo inferbuerunt, siue piri surculus cum his inferbuit, omni noxa vocant.* H.

y. Prosunt) Siluestria quidem, ἀχράδες, si Dioscoridem audimus, in Alex. c. 23. H.

z. Debellat) Id multo vberius tractat Athen. II. p. 61. ex Diphilo Siphnio medico. Parari fungos ex aceto iubet, vt virus omne, venenique vis adimatur. H.

a. Vt) L. XIX. 15. H.

b. Ex) Diosc. III. 94. H.

c. Nam folia ad expurgandas) Et hic versata est mala manus. Scitius enim Voss. *Vsus silphii in medicina. foliorum ad purgandas vuluas.* Gron.

d. Radix) Diosc. III. 94. Ἀρήγει δὲ καὶ βρόγχων χρονίαις τραχύτησι· Φωνήν τε αἰφνιδίως δασυνθεῖσαν ὕδατι διεθεὶς, etc. *Arteriis, seu faucibus longo tempore exasperatis opitulatur:*

et colleǱionibus ſanguinis illinitur. Sed *e.* in cibis concoquitur aegre. Inflationes *f.* facit et ructus. Vrinae *g.* quoque noxia. Sugillatis cum vino et oleo amiciſſima, et cum cera ſtrumis. Verrucae ſedis crebriore eius ſuffitu cadunt.

XLIX. Laſer *h.* e ſilphio profluens, quo diximus modo, inter eximia naturae dona numeratum, [1] pluribus compoſitionibus inſeritur. Per ſe autem algores excalfacit, potum neruorum vitia extenuat. Feminis datur in vino. Et lanis mollibus admouetur vuluae ad menſes ciendos. Pedum *i.* clauos circumſcarificatos ferro, mixtum cerae extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas ſpondet, copioſius ſumptum nec inflationes facere, et concoctioni plurimum conferre ſenibus et feminis: item hieme, quam aeſtate,

1. *plurimis.* *Ch.* *plurimis compoſitionibus infertur.* *M.*

tur: ac vocem, quae derepente irraucuerit, aqua dilutus, ſorbitione confeſtim expedit. H.

e. Sed) Dioſcor. III. 94. H.

f. Inflationes) Dioſcorid. l. c. H.

g. Vrinae) Haec pariter Dioſc. l. c. Κύςεως κακωτική. Ἰᾶται δὲ καὶ δὲ ὑπώπια σὺν ἐλαίῳ καταπλασθεῖσα. H.

h. Laſer) L. XIX. 15. H.

i. Pedum clauos, etc.) Lege: *pedum clauos circumſcarifatos ferro, miſtum cera extrahit.* *Scarificare* vt vbique apud Plinium ſcribitur et *ſcarificatio* non eſt Latinum, licet ſic loquantur τῶν χειρεργῶν παῖδες. Graece Σκάριφος τὴν ξέσιν ſignificat, et σκαριφῶ, rado, ſcindo, ſcalpo, vnde Latinum *ſcarifo*, et *ſcarifatio* vel *ſcariphatio*. Vide Salmaſius p. 590. a, b.

Pedum) Prius circumciſos, Dioſc. III. 94. Ἧλες τε καὶ τύλες αἴρει προπεριχαραχθέντας, προμαλαχθεὶς κηρωτῇ, etc. *Clauos calloſque prius circumciſos extrahit* laſer, ſeu ſilphii liquor: *ſiquidem cerato ante fuerit ſubactus*, etc. In MSS. R. Colb. Th. *circumſcariphatos* legitur.

aestate, vtilius, et *k.* tum aquam bibentibus: cauendumque ne qua intus sit *l.* exhulceratio. Ab aegritudine recreationi efficax in cibo. Tempestiue *m.* enim datum, cauterii *n.* vim obtinet: assuetis

legitur. Scarificare, seu scarifare, est per ambitum ac superficiem aliquid scindere. Hesych. Σκαριφᾶσθαι, ξύειν. Σκάριφος, ξέσις. H.

k. Et tum aquam bibentibus. Cauendumque ne qua intus sit exhulceratio) Secus in antiquo exemplari, *et cum aqua bibentibus, cauendum ne qua intus sit exhulceratio.* cetera redundant. *Pint.*

l. Exhulceratio) Quam acrimonia sua cum tenuitate partium iuncta irritet. *Dal.*

Exhulceratio) Ne sint exhulcerata intestina. H.

m. Tempestiue enim datum) Cauterium licenter vocare Plinius hic videtur medicamentum Graecis dictum μετασυγκριτικὸν, et μεταποροποιητικὸν, quod habitum, et structuram corporis ac fabricam mutat; nempe quod admotum sua caliditate et insigni tenuitate humores euocat ex alto, cutisque poros aperit, quemadmodum de thapsia Diosc. scribit; et intro sumptum sanguinem ac humores potenter in habitum corporis diffundit, et dispergit. Eorum medicamentorum in longis valetudinibus, aegro conualescente vsus fuit. Itaque apud Paulum Lib. III. cap. 72. ἀναληπτικὴ ἐπιμέλεια, quae aegros iam meliuscule habentes reficit, μετασυγκριτῆς pars est. *Dal. Tempestiue enim datum cauterii vim obtinet*) Lego permutatis syllabis non *cauterii*, sed *theriacae*, ex Dioscoride Lib. III. *Bibitur*, inquit, *idem*, *inungiturque contra eorum omnium iniurias, quae morsu ictuue venenum relinquunt, et venenatas telorum cuspides. Contra scorpionum ictus oleo dilutus inungitur.* Pint.

n. Cauterii) Καυτήριον, et instrumentum est, et medicamentum, quod vrendi vim habet, ad intercipiendas fluxiones solitum adhiberi. Itaque laser cauterii vim dicitur obtinere, quod fluxiones ac pituitas intus desiccat, acrimonia sibi innata, quibus intercipiendis cauterio esset alioqui opus. H.

tis etiam vtilius, quam expertibus. Ad *o.* [1] extera corporum, indubitatas confeſſiones habet. Venena *p.* telorum et ſerpentium extinguit potum: ex aqua *q.* vulneribus his circumlinitur: ſcorpionum *r.* tantum plagis ex oleo: hulceribus vero non matureſcentibus cum farina hordeacea, vel fico ſicca. Carbunculis *s.* cum [2] ruta, [3] cum melle, vel per ſe viſco ſuperlitum, vt haereat: [4] ſic *t.* et ad canis morſus. Excreſcentibus *v.* circa ſedem, cum [5] tegmine Punici mali ex aceto decoctum. Clauis *x.* [6], qui vulgo morticini *y.* appellantur,

1. *extra Gr.* 2. *ruta, nitro, et melle. Dioſcorid.* 3. *vel cum melle Gr. et Al.* 4. *ſicut ad. Ch.* 5. *germine. M. germine Punici, etc. Ch.* 6. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. clauis pedum . . . mixto, ante ſubactum. Carnes replet. Gr. et Al.*

o. Ad) Ad morbos quibus corpora exterius afficiuntur. H.

p. Venena) Dioſcorid. III. 94. H.

q. Ex aqua) Dioſc. l. c. H.

r. Scorpionum) Dioſcorid. l. c. H.

s. Carbunculis) Breuius, ſed non accuratius, Dioſc. l. c. Πρός τε ἄνθρακας, μετὰ πηγάνε, καὶ νίτρε, καὶ μέλιτος, ἢ καθ' ἑαυτόν. H.

t. Sic et) Dioſc. l. c. H.

v. Excreſcentibus) Carni excreſcenti. Quod de laſere, ſiue ſucco Plinius, hoc de ſilphii radice Dioſc. l. c. Τὰς περὶ δακτύλιόν τε ἐξοχὰς αἴρει, σιδίῳ σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα, καὶ καταπλασθεῖσα. *Excreſcentia circa ſedem tollit, tegmini mali Punici incocta cum aceto, et impoſita.* H.

x. Clauis pedum) Morticinum per conuicium et contumeliam Plautus in Perſa vocat exanguem, tetrum, pallidum, νεκρώδη. *Caedere hodie tureſtibus PAEG. tua quidem cuculle cauſa? Non hercle, ſi os praeciderim tibi, metuam, morticine.* Ter autem hunc morbum memorat: quod argumento eſt, variis ex auctoribus collecta haec fuiſſe abſque iudicio, et hinc illinc ſparſim *Dalec. Clauis pedum vulgò morticini appellantur)* Quatuor poſtrema verba Plinii non puto. nam et paulo ante clauos pedum ipſe appellauit

lantur, nitro mixto. Alopecias nitro ante z. subactas 1 replet a. cum vino, croco, aut pipere, 2 aut murium fimo, et aceto. Perniones ex vino 3 fouet, et ex oleo coctum imponitur: sic 4 et callo. 5 Clauis supperrasis praecipuae 6 vtilitatis. Contra aquas malas, pestilentes tractus, vel dies. In tussi b., vua, fellis c. veteri suffusione, 7 hydropisi,

1. *subactum Vulg. et croco Gr.* 2. *ac. Ch.* 3. *fouent. Dal.* 4. *et callo et clauis. D.* 5. *Clauis pedum superrasis. Gr. et Al.* 6. *vtilitatis et contra. Dalec.* 7. *hydrope. D.*

lauit sine tali additamento. Et Cornelius Celsus et alii *clauos pedum* vocant, nulla vulgaris appellationis mentione. *Pint.*

y. Morticini) Hoc est, vt quidem remur, exitiales, lethales, mortiferi. Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Clauis*) Prius legebatur, *Clauis pedum, qui vulgo . . . nitro mixto, ante subactum. Carnes replet, etc.* insigni medicamentorum perturbatione, et veterum codicum neglectu: in quibus nec vox *pedum* adest: nec *carnes*, sed *alopecias* diserte legitur. Sic R. 2. aliique. De clauis pedum vbique paulo post tradentur remedia, quae diuersis locis non forent tractanda, si de ipsis nunc ageretur. Sed vox adiecta, *morticini*, non de vulgari genere clauorum, accipi haec oportere declarat. Alopecias vero quod attinet, Diosc. adstipulatur, III. 94. Ἀλωπεκίας θεραπεύων, σὺν οἴνῳ καὶ πεπέρει, καὶ ὄξει καταχριόμενος. H.

z. Ante subactum. Carnes replet cum vino et croco, etc.) Scribo ex archetypo nostro, *Alopecias nitro ante subactas replet cum vino et croco, aut pipere ac murium fimo et aceto.* Dioscorides Lib. III. cap. de laserpitio: *Contra capillorum defluuia, quae alopecias dicunt, ex vino, additis pipere et aceto, vtiliter inungitur.* Dal.

a. Carnes replet cum vino) Vel vlcera caua explet, vel corpus obesum reddit, et, vt alibi ait, pingue facit. *Dal.*

b. In tussi) Dioscor. l. c. H.

c. Fellis) Hoc est, ἰκτερικοῖς, Diosc. l. c. H.

pisi, raucitatibus: confestim *d.* enim purgat fauces, vocemque reddit. Podagras in spongia dilutum posca lenit. Pleuriticis *e.* in sorbitione vinum poturis datur: contractionibus, opisthotonicis *f.*, ciceris magnitudine cera circumlitum. In *g.* angina gargarizatur. Anhelatoribus, et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur: aequae aceto his qui *h.* et [1] coagulum lactis sorbuerint. Praecordiorum vitiis syntecticis *i.*, comitialibus *k.* [2] in vino, in aqua mulsa linguae paralysi. Coxendicibus et lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non *l.* censuerim, quod auctores suadent, cauernis *m.* dentium in dolore inditum cera includi: magno experimento

1. *coagulatum lac sorbuerunt. V. qui colostra lactis sorb. V. Alii.* 2. *in cibo. Ch.*

d. Confestim) Diosc l. c. H.

e. Pleuriticis) Diosc. l. c. H.

f. Opisthotonicis) His oboli pondere dari laseris succum deuorandum praecipit Dioscorid. l. c. H.

g. In) Diosc. l. c. et Marc. Emp. cap. 15. p. 104. sqq. H.

h. Qui coagulum lactis sorbuerint) Quibus lac potum coagulatum est. *Dal.*

Qui) Quibus haustum lac coagulatum fuerit, siue intus concreuerit, sumptus ex aceto mulso silphii succus opitulatur, inquit Dioscorides l. c. Καὶ τοῖς γάλα τεθρομβωμένον ἔνδον πιοῦσι, μετ' ὀξυμέλιτος ληφθεὶς βοηθεῖ. H.

i. Syntecticis) Syntectica vitia, siue syntexes, συντήξεις, ad verbum colliquationes, consumptionesque, recte cum Tullio dixeris. In corpore nostro sic vocantur ex tabe quae sensim fit consumptio, colliquefacta solida substantia. Ita affectos saepe Plinius syntecticos vocat, συντηκτικούς. H.

k. Comitialibus) Dioscor. l. c. in aceto mulso, ἐπιληπτικοῖς μετ' ὀξυμέλιτος ληφθείς. H.

l. Non) Suadet Dioscor. l. c. H.

m. Cauernis dentium, etc.) Cauernis Dioscorid. indit, aut cum thure in linteo circumligat. *Dal.*

perimento hominis, qui se [1] ea de causa praecipitauit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis: serpentes auidissimas vini admixtum rumpit. Ideo nec inungi suaserim cum Attico melle, licet praecipiant. Quas habeat vtilitates admixtum aliis, immensum est referre: et nos simplicia tractamus: quoniam in his naturam esse apparet, in illis coniecturam saepius fallacem, nulli satis custodita in mixturis concordia naturae ac repugnantia. Qua de *n.* re mox [2] plura.

L. (XXIV.) Non esset mellis auctoritas in pretio [3] minor, quam laseris, ni vbique nasceretur. Illud *o.* ipsa fabricata sit natura: sed huic gignendo animal, vt *p.* diximus: innumeros ad vsus, si quoties misceatur, aestimemus. Prima *q.* propolis aluorum (de qua diximus) aculeos *r.* et omnia infixa corpori extrahit, [4] tubera discutit, dura *s.* concoquit, dolores neruorum mulcet, hulceraque *t.* iam [5] desperantia cicatrice includit. Mellis

1. *eadem causa.* Ch. 2. *plura dicemus.* V. 3. *minore.* V. 4. *tubercula.* V. 5. *desperata.* V. *disparantia.* Ch.

n. Qua de re) Nempe l. 56. huius libri. H.

o. Illud) Laser natura, mel apes fingunt. H.

p. Vt) L. XI. H.

q. Prima) Propolis, quam quidam sacram ceram vocant, inquit Marc. Emp. c. 15. p. 111. forte ob eximios in medicina vsus. De ea cum Plinio egimus, L. XI. 6. H.

r. Aculeos) Pariter haec Diosc. II. c. 106. H.

s. Dura) Scrib. Larg. comp. 82. *Malagma ad strumam et omnem duritiem mirificum. Idem ad mammarum muliebrium duritiam, et ad paniculos, et ad tubera.: Propolis, quam quidam ceram sacram vocant, etc.* H.

t. Iam) Ita libri omnes: hoc est, iam desperata fere. Tamen in MSS. R. Colb. *iam desperantia cicatricem, cludit.* Credo, rectius: quasi,

lis quidem ipsius natura talis est, vt *v.* putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quam salis natura. Faucibus *x.*, tonsil-

si, quae desierint sperare se coitura in cicatricem. Sic vitam desperare, apud Tullium legas, pro Milone n. 57. Et rempublicam desperare ad Famil. XII. 14. H.

Vlceraque iam desperantia cicatrice includit) Ex Chifl. afferunt *disparantia*. quod nulli rei est. Praeclare Vossianus: *iam desperantia cicatricem cludit*. Quasi quae desierint sperare se vnquam coitura. Lentulus ad Ciceronem XII. Famil. *Rhodii nosset rempublicam quum valde desperauerint, ex literis quas publice misi, cognosces.* Frontinus Strateg. IV. 5. 6. *Varro collega eius vel maiore constantia post eamdem cladem vixit, gratiaeque ei a senatu et populo actae sunt, quod non desperasset rempublicam.* Ita restituimus e membranis, vbi vulgo: *de republica*. De verbo *sperare* pari suauitate diximus in primo Obseruationum. *Gron.*

v. Vt putrescere corpora non sinat) Alexandri corpus melle oblitum incorruptum perdurasse monstrant hi Papinii versus e siluis: *Duc et ad Aemathios manes, vbi belliger vrbis Conditor, Hyblaeo perfusus nectare durat.* Xenophon Commentariorum V. Agesipolin Lacedaemoniorum regem vita functum, et melle conditum scribit Spartam relatum, et regio funere sepultum fuisse. Gemistus Plethon Agesilaum mortuum, inopia mellis cera circumlitum, Lacedaemonem reportatum fuisse tradit. Itaque mel, eorum qui vita excesserunt symbolum esse, veteribus creditum, sicut fel, viuorum. *Rhodig.* c. 27. XXVIII Apud Nonium Varro περὶ τροφῆς. *Quare Heraclides ποντικὸς plus sapit, qui praecepit vt comburerent, quam Democritus, qui vt in melle seruarent: quem si vulgus sequutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possimus.* Victorius I. 19.

Vt) Huc placitum Democriti pertinet, quod ex Varrone retulimus VII. 56. Babylonios melle corpora defunctorum condire solitos, Persas cera, testis est Herodotus I. H.

x. Faucibus) Diosc. I. 101. H.

lis, anginae, omnibusque oris desideriis vtilissimum, arescentique *y.* in febribus linguae. Iam *z.* vero peripneumonicis, [1] pleuriticis [2] decoctum. Item *a.* vulneribus a serpente percussis. Et *b.* contra venena [3] fungorum. Paralyticis in mulso: quamquam suae mulso dotes constant. Mel *c.* auribus instillatur cum rosaceo: lendes *d.* et foeda capitis animalia necat. Vsus despumati semper aptior: stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, et oculis per se inutile aliqui arbitrantur. Rursus *f.* quidam angulos exhulceratos melle tangi suadent. Mellis causas, atque differentias,

1. et pleur. dec. It. vul. et a serp. Dal. 2. *decoctura. Ch.* 3. *fungos. Ch.*

y. Arescentique in febribus linguae) Ad id potius vtile fuerit saccharum, quod iuxta Galen. libro methodi nec sitim facit, nec in bilem vertitur. *Dal.*

z. Iam) Quo morbi genere teneantur ii, qui sic appellantur, Celsus explicat IV. 7. *Ex pulmone*, inquit, *vehemens et acutus morbus oritur, quem περιπνευμονικὸν Graeci vocant: eius haec conditio est: pulmo totus afficitur: hunc eius casum subsequitur tussis, bilem vel pus trahens: praecordiorum, totiusque pectoris grauitas, spiritus difficultas, magnae febres, continua vigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi, quam doloris habet.* Nos *pulmonicos* vulgo appellamus. H.

a. Item) Diosc. II. 101. iis prodesse pariter scribit, quos serpentes momorderint. H.

b. Et) Diosc. l. c. H.

c. Mel auribus instillatur) Sonantibus, et dolore affectis. Diosc. *Dal.*

Mel) Diosc. l. c. et Plin. Val. I. 9. H.

d. Lendes) Diosc. l. c. H.

e. Stomachum) Diosc. l. c. φυσσῶδες κοιλίας. H.

f. Rursus) Scrib. Larg. Comp. med. 25. *Ad sordida hulcera oculorum, crustasque habentia, quas ἐσχάρας vocant: item carbunculos, quos ἄνθρακας dicunt, facit bene et per se mel Atticum, pyxide Cyprii aeris conditum, et repositum mensibus duobus, nec minus etc.* Diosc. l. c. melle purgari asseuerat ea, quae

rentias, nationesque, et *g.* indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus, quum ratio operis diuidi cogeret miscenda rursus, naturam rerum pernoscere volentibus.

LI. In mellis operibus et aqua *h.* mulsa tractari debet. Duo genera eius: subitae ac recentis, alterum *i.* inueteratae. Repentina despumato melle praeclaram vtilitatem habet in *k.* cibo aegrotantium leui, hoc est, alicae *l.* elutae: viribus *m.* recreandis, [1] ore stomachoque mulcendo, [2] ardore refrigerando. Frigidam *n.* [3] enim vtilius dari ventri molliendo, inuenio apud auctores. Hunc potum

1. *ori. Dal.* 2. *ardori. Dal.* 3. *autem. V.*

quae pupillis tenebras offundunt: ἀποκαθαίρει δὲ καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις. H.

g. Et indicationem) Indicium pretii, notae, ac bonitatis. Indicatura eo sensu dicitur, in Praef. ad Vespas. De ea voce dicemus vberius, XXIX. 8. Cuius mel quodque notae sit, indicasse se significat XI. 13. vbi apium natura describitur: mox et XXI. 44. sequentibusque, qui liber in explicanda florum natura versatur. H.

h. Aqua) Aqua mulsa est, quae melle concinnatur. Qua illa arte paranda sit, ex Columella disce XII. 12. p. 420. Hydromeli Graeci vocant, vt diximus XIV. 20. H.

i. Alterum inueteratae) Σκευαστοῦ et αποθέτου, conditiuae. Dioscor. hanc proprie ὑδρόμελι vocat. *Dal.*

k. In) Vna cum cibo. H.

l. Alicae) De alica diximus XXVIII. 29. Alicae elutae iterum mentio inferius, s. 61. H.

m. Viribus) Ad hos vsus vetustiorem Diosc. commendat V. 17. aut mediae certae aetatis. H.

n. Frigidam) Frigidam mulsam Diosc. V. 17. Χρώμεθα δὲ τῷ μὴ ἀφεψημένῳ, ἐφ᾽ ὧν κοιλίαν μαλάξαι βουλόμεθα. *Cruda vtimur, quum ventrem mollire volumus.* Sic Hippocr. quoque de morb. II. t. 12. pag. 43. H.

tum bibendum alſioſis: item o. animi humilis et praeparci, quos illi dixere [1] micropſychos. [2] Et eſt ratio ſubtilitatis immenſae a Platone deſcendens: corpuſculis rerum laeuibus, ſcabris, anguloſis, rotundis, magis aut minus [3] ad aliorum naturam accedentibus: ideo non eadem omnibus amara aut dulcia

1. *microſphyctos. V. Gr. et Al.* 2 *Sic ex MSS. H. Et eſt ratio.* 3. *aliorum naturas accipientibus. Ch.*

o. *Item animi humilis*) Iis qui immodico ſudore digeruntur, et quibus languidus pulſus eſt: τοῖς διαφορουμένοις, καὶ μικροσφύκτοις. Dioſc. *Dal.*

Item) Quos Graeci μικροψύχους vocant. Vide N. et Em. N. IX. (hic adi.) *Item*) Exclamat Salmaſ. in Praef. Plin. pag. 107. μικροσφύκτους confundi a Plinio, cum μικροψύχοις. Puſilli animi et praeparci homines, Graecis vocari μικροψύχοις, vt contra liberales et prodigos μεγαλοψύχους. At μικροσφύκτους appellari, quibus minimus eſt venarum ſeu arteriarum, puſilluſque pulſus, vt eſt eorum, quibus animus deficit: Μικρὸν σφυγμὸν medicis dici, indeque μικροσφύκτοις, quibus talis eſt. Hoc ante Salmaſ. dixerat Coel. Rhodig. III. 15. p. 110. At ſubiicit ille deinde, hanc eſſe Dioſcoridis de melicrato, ſeu aqua mulſa orationem, V. videlicet, 17. Τῷ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τῶν μικροσφύκτων καὶ ἀσθενῶν, καὶ βησσόντων. Audiuiſſe Plinium ab anagnoſte legi μικροψύχοις, pro μικροσφύκτοις: Eſſe id vero perridiculum, aquam mulſam prodeſſe hominibus animi humilis ac praeparci. Alterum hoc conuitium Salmaſius, vt Plinio ingereret, a Dalecamp. mutuum accepit, nec reddidit tamen, non appellato eius nomine. Sed lubet de vtroque conqueri, et ſane licet. Quid enim? Non poterit impune et ſine noxa Plinius quaedam afferre in medium, quae Dioſcoridi latuerint? Etiamne ſi quempiam alium ſententiae ſuae adſtipulatorem habeat? Etiamne ſi Platonem? Atqui huius ipſius placiti auctorem hunc allegat, verbis iis quae ſtatim ſubnectit: *Et eſt ea ratio*, inquit, ſententiaque, *a Platone deſcendens*, molliri videlicet ac mutari cibo mores, triſtitiamque, luctumque comprimi: neque

dulcia esse. Sic *p.* et in lassitudine proniores esse ad iracundiam, et *q.* in siti. Ergo *r.* et haec animi asperitas, seu potius animae, dulciore succo mitigatur. Lenit *s.* transitum spiritus, et molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemque. Experimenta in se cuique: nullius non ira luctusque, tristitia et omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoque obseruanda sunt, quae non solum corporum medicinam, sed et morum habent.

LII. Aqua *t.* mulsa et tussientibus vtilis traditur,

T 5

que magis ad corpora, quam ad animos ipsos cibum pertinere. Platoni igitur, non Plinio, si iure licet, dicam scribant eruditi illi nostri reprehensores. H.

p. Sic) Egregie in eam rem Seneca de Ira III. 10, p. 590. *Fames*, inquit, *et sitis ex iisdem causis vitanda est: exasperat enim et incendit animos. Vetus dictum est, A lasso rixam quaeri: aeque autem et ab esuriente, et a sitiente, et ab omni homine, quem aliqua res vrit. Nam vt vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt, ita animus affectus minimis offenditur . . . Numquam sine querela aegra tanguntur.* H.

q. Et in siti) Quod per inediam accidere solet, eleganter his versibus memorat Plaut. in Curculione: *Tenebrae oboriuntur: genua inedia succidunt.* PH. *Viden' vt expalluit?* ac paulo post: *Peris, prospicio parum, os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, ita ibi, vaciuitate venio lassis lactibus.* Dal.

r. Ergo et haec animi, etc.) Horatius conf. obs. sq. *Dal.*

Ergo) Sic etiam et vino, teste Horatio, I. Serm. 15, v. 18. *Ad mare cum veni, generosum et lene requiro, Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet In venas animumque meum, quod verba ministret*, etc. H.

s. Lenit transitum spiritus, etc.) Aptius in archetypo nostro cum minore litera, et iunctim cum praecedentibus: *lenito transitu spiritus et molliore facto meatu ne scindat, etc.* Pint.

t. Aqua) Huius dotes Marcell. Emp. explanat, c. 30. pag. 214. Tussientibus praeberi calefactam frigidam vomituris iubet. Diosc.

ditur, calefacta inuitat vomitiones. Contra *v.* venenum psimmythii salutaris, addito oleo. Item contra hyoscyamum, cum lacte maxime asinino, et contra halicacabum, vt *x.* diximus. Infunditur et auribus, et genitalium *y.* [1] fistulis. Vuluis *z.* imponitur cum pane molli, [2] subitis tumoribus, luxatis, leniendisque omnibus. Inueteratae *a.* vsum damnauere posteri, minus innocentem aqua, minusque vino firmum. Longa tamen vetustate transit in vinum, vt constat inter omnes, stomacho *b.* [3] inutilissimum, neruisque contrarium.

LIII. Semper *c.* mulsum ex vetere vino vtilissimum, [4] facillimeque cum melle [5] concorporatur, quod *d.* in dulci numquam euenit. Ex *e.* austero

1. *fistulae. Ch.* 2. *in subitis. D.* 3 *vtilem. Diosc.* 4. *quod facillime cum V.* 5. *concorporat. Ch.*

Diosc. III. 17. Τῷ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τῶν βησσόντων. Et paulo ante, Χρώμεθα δὲ τῷ μὴ ἀφεψημένῳ, ἐφ' ὧν βουλόμεθα ἔμετον κινῆσαι. H.

v. Contra) Omnibus, qui venenum quoduis hauserint, inquit Diosc. l. c. ἐπὶ τῶν θανάσιμον πεπωκότων, διδόντες αὐτὸ μετ' ἐλαίου. H.

x. Vt) L. XXI. 105. H.

y. Genitalium) *Ex hulceribus*, inquit Celsus V. 28. *fistulae oriuntur. Id nomen est hulceri alto, angusto, calloso. Fit in omni fere parte corporis: habetque quaedam in singulis locis propria;* etc. Vt Graeci quoque σύριγγα vocant: Galli, *une fistule.* H.

z. Vuluis imponitur) Tumentibus, et inflatis. Diosc. *Dal.*

a. Inueterata vsum damnauere) In inflammationibus et obstructionibus viscerum. Diosc. ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων καὶ στεγνῶν. Dal.

Inueteratae) Vide Hipp. de vict. in morb. ac. t. 27. p. 290. H.

b. Stomacho) Biliofo. *Dal.*

c. Semper) Sic Diosc. V. 16. Mulsum porro vinum est melle delinitum: potio ex vino ac melle confecta. H.

d. Quod in dulci numquam euenit) Vel in passo, τῷ γλυκεῖ

stero factum non implet stomachum, neque ex decocto melle, minusque [1] inflat, quod fere euenit. Appetendi *f.* quoque reuocat auiditatem cibi. Aluum *g.* mollit frigido potu, pluribus calido sistit. Corpora *h.* auget. Multi *i.* senectam longam mulsi *k.* tantum nutritu tolerauere, neque alio vllo

1. *implet.* *Cb.*

γλυκεῖ· vel in vino dulcis saporis. Mulsum enim ex austero optime fit. *Dal.*

Quod) In vino dulci, cui mox austerum opponitur, ex quo fit mulsum optimum. H.

e. Ex austero factum non implet stomachum) Scribe, *inflat,* non *implet,* ex V. C. et postremam dictionem arbitramur superfluere. Dioscorides Lib. V. cap. de mulso: *Primam bonitatis habet aestimationem mulsum quod ex vetere et austero vino probatissimoque melle confectum fuerit. Minus enim inflat quod tale fuerit, et celerius absolutum in vsum venit.* Pint.

Ex) Iisdem fere verbis Diosc. l. c. Οἰνόμελι δὲ διαφέρει, τὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου καὶ αὐστηροῦ, καὶ μέλιτος καλοῦ γινόμενον· ἧττον γὰρ πνευματοῖ, etc. Fuisse et istud Aufidii Epicurei placitum videtur, quod Horatius irridet II. Sat. 4. v. 24. *Aufidius forti miscebat mella Falerno, Mendose: quoniam vacuis committere venis Nil, nisi lene, decet: leni praecordia mulso Prolueris melius.* Et Sat. 2. v. 15. *Nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta.* H.

f. Appetendi) Diosc. l. c. H.

g. Aluum) Diosc. l. c. H.

h. Corpora) Et θρεπτικὸν ait esse Diosc. l. c. H.

i. Multi senectam longam mulsi, etc.) Lege ex eodem *intrita* non *nutritu*. quod noto illo Martialis versu roboratur: *Circumlata diu mensis intrita secundis:* contra Criticos, qui aliter eum locum legunt. *Dal.*

k. Mulsi) Vide N. et Em. N. X. (hic pos.) *Mulsi)* In MSS. R. Colb. etc. *mulsi tantum intrita.* Est autem intrita, panis cum vino, mulsoue in mortario pistillis contritus: inde intritae nomen. Sic IX. 9. *Nec piscibus tantum, sed intrita panis e vino satiantur.* De cibo autem, hoc est, intrita, non mulso mero intelligendum, satis fortassis declarat id quod

vllo cibo, celebri *l.* Pollionis [1] Romilii exemplo. Centesimum annum excedentem eum Diuus Augustus hospes interrogauit, quanam maxime ratione vigorem *m.* illum animi corporisque custodisset. At ille respondit: intus *n.* mulso, foris oleo.

1. Sic ex MSS. em. Hard. Romili. Ch. Romuli Gr. et Al.

quod continenter subiicitur, *tolerauere, neque alio vllo cibo.* Adde Diophanem in Geop. XV. 7. p. 417. ita pronunciantem: *Οἱ ὖν γῆρα μέλιτι μετὰ ἄρτȣ μόνȣ τρεφόμενοι, ἐπὶ πλεῖϛον βιȣ̃σι.* *Qui in senectute melle cum pane nutriuntur, diutissime viuunt.* H.

l. Celebri Pollionis Romuli exemplo) Scribendum arbitror *Vedii Pollionis nobili exemplo.* De hoc Vedio Pollione Augusti amicitia nobilitato Plinius supra Lib. IX. et Seneca in libris de Beneficiis, et Varro de re rustica. *Pint.*

Celebri Pollionis Romuli exemplo) Pintianus, *Vedii Pollionis.* Sed Chiflet. et Voss. vterque, *Romili.* Legend. *Pollionis Romilii.* Fuit enim gens Romilia. Pollio autem multarum gentium cognomen. *Gron.*

Pollionis) Romilia gens nota Tullio in Verrem II. H.

m. Vigorem illum animi corporisque) Democritus rogatus, *πῶς ἂν ἄνοσοι, καὶ μακραιῶνες γίγνοιντο οἱ ἄνθρωποι,* intus vino, foris oleo, respondit: eadem propemodum sententia, qua Pollio. Vide Rhod. cap. et Lib. VI. Athen. II. Alii respondisse ferunt, intus melle, foris oleo. Corsicos certe *μακροβίȣς* et *πολυχρονίȣς* esse tradunt, quod melle assidue vtantur, et in eorum buxis, vt Diodorus ait, copiose nascenti. Aristoxenus scribit, Pythagorae discipulis mensam pane tantum et melle instructam fuisse. Quin et Democritus morte iam destinata, rogatus dies aliquot differre, ne proximis Thesmophoriis luctuosa funestaque domus esset, complusculum temporis vitam sustinuit solo mellis, vel vt alii narrant, calidi panis odoratu Rhodig. c. 3. XXI. *Dal.*

n. Intus) Id a Democrito Pollio didicerat: is enim interrogatus, quemadmodum incolumitas diuturna constaret

oleo. Varro regium cognominatum [1] morbum *o.* arquatum tradit, quoniam mulſo curetur.

LIV. Melitites *p.* quo fieret modo ex muſto et melle, docuimus in ratione vini. Seculis iam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium. Solebat *q.* tamen inueteratum alui cauſa dari in febre: item articulario morbo, et neruorum infirmitate laborantibus, et mulieribus vini abſtemiis.

LV.

1. *arquatorum morbum. Ch.*

conſtaret, ac ſenecta longa, reſpondiſſe fertur: Si extera corporis oleo, interna melle maderent: Δημόκριτος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν ἄνοσοι καὶ μακραίωνες γίγνοιντο οἱ ἄνθρωποι, εἶπεν· εἰ τὰ μὲν ἔξωθεν ἐλαίῳ τοῦ σώματος, τὰ δὲ ἔνδοθεν μέλιτι χρήσαιντο. Auctor Diophanes in Geop. XV. 7. p. 417. et Athen. II. p. 46. H.

o. Morbum) Hoc eſt, icterum. Scrib. Larg. comp. 110. arquatum morbum, et auruginem, et regium morbum vocat. Arquatum quidem, ſiue arcuatum, ab arcu caeleſti, cui quodam virore affinis. Auruginem pariter a colore. Regium, a delicatiori cibi genere, mulſo videlicet, quo curatur. Q. Seren c. 59. p. 161. *Regius eſt vero ſignatus nomine morbus molliter hic quoniam celſa curatur in aula.* Celſ. III. 24. *Aeque notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant . . . Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus quod album eſſe debet, fit luteum . . . Per omne vero tempus vtendum eſt clauſo loco, ludis, laſciuia, per quae mens exhilaretur: ob quae regius morbus dictus videtur.* Vide N. et Em. N. XI. (hic adi) *Morbum)* In MSS. R. Colb. Th. Ch. *arquatorum morbum* legitur, haud aſpernanda ſane ſcriptura. Nam qui eo morbi genere laborant, *Arquati dicuntur*, inquit Nonius Marc. c. 5. n. 14. *Quibus color et oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem.* H.

p. Melitites) L. XIV. 11. H.

q. Solebat) Quae de melitite

LV. Mellis naturae adnexa cera est: de cuius origine, bonitate, nationibus, suis *r.* diximus locis. Omnis *s.* autem mollit, calefacit, explet *t.* corpora: recens *v.* melior. Datur *x.* in sorbitione dysentericis, fauique ipsi, in pulte alicae prius tostae. Aduersatur [1] lactis naturae: ac *y.* milii magnitudine x. grana cerae hausta non patiuntur coagulari lac in stomacho. Si inguen tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est.

LVI. Nec huius vsus, quos mixta aliis praestat, enumerare medicina possit: sicuti nec ceterorum, quae cum aliis prosunt. Ista, vt *z.* diximus, ingeniis constant. Non fecit [2] cerotum *a.*, malagmata *b.*, emplastra, collyria, antidota, parens illa ac diuina rerum artifex: officinarum haec, imo verius auaritiae commenta sunt. Naturae

1. *lacti, ac milii. M.* 2. *Sic ex MSS. H. ceratum Ch. cerata Gr. et Al.*

litide vino nunc dicuntur, ea verbis totidem refert Diosc. V. 15. H.

r. Suis) L. XI. 8. et XXI. 49. H.

s. Omnis autem mollit, calefacit) Voss. *calfacit.* vt saepe et alibi. *Gron.*

Omnis) Haec totidem verbis Diosc. II. 105. H.

t. Explet corpora) In cauis vlceribus carnem gignit. *Dal.*

Explet) Hulcera corporum carne replet. Diosc. πληρωτικὴ μετρίως. H.

v. Recens) Diosc l. c. H.

x. Datur) Ad verbum ista quoque Marc. Emp. cap. 27. p. 193. et Plin. Val. II. 28. Item Diosc. l. c. Praeiuit his omnibus Celsus, IV. 19. *de ventris fluxu: Est pulticula etiam, cum qua paulum ex fauo vetere coctum sit.* H.

y. Ac) Diosc. l. c. H.

z. Vt) In fine sect. 49. H.

a. Cerotum) Siue ceratum, Graecis κηρωτὸν, vt alibi diximus. H.

b. Malagmata) Μαλάγματα compositiones sunt ex rebus emollientibus concinnatae, quae concretas durities emolliant, sensimq. per euaporationem discutiant. Materiam

rae quidem opera abſoluta atque perfecta gignuntur: paucis ex cauſa, non ex coniectura, rebus aſſumptis, vt ſucco aliquo ſicca temperentur ad *c.* meatus: aut corpore alio humentia, ad *d.* nexus. Scrupulatim *e.* quidem colligere ac miſcere vires, non coniecturae humanae opus, ſed impudentiae eſt. Nos nec Indicarum Arabicarumque mercium, aut externi orbis, attingimus medicinas. Non placent remediis tam longe [1] naſcentia: non nobis gignuntur: imo ne illis quidem, [2] alioqui non venderent. Odorum cauſa, vnguentorumque; et deliciarum, ſi placet, etiam ſuperſtitionis [3] gratia emantur, quoniam thure ſupplicamus et coſto. Salutem quidem ſine [4] his poſſe conſtare, vel ob id

1. *naſcentur.* Ch. 2. *alioquin.* Gr. 3. *gratiae rimantur.* Ch. 4. *iſtis.* Ch.

riam Corn. Celſus aſſignat V. 17. *Malagmata vero, atque emplaſtra, paſtillique, quos* τροχίσκους *Graeci vocant, quum plurima eadem habeant, differunt eo, quod malagmata maxime ex floribus, eorumque etiam ſurculis: emplaſtra paſtillique magis ex quibuſdam metallicis ſunt,* etc. H.

c. Ad meatus) Vt in altum corpus ſubire et permeare poſſint. *Dal.*

Ad) Vt labi facilius in altum corpus, ac permeare poſſint. H.

d. Ad nexus) Iiſdem paene verbis Dalecampius vtitur cum Harduino. *Dal.*

Ad nexus) Ad iuſtam craſſitiem, et vt vulgus loquitur, conſiſtentiam. H.

e. Scrupulatim quidem colligere) Acad. Gud. Voſſiani: *Scripulatim.* Gron.

Scrupulatim) MSS. omnes, *Scripulatim*: hoc eſt, vſque ad ſingula ſcripula minute ac ſcrupuloſe medicamentorum pondera definire. Scripulum ponderis nomen eſt: terna drachmam, denariumue efficiunt. Fannius: *In ſcrupulis ternis drachmam: quo pondere doctis Argenti facilis ſignatur pondus Athenis. Vncia fit drachmis bis quatuor.* H.

id probabimus, vt tanto magis sui delicias *f.* pudeat.

LXVII. Sed medicinas e floribus coronamentisque et hortensiis, quaeque [1] manduntur herbis, [2] prosequuti, quonam modo frugum [3] omittimus? Nimirum et has indicare [4] conueniat. (XXV.) In primis sapientissima animalium esse constat, quae *g.* fruge vescantur. Siliginis *h.* grana combusta et trita in vino ammineo, oculis illita epiphoras sedant: tritici *i.* vero, ferro *k.* combusta iis, quae frigus vsserit, praesentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta, neruorum contractionibus; [5] cum rosaceo vero, et fico sicca, myxisque decoctis, furfures tonsillis faucibusque gargarizatione [6] prosunt. Sextus *l.* Pomponius Praetorii viri pater, Hispaniae citerioris princeps, quum horreis suis ventilandis praesideret, correptus dolore podagrae, mersit in triticum sese super genua: leua-

1. *mandantur herbae persecuti. Ch.* 2. *Sic ex MSS. Hard. Est in farre Gr. et Al,* 3. *omittemus. Gr.* 4. *conuenit. Gr. et Al.* 5. *cum rosa vero D.* 6. *prosunt. Suppuratis neruis farina cum hyoscyami succo illinitur, ex aceto et melle lentiginis. V.*

f. Delicias) Homines delicatos. H.

g. Quae fruge vescantur) Formicas, cornices, equos, ceruos, elephantos, etc. *Dal.*

h. Siliginis) Plin. Val. I. 14. H.

i. Tritici vero ferro, etc.) Ea industria conficitur oleum e tritico a medicamentariis. *Dal.*

k. Ferro) In farragine patinaue ferrea. Theod. Prisc. *I. 10. de oculorum caussis. Grana tritici in lamina ferri calida impones: et similiter ex succo qui manauerit, cum vino commixto, inungito.* H.

l. Sextus) Rem hanc ipsam, tacito viri, in quo id animaduersum, nomine, versibus cecinit Q. Serenus c. de podagra depellenda: *Non*

leuatusque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio vsus est. Vis tanta est, vt *m.* cados plenos siccet. Paleam quoque tritici, vel hordei, calidam imponi *n.* ramicum incommodis experti iubent, quaque decoctae [1] sunt aqua foueri. [2] Est et in farre vermiculus teredini similis: quo cauis dentium [3] cera incluso, cadere vitiati dicuntur, etiam *o.* si [4] fricentur. Olyram *p.*, arincam diximus vocari. Hac *q.* decocta fit [5] medicamentum,

1. *sint aqua fouere.* Ch. 2. *Sic ex MSS.* H. *Est in farre* Gr *et Al.* 3. *cera incluso, et dentium cauis indito.* Dal. 4. *refrigerentur.* Ch. 5. *pulmentum.* Dal.

Non audita mihi sit fas, sed lecta referre: Hoc quidam raptus morbo per tempora messis Vicino plantas frumenti pressit aceruo, Euasitque grauem casu medicante dolorem. Et in hydropis pariter morbo *aliquos tritico sic tectos, iuuatos esse* scribit Theod. Prisc. II. p. 2. c. 19. H.

m. Cados plenos) Aceruis tritici defossos et sepultos: qua astutia rusticos triticum furari solitos Galen. scribit cap. 14. I. de Nat. facult. *Dal.*

Vt) Aqua aut vino plenos, aceruis tritici defossos ac sepultos. H.

n. Ramicum) Ramex hernia est interprete Nonio. Vide quae de enterocele diximus XX. 13. H.

o. Etiam si fricentur) Commodius vetus exemplar, *etiam si refricentur.* Et mox paululum *multipedae* non *multipedarum.* Pint.

Etiam) Vel si ea cera vitiati dentes fricentur. H.

p. Olyram) L. XVIII. 20. H.

q. Hac decocta fit medicamentum) Dalecampius *pulmentum.* Putauit nimirum *pulmentum* esse pultem, aut, vt loquuntur, qui cauti esse volunt, cibum solidiorem pultis instar factum. Qui vulgaris error doctos etiam plerosque viros impediuit. Nam et quibus nihil alioqui conueniret, hoc conueniebat, vt Scaliger *nihil se pulmentum morari, quod oleo quam ipso similius sit*, dixerit, et Scioppius *solo pane, aqua et pulmento cum pauxillo casei se contentum* iactauerit,

uerit. Et a magno Viro ad Iohannis cap. 21. reprehensus est vulgatus interpres, qui προσφάγιον reddidit *pulmentarium*: quod inepte profecto factum ait: cur enim pultem a piscatoribus peteret? laudatque Erasmum, qui *obsonium*. Atqui *pulmentum*, *pulmentarium*, *pulpamentum*, *pulpamen* idem prorsus est, quod obsonium, προσφάγιον, προσόψημα, ὄψον, quiuis cibus coctus carnium, piscium, olerum Plautus Aulul. 2. IV. *Pulmentum pridem ei eripuit miluus.* Extis insidiatur miluus, non pulti. Hic, opinor, incepit Lambinus praeire illis, qui descripserunt iam toties cibum esse ad modum pultis factum. Idem Rudente IV, 3. *Sed hic rex cum aceto pransurus est et sale sine pulmento.* hoc est, sine obsonio, sine cibo cocto, δίχα προσοψήματος Philoni de Legat. ad Caium. Eodem sensu Iustinus 3. III. *vitam sine pulmento degere*; ἄνευ ὄψε, ξηροφαγεῖν. Pro eodem in epitoma Liuii XLVIII. *sine pulpamine mandere.* Sic *pulmentum* Sticho 5. IV. *Nimis vellem aliquid pulpamenti.* Hoc dicit, cui erant appositae nuces, fabulae, ficuli, oliua in tryblio, lupilli, comminuta crustula. Haec enim erant in victu, quem Cicero pro Sex. Roscio vocat *aridum*, et Plautus Rud. III. 14. *Nullum habemus ignem, victitamus aridis.* Idem Mil. III. 1. *Neque praeripio pulpamentum.* Pseudolo IV. I. *lepido victu, vino vnguentis et inter pocula pulpamentis.* Frustra scribunt pulpamentum esse cibum ex pulpa leporis. Qui dixit, *Tute lepus es et pulpamentum quaeris*, idem dixit, quod dixisset, si ei placuisset dicere; *et matteam quaeris: et cupedias quaeris: et ganeam quaeris.* Omnis enim lepus pulpamentum; non tantum pulpae istae. Quaeris, ait, quod es, quod habes. Glossae: Ὄψον, *pulpamentum*, Cicero V. Tuscul. ex literis Anacharsis ponit: *Mihi cubile terra, pulpamentum fames.* cap. 32. pro eo verbis Socratis cap. 33. ponit, *obsono famem.* Pro eodem Horatius Lib. II. Sat. 2. *pulmentaria quaero sedando.* et L. I. epist. 18. *pulmenta laboribus emo.* Phaedrus fab. 48. *frusta iactat familia, Et quod fastidit quisque pulmentarium.* Seneca epist. 87. *Caricae si panem habeo, pro pulmentario sunt; si non, pro pane;* Loco obsonii sunt. Sic et Cato in tertio Originum apud Charisium: *Laserpitium pro pulmentario suo habet.* Ex quo idem: *multo*

to pulmento vsi. hoc est, multo cibo apparato et cocto Vlpianus L. XII. π. 5. D. de instruct. et instrum. *lanificas, quae familiam rusticam vestiant, et quae pulmentaria rusticis coquat.* Paullus Lib. XVIII. π. 3. ibidem *in cacabis pulmentarium coquitur.* Plinius Lib. XIX. 1. *Nec caules, vt nunc maxime, probabant, damnantes pulmentaria, quae egerent alio pulmentario. id erat oleo parcere.* et cap. 6. *Vlpicum praecipue celebratum inter pulmentaria ruris.* Et potius est, vt *pulmentum* a pulpamento extrita syllaba quam a pulte, vt Varro et Plinius voluerunt, quippe eos sequitur Guidetus, ducamus. Varro L. IV. *Quod edebant cum pulte, ab eo pulmentum, vt Plautus; hinc pulmentarium dictum.* Plin. XVIII. 9. *Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur.* Vbi quas annotant *pulmentarias feminas,* vel *mictyridas,* eae non sunt nauci. Verba Lucilii sic restituerunt viri praestantes: *Pulmentaria, vt intybus, aut aliqua id genus herba, Et ius maenarum. bene habet. sed mictilis haec est Merx.* Potuerunt in origine vocabuli falli Varro et Plinius; non potuerunt in significatione. Itaque volunt ambo idem, nempe antequam panis vsus esset promiscuus, pultem Romanis fuisse pro pane. id ex eo apparere, quod *pulmentum* dixerint pro obsonio, quia hoc, quemadmodum postea cum pane, sic antea cum pulte vescebantur. Satis igitur significant *pulmentum,* neque instar pultis paratum cibum, sed προσφάγιον, siue obsonium. Adde, si placet, Casaubonum in Athenaeum VII. 2. et Salmasium ad Pallium Tertulliani. *Gron.*

Hac) Fit pultis genus, in medicinae vsu perutile. E zea fieri Dioscorides sensit, II. 114. Ἀθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὸν ζειᾶς σκευάζεται. Subbiicit deinde, quid athera sit: ἐστὶ δὲ ῥόφημα ὡς πολτάριον ὑγρὸν, παιδίοις ἁρμόδιον. *Est autem sorbitio, liquidae pulticulae instar, infantibus conueniens.* Quae sunt Plinianis satis affinia. Cassianus in Collat. XV. c. 10. *Pulmentum, quod illi* Aegyptii Monachi *Atheram nominant.* Hesychio p. 33. Ἀθηρὰ, βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ' Αἰγυπτίοις, *Edulium, quod Aegyptii ex tritico et lacte conficiunt.* Quin et ipsum far Aegyptii Atheram vocant, si Hieronymo credimus,

 mus,

tum, quod Aegyptii [1] atheram vocant, infantibus vtilissimum: sed *r.* et adultos illinunt *s.* eo.

LVIII. Farina *t.* ex hordeo et cruda et decocta collectiones, impetusque *v.* discutit, lenit [2], concoquitque. Decoquitur alias in mulsa aqua aut fico sicca. Iocineris doloribus cum posca concoqui opus est, aut cum vino. Quum *x.* vero inter coquendum discutiendumque cura est, tunc in aceto melius, aut in faece aceti, [3] aut in cotoneis, pirisue decoctis. Ad multipedarum *y.* morsus cum melle: ad serpentium, in aceto: et contra suppurantia, ad *z.* extrahendas suppurationes, ex posca, addita

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. atharan Gr. et Al.* 2 *lenit et concoquit. . . Ad iocineris dolores eam cum posca Gr. et Al.* 3. *aut cum cotoneis, pirisue. Ad mult.*

mus, in Genesin: *Moris est,* inquit, *Aegyptiorum* θήραν *etiam far vocare, quod nunc corrupte Atheram nuncupant.* H.

r. Sed) In cataplasmatis adhibetur: Ποιεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα inquit Diosc. l. c. H.

s. Illinunt eo) Vel vt Aridiora corpora humectent, vel vt eorum sordes abstergant. *Dal.*

t. Farina) Plin. Valer. III. 25. H.

v. Impetusque) Humorum fluentium impressiones et incursus. *Dal.*

x. Quum) Quum anceps cura est, num maturanda collectio sit, an discutienda. H.

y. Multipedarum) Scolopendrarum. Vide cap. I. vlt. Lib. XXIII. et c. 6. vlt. L. XXIX. *Dal.*

z. Ad extrahendas suppurationes) Galenus Lib. II. ad Glauc. cataplasmate ex hordeacea farina parato discuti posse tumores suppuratos pollicetur, si exiguum pus est, sicuti vicinum, si tenue. *Dal.*

Ad) Ad mouendum pus Diosc. I. 108. hordeaceae farinae cremorem ait ex aqua, cum pice oleoque decoctum, puri mouendo idoneum esse: Χυλωθὲν δὲ τὸ

ta *a*. [1] resina et galla. Ad *b*. concoctiones vero et hulcera vetera, cum resina. Ad *c*. duritias cum fimo columbarum, aut fico sicca, aut cinere. Ad neruorum inflammationes, aut *d*. intestinorum, [2] vel *e*. laterum, vel virilium dolores, cum papauere aut meliloto, et quoties ab ossibus caro recedit. Ad *f*. strumas cum pice et impubis pueri

V 3 vrina,

1. *resina Gallica. Ch.* 2. *vel aurium dol. Ch.*

τὸ ἄλευρον σὺν ὕδατι, καὶ ἑψηθὲν σὺν πίσσῃ καὶ ἐλαίῳ πυοποιόν ἐστι. H.

a. Addita) Vide Not. et Em. N. XII. (hic coll.) *Addita)* Sic libri vulgati, cum R. 1. cod. in quo *addita resina galla* legitur. At in R. 2. Th. Ch. *resina Gallica*. Quae e Gallia Etruriaque conuehitur, resinam in primis commendat Diosc. I. 92. itemque larignam, quae ex Gallia Subalpina afferretur: ἀπὸ Γαλλίας καὶ Τυῤῥηνίας . . . καὶ ἀπὸ Γαλατίας τῆς πρὸς Ἄλπεσιν. H.

b. Ad) Ad concoquendas duritias. Diosc. II. 108. Συμπέσσει δὲ καὶ τὰς σκληρίας μετὰ πίσσης καὶ ῥητίνης, καὶ περιστερᾶς κόπρου. H.

c. Ad duritias) Subintellige, discutiendas. Diosc. l. c. Διαφορεῖ δὲ τὸ ἄλευρον αὐτῆς μετὰ σύκων καὶ μελικράτου ἑψηθὲν, οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς etc. Transscripsit hunc locum Plin. Val. III. 25. 27. H.

d. Aut intestinorum vel laterum, etc.) Duo illa verba *vel virilium*, non agnoscit nostrum exemplar, et vt colligitur ex Dioscoride, recte. Is Lib. II. c. de hordeo sic ait: *Cum meliloto et papauerum vasculis in lateris dolore indolentiam facit, Illinitur et contra intestinorum inflationes cum lini foenigrecique semine*, *etc*. quae ibi leges. *Pint.*

e. Vel laterum) Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Vel)* In MSS. R. 1. 2. et Ch. nulla laterum, nulla virilium mentio: sed *vel aurium* tantum legas. In Colb. 3. *vel virilium* dumtaxat. Eamdem tamen medicinam lateris dolori Dioscorides adhibet, II. 108. Σὺν μελιλώτῳ δὲ καὶ κωδίαις ἀνωδυνίαν παρέχει τοῖς πλευρὰν ἀλγοῦσι. H.

f. Ad strumas) Vide N. et Em. N. XIV. (hic adi.) *Ad)* Prius legebatur, vitiata interpunctione, extritaque

vrina, cum oleo. [1] Cum Graeco feno contra *g.* tumores praecordiorum, vel in febribus cum melle vel adipe vetusto. Suppuratis triticea farina multo *h.* lenior. Neruis *i.* cum hyoscyami succo illinitur: ex aceto et melle, *k.* lentigini. Zeae *l.*, ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea videtur: *m.* trimestris, [2] *n.* mollior. Ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida, et sanguinem exscreantibus: item arteriae. Tussi cum caprino [3] sebo, aut [4] butyro. Ex *o.* feno Graeco mollissima

1. *Et impubis pueri vrina. Cum oleo et foeno Graeco Gr. et Al.* 2. *melior ex vino. M.* 3. *seuo Gr.* 4. *butyro, vel foenogr. Dal.*

que vocula, *pueri vrina. Cum oleo et feno Graeco*, etc. Verum et in MSS. R. Colb. Th. Ch. *cum Graeco feno* legitur, et scriptores ceteri oleum ad strumas adhibent: ad praecordiorum seu intestinorum inflationes non adhibent. Marcellus Emp. cap. 15. p. 107. *Farina hordeacea, pix liquida, cum cera et oleo mixta, percoctaque, adiecto puerili lotio subacta, more emplastri imposita, strumas vtiliter sanat.* Dioscor. II. 108. Μετὰ δὲ πίσσης ὑγρᾶς, καὶ κηρῦ, καὶ ὄρυ παιδὸς ἀφθόρυ, καὶ ἐλαίυ χοιράδας ἐκπέπτει. Et paulo ante: Καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ἐντέρων, μετὰ λινοσπέρμυ, καὶ τήλεως, καὶ πηγάνυ. H.

g. Contra) Contra inflationes intestinorum, περὶ ἐμπνευματώσεις ἐντέρων. Diosc. l. c. H.

h. Multo lenior) Ad coquendum humorem, et dolorem mitigandum aptior. *Dal.*

h. Suppuratis) Lenior videlicet, et ad coquendum humorem, et ad dolorem mitigandum. H.

i. Neruis) Totidem verbis Diosc. II. p. 107. H.

k. Lentigini) Diosc. l. c. Σὺν ὀξυμέλιτι δὲ φακὺς αἴρει. H.

l. Zeae) Lib. XVIII. 29. H.

m. Trimestris) Lenior, quam Zea. De trimestri tritico diximus XVIII. 12. H.

n. Mollior) Humidior, ad siccandum minus efficax. Quale sit trimestre frumentorum,

ma omnium. Hulcera manantia ſanat, et furſures corporis, ſtomachi dolores, pedes et mammas cum vino et nitro cocta. Aerina *p.* magis ceteris purgat hulcera vetera, et [1] gangraenas: cum raphano et ſale et aceto, lichenas: lepras cum ſulphure viuo: et capitis dolores cum adipe anſerino impoſita fronti. Strumas *q.* et panos coquit, cum fimo columbino, et lini ſemine decocta in vino.

LIX. De polentae *r.* generibus in frugum loco ſatis diximus, [2] locorum *s.* ratione. A *t.* farina

1. *gangraenas et nomas. Dioſc.* 2. *medicorum. Ch.*

torum, vide c. 7. L. XVII. *Dalec.*

o. Ex feno) Farina ex feno Graeco. Haec molliendi, diſcutiendi, et diſſipandi vim habet. Τὸ ἐκ τῆς τήλεως ἄλευρον μαλακτικὴν καὶ διαχυτικὴν ἔχει δύναμιν. Dioſc. II. c. 124. H.

p. Aerina) Farina e lolio, cui nomen αἶραν Graeci perinde ac Latini fecere. Dioſc. II. 122. Αἶρα ἡ γινομένη ἐν τοῖς πυροῖς, ἀλεσθεῖσα, δύναμιν ἔχει περιχαρακτικὴν νομῶν, καὶ σηπεδόνων, καὶ γαγγραίνης, μετὰ ῥαφάνων καὶ ἁλῶν καταπλασσομένη· καὶ λειχῆνας ἀγρίους, καὶ λέπρας σὺν θείῳ ἀπύρῳ καὶ ὄξει θεραπεύει. *Lolium quod inter triticeas ſegetes naſcitur, quum molitum eſt, nomas, putreſcentia hulcera, et gangraenam emarginandi vim habet, ſi cum raphano et ſale imponatur. Feros vero lichenas et lepras, cum ſulphure viuo et aceto ſanat.* H.

q. Strumas) Dioſcor. totidem verbis, l. c. H.

r. De polentae) L. XVIII. 14. H.

s. Locorum ratione) Quoniam eo loco de hordeo tractaretur, et eodem loco etiam conueniebat de iis quae fiunt ex hordeo ſermonem haberi. *Dal.*

Locorum) Aliter enim Graeci polentam, aliter Itali parant, vt dictum eſt l. c. Vide N. et Em. N. XV. (hic poſ.) *Locorum*) Ita R. 1. et Colb. cum libris vulgatis, vt opinor, recte, et facili explicatu. In his verbis tamen explanandis Dalecampius ceſpitauit. In R. 2. Th. et Ch. *medicorum ratione* legitur, haud ita ſincere: ni ſententia ſit, eatenus

rina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho vtilis. Aluum *v.* sistit, impetusque rubicundi tumoris. Et oculis illinitur, et capitis dolori cum [1] menta, aut *x.* alia refrigerante herba. Item pernionibus, et serpentium plagis; item *y.* ambustis ex vino. Inhibet quoque [2] pusulas.

LX. Farina *z.* in pollinem [3] subacta, vim extrahendi humoris habet; ideo *a.* et cruore *b.* suffusis in fascias vsque sanguinem [4] perducit: efficacius in sapa. Imponitur *c.* et pedum callo, clauisque

1. *melle, aut aliqua refr. Colum.* 2. *Sic et M. inhibetque pusulas Ch. pustulas Gr. et Al.* 3. *redacta, V.* 4. *proiicit. V.*

tenus ibi de polentae generibus susceptam disputationem esse, quatenus esset ad medicorum vsus satis. H.

t. A farina hordei) Ἄλευρον (legit Plinius ἄλφιτον) inquit Diosc. κοιλίας σαλτικὸν καὶ φλεγμονῶν πραϋντικόν, farina aluum sistit et inflationes mitigat ὠμὴ λύσις, vel vno vocabulo ὠμήλυσις cruda farina hordei, tosta vero ἄλφιτον id est, polenta. *Dal.*

v. Aluum) Diosc. II. 108. Τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν (κριθῶν) ἄλφιτον κοιλίας σαλτικὸν, καὶ φλεγμόνων πραϋντικόν. Ibi enim ἄλφιτον legi oportere, non ἄλευρον, perspicuum est: quoniam de ἀλεύρῳ ante disseruit. H.

x. Aut) Menta nimirum vrbana humiditatem aliquam ex satu cultuque traxit, quum sit alioqui per se, siluestris praesertim, calida, vt docet Galen. de fac. simpl. med. VI. 7. pag. 176. Et ad ignem sacrum Apulei. adhibet, p. 120. Igitur refrigeratrix est. H.

y. Item) Ex aqua mauult Plin. Val. III. 36. H.

z. Farina) Pollen farinae humore subactus Diosc. II. 107. Ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀλεύρων ζύμη θερμαντικὴ ἐστὶ καὶ ἐπισπαστική etc. H.

a. Ideo) Ideo et iis qui partes liuidas habent ob cruorem suffusum, sanguinem ea farina sic extrahit, vt fascias ipsas tingat, quibus ipsa inuoluitur. H.

b. Cruore suffusis) In echymomate. *Dal.*

c. Imponitur) Diosc. II. 117.

uisque. Nam cum oleo vetere ac pice decocto ¹ polline, condylomata, et alia omnia sedis vitia, quam maxime calido mirabilem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina *d.*, qua chartae glutinantur, sanguinem exscreantibus datur tepida sorbenda efficaciter.

LXI. Alica res Romana est, et non pridem excogitata: alioqui non *e.* ptisanae potius laudes scripsissent *f.* Graeci. Nondum arbitror Pompeii aetate in usu fuisse, et ideo vix quidquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. Esse *g.* quidem

V 5

1. polline quam max. calido coad. et al. om. sedis vitia mirab.

117. Τὰ ἐν πέλμασι λεπτύνει καὶ τὰ ἄλλα φύματα, etc. H.

d. Farina) Haec totidem verbis Diosc. II. 107. Plin. Val. I. 64. et Marcellus Empir. c. 16. p. 120. H.

e. Non) Alicae potius, quam ptisanae laudes scripsissent, si alicam nossent. Hippocratem Plinius designat, quem de ptisana volumen edidisse diximus XVIII. 15. Plinium nihilominus, tacito viri nomine, reprehendit Galenus, ad eum Hippocratis librum de ptisana, seu de victu in morb. ac. T. XII. p. 14. Τοῖς οἰομένοις μηδέπω χόνδρον εἶναι κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους χρόνους, etc. *Nam qui alicam Hippocratis temporibus nondum fuisse existimant, eorum inscitiam argues, tum ex quibusdam Comicis vetustioribus qui alicae meminere, tum etiam ex Hippocrate ipso, qui in libro de salubri victu alicae mentionem fecit*, etc. Quin et L. de affectionibus, περὶ παθῶν, text. 39. alica robustior quam ptisana miliumque dicitur: χόνδρον δὲ, ὡς ἰσχυρότερον πάντων. Et t. 42. alicam laudat, ptisanamque triticeam, χόνδρον καὶ πτισάνην πυρίνην· ταῦτα γὰρ τῶν ῥοφημάτων τὰ ἰσχυρότερα. H.

f. Scripsissent Graeci) Et Hippocrates praecipue, qui de ea librum composuit. Dal.

g. Esse) Et esse quidem inde

dem eximie vtilem nemo dubitat, siue *h.* eluta detur ex aqua mulsa, siue in sorbitiones decocta, siue in [1] pultem. Eadem *i.* in aluo sistenda torretur: dein fauorum cera coquitur, vt *k.* supra diximus. Peculiariter *l.* tamen longo morbo ad *m.* [2] tabitudinem redactis subuenit, ternis eius cyathis

1. *pulte. Ch.* 2. *Sic et M. habitudinem Gr. et Al.*

inde ei nomen Festus testatur: *Alica enim dicitur, quod alit corpus.* H.

h. Siue) Siue eluatur in aqua mulsa, quae detur deinde potui: siue decoquatur et percoletur, sorbeaturque is succus: siue denique in pultem coquatur. Alica et pro tritici genere accipi, ex quo puls, sorbitioue conficitur: et pro ipsa pulte ac sorbitione solet. H.

i. Eadem) Plin. Val. II. 28. *Dysenteriae compescendae: Puluis fit ex alica, tosta priusquam detur, in quem subigitur cera remissa.* H.

k. Vt) Sect. 55. vbi de cera: *Datur in sorbitione dysentericis: fauique ipsi in pulte alicae prius tostae.* H.

l. Peculiariter) At tabem et phthisin. Vide N. et Em. N. XVI. (hic coll.) *Ad)* Etsi paulo insolentiore verbo vsus auctor videtur, quum tabitudinem pro tabe dixit: sequi tamen exemplarium vetustiorum fidem satius multo visum est, quam vulgatos et typis excusos libros imitari, in quibus *ad habitudinem*, aut nulla prorsus, aut admodum impedita sententia legitur R. 1. 2. Colb. 1. et vet. cod. Dal. *ad tabitudinem*, diserte exhibent. Thuanaeus, *aut tabitudinem.* Latini tabem dicimus, Graeci σύντηξιν, de qua diximus, s. 49. Atque ita sane scripsisse Plinium suadet alter Plin. Val. de re med. I. 62. cui titulum inscripsit: *syntexi curandae: Alicae*, inquit, *cyathi tres in passi sextario vno, et aquae sextariis sex coniiciuntur, et sensim coquuntur, donec aqua consumatur: tunc suffundunt lactis ouilli aut caprini sextarium: quo subferuefacto fit genus sorbitionis, qua per se primis diebus curationis loco vtuntur: procedentibus diebus et mel adiiciunt.* Quae plane ad verbum a nostro, vt liquet, auctor mutuatus est. Certe ad phthisin, quae tabis species est, sorbitionem ex alica, ptisanaque commendat, III. 22. H.

this in [1] sextarium aquae sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur. Postea sextario lactis ouilli aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto *n.* melle. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes.

LXII. Milio *o.* sistitur aluus, discutiuntur tormina, in quem vsum torretur *p.* ante. Neruorum *q.* doloribus, et aliis feruens in sacco imponitur: neque aliud vtilius: quoniam leuissimum *r.* mollissimumque est, et caloris capacissimum. Itaque talis vsus eius est ad omnia, quibus calor profuturus est. Farina *s.* eius cum pice liquida, serpentium et multipedae plagis imponitur.

LXIII. Panicum *t.* Diocles medicus mel frugum

1. *sextario.* *Dal.*

m. *Ad habitudinem*) Legisse videtur Plinius πρὸς τὴν ἕξιν ἀφικομενὰς, quum legendum esset, πρὸς ἐκτικὴν (sub. κατάθεσιν) ad tabem, quam postea σύντηξιν vocat: vel, πρὸς τὴν τῆξιν. *Dal.*

n. *Adiecto melle*) Id praecipue conuenit in tabe, quae morbis pulmonis succedit. *Dal.*

o. *Milio*) Haec totidem fere verbis Diosc. II. 119. Cels. II. 30. *Aluum adstringit pulticula, vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio, etc.* H.

p. *Torretur ante*) Et in sacco feruens apponitur. Diosc. *Dal.*

q. *Neruorum*) Diosc. l. c. Φωχθεῖσα δὲ καὶ βληθεῖσα εἰς σάκκους πυριωμένη, στρόφων καὶ τῶν ἄλλων ἀλγημάτων ἐστὶ βοήθημα, *torminibus, aliisque doloribus auxilio est.* Hydropicis similiter teste Prisciano II. pr. 2. c. 19. Item ischiadicis, c. 21. H.

r. *Leuissimum mollissimumque*) Hoc est, quod Hippocrates 1 lib. περὶ διαίτης ὀξέων, inquit, καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς ὁ κέγχρος. *Dal.*

s. *Farina*) Plin. Val. III. 57. H.

t. *Panicum*) Μελίνην forsan Diocles, a melleo sapore dictum putauit. Μελίνην enim-

gum *v.* appellauit. Effectus *x.* habet, quos milium. In vino potum prodest dysentericis. Similiter his, quae *y.* vaporanda sunt, excalfactum imponitur. Sistit aluum in lacte caprino decoctum et bis die haustum: sic prodest et ad tormina.

LXIV. Sesama *z.* trita in [1] vino sumpta inhibet vomitiones. Aurium *a.* inflammationi illinitur, et

1. *ouo.* *Ch.*

enimuero idem esse quod panicum, siue ἔλυμον e Graecis multi dixere, in quibus Galenus, de alim. fac. I. Tom. VI. c. 15. p. 323. et Festus, verbo *milium.* Alii diuersum a panico genus constituunt, in quibus Theophrastus. Harpocration verbo Μέλινη. Ἔνιοι μὲν οὖν εἶδος κέγχρου νομίζουσι τὴν μελίνην ὅπερ τινὰς καλεῖν ἔλυμον. Θεόφραστος δὲ ἐν ἑβδόμῳ περὶ Φυτῶν, ὡς διαφέροντα ταῦτα ἀναγράφει. Κέγχρον, ἢ Μέλινην, ἢ Ἔλυμον. H.

v, Mel frugum) Μελίας σῖτος auctore Theophrasto cap. vlt. L. VII. vt et lotus, vna voce multa significat, diuersa viribus, locis natalibus, et vsu cibario. Nunc enim priscis μελίνη, ἔλυμος est, auctore etiam Gal. Lib. de Aliment. et de cibis boni ac mali succi. Nunc vero semen aliud est quam panicum, et milium, vtrique tamen simile, a colore nigro, ἀπὸ τοῦ μέλανος sic vocatum, non a melleo sapore ἀπὸ τῆς μελιττώδους γεύσεος, quemadmodum Plinius indicauit, qui *mel frugum* vocat: nisi legamus, *Panicum Diocles medicus melian frugem appellauit.* Quidam milium nigrum esse putant, haud praeter rationem. Quidam vero granum in Melita frequens, incolis *Cuneno* dictum, Canariis insulis familiare, Massiliae notum, nigrum, oblongum, millio simile, quo Canarios passeres canendi suauitate et assiduitate nobiles praecipue nutriunt. Granum id cum seuissem, prodiit phalaris: vt probabile sit, alterum melian Theophrasti, a panico diuersum, phalarim esse, cuius nusquam alibi meminit idem auctor. *Dal.*

x. Effectus) Dioscor. II. 120. Valet itaque ad sistendam aluum, ad tormina, etc. H.

y. Quae vaporanda sunt) Sicco fotu calfacienda: ἃ μὲν ἀτιμάζειν δεῖ. *Dal.*

Quae) Quae calore fouenda. H.

et ambuftis. Eadem *b.* efficit, [1] et dum in herba eft. Hoc *c.* amplius, oculis imponitur decocta in [2] vino. Stomacho *d.* inutilis cibus, et animae *e.* grauitatem facit. Stellionum *f.* morfibus refiftit. Item hulceribus, quae *g.* cacoethe vocant: et *h.* auribus, oleum, quod ex ea fit, prodeffe diximus. Sefamoides *i.* a fimilitudine nomen accepit, grano amaro,

1. *et eiusdem herba. Haec.* V. *Corn.* 2. *ouo.* V. *Corn.*

z. *Sefama*) MSS. omnes, vt alias monuimus. *Sefima.* H

a. *Aurium*) Diofcor. II. 121. H.

b. *Eadem*) Diofc. l. c. H.

c. *Hoc*) Subintellige, dum in herba eft, efficit. Diofc. l. c. Ἡ δ' πόα καθεψηθεῖσα ἐν οἴνῳ, etc.

d. *Stomacho inutilis cibus*) Sefamo olim in bellariis vfi funt, veluti re fuauiffima et delicatiffima, quod etiamnum fit a Lucenfibus. Plaut. Poenulo. *Obfecro hercle, vt Mulfa loquitur.* Mil. *Nil nifi laferculos, fefamum, papaueremque, triticum, et fractas nuces.* *Dal.*

Stomacho) Diofc. Σήσαμον κακοςόμαχον, καὶ δυσωδίας ςόματος ποιητικὸν, ὁπόταν βεβρωσκόμενον ἐμμείνῃ μεταξὺ τῶν ὀδόντων. *Sefama ftomacho nocet, et animae grauitatem facit, fi quando commanducata dentium commiffuris inhaeferit.* H.

e. *Animae grauitatem facit*) Dum manditur, commiffuris dentium inhaerens. *Dal.*

f. *Stellionum*) Theod. Prifc. I. 22. *de apum percuffibus, vel fcorpionum, ceterorumque ferpentum: fefami folia, vel ipfum tritum, vel appofitum* prodeft. H.

g. *Quae*) Κακόηθη, hulcera maligna, infanabilia. De hoc hulcerum genere Celfum confule V. 28. tit. *de carcinomate.* H.

h. *Et auribus*) Oleum ex fefama fieri, dictum eft XV. 7. Auribus id auxiliari dicetur inferius, XXIII. 49. Quare *dicemus* legi hoc loco forfan fatius fuerit: ad vtrumque enim morbum, qui nunc indicatur, fefaminum oleum conceptis ibi verbis commendat: *Sefaminum*, inquit, *oleum aurium dolores fanat, et hulcera, quae ferpunt, et quae cacoethe vocant.* H.

i. *Sefamoides*) Σησαμοειδὲς, iifdem a Diofcoride verbis defcribitur, IV. 153. Officinis

amaro, [1] folio minore. Nascitur *k.* in glareosis. Detrahit *l.* bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro: discutit panos. Est *m.* etiamnum aliud iesamoides Anticyrae nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant: cetera *n.* simile erigeronti herbae, de qua suo [2] dicemus loco: granum *o.* [3] sesamae. Datur in vino dulci ad *p.* detractiones, quantum

1. *folio Coronopi hirsutiore, minore. Diosc.* 2. *suo dicemus loco. Granum sesamae datur in vino Gr. et Al.* 3. *huius sesamoeidis. Diosc.*

Officinis incognitum id grani, siue seminis genus. H.

k. Nascitur) Glareosa arua fere saxosa et sabulosa appellantur. Dioscor. l. c. ἐν τραχέσι dixit. H.

l. Detrahit) Haec ita fere Diosc. l. c. H.

m. Est) De quo Diosc. IV. 152. Σησαμοειδὲς τὸ μέγα ἐν Ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ. *Sesamoides maius Anticyraei elleborum vocant, quoniam in purgationibus candido veratro admisceatur.* Galeno idcirco, de fac. simpl. med. VIII. p. 227. Ἀντικυρικὸς ἐλλέβορος appellatur. Et istud pariter officinis herbariisque incognitum. H.

n. Cetera) Sic Diosc. l. c. Ἔοικε ἡ πόα ἐριγέροντι ἢ πηγάνῳ. De erigeronte, seu senecione dicemus XXV. 106. H.

o. Granum) Subintellige simile. Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Granum*) Prius legebatur, *Granum sesamae datur in vino dulci.* Atqui non sesamae modo, sed sesamoidis remedia tractantur: nec ad purgationes sesamae granum, sed sesamoidis adhibent. Itaque priores hae voces, *granum sesamae*, cum superioribus connectendae: vt sentenita sit, sesamoidi granum esse simillimum sesamae. Mox noua instituta periodo: *Datur*, sesamoides scilicet, in quo versatur in praesenti oratio, *in vino dulci*, etc. Sic Diosc. IV. 152, de sesamoide: Σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ, πικρὸν ἐν τῇ γεύσει, ὃ καὶ αἴρει, ἄνω φλέγμα τε καὶ χολήν, etc. H.

p. Ad detractiones) Καθάρσεις, bilis et pituitae deiectiones. Diosc. *Dal.*

Ad) Ad eiectiones bilis et

quantum tribus digitis capitur, ¹ miſcentque elle-bori albi vnum et dimidium obolum, purgationem eam adhibentes, maxime inſaniae melancholicae, comitialibus, podagricis. Et per ſe drachmae pondere *q.* exinanit.

LXV. Hordeum optimum, quod candidiſſimum. Succus decocti in aqua caeleſti digeritur in paſtillos, vt infundatur exhulceratis interaneis et vuluis. Cinis *r.* eius ambuſtis illinitur, et carnibus quae recedunt ab oſſibus, et eruptionibus pituitae, muris aranei morſibus. Idem aſperſo ſale ac melle, candorem dentibus, et ſuauitatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo vtuntur, morbo pedum tentari negant. ² Nouem *s.* granis ſi furunculum quis ³ circumducat, ſingulis ter, manu ſiniſtra, et omnia in ignem abiiciat, confeſtim ſanari aiunt. Eſt *t.* et herba ⁴ Phoenicea appellata

1. *miſcetur elleboris albis vnus et dimidius obolus. Purg. eam adhibent, maximae inſaniae, melancholiae. V.*
2. *Sic ex MSS. H. conſ. Dal. nouemque Gr. et Al.*
3. *circuntangat. Dal.* 4. *Phoenix. Dioſc. phynice appellatur a Gr. Ch.*

et pituitae per vomitum et exſcreationes. Dioſcor. l. c. Καθαίρει ἄνω, φλέγμα τε καὶ χολὴν, ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις λεῖον ληφθὲν μετὰ ἐλλεβόρου λευκοῦ ἡμιωβόλων, σὺν μελικράτῳ. H.

q. Exinanit) Purgat per aluum, κατὰ κοιλίαν. H.

r. Cinis) Addit Plin. Val. III. 36. ex albo ouorum illini. H.

s. Nouem) Plin. Val. III. 32. iiſdem fere verbis. Similis medicina et in cicercula ad verrucas inferius affertur, ſ. 72. ad furunculos ipſos in faba, ſ. 69. H.

t. Eſt et) Ea Dioſc. III. 43. φοῖνιξ appellatur, folio quam hordei breuiore et anguſtiore, ſpica lolio ſimili. A Matthiolo recte pingi Anguillara teſtatur par. 14. p. 259. H.

v. Ciet menſes) Legendum *cohibet*: aut haec prorſus diuerſa eſt a phoenice Dioſcoridis, quae in auſtero vino potu manantem vulua

ta Graecis, nostris vero hordeum murinum. Haec trita e vino pota praeclare ciet *v.* menses.

LXVI. Ptisanae *x.*, quae ex hordeo fit, laudes vno *y.* volumine [1] condidit Hippocrates *z.*, quae nunc omnes in alicam transeunt. Contra *a.* quanto [2] innocentior alica? Hippocrates *b.* tamen sorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim [3] arceret, quoniam in

1. *edidit.* V. 2. *Sic ex MSS. H. innocentior est alica? Hippocrates tantum Gr. et Al.* 3. *arcet Ch.*

ua sanguinem sistit, et alui profluuium. *Dal.*

Ciet) E dulci vino pota fortassis: nam ex austero sistit, si Dioscoridem audimus, l. c. H.

x. Ptisanae) Accipiendum est ptisanae nomen hoc loco, vt monet Lambinus in Horat. non pro succo, qui in potionem praebeatur, cuiusmodi hodie fieri et percolari consueuit ex hordeo cocto, in qua nihil inest praeter aquam, et hordei cremorem: sed pro pulte, in qua solidae partes ipsius hordei manent, quae dentur in cibum, *vn Orge mondé.* *H.*

y. Vno volumine) Olim περὶ πτισσάνης inscriptum fuit id opus, nunc vero de ratione victus in morbis acutis vocatur. *Dal.*

z. Hippocrates) Vide quae diximus XVIII. 25. H.

a. Contra] *quanto innocentior* [*est alica?*] Superfluit verbum *contra*: et scribe *quanto innocentiore alica*, ex V. C. et statim: *Hippocrates tantam sorbitionis tamen non tantum*, in eodem *Pint.*

Alica) Quae vti ex hordeo ptisana, sic ipsa ex tritico farina concinnatur. H.

b. Hippocrates tamen) Sic MSS. R. Colb. etc. non *tantum.* Verba nunc Hippocr. haec sunt, L. de victu in morb. ac. t. 17. pag. 13. T. XI. Πτισσάνη μὲν οὖν μοι δοκεῖ ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων . . . τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον, καὶ συνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὁκόσον ἂν πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι. *Ptisana igitur triticeis*

in aluo non *c.* intumesceret, quoniam facile redderetur, et *d.* assuetis hic solus cibus in febri bis die possit dari: tantum remotus ab illis, qui medicinam fame exercent. Sorbitionem *e.* tamen dari

cit eduliis recte praelata fuisse mihi videtur. . . Cremor enim eius laeuis, continuus, suauis, lubricus, et moderate humidus, sitim restinguit: et si quid cibi indiguerit, id facile eluitur: neque adstrictionem habet vllam, neque prauam perturbationem, neque in aluo turgescit. Nam in elixatione, quoad maxime intumescere, potuit intumuit. H.

c Non intumesceret) Praesertim si diu cocta sit. *Dal.*

d. Et) Graeca nunc Hippocratis haec sunt: t. 19. p. 19. Καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον etc. *Bis die cibum sumere consuetis ptisana danda est*, etc. Et t. 6. mane sumi ac vespere commode posse ait, ab iis potissimum, qui tota ptisana vti consueuerunt: Ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ἐπὶ τοπολύ. Τοῖσιν ὅλῃσιν πτισάνῃσιν αὐτίκα χρεομένοισιν. H.

e. Sorbitionem) Hoc est, ptisanam solidam, nec colatam. Ptisanam enim Hippocrates t. 30. p. 25. sorbitionem et ipse vocat, πτισσανοῤῥοφίην. Idem et a potu sorbitionem secernit, L. de vet. med. t. 12. p. 19. vbi aegros ait, quibus sorbitio grauior est, potu contentos esse oportere: Ὁκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδύναντο ὑποκρατέειν, ἀφεῖλον καὶ ταῦτα, καὶ ἀφίκοντο ἐς πόματα. Tota ergo quum dicitur, non colata intelligitur: quod et Galenus ipse admonet Com. I. ad Hipp. de ptisana l. p. 22. T. XI. Ἐάν τε ὅλας, ἐάν τε κριθώδεις, ἐάν τε ἁπλῶς πτισσάνας εἴπῃ, ἓν καὶ ταυτὸν ἐκ τῶν τριῶν σημαίνεται λέξεων, τὰς ἀδιηθήτους πτισσάνας δηλοῦντος. Ἔπειτ' ἰδίᾳ τὸν χυλὸν ἀποκρίνας, ἐκεῖνον διδῷ, οὔθ' ὅλαις πτισσάναις, οὔτε κριθώδεσι πτισσάναις, οὔτε ἁπλῶς εἰρημέναις πτισσάναις ὁ τοιοῦτος λεχθήσεται χρῆσθαι, χυλῷ δὲ μόνον πτισσάνης. *Siue totam, siue hordeaceam, siue ptisanam simpliciter dixerit, vnum et idem his tribus dictionibus significatur, ptisanam vnoquoque non colatam significante. Nam a decoctione si quis ipsam colauerit, deinde per se cremorem separauerit, illumque dederit: is neque tota ptisana, neque hordea-*

dari [1] totam vetuit *f.* aliudue quam succum ptisanae. Item *g.* quamdiu pedes frigidi essent, [2] tunc nec potionem dandam. Fit et ex *h.* tritico glutinosior, arteriaeque exhulceratae vtilior.

LXVII. Amylon hebetat oculos, [3] gulae inutile, contra *i.* quam creditur. Item *k.* sistit aluum, epiphoras *l.* oculorum inhibet, et hulcera sanat: item

1. *in totum. M.* 2. *et tunc. V. tunc quidem Gr. et Al.* 3. *Sic Dal. et gulae Gr. et Al.*

hordeacea ptisana, neque simpliciter dicta ptisana vti dicetur, sed solo ptisanae cremore. Vide et t. 46. p. 35. vbi Hippocratis placita egregio suo Commentario Galenus illustrat. Adde et Commentarium huius secundum in t. 19. p. 49. H.

f. Aliudue) Quam cremorem ptisanae: τὸν χυλὸν, siue τὸν ποτὸν μοῦνον, ἄνευ ῥοφημάτων, solum potum sine sorbitionibus, hoc est, sine ptisana solida. H.

g. Quamdiu pedes frigidi essent) Paroxysmorum initio. *Dal.*

Item) Verba haec sunt Hippocratis t. 45. pag. 34. T. XI. Ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιςα δὲ καὶ τοῦ πότου ἀπέχεσθαι. *Quum pedes frigidi fuerint, sorbitionis* (ptisanae) *exhibitionem prohibere oportet: maxime vero et a potu temperandum est.* Ac rursum: ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥόφημα, μήτ' ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, etc. H.

h. Ex tritico glutinosior) Κρίμνον vocat Diosc. crassiorem tritici farinam, alicae propemodum similem. *Dal.*

i. Contra) Recentiores, credo, aeui sui medicos sugillat, quos Dioscorides tamen est sequutus, qui L. I. c. 123. τὰ περὶ ἀρτηρίαν πραΰνειν, gulae, siue arteriae siue faucium asperitates amylum lenire scribit. H.

k. Item) Auctor libri de simp. med. ad Patern. inter opera Galeni T. XIII. p. 984. *Potest amylum,* inquit, *leniter stringere: propter quod collyriis ad lacrymam facientibus miscetur, et ad profluuium ventris prodesse comprobatur.* H.

l. Epiphoras) Diosc. II. 123. Ποιεῖ δὲ πρὸς ὀφθαλμῶν ῥεύματα, καὶ κοιλότητας, καὶ φλυκταίνας. *Efficax est contra oculorum fluxiones*

item *m.* [1] pusulas et fluxiones sanguinis. Genas duras emollit. Datur *n.* cum [2] ouo his qui sanguinem reiecerint. In vesicae vero dolore, semuncia *o.* amyli cum ouo et passi tribus *p.* [3] ouis suffervefacta, a balineo. Quin et [4] auenacea farina decocta in aceto naeuos tollit.

LXVIII. Panis *q.* [5] hic ipse, quo viuitur, innumeras paene continet medicinas. Ex *r.* aqua et oleo aut rosaceo mollit collectiones, ex aqua mulsa

X 2 duritias

1. *Pustulas Gr. et Alii.* 2. *opio. V. opto. Cb.* 3. *vnciis. V.* 4. *auenae. Cb.* 5. *hic, in V. d.*

xiones, caua hulcera, pusulasque. H.

m. Item pustulas et fluxiones sanguinis) *Pusulas*, et hic et alibi semper, non *pustulas*; et *fluctiones* non *fluxiones*, in nostro exemplari. Idem vitium paulo post castigandum. *Pint.*

n. Datur) Ita recte codex R. 2. et Colb. 3. in quibusdam aliis, *cum opio*, male. H.

o. Semuncia amyli cum ouo, etc.) Videtur legendum *obolis* non *ouis. Pint.*

p. Tribus ouis) Quantum vacuo trium ouorum putamine capitur. *Dal.*

Et) Et passi tantumdem, quantum trium ouorum putamine continetur. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic pos.) *In)* Laborat vehementer Pintianus, vt *tribus obolis*, non *tribus ouis* legatur, libris inuitis omnibus. Frustra Passi oua tria quum audis, tantumdem passi intellige, quantum capiat putamen vacuum ouorum trium. Hanc interpretationem gemina auctoritate fulcimus, Marcelli primum Empirici, c. 26. pag. 180. *Amyli*, inquit, *semunciam terito, atque addito ouum recens, et eius oui testam ter passo impleto: idque poculum diu agitatum et feruefactum stranguriioso reuerso a balneis dato: omni eum dolore ac difficultate celeriter absolues.* Deinde Plin. Val. II. 39. *Amyli semuncia conteritur, et ouum eiusque putamen ter impletur passo, idque a balneo subferuefactum datur aduersum calculi dolorem.* H.

q. Panis) Panis facultates Dioscorides attigit Lib. II. c. 107. *Dal.*

r. Ex) Diosc. II. 107. Duritias porro intellige, quales sunt parotides, de quibus Theod. Prisc. I. 8.

Ex

duritias valde mitigat. Datur et ex vino [1] ad discutienda quae *s.* praestringi opus sit, et si magis etiamnum, ex aceto, aduersus [2] acutas pituitae fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant: item ad percussa, luxata. Ad omnia autem haec fermentatus *t.*, qui vocatur autopyros, vtilior. Illinitur et paronychiis, et callo pedum in aceto. Vetus *v.* aut nauticus panis tusus, atque iterum coctus, sistit aluum. Vocis [3] studiosis *x.*, et contra distillationes, siccum *y.* esse primo

1. ad discutiendum. Valet ad ea quae praestr. op. sit, et si magis, etiamnum ex V. ad discutienda, aut quae, etc. vt in vulg. Cb. 2. *occultas. Cb.* 3. *Sic ex MSS. Hard. et Cb. studiosos Gr. et Al.*

Ex pane mundo, cum oleo infuso, contritoque cataplasmentur. H.

s. Quae) Quae coerceri opus sit, vt fluxiones pituitae, seu ῥεύματα. H.

t. Fermentatus) Non quidem fermentatum (ζυμίτων) autopyron dici vult Plinius, sed αὐτόπυρον, id est, confectum e farina minime castrata, simul et fermentatum ad ea remedia commendat. *Dal.*

Fermentatus) Qui fermentatus sit. et simul αὐτόπυρος. Hoc est, vt Celsus, loquitur II. 29. et fermentatus simul et cibarius. Meminit panis αὐτοπύρου, Athen. III. 110. Is est, cui nihil furfuris ademptum est, teste Celso II. 18. Cicero et Celsus cibarium panem transtulere. H.

v. Nauticus) Ammianus Marcellinus ad vsus diuturnitatem excoctum vocat *buccellatum*. Brod. cap. 11. VI. ναυτικὸν ἄρτον Lucianus *Dal.*

Vetus) Plin. Val. qui haec transscripsit, naualem panem appellat, II. 27. Galli biscoctum, *Biscuit*. Habet eadem Diosc. II. 107. Cels. II. 30. *Contra, aluum adstringunt, panis ex siligine, vel ex simila, magis si sine fermento est, magis etiam si vstus est, intenditurque vis etiam eius, si bis coquitur.* H.

x. Vocis studiosos) Aut Φωνάζκες, aut eos qui claram et altam vocem custodire volunt, ne aspera et rauca

primo cibo, vtilissimum est. Sitanius *z.* (hoc est, e trimestri) incussa *a.* in facie, aut *b.* desquamata, cum melle aptissime curat. Candidus aegris, aqua calida frigidaue madefactus, leuissimum *c.* cibum praebet. Oculorum *d.* tumori ex vino imponitur. Sic et [1] pusulis capitis, [2] aut adiecta arida myrto. Tremulis *e.* panem ex aqua esse ieiunis statim a balineis demonstrant. Quin et grauitatem odorum in cubiculis vstus emendat: et *f.* vini, in *g.* [3] saccos additus.

 LXIX.

1. *pustulis Gr.* 2. *aut. in Ch. d.* 3. *saccis. V.*

rauca fiat: aut συμφωνιακὰς qui canoram, suauem, plenam, lenem vocem suis modulationibus a d h i b e r e maxime nituntur et student. *Dal.*

y. Siccum) Iul. Capitolinus in Anton. Pio, p. 22. *Senex etiam, antequam salutatores venirent, panem siccum comedit ad sustentandas vires.* Panis siccus est, qui citra potum sumitur. Id veterum ientaculum fuit. Hinc apud Lucian. ἀρτοσιτεῖν, ientare. H.

z. Sitanius) Subintellige, panis, Σητάνιος et σητάνειος Graecis, vt diximus, XVIII. 12. H.

a. Incussa) Percussa in facie, inquit Plin. Val. haec transscribens III. 47. H.

b. Desquamata) Cutem in squamae modum perstrictam. H.

c. Leuissimum cibum) Intritam p a n i s vocat Celsus L. I. *Dal.*

d. Oculorum) Plin. Val. I. 14. Theod. Prisc. l. 10. *de oculorum causis*: *P a n i s mundus vino infusus, et cum oleo roseo tritus, saepe oculos liberauit.* Ante hos Cels. VI. 6. tit. *ad oculos scabros. Succurrit his et aridae lippitudini, si quis panem ex vino subactum super oculum imponit, etc.* H.

e. Tremulis) Quibus artus tremunt. H.

f. Et vini in saccos additus) *Viri* non *vini*, in nostro archetypo, rectius: vt sit patrius casus a *v i r u s*, quo et alias vsus est Plinius; intelligit autem graueolentiam, quam sacci contrahunt ex vinis quae colantur. *Pint.*

In saccos) Per quos vinum

LXIX. Auxiliatur [1] et faba. Namque h. solida fricta, feruensque in acre acetum coniecta, torminibus medetur. In i. cibo fressa, et cum allio cocta, contra deploratas tusses, suppurationesque k. pectorum, quotidiano cibo sumitur: et commanducata ieiuno ore, etiam ad furunculos maturandos discutiendosue imponitur: et l. in vino decocta, ad testium tumores [2] et genitalium, Lomento m. quoque ex aceto decocto, tumores maturat atque

1. *morbis et faba.* V. 2. *ad genitalia.* Ch.

num saccatur, siue colatur, vt diximus, L. XIV. 28. et XVIII. 17. H

h. Namque) Haec totidem verbis Marcell. Emp. c. 27. p. 196. H.

i. In) Hoc est, fracta Graecis, ἔτνος κυάμινον, *puls fabacea.* Vide Voss. in Etymol. verbo *Frendeo.* Haec Marc. Emp. c. 16. p. 118. exscripsit ad verbum. H.

k. Suppur.) Quas purulentas exscreationes interpretor, cum Plinio altero Val. I. 58. *Faba fricta desecta, eaque faba in cibo vel ex melle sumpta, et tussi, et purulentis exscreationibus medetur.* H.

l. Et in) Marc. Emp. c. 33. p. 230. Q. Seren. c. 37. p. 149. *Et tumidos testes Nereia lympha coercet, Aut faba cum tepidis Bacchi decocta fluentis* Theod. Prisc. I. 24. *Faba in vino cocta, aut in melicrato cum melle trita, feruores testium vel indignationes curat.* H.

m. Lomento quoque) Ὁ ἐρεγμὸς, proprie fresa faba, in faba est, quod χόνδρος, et πτισσάνη in frumentis. Dicitur tamen de iride et ptissana Paulo Lib. III. b. 25. Hippocrati Lib. περὶ γυναικείων, de hordeo, Galenus Libro I. de alimentis, de cicere. Lomentum vero κυάμινον. ἄλευρον idem et λέκυθος dicebatur, quamuis et λέκυθον de Orobo Paulus cap. 80. Lib. III. de ptissana Hippoc. dicto loco vsurparint. Gal. Lib. περὶ εὐχυμίας etc. ἔτνος dici vult cibum paratum ex leguminibus fresis: λέκυθον vero ex iisdem in farinam tritis. in aqua coctis, pingui conditis. Inde λεκυθοπῶλαι, qui ea vendunt pulmenta. *Dal.*

Lomento) Lomentum farina fabacea est. Hac pariter

atque aperit: item liuoribus *n.*, combuſtis medetur. Voci *o.* eam prodeſſe, auctor eſt M. Varro Fabalium *p.* etiam ſiliquarumque cinis, ad coxendices, et *q.* ad neruorum veteres dolores [1] cum *r.* adipis

1. *cum adipe ſuillo vetuſto.* Dal.

riter ex aceto decocta Marc. Emp. vtitur ad podagram leniendam, c. 36. p. 246. quoniam educit ſanguinem et dolorem leuat. Q. Serenus coriandrum pro aceto ſubſtituit, c. 41. p. 151. *Mollis odorato faba iungatur coriandro: Proderit appoſitum, mollitque aperitque tumorem.* H.

n. Liuoribus) Ad nigredinem, maculaſque vultus farinam de faba Marc. Emp. adhibet c. 19. p. 131. H.

o. Voci eam prodeſſe) Probabile id, quoniam tuſſi medetur. *Dal.*

Voci) Inde fabarii olim cantores vocati. Rabanus Maurus, de inſtit. Cleric. II. 48. *Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abſtinebant: pallentia tantum legumina cauſa vocis ſumebant: vnde et vulgo Cantores Fabarii dicti ſunt. Si ergo hoc apud Gentiles tantum ſeruandae vocis cauſa agebatur,* etc. Rabano praeiuit Iſidorus, de diu. offic. II. 2. *Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abſtinebant: pſallentes tamen* (ex Rabano malim, *pallenti tantum*) *legumine in cauſa vocis aſſidue vtebantur. Vnde et cantores apud gentiles fabarii dicti ſunt.* H.

p. Fabalium) Fabalia Plinius hic vocat, quos fabarum culmos Columel. dicit. *Dal.*

Fabalium) Fabalia ſunt fabarum culmi. Stipulas fabales appellat Ouid. Faſt. IV. 725. H.

q. Et ad) Galen. de fac. ſimpl. med. VII. p. 198. H.

r. Cum adipis ſuilli vetuſtate) Dalecampius corrigit, *cum adipe ſuillo vetuſto.* Atqui hoc ipſum effert exquiſitius Plinius, et ſimiliter loquitur L. XXI, 19. *Semen illinitur igni ſacro, flos et folia vlcerum vetuſtati.* L. XXVIII, 6. *Obſtetricum nobilitas non alio ſucco efficacius curari pronuntiauit corporum pruritus.* hoc eſt, obſtetrices nobiles. *Gron.*

Cum) Hoc eſt, adipe vetuſto. Sic XXI. 74. hulcerum vetuſtatem, pro vetuſtis hulceribus dixit. L. XXIV. extremo, *Nunc claritas herbarum dicetur*, pro herbis

adipis ſuilli vetuſtate prodeſt. Et *s.* per ſe cortices decocti ad tertias ſiſtunt aluum.

LXX. Lens *t.* optima, quae facillime coquitur, et [1] ea quae maxime aquam abſorbet. Aciem quidem oculorum obtundit, et ſtomachum inflat: ſed *u.* aluum ſiſtit in cibo, magiſque diſcocta caeleſti aqua: eadem ſoluit, minus percocta. [2] Cruſtulas *x.* hulcerum rumpit, eaque *y.* quae intra os ſunt, purgat et [3] adſtringit. Collectiones

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. eaque Gr. et Al. omiſſo et.*
2. *Puſulas. M. et Ch.* 3. *abſtergit. Ch.*

herbis clarioribus. Libro vero XXVIII. 18. obſtetricum nobilitatem, pro *nobiles obſtetrices.* Claritates animalium pro *clariora animalia,* ſ. 24. eius libri. H.

s. Et per ſe cortices) Longe plures ad varios morbos et fabae, et eius farinae, et corticis facultates Dioſcorides memorat. *Dal.*

Et per) Fabarum videlicet. Haec totidem verbis Plin. Val. II. 27. et Marc. Emp. c. 27. p. 195. H.

t. Lens) Quae tota hac ſectione de ſatiua lente referuntur, vſque ad ea verba, *Eſt et paluſtris lens*, totidem ferme verbis exſtant apud Dioſc. II. 129. H.

u. Sed) Praeter Dioſcoridem refert hoc etiam Galen. de alim. fac. I. 18. p. 323 T. VI. et de fac. ſimpl. med. VIII. p. 238. Plinius quoque Val. II. 23. aliique. Et priores quidem, detracto cortice diſcoqui accurate iubent, prima aqua inter coquendum effuſa: quod primum illius decoctum aluum ſoluit. H.

x. Cruſtulas hulcerum) Quae inuſtis ferro candenti aut cauſtico partibus fiunt. *Dal.*

Cruſtulas) Cruſtam dicitur hulcus ducere, quando ſolidatur. Vide N. et Em. N. XIX. (hic poſ.) *Cruſtulas*) MSS. R. Colb. Ch. *Puſulas hulcerum.* Plin. Val. III. 22. haec tranſſcribens, *fiſtulas* legit. *Fiſtulas hulcerum*, inquit, *lenticula cocta rumpit: eadem collectiones ſedat.* Dioſc. II. 129. Ἐσχάρας περιῤῥήττει, *cruſtas ſeu margines hulcerum rumpit.* H.

y. Eaque) Oris hulcera. Dioſc. II. 129. καὶ ἕλκη ἀνακαθαίρει. In ſolo Chiffl. cod. *purgat et abſtergit.* H.

nes z. omnes imposita sedat, maximeque exhulceratas et rimosas. Oculorum *a.* autem epiphoras cum meliloto, aut cotoneo. Contra *b.* suppurantia cum polenta imponitur. Decoctae *c.* succus ad oris exhulcerationes et genitalium adhibetur: ad *d.* sedem, cum rosaceo aut cotoneo. [1] In *e.* his, quae acrius remedium exigant, cum putamine Punici, melle modico adiecto. Ad id demum, ne celeriter inarescat, adiiciunt et betae folia. Imponitur *f.* et strumis panisque, vel maturis vel maturescentibus, ex aceto discocta. Rimis *g.* ex aqua mulsa: et gangraenis cum Punici tegmine. Item *h.* podagris cum polenta, et vuluis, et renibus, per-

X 5 nio-

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. In iis ... exigunt Gr. et Al.*

z. *Collectiones*) Plin. Val. III. 25. et Diosc. l. c. H.

a. *Oculorum*) Diosc. l. c. et Plin. Val. I. 4. *Ad oculorum epiphoras et tumores ... lenticula cum cotoneis cocta, et vina trita adiuuat.* H.

b. *Contra suppurantia*) Discutiendis tumoribus, qui ad suppurationem vertuntur, ne suppurent. *Dal.*

Contra) Ne tumores suppurent. Plin. Val. III. 22. de lente: *Intra suppurantia cum polenta decocta imponitur.* Lege, *contra suppurantia.* Nam vt idem admonet c. 27. *lens ipsa cum melle imposita, probibet suppurare.* H.

c. *Decoctae*) Plin. Val. III. 22. H.

d. *Ad sedem*) Inflammatam. Diosc. *Dal.*

Ad sedem) Ad sedis inflammationes, πρὸς φλεγμονὰς δακτυλίου, Diosc. II. 129. H.

e. *In his*) Scrib. Larg. comp. 234. *Ad veretri tumorem lens ex aqua cocta, et trita, rosaceo oleo mixta prodest. Si maior tumor erit, mali granati corium ex aqua coctum ac tritum, lenticulae pari pondere admiscere oportet.* H.

f. *Imponitur*) Plin. Val. iisdem verbis, III. 27. H.

g. *Rimis*) Diosc. II. 129. H.

h. *Item*) Diosc. l. c. Παρηγορεῖ δὲ καὶ ποδάγρας σὺν ἀλφίτῳ ἑφθὸς καταψηθεὶς, καὶ καταπλασθείς. H.

nionibus *i.*, hulceribus *k.* difficile cicatricem trahentibus. Propter *l.* diſſolutionem ſtomachi triginta grana lentis deuorantur. In *m.* choleris quoque et dyſenteria efficacior eſt in tribus aquis cocta: [1] in quo vſu melius ſemper eam torrere [2] et ante tundere, vt quam tenuiſſima detur, vel per ſe, vel cum cotoneo malo, aut piris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni *n* eſt inutilis, et capitis dolori, neruoſiſque omnibus, et felli: nec *o.* ſomno facilis: ad *p.* [3] puſulas vtilis, ignique ſacro, et mam-

1. *In vſum. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. ante et Ch. torrere aut tundere Gr. et Al.* 3. *puſtulas vulgg.*

i. Pernionibus) Theod. Priſc. I. 28. de pernionibus; *Et lenticulae coctae et tritae cataplaſma proderit.* H.

k. Hulceribus) Plin. Val. III. 25. H.

l. Diſſolutionem ſtomachi) Subuerſionem, ἀνατροπὴν, Dioſcorid. *Dal.*

Propter) Contra ſubuerſionem ſtomachi, ἀνατροπὴν ςομάχου, Dioſc. l. c. quum nempe ſtomachus in vomitiones effunditur. H.

m. In) Deſcribit hunc morbum Celſ. IV. 11. *Facienda*, inquit, *mentio eſt cholerae, quia commune id ſtomachi atque inteſtinorum vitium videri poteſt. Nam ſimul et deiectio et vomitus eſt: praeterque haec, inflatio eſt, inteſtina torquentur, bilis ſupra infraque erumpit ... Ergo eo nomine morbum hunc* χολέραν *Graeci nominarunt*, etc. Ἀπὸ τῆς χολῆς deductum nomen putat, qui communis medicorum error, a Conſtantino in Lexico confingitur. Ῥεῦμα τῆς κοιλίας fluxionem alui ſimpliciter nuncupat II. 29. vbi haec ipſa remedia totidem ferme verbis afferuntur. H.

n. Pulmoni) Dioſc. ad verbum, l. c. H.

o. Nec ſomno facilis) Somnia tumultuoſa facit. *Dal.*

Nec) Quia ſomnia tumultuoſa facit, inquit Dioſc. l. c. Ἔςι δὲ δυσόνειρος. H.

p. Ad) Puſtulas prohibere lenticulae farinam cum melle aut vino, auctor eſt Celſus V. 27. Dioſc. l. c. πρὸς δὲ φλυκταίνας καὶ ἐρυσιπέλατα. De igne ſacro, concinit et alter Plin. Val. III. 34. H.

mammis *q.* in aqua marina decocta: in *r.* aceto autem duritias et strumas discutit. Stomachi quidem causa, polentae modo potionibus inspergitur. Quae *s.* sunt ambusta, aqua semicocta curat, postea trita, et per cribrum effuso furfure, mox procedente curatione addito melle. Ex posca coquitur ad guttura *t.* Est *u* et palustris lens per se nascens in aqua non [1] profluente, refrigeratoriae naturae: propter quod *x.* collectionibus illinitur, et

1. *Sic ex MSS. H. profluenti. Ch. in aqua non fluente Gr. et vulgg.*

q. Mammis in aqua marina decocta) Τοῖς μαςοῖς χονδρῶσι, καὶ σπαργανῶσι: grumoso et concreto lacte duris, et nimia copia lac profundentibus, Dioscorid. *Dal.*

Et) Ad mammas grumoso, concretoque lacte turgentes, nimiumque distentas, πρὸς χονδριῶντας μαςοὺς, καὶ σπαργανώσεις. H.

r. In) Ceruicis rigorem, (opisthotonon vocant) ita discuti, Q. Serenus cecinit c. 17. p. 135. H.

s. Quae) Explicatius paulo Plin. Val. III. 36. *Ambustis sanandis: Lens ex aqua semicocta imponitur: procedente vero curatione lens cruda conteritur, eiectoque furfure eius, decoquitur, et sic imponitur; et postea mel adiicitur.* Sic et Theod. Prisc. l. 17. *De vstione calidae, vel ignis.* H.

t. Guttura) Bronchocelas. *Dal.*

u. Est) Plin. Val. ad verbum III. 14. et Diosc. IV. 88. Φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων εὑρίσκεται, ἐπὶ τῶν ςασίμων ὑδάτων, βρύον ὂν ὅμοιον φακῷ. *Lens palustris in aquis pigris stagnantibusq. reperitur, muscus videlicet lenticulae similis.* Vidimus in horto Regio, qualis a Dodonaeo, pingitur p. 576. *Lentille d' eau.* H.

x. Collectionibus) Ταῖς φλεγμοναῖς, inflammationibus. Diosc. *Dal.*

Collectionibus) Collectiones videntur humores esse ex collecta pituita vel sanguine, cum inflammatione interdum coniunctae. Diosc. l. c. inflammationibus mederi lentem palustrem dixit, πάσαις φλεγμοναῖς. Neque nunc modo, sed et saepius, vbi Plinius *collectiones*

et *y.* maxime podagris, et *z.* per se, et cum polenta: glutinat et [1] interanea *a.* procidentia.

LXXI. [2] Est *b.* siluestris elelisphacos dicta a Graecis, [3] ab *c.* aliis [4] sphacos. Ea est satiua lente leuior,

1. *puerorum enterocelas. Diosc.* 2. *Sic ex MSS. H. Est et siluestris ... Ea est ... siluestrius Gr. et Al.* 3. *ab, in Ch. d.* 4. *aphaca. Dal.*

nes habet, oedemata οἰδήματα fere appellantur, hoc est, molles tumores, laxioresque, ac sine dolore. H.

y. Et) Plin Val. III. 14. et Marc. Emp. c. 36. p. 250. H.

z. Et per se) Hoc est, sola. H.

a. Interanea) Ἐντεροκήλας Graeci vocant, descensum intestinorum in alterum naturae locum. Diosc. l. c. Παρακολλᾷ δὲ καὶ ἐντεροκήλας τὰς ἐπὶ παίδων. H.

b. Est et siuestris elelisphacos) Corruptissimus hic locus ex Dioscoride sic est restituendus: *Est et siluestris phacos Graecis dictus, ab aliis Aphace. Ea est satiua lente altior, folio tenui. Elelisphacos folia habet cotonei mali effigie, sed minora, candida, longiora, asperiora, odorata. Haec minor. Est et alterum genus eius siluestre, odore graui. Folia cum ramis decoquuntur.* Quam siluestrem vocat, σφάκελον Theoph. esse puto. *Dalec.*

Est et siluestris elelisphacos dicta a Graecis, etc.) Legend. *Est siluestris elelisphacos dicta Graecis; aliis sphacos dicta satiua, lente leuiore, et folio minore atque sicciore et odoratiore. Est et alterum genus eius siluestrius, odore graui. Haec mitior folia habet cotonei mali effigie.* Vide *Salmas.* p. 330. b. 331. a.

Est et) Ex affinitate nominis occasione sumpta, de elelisphaco nunc sermonem instruit, quod lenti scilicet, quae Graecis φακὸς dicitur, proximam habuerit appellationem, σφακός. Nam re, forma, dotibusque, immensum quantum a lente dissidet. Herbariis nostris incognita. H.

c. Ab) Vide N. et Em. N. XX. (hic pos.) *Ab)* Ita scribendum non Φακὸς, tum ex Suida, apud quem alphabeti series id certo confirmat: Σφακὸς, ait, ἀντὶ τοῦ ἐλελίσφακος, etc. tum vero ex Pliniano Indice. H.

leuior, et folio minore, atque ficciore, et odoratiore. Eſt *d.* et alterum genus eius ſilueſtrius, odore graui: haec *e.* mitior. Folia *f.* habet cotonei mali effigie, ſed minora et candida, quae *g.* cum ramis decoquuntur. Menſes *h.* ciet et vrinas: et [1] paſtinacae ictus ſanat. Torporem *i.* autem obducit percuſſo loco. Bibitur cum abſinthio ad

1. paſtinacae marinae Gr. et vulgg.

d. Eſt et) Perinde officinis, herbariiſque ignotum. Vt nunc *ſilueſtrius*, ſic XVI. 50. *ſilueſtriora* dixit. H.

e. Haec mitior) Verba haec errore ni fallor hic inſerta ſunt: pertinent enim ad eliſphacum auctore Theophraſt. L. VI. de ſtirpibus, cap. 2. diſcrimen aſſignante inter eliſphacum, et eleliſphacum, illud enim eſſe ſatiuum; hoc agreſte; his verbis: *Sphacelus et ſaluia inter ſe diſtant: quaſi alterum vrbanum, alterum genus ſilueſtre dixeris. Sphacelo folium laeuius, contractius, minuſque ſquallens: ſaluiae ſcabrius et odore grauiore.* Legendum igitur ſic, *Eliſphacos dicta a Graecis, aliis phacos, ſatiua lente laeuior et folio minore; haec mitior. Eſt et alterum genus ſilueſtris odore graui, folia habet cotonei mali effigie, etc.* reliquae autem particulae redundant, ex codice antiquo. *Pint.*

f. Folia habet cotonei mali effigie) Haec eſt apud Dioſcoridem hiſtoria ſaluiae, quam cum phaco et aphaca inepte confundit. *Dal.*

Folia) Ita fere Dioſc. l. c. de eleliſphaco. Vnde perſpicuum eſt non hanc eſſe ſaluiam Latinorum, cui folia non ſunt cotonei mali effigie, ſed mentae potius, vt Plinius recte animaduertit, poſt Crateuam ſcilicet, cuius ſententiam comprobat, tum ipſa experientia, tum Anguillara, part. XII. p. 201. vbi haec ſcriptoris Graeci verba recitat: φύλλα ἔχει ὅμοια τῷ ἡδυόσμῳ. H.

g. Quae) Dioſc. l. c. de eleliſphaco. H.

h. Menſes) Dioſc. l. c. H.

i. Torporem autem) Hoc de ictu paſtinacae intelligi poteſt, quod magis placet, et de ſaluiae remedio. Dioſcorides radium paſtinacae mitigare dentium dolorem tradit, illoſque frangere et eiicere. *Dal.*

[1] ad dysenteriam. Cum vino eadem commorantes menses trahit: abundantes sistit decocto eius poto. Per *k.* se imposita herba vulnerum sanguinem cohibet. [2] Sanat et serpentium morsus. Et *l.* si in vino decoquatur, pruritus testium sedat. Nostri, qui nunc sunt, herbarii elelisphacon Graece, Latine *m.* saluiam vocant, mentae similem, canam, odoratam. Partus [3] emortuos ea apposita [4] extrahunt: item vermes aurium hulcerumque

LXXII. Cicer *n.* et siluestre est, foliis satiuo simile, odore [5] graui. Si largius sumatur, aluus soluitur, et inflatio contrahitur, et tormina. Tostum salubrius habetur. *o.* [6] Cicercula etiamnum magis in aluo proficit. Farina vtriusque hulcera manantia capitis sanat, efficacius siluestris. Item comitiales, et iocinerum tumores, et serpentium ictus. *p.* Ciet menses et vrinas, grano maxime. Emendat *q.* et lichenas, et testium inflammationes, regium

1. *et dysenteriae. Ch.* 2. *Purgat. Ch.* 3. *mortuos. Ch.* 4. *Extrahit. V.* 5. *acri. Diosc.* 6. *Cicer satiuum etiamnum. Ex Dios.*

k. Per se) Diosc. l. c. H.

l. Et si) Diosc. l. c. H.

m. Latine) Galli nostri saugiam vocant, *de la Sauge.* Pingitur a Dodonaeo, p. 288. H.

n. Cicer) Ἄγριος ἐρέβινθος apud Graecos: apud recentiores nullum adhuc certum nomen inuenit. Pictum vide apud Dodonaeum p. 516. Dioscorides totidem verbis II. 126. Γίνεται δὲ καὶ ἄγριος ἐρέβινθος, ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ, ὀσμῇ δριμὺς etc. H.

o. Cicercula) Lathyrus Graecorum. *Dal.*

Cicercula) Cicerculam Plinius pro cicere saepe dixisse, ipsumque id legumen intellexisse, quod ἐρέβινθον Graeci vocant, iam superius monuimus XVIII. 83. De satiui ciceris facultate, ad bonam aluum faciendam Diosc. suffragatur l. c. Ἐρέβινθος ὁ ἥμερος, εὐκοίλιος, etc. H.

p. Ciet) Diosc. II. 126. H.

q. Emendat) Haec totidem verbis Diosc. l. c. H.

regium morbum, hydropicos. Laedunt omnia haec genera exhulceratam veſicam, et renes. [1] Gangraenis vtiliora cum melle, et his quae cacoëthe vocantur. Verrucarum *r.* in omni genere prima luna ſingulis granis ſingulas tangunt, eaque grana in linteolo deligata poſt ſe abiiciunt, ita fugari vitium arbitrantes. Noſtri *s.* praecipiunt arietinum in aqua [2] cum ſale diſcoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus vrinae. Sic *t.* et calculos pellit, morbumque *u.* regium. Eiuſdem foliis ſarmentiſque decoctis, aqua quam maxime calida morbos pedum [3] mollit, et ipſum calidum tritumque illitum. Columbini *x.* decocti aqua, horrorem tertianae et quartanae minuere creditur. Nigrum autem cum gallae dimidio tritum, oculorum hulceribus ex paſſo [4] medetur.

LXXXIII. De *y.* eruo [5] quaedam in mentione eius diximus; nec potentiam ei minorem veteres, quam braſſicae tribuere. Contra *z.* ſerpentium

1. *Carcinomatibus. Dioſc.* 2. *cum ſale, in M. d.* 3. *tollit. M. lenit. Ch.* 4. *miſcetur. Ch.* 5. *quidem. V.*

r. Verrucarum) Totidem verbis haec rurſum Dioſc. l. c. H.

s. Noſtri) Plinius Val. II. 39. *Cicer Arietinum,* inquit, *in aqua diſcoquitur cum ſale, et ex ea aqua bibuntur bini cyathi per triduum in difficultate vrinae.* Marc. Emp. c. 26. p. 181. *Cicer arietinum in aqua decoquito cum ſale, eamque ſtranguirioſo ad binos cyathos bibendum dato.* H.

t. Sic) Plinius Val. l. c. H.

u. Morbumque) Plin. Val. l. c. H.

x. Columbini) Ciceris columbini, de quo XVIII. 32. H.

y. De eruo) L. XVIII. 38. H.

z. Contra) Plin. Val. III. 57. Dioſc. II. 131. Σὺν οἴνῳ κυνόδηκτα, καὶ ἀνθρωπόδηκτα, καὶ ἐχιόδηκτα θεραπεύει καταπλασσόμενος. H.

tium ictus ex aceto, [1] ad [2] crocodilorum hominumque morsum. Si *a.* quis eruum quotidie ieiunus [3] edat, lienem eius absumi certissimi auctores affirmant. Farina *b.* [4] eius varos, sed et maculas [5] toto corpore emendat. Serpere *c.* hulcera non pati-

1. et ad. Dal. *2. canum. Diosc.* *3. edit. Ch.* *4. Farina eius, (vt ait Varro) maculas Gr. et vulgg.* *5. ex toto corp. emundat. M.*

a. Si) Carmine id Q. Serenus expressit, c. 24. p. 140. *Nonnulli memorant consumi posse lienem, Eruum si semper ieiuno sumpserit ore.* H.

b. Farina eius (vt ait Varro) maculas toto corpore emendat) Longe diuersa et verior nostri codicis lectio: *Farina eius varos; sed et maculas cutis toto corpore emendat.* Quam lectionem castam legitimamque esse Dioscorides comprobat L. II. cap. de eruo, his verbis: *Lentigines, asperam et discolorem seu a sole cutem. Labes quas Graeci spilos dicunt et toto corpore maculas exterit.* Pint.

Farina eius, vt ait Varro, maculas) Voss. *Farinam eius varos sede maculas cutis.* Scribe: *Farina eius varos, sed et maculas cutis toto corpore emendat.* L. XXIII. 1. *vitia cutis in facie varosque et lentigines et sugillata emendat.* et cap. 4. *cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit.* Vidit et Pintianus. Alluditque Andegau. exhibendo: *Farina eius varro sedet maculas.* Gron.

Farina) Diosc. l. c. Vari apud Celsum VI. 5. maculae sunt in facie, vt lenticulae et ephelides. Plinius XXIII. 16. *Vitia cutis in facie, varosque et lentigines, et sugillata emendat* etc. Vide N. et Em. N. XXI. (hic coll.) *Farina)* In libris hactenus editis, interpolatorum insigni licentia, *Farina eius, vt Varro ait, maculas,* etc. In R. 1. et Colb. *Farina eius varro, sed et maculas.* Sinceram nos scripturam, tum ex iis vestigiis primitiuorum codicum, tum ex Plinio Valeriano eruimus, qui totum fere opus suum ex Plinianis verbis ac sententiis concinnauit. Is enim III. 41. cuius lemma: *Varis tollendis: Farina,* inquit, *erui ex aqua imposita sanantur, et toto corpore maculae emendantur.* H.

c. Serpere) Marc. Emp. c. 4. p. 42. Plin. Val. III. 22. et

patitur: in mammis efficacissimum. Carbunculos *d.* rumpit ex vino. Vrinae *e.* difficultates, inflationem, vitia iocineris, tenesmon, et quae *f.* cibum non sentiunt, atropha *g.* appellata, tostum, et in nucis auellanae magnitudinem melle collectum deuoratumque corrigit: item impetigines, ex aceto coctum et quarto die solutum. Panos *h.* [1] in melle impositum suppurare prohibet. Aqua *i.* decocti perniones et pruritus sanat fouendo. Quin *k.* et vniuerso corpori, si quis quotidie ieiunus biberit, meliorem fieri colorem existimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones *l.* mouet, aluum turbat, capiti et stomacho onerosum. Genua *m.* quo-

1. *cum.* *Dal.*

22. et Diosc. l. c. Vide et Celsum V. 28. tit. *de fistulis.* H.

d. Carbunculos) Plin. Val. III. 30. Diosc. l. c. Theod. Prisc. I. 18. *de carbunculis. Erui puluis cum vino tritus.* H.

e. Vrinae) Haec pariter Diosc. l. c. H.

f. Quae) Quae non aluntur cibo. Quae nutritionem a cibo non sentiunt. De hac ἀτροφίᾳ nos opportunius XXVIII. 33. Diosc. l. c. Ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἀτροφοῦσι, καρύου μέγεθος φρυκτὸν ληφθὲν σὺν μέλιτι. H.

g. *Atropha*) Atrophos idem L. XXVIII. c. 9. ab imbecillitate vires recolligentes exponit. *Dal.*

h. Panos) Marc. Emp. c. 32. p. 224. et Plin. Val. III. 27. *Panos cum melle*, etc. H.

i. Aqua) Ad verbum Diosc. l. c. H.

k. Quin) Diosc. l. c. H.

l. Vomitiones) Haec pariter Diosc. l. c. H.

m. Genua quoque degrauat) Graues genuum dolores excitat. In Aeno mulieres aeque ac viri, qui leguminibus victitarunt, crurum impotentia vexati sunt, nec ab eo morbo sanati. Qui autem eruum esitarunt, genuum dolor afflixit. Hippoc. VI. Epid. Sect. 4. *Dal.*

Genua) Hipp. Ep. VI. s. 4. t. 13. p. 490. T. IX. Ὀροβοφαγέοντες, γουναλγέες. *Qui eruum comedunt, genuum dolore conflictantur.* H.

quoque degrauat. Sed madefactum pluribus diebus, mitescit: *n.* bubus *o.* iumentisque vtilissimum. Siliquae *p.* eius virides, prius quam indurescant, [1] cum suo caule foliisque contritae, capillos *q.* nigro colore inficiunt.

LXXIV. Lupini *r.* quoque siluestres sunt, omni modo minores satiuis, praeterquam amaritudine. Ex omnibus quae eduntur, sicco nulli minus

1. *cum sacco. Ch.*

n. Mitescit) Erui grana vberiora et candidiora aqua permiscenda macerantur Dioscoridi, et vbi satis aquae combiberint, torrentur, quoad rumpatur hians cortex: moluntur: inde farina fit. *Dal.*

o. Bubus) Si elixum apponatur, boues saginat, inquit Diosc. l. c. Βοῦς δὲ λιπαίνει ἑφθὸς παρατιθέμενος. H.

p. Siliquae) Marc. Emp. totidem verbis c. 7. p. 48. *Erui siliquae, priusquam arescant, cum foliis et caule suo conterentur, et raso capiti, vt capilli nigrescant, protinus illinuntur.* Plin. Val. I. 7. *de capillis denigrandis: Siliquae erucae* (lege, *erui*) cum suis foliis et caulibus *conteruntur, et capiti raso inlinuntur.* H.

q. Capillos nigro colore inficiunt) Color in capillis niger non tantum a viris canescentibus expetebatur, vt senectutis vitium dissimularent, sed etiam a mulieribus, quod matronae spectatae pudicitiae nigro capillo, toga longe ac late fusa, et ad talos demissa, stola, flammeo, vittis et reticulo sese ornarent: meretrices vero flauo capillo, togaque subducta, stola pulla absque vittis et flammeo internoscerentur. Alex. ab Alex. cap. 18. L. V. *Dal.*

r. Lupini quoque siluestres sunt) Galenus lupinos silueſtres satiuis esse πικροτέρες scribit. Diosc. vero μικροτέρες. Dal.

Lupini) Sic Diosc. II. 133. Γίνεται δὲ καὶ θέρμος ἄγριος, ἐμφερὴς τῷ ἡμέρῳ, κατὰ πάντα δὲ πικρότερος. Alii μικρότερος. Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 178. Θέρμος ἄγριος πικρότερος, καὶ ἰσχυρότερος εἰς ἅπαντα τοῦ ἡμέρου ἐστιν, etc. H.

nus ponderis eſt, nec plus vtilitatis. Miteſcunt cinere aut aqua [1] calidis. [2] Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant: amari contra aſpidas valent. Hulcera *s.* [3] atra, aridi decorticatique triti, ſuppoſito linteolo, ad viuum corpus redigunt. Strumas *t.*, parotidas, in aceto cocti diſcutiunt. Succus *u.* decoctorum cum ruta et pipere, vel in [4] febri datur ad ventris animalia pellenda, minoribus triginta annorum: pueris *x.* vero impoſiti in ventrem ieiunis proſunt. Et *y.* alio genere toſti, et in defruto poti, vel ex melle ſumpti. Iidem *z.* auiditatem cibi faciunt, faſtidium detrahunt. Farina *a.* eorum aceto ſubacta, papulas pruritusque in balineis illita cohibet, et per ſe ſiccat hulcera. Liuores *b.* emendat. Inflammationes cum polenta

Y 2 ſedat.

1. *calida. V. M.* 2. *Diſcolores homines. M.* 3. *terra. V.* 4. *fabrica. Ch.*

s. Hulcera) Ex vetuſtate, et corruptione. Celſ. V. 126. *Modo hulcus nigrum eſt, quia caro eius corrupta eſt, idque vehementius etiam putreſcendo intenditur.* Et paulo ante: *Interdum enim vetuſtas vlcus occupat, inducitur que ei callus, et circum orae craſſae liuent,* etc. Marc. Emp. c. 4. 43. *Vetuſtis hulceribus ... medetur farina lupini incocti, et ſine cortice, inſperſa cum vino.* Sic pariter Theod. Priſc. I. 18. H.

t. Strumas) Dioſc. II. 132. Plin. Val. I. 13. III. 29. Marc. Emp. XV. 107. H.

u. Succus) Plin. Val. II. 21. Marc. Emp. XXVIII. p. 200. et Dioſc. l. c. Praeiuit his omnibus Celſ. IV. 17. *Si tali ſunt lumbrici, aqua potui dari debet, in qua lupinum decoctum ſit.* H.

x. Pueris) Vide quae diximus XVIII. 36. H.

y. Et) Dioſc. l. c. H.

z. Iidem) Dioſc. l. c. H.

a. Farina) Dioſc. l. c. Plin. Val. III. 39. et Serenus, c. 7. de prurigine, et papulis, p. 129. *Feruentes papulas oleo curato liquenti, Aut acido Baccho miſcebis farra lupini: Atque hinc in calido percurres membra lauacro.* H.

b. Liuores) Dioſc. Καθαίρει πελιώματα, καὶ φλεγ-

ſedat. Silueſtrium *c.* efficacior vis eſt contra coxendicum et lumborum debilitatem. Ex iiſdem decocta lentigines, et fouentium cutem *d.* [1] corrigunt: ſi *e.* vero ad mellis craſſitudinem decoquantur vel ſatiui, vitiligines nigras et lepras emendant. Satiui *f.* quoque rumpunt carbunculos impoſiti: panos *g.* et ſtrumas minuunt, [2] aut maturant, cocti ex aceto: cicatricibus candidum colorem reddunt. Si *h.* vero caeleſti aqua diſcoquantur, ſuc-

1. *abſtergunt. Dioſc.* 2. *aut maturant. Cocti Gr. et Al.*

φλεγμονὰς πραΰνει σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὕδατι. H.

c. Silueſtrium) Et ſatiuis nihilominus dos illa quoque communis, teſte Dioſc. II. 132. Σὺν ὄξει δὲ ἰσχιάδας παρηγορεῖ. H.

d. Cutem) Dioſc. l. c. Καθαίρει τὸ ἄλευρον χρῶτα. Galenus ſimiliter l. c. H.

e. Si vero) Marc. Emp. c. 19. p. 129. H.

f. Satiui) Dioſc. l. c. Ἄνθρακας περιῤῥήσσει. H.

g. *Panos)* Vide N. et Em. N. XXII. (hic poſ.) *Panos)* Prius legebatur mutata interpunctione, *aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibus,* etc., Vt ille et aceto temperandi modus ad poſteriorem ſolam medicinam referendum; videretur, non etiam ad ſuperiorem. Contra Dioſc. II. 52. φύματα καὶ χοιράδας μεταβάλλει ἐν ὄξει ἑψηθεὶς καὶ καταπλασθείς. Galenus quoque de ſimpl. fac. med. VI. p. 174. Ἀλλὰ καὶ χοιράδας καὶ φύματα σκληρὰ θεραπεύει· ἐν ὄξει δ' ἑψεῖν αὐτὸ χρὴ etc. Marc. Emp. c. 32. p. 225. *Lupini ex aceto cocti, et ſubacti, et pro emplaſtro adpoſiti, cauſam panicularum maturant, et minuunt dolorem.* Denique Plinius etiam Val. III. 27. *Panis depellendis: Lupini*, inquit, *ex aceto cocti, aut minuunt, aut maturant.* Quod vt ita ſane ſe habeat, et in ſequenti pariter remedio ex aceto incoqui nihilominus neceſſe eſt. Plin. Val. III. 48. *Ad colorem cicatricibus reddendum: Lupini ex aceto cocti imponuntur.* H.

h. Si) Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

succus ille smegma fit: [1] quo fouere gangraenas, eruptiones pituitae, [2] hulcera manantia, vtilissimum. Expedit *i.* ad lienem bibere, et *k.* cum [3] melle menstruis haerentibus. Lieni crudi [4] cum fico sicca triti ex aceto imponuntur. Radix *l.* quoque in aqua decocta, vrinas pellit. Medentur pecori cum [5] chamaeleone herba decocti, aqua *m.* in potum [6] collata. Sanat et scabiem quadrupedum omnium, in amurca decocti, vel *n.* vtroque liquore postea mixto. Fumus crematorum culices necat.

LXXV. Irionem *o.* inter fruges sesamae similem esse diximus, et a *p.* Graecis erysimon vocari:

 Galli

1. *quo solent fou. etc. manantia. Expedit. M.* 2. *hulcerum manantia expediat ad. Ch.* 3. *myrrha. Diosc.* 4. *cum ficu cicatrici ex. Ch.* 5. *chamaeleontis radice decocti aqua postea abluto. Ex Diosc.* 6. *colata. M. collecta. Ch.*

i. Expedit) Diosc. et Gal. ll. cc. lienosis aiunt lupini decoctum prodesse, cum ruta potum ac pipere. H.

k. Et) Adiicit et myrrham praeterea Diosc. l. c. et subdi in pesso iubet, προσθέτῳ. Dioscoridem sequitur Galenus l. c. H.

l. Radix) Diosc. l. c. H.

m. Aqua) Non potu, sed ablutione tantum, decoctum eiusmodi prodesse pecorum scabiei tradit Diosc. l. c. H.

n. Vtroque liquore) Amurcae et decocti chamaeleontis. *Dal.*

Vel) Amurca videlicet, et decocto lupini: non, vti Dalecampio visum est, chamaeleonis decocto. H.

o. Irionem) L. XVIII. 22. H.

p. A Graecis erysimon vocari) Plinius admodum inconsiderate erysimon herbam descriptam a Dioscoride, confundit cum erysimo fruge a Theophrasto memorato cap. 17. L. II. et cap. 19. L. VI. de Caussis plantarum, item cap. 7. L. VIII. hist. *Dal.*

Galli *q.* [1] velam appellant. Eſt *r.* autem fruticoſum, foliis erucae, anguſtioribus paulo, ſemine naſturtii. Vtiliſſimum *s.* tuſſientibus cum melle, et in thoracis purulentis exſcreationibus. Datur *t.* et regio morbo, et lumborum vitiis, pleuriticis, torminibus, coeliacis. Illinitur *u.* vero parotidum et carcinomatum *x.* malis. Teſtium *y.* ardoribus ex aqua, alias cum melle. Infantibus quoque vtiliſſimum. Item ſedis vitiis, et articulariis morbis, cum melle et fico. Contra *z.* venena etiam efficax [2] potum. Medetur et ſuſpirioſis: item fiſtulis, cum axungia veteri, ita ne intus addatur.

LXXVI. Horminum *a.* ſemine (vt diximus) cumino *b.* ſimile eſt, cetero *c.* porro, dodrantali alti-

1. *Sic et. M. velum. Ch. Lege, Velam alterum. Dal. Velarum Gr. et Al.*
2. *potu. Ch.*

q. Galli) Ita MSS. R. Colb. etc. tum hoc loco, tum in Indice: non *velarum.* Eſt autem haec huius loci ſententia: irionis, quae inter fruges cenſetur, et a Graecis eryſimon appellatur, naturam ſuperius atque indolem eſſe tractatam: nunc ex affinitate nominis occaſione ſumpta alterum eryſimon explicari, quod herbacei generis eſt, Galli quondam velam appellarunt: e recentioribus nonnulli *Tortelam.* Sic paulo ante ſ. 71. a lente, quae Graecis φακὸς, ad elelisphacon ſiue σφακὸν, orationem tranſtulit. H.

r. Eſt) Iiſdem verbis a Dioſcoride deſcribitur II. 188. Pingitur a Dodonaeo, p. 702. H.

s. Vtiliſſimum) Haec totidem verbis Dioſc. l. c. H.

t. Datur) Dioſc. l. c. H.

u. Illinitur) Dioſc. l. c. et Galen. de fac. ſimpl. med. VI. p. 174. H.

x. Carcinomatum malis) Caecorum, occultorum: de quibus aphor. 38. L. VI. κρυπτῶν Dioſc. *Dal.*

y. Teſtium) Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

z. Contra) Dioſc. l. c. H.

a. Horminum) L. XVIII. 22. H.

b. Cumino ſimile eſt) Satiuum ſemen edit nigrum et oblongum: ſilueſtre vero fuſcum

altitudine. Duorum generum: alteri semen nigrius, et oblongum. Hoc *d.* ad Venerem [1] stimulandam, et ad oculorum argema et albugines. Alteri candidius semen et rotundius. Vtroque *e.* tuso extrahuntur aculei ex [2] corpore, per se illito ex aqua: folia ex aceto imposita, panos per se vel cum melle discutiunt: item furunculos, priusquam *f.* capita faciant, omnesque acrimonias.

LXXVII. Quin et ipsae frugum pestes in aliquo sunt vsu. Infelix *g.* dictum est a Virgilio lolium.

1. *stimul. vtuntur. V. stimul. valet. Alii V.* 2. *Sic ex MSS. H. cons. V. per se, vel illito. Alii V. per se illitum ex aqua Gr. et Al.*

fuscum et rotundum Diosc. Theophrastus satiui semen cum cumino comparat. *Dal.*

c. Porro) Plinius pro πρασίῳ legit πράσσῳ. *Dal.*

Cetero) Diosc. III. 145. Ὅρμινον ἥμερον, πόα ἐστὶν ἐμφερὴς πρασίῳ τοῖς φύλλοις. *Horminum herba est foliis marrubio similis.* Apud scriptorem Graecum, quisquis ille fuerit, a quo haec Plinius mutuatus est, rectius multo πράσῳ legit, quam πρασίῳ Dioscorides. Hormini enim folia sunt arundinaceis propiora, porraceisque, quam marrubii. H.

d. Hoc) Haec pariter Diosc. l. c. H.

e. Vtroque) Diosc. III. 145. Καταπλασθὲν δὲ μεθ' ὕδατος ... καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶται. H.

f. Priusquam) Priusquam in capita extuberent, et tubera rotundentur. H.

g. Infelix dictum est a Virgilio lolium) Lolium pani admixtum vertiginem capitis facit et grauedinem; vnde prouerbium, *lolio victitare.* In balnea cum frequentior turba concurreret, quam vt balneatores sufficerent, vt ingruentem vim hominum summouerent, lolium carbonibus iniiciebant, cuius odore populus vexatus diffugeret. *Alex. ab Alex.* c. 20. IV. Plaut. in Milite. Ouid. I. Fast. Polit. c. 68. Miscell. *Dal.*

Infelix) Georg. I. 153. *Interque nitentia culta Infelix lolium, et steriles dominantur auenae.* Infelix autem lolium appellatur, vel quod infecundum est, vt Ser-

lium. Hoc *h.* tamen molitum ex aceto coctum, impositumque, sanat impetigines; celerius, quo saepius mutatum est. Medetur et podagris, aliisque doloribus, ex oxymelite. Curatio *i.* haec a ceteris differt. Aceti *k.* sextario vno dilui mellis vncias duas iustum est: ita temperatis sextariis tribus, decocta *l.* farina lolii sextariis duobus vsque ad crassitudinem, calidumque ipsum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa fracta.

LXXVIII. Miliaria *m.* appellatur herba, quae necat milium. Haec trita, et cornu cum vino infusa, podagras iumentorum dicitur sanare.

LXXIX.

Seruius interpretatur: vel quod oculis nocet. Ouid. Fast. I. 691. *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.* Fulgent. L. de prisco sermone: *Luscitiosos dici voluerunt interdiu parum videntes, quos Graeci μύωπας vocant. Plautus Milite: Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* PA. *Quid iam?* SC. *Quia luscitiosus. Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obscurentur.* Gallis, *de l'yvraie.* H.

h. Hoc) Diosc. II. 122. H.

i. Curatio haec, etc.) Ratio haec: *Aceti sextario vno diluuntur mellis vnciae duae.* (sic et CH. cetera vt in vulg. nisi quod *calidumque imponi*, expuncto τῷ *ipsum* habet.) *Iustum est ita temperatis sextariis tribus decoctae farinae, lolii addere vsque ad crassitudinem, calidumque ipsum* (*alii calidamque ipsam, etc.*) Cornarius ex vetusto. *Dal.*

k. Aceti sextario vno dilui mellis vncias duas) Verbum *vncias*, putamus superfluere, et legendum *duos*, non *duas*, alioquin non haberet locum quod statim subiicitur: *Ita temperatis sextariis tribus.* Pint.

l. Decocta farina lolii sextariis duobus) *Decoctae farinae lolii sextarios.* et verbum *duobus* redundat ex eodem. Expende vero an sit commodius legi in totum sic: *Aceti sextario vno dilui mellis duos iustum. His ita temperatis sextariis, tres decoqui farinae lolii sextarios vsque ad crassitudinem, etc.* Pint.

m. Miliaria) Circumligando sese. Officinis incognita. H.

LXXIX. Bromos *n.* semen eſt ſpicam ferentis herbae: [1] naſcitur inter vitia ſegetis, [2] auenae *o.* genere: [3] folio *p.* et ſtipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes [4] paruulas velut locuſtas habet. Semen vtile ad cataplaſmata, [5] atque *q.* hordeum, et ſimilia. Prodeſt *r.* tuſſientibus ſuccus.

Y 5 LXXX.

1. *cenſetur. Dal.* 2. *auenae genus. Dal.* 3. *folia et ſtip. tri. imitantur. Ch.* 4. *bipedes. Dioſc.* 5. *ad quae. V. aeque vt hordeum. V.*

n. Bromos) Vt Graecis βρόμος, ſic auena Latinis gemina eſt: altera ſatiua, et eſculenta, quae inter cerealia non poſtremum obtinet locum: *de l' avoine*: iumentorum cibus: altera ſponte naſcens ac ſterilis, quae inter frugum vitia numeratur, deſcribiturque a Dioſc. IV. 140. eadem plane cum ſatiua forma, vt recte Anguillara, parte 6. p. 98. H.

o. Auenae genere) Aegilopem quidem auenae perſimilem, certum eſt ſegetis hordeaceae vitium eſſe, quoniam in eam nimia vligine hordeum degenerat, non aliter quam triticum in lolium. At auena peculiare genus habet, ſuoque ſemine prouenit et vtiliſſimam agricolis frugem praebet. *Dal.*

p. Folio) Dioſc. II. 116. de auena ſatiua. Βρῶμος κάλαμός ἐςι, πυροῖς ὅμοιος καὶ τοῖς φύλλοις, γόνασι δὲ διειλημμένος· Καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ' ἄκρῳ ὥσπερ ἀκρίδια δίκωλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα χρήσιμον εἰς καταπλάσματα, ὡς ἡ κριθή. *Auena tum culmo, tum etiam foliis triticum imitatur ſed geniculis diſtinguitur.* „In cacumine vero dependentes veluti paruulas locuſtas bipedes gerit, in quibus ſemen continetur, aeque vt hordeum, ad cataplaſmata vtile.“ Totum hoc caput de bromo apud Dioſc. ſuppoſititium eſſe ſpuriumque cenſet Anguillara, P. XIV. p. 290. H.

q. Atque) Forte, *aeque atque hordeum*, ex Dioſc. et ex Galeno de fac. ſimpl. med. VI. p. 165. H.

r. Prodeſt) Dioſc. l. c. Ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ χυλὸς ῥοφούμενος βῆσσουσιν ἁρμόζει. *Eius cremor tuſſientibus ſorbitione prodeſt.* H.

LXXX. Orobanchen *s.* appellauimus necantem eruum et legumina: alii *t.* cynomorion eam appellant, a fimilitudine canini genitalis: Cauliculus *u.* [1] eft fine fanguine, foliis rubens. Eftur *x.* et [2] per fe, et in patinis, quum tenera eft decocta.

LXXXI. Et leguminibus innafcuntur beftiolae venenatae, quae manus pungunt, et periculum vitae afferunt, [3] folipugarum *y.* generis. [4] Aduerfus

1. *eft folio fubpingui. Diofc. eft fine foliis, pinguis rubens Gr. et Al.* 2. *per fe cruda et in. Diofc.* 3. *folupugarum, et c. 4. XXIX. Solifugarum Gr. et Al.* 4. *aduerfus has omnia.*

s. Orobanchen) L. XVIII. 44. Vide quae ibi diximus in Notis. H.

t. Alii) Diofc. in Noth. p. 446. Ὀροβάγχη, οἱ δὲ κυνομόριον, etc. Sed a coniectore aliquo infertam hanc vocem in Diofcoridis textum inde liquet, quod alia eft Diofcoridis, alia Plinii orobanche, quae et cynomorion appellata eft, vt antea monuimus, XVIII. 44. H.

u. Cauliculus) Eft et cauliculus eiufdem nominis, fine fanguine, hoc eft, fine humore, quia fiftulofus, et fragilis, ac ficcioris naturae. Haec vero Diofcoridis orobanche eft, quam ille defcribit II. c. 172. pingit Dodonaeus p. 543. Vide N. et Em. N. XXIII. (hic. pof.) *Cauliculus*) Sic MSS. R. Colb. etc., non vt editi, *Cauliculus eft fine foliis, pinguis, rubens.* Folia fubpinguia, fubrubrumque caulem orobanchae pariter Diofcorides attribuit, II. 172. Ὀροβάγχη καυλίον ἐςὶν ὑπέρυθρον ὡς δυσπιθαμαῖον ... φύλλοις ὑπολίπαρον, etc. H.

x. Eftur et per fe in patinis cum tenera eft decocta) In vetufto exemplari: *Eftur et per fe et in patinis cum tener eft decoctus*, vt referat caulem, non ipfam orobanchen. *Pint.*

Eftur) Hoc eft, fola, fiue cruda. Diofc. l. c. Λαχανεύεται δὲ καὶ ὠμὸν καὶ ἑφθὸν, ἐκ λοπάδος ὡς ἀσπάραγος ἐσθιόμενον. *Eftur autem oleris inftar cruda, et in patinis afparagi modo decocta.* H.

y. Solifugarum generis) *Solipugarum*, in eodem legitur, non *folifugarum*, rectius, vt a pungendo nomen ade-

uersus omnia eadem medentur, quae contra araneos et phalangia demonstrantur. Et frugum quidem haec sunt in vsu medico.

LXXXII. Ex iisdem fiunt et potus, zythum z. in

adeptae sint, quod statim sequitur. *Pint. Solifugarum generis*) Solpugae venenatae formicae c. 4. L. XXIX. quarum veneno et scorpionum clade gens Cynamolgis Aethiopiae vicina sublata est, c. 19. L. VIII. Georgio Agricolae post Solinum *solifuga* animal est perexiguum, aranei forma, in metallis argentariis plurimum occulte reptans, et iis qui imprudentes supersedent, exitium afferens. Nominis ratio est quod solem fugiat. *Dal.*

Solipugarum) Vide quae diximus in Not. et Em. ad L. VIII. N. LXXXVIII. et L. VIII. ipso 43. H.

z. *Zythum in Aegypto*) Sabaia in Illyrico, ex hordeo, vel tritico in liquorem verso potio vilis Marcellino L. XXVI. a quo Valens Imperator in obsidione Chalcedonis *Sabaiarius* per ludibrium vocatus est: *Parabia* apud Paeonas: *Curmi* apud Barbaros quosdam: *Ala* Britannis a voce Danica *oela*: πίνος Aristoteli, vel a bibendo vel a sordibus: βρῦτον Hellanico: πίνουσι δὲ βρῦτον ἐκ τῶν ῥιζῶν καθάπερ οἱ Θρᾶκες ἐκ τῶν κριθῶν. Hecataeo, Archilocho, ὥσπερ αὐλῷ βρῦτον ἢ Θρᾶξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβρυζε. Aeschylo, κἀκ τῶν δ᾽ ἔπινες βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ. Zythi meminerunt Gal. VI. Simpl. Comment. in lib. Hippocratis de ptissana, Aegineta, Suidas, Diodorus, qui scribit Bacchum εὑρεῖν τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πῶμα τὸ καλούμενον ζῦθον: Strabo L. XVII. Isidorus. Ceruisiam dictam volunt a Cerere: *Ceriam* Hispanicum esse vocabulum, nisi a cereo colore nomen impositum credamus. *Caeliam* a calfaciendo Isidorus nuncupatam censet: quod parum credibile est. Eius meminit Florus, quo loco refert Numantinos sese prius epulis, tanquam inferiis, impleuisse, carnis semicrudae, et coelia. *Had. Iun.* c. 12. II. Apud Iureconsultos *L. VIII. ff. de tritico, vino, vel oleo leg.* in quibusdam prouinciis zythum fieri ex tritico vel hordeo, vel panico, non, vt vulgo legunt, *pane.* Ibidem pro curmi et *camum* perperam legi-

in Aegypto, celia *a.* et *b.* ceria in Hispania, cer-
uisia

legitur. *Cuiacius* c. 30. L. XI. Obseruat. *Dal.*

Zythum) Ex hordeo parabatur. Suidas: Ζύθος, οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος. Sic Herod. II. Euterpe, p. 118. n. 77. et Diod. Sic. Bibl. I. p. 31. *Pelusiaci pocula Zythi* appellat Colum. L. X. de cultu hortor. p. 349. H.

a. Celia) Flor. II. 18. de Numantinis: *Quum sese prius epulis impleuissent, carnis semicrudae, et celiae: sic vocant indigenam ex frumento potionem.* Vide N. et Em. N. XXIV. (hic coll.) *Celia*) En haud obscure celiam a ceruisia Plinius diuersam facit: egregie, quum non situ magis terrarum Gallia Hispaniaque diffideant, quam hae potiones duae. Celia ex frumento concinnatur, Floro teste II. 18. cuius verba retulimus in prioribus Notis, hoc est, e tritico, vt Orosius interpretatur, V. 7. *Postmodum*, inquit, *diu obsidione conclusi Numantini duabus desubito portis cuncti eruperunt, larga prius potione vsi, non vini cuius ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum a calefaciendo Celiam vocant: suscitatur enim illa ignea vis germinis madefactae frugis, ac deinde siccatur, et post in farinam redacta molli succo admiscetur, quo fermentato sapor austeritatis, et calor ebrietatis adiicitur.* Orosium sequitur Isidorus XX. 5. et Papius. Quibus verbis ii non materiam modo celiae designant, sed et conficiendi modum. At ceruisiae ex hordeo concinnatur, et ex alia quadam simili fruge, quae propria caret in Latio appellatione, generali modo frumenti nomenclatione signant: Belgae vocant, *du Sucrion.* Tacit. L. de mor. Germ. *Potus, humor ex hordeo aut frumento, in quamdam similitudinem vini corruptus.* Quare nec Matthaeum Siluaticum audio, qui parum sibi constans, ita primum, *Celea*, inquit, *potio ex succo tritici inebrians*: quod quidem vtinam solum diceret: At mox inferius: *Celsia, id est, ceruisia, dicta a calfaciendo.* Nec Ioh. Sarisb. Ep. 85. celiam cum ceruisia commiscentem. De ceruisiae etymo consulendus, praeter iam appellatos, V. Cl. Du-Cangius in Glossario. H.

b. Et ceria) Nomen id Hispanicum pariter, vt celia

uiſia c. et plura genera in Gallia, aliiſque prouinciis, quorum omnium ſpuma cutem feminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipſum attinet, [1] praeſtat ad vini tranſire mentionem, atque a vite ordiri medicinas arborum.

1. *praeſtet.* Ch.

lia eſt: nec Biuarium audio, qui in Maximi Chron. a. 516. *cidria* legi putat hic oportere, quae vox in Gallia potum e pomorum ſucco concinnatum indicat. Quae parentur e fruge, non e pomis, potiones, Plinius hoc loco attingit: Nam vti monuit XIV. 29. *Eſt et occidentis populis ſua ebrietas, fruge madida: pluribus modis per Gallias Hiſpaniaſque, nominibus aliis, ſed eadem ratione.* Idem quae quibus concinnentur e. pomis, explicuit XIV. 19. H.

c. *Ceruiſia*) Vox haec origine Gallica merito cenſetur a Cambdeno, in Britannia, Voſſioque in Etymol. quos conſule. Nunc vulgus vocat, *de la Biere*: quidam etiamnum vetuſta nomenclatione, *Cervoiſe*. H.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXIII.

I.

Peracta cerealium in medendo quoque natura est, omniumque quae ciborum aut florum, odorumque *a.* gratia [1] proueniunt supina *b.* tellure. Non cessit his Pomona, partesque *c.* medicas, et pendentibus *d.* dedit, non contenta protegere, arborumque *e.* alere vmbra quae diximus; imo velut indignata

1. *Sic ex MSS. H. odorumque gratia . . . pendentibus quoque dedit* Gr. et *Al.*

a. Odorumque gratia proueniunt) Melius in vetusto exemplari, *odorumue gratia proueniunt.* Et mox paulo inuerte verba, legitoque *arborum vmbra alere, etc.* Pint.

b. Supina) Humi, in ipsa superficie, in qua flores frugesque adhaerescere natura voluit: pendere contra in sublimi arborum fructus, Pomona. *Colles supinos* Virgilius, Horatius *Tibur supinum* dixit. H.

c. Partesque medicas pendentibus quoque dedit) Voss. *partesque medicasset pendentibus dedit.* Scribe: *partesque medicas et pendentibus dedit.* Vt plane comes eius Vossianus alter. *Gron.*

d. Et) Fructibus ex arbore pendentibus. H.

e. Alere) Fruges, et saxa quae diximus XVII. 18. *Non fastidienda haec quoque scientia, atque non in vltimis ponenda, quando quibusque satis vmbra aut nutrix, aut nouerca est,* etc. H.

indignata plus auxilii inesse his quae longius a caelo abessent, quaeque postea cepissent. Primum *f.* enim [1] homini cibum fuisse inde, et *g.* [2] sic inducto caelum [3] spectare, pascique et nunc ex se posse sine frugibus.

II. Ergo *h.* hercule [4] has in primis dedit vitibus, non contenta delicias etiam, et odores atque vnguenta, omphacio *i.*, et oenanthe ac massari *k.* (quae suis locis diximus) nobiliter instruxisse. Plurimum *l.*, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. Ego palmas et poma, totque varietates: neque vt tellus, omnia per labores, aranda tauris, terenda areis, deinde *m.* saxis, vt *n.* quando, quantoue opere cibi

1. *hominibus. V.* 2. *Sic ex* MSS *H. inductos Gr. et Al.* 3. *spectasse. V.* 4. *Ergo hercule artes in Ch.*

f. Primum enim homini cibum fuisse inde et sic inductos) Vossianus, *inducto.* Recte: praecessit enim *homini*, qui *et sic* (ἐμφατικώτερον, etiam, hac re, (etiam hac occasione) inductus est, vt caelum spectaret, dum nempe ex alto cibum petit. Ouidius, *caelumque tueri Iussit.* Gron.

g. Et) Dum cibum ex alto petit, sursum oculos tollere hominem Pomona, *caelumque tueri iussit.* H.

h. Ergo hercule has in primis dedit vitibus) Scribendum reor: *Ergo hercule partes primas dedit viribus.* Nam dixit in calce prioris libri: *Praestat ad vini transire mentionem, atque a vite ordiri medicinas arborum.* Et sequitur paulo post: *Plurimum, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno.* Pint.

h. Ergo) Partes scilicet medicas. H.

i. Omphacio) De his egimus XXII. 60. sq. H.

k. Massari) Oenanthe Africana. Vide c. vlt. Lib. XII. *Dal.*

l. Plurimum) Pomonam loquentem inducit, omnis pomorum generis Deam. H.

m. Deinde) Molis frumentariis, Virg. Georg. I, 267. *Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.* H.

n. Vt quando quantoue opere

cibi fiant? [1] At ex me parata omnia, nec o. curuo [2] laboranda, ſed ſeſe porrigentia vltro: et ſi pigeat attingere, etiam cadentia. Certauit ipſa ſecum, pluſque vtilitatis cauſa genuit etiam, quam voluptatis.

III. [3] Folia p. vitium et pampini capitis dolores, inflammationeſque corporum mitigant cum polenta. Folia q. per ſe ardores r. ſtomachi ex aqua

1. *At, in M. d.* 2. *adaranda. V. exoranda. Dal. id eſt, impetranda. nec curuo adoranda aratro, nec cura laboranda, ſed ſeſe Gr. et Al. Haec tria verba, nec cura laboranda, in M. deſunt. Et videntur adiecta a quodam, qui pro, curuo, cura, et pro adoranda laboranda reponere voluit.* 3. *Folio vitium et pampino. M.*

opere cibi fiant) Scribendum puto, *vt quandoque tanto labore cibi fiant.* Nam praeceſſit ſtatim ante, *Neque vt tellus omnia per labores, etc.* Pint.

o. Nec) Nec ab homine curuato aranda. Sic *curuus arator* apud Virg. Ecl. 3. v. 47. Vide N. et Em. N. I. (hic coll.) *Nec*) In libris ad hunc diem vulgatis. *Nec curuo adoranda aratro, nec cura laboranda, ſed ſeſe,* etc. Quo in contextu verborum, quid interpolatorum coniectura praeſtiterit, liquet: adiectis nempe vocibus iis, *nec cura laboranda,* quae priorum vicem ſupplerent, plane affinium, *nec curuo adoranda*: et *aratro* praeterea addito: quarum vocum in exemplaribus vetuſtis, nec vola, vt aiunt, nec veſtigium. In R. 1. *Nec curuo adoranda, ſed ſeſe* etc. R. 2. *nec cura laboranda.* Hoc tantum, H.

p. Folia) Haec pariter tradidit Dioſc. l. 1. totidem verbis: Ἀμπέλου οἰνοφόρου τὰ φύλλα, καὶ αἱ ἕλικες λεῖαι καταπλασσόμεναι, κεφαλαλγίας πραΰνουσι, φλεγμονήν τε στομάχου δὲ καῦσον σὺν ἀλφίτῳ. H.

q. Folia per) Dioſc. l. c. Καὶ καθ' ἑαυτὰ ἐπιτιθέμενα τὰ φύλλα, πραΰνουσι φλεγμονήν τε στομάχου, καὶ καῦσον. H.

r. Ardores ſtomachi) Et acorem ſtomachi Dioſcor. Voce ὀξύνοντα Plinius deceptus eſt. *Dal.*

Pampini) Hoc eſt, capreoli, ſiue clauiculae, αἱ ἕλικες. Dioſc. l. c. De

aqua frigida: cum farina vero hordei, articularios morbos. [1] Pampini triti et impositi, tumorem omnem siccant. Succus *s.* eorum dysentericis infusus medetur. Lacryma *t.* vitium, quae veluti gummi est, lepras et lichenas, et psoras nitro ante praeparatas sanat. Eadem *v.* cum oleo saepius pilis illitis, psilothri effectum habet, [2] maximeque *x.* quam virides accensae vites exsudant: qua et verrucae tolluntur. Pampini *y.* sanguinem exscreanti-

1. *capreoli. Diosc.* 2. *Sic ex MSS. H. maximeque aqua, quam virides Gr. et Al.*

De his diximus XVII. 35. Satis eleganter Ruffinus in praef. ad librum Iudae: *Ἕλικα vitem dicunt Graeci, non tam palmitem, quam illos runcinulos, vel cincinnulos palmitis, quibus succrescens palmes ipse, innectere se et suspendere solet, vel palis, vel quibuscumque innititur adminiculis, quos capreolos, vt arbitror, appellant agricolae: quibus nexibus tutus, et sine lapsus periculo, vel grauatur fructibus palmes, vel vaga proceritate distenditur.* Cael. Aurel. chron. I. 1. de capitis passione, quam Graeci cephalaeam nominant, eleganter *anulos vitis, quos helicas vocant*, appellat. H.

s. Succus) Plin. Val. II, 28. *Dysenteriae compescendae: succus pampinorum, et vitium clysterio immittuntur.* Hunc vero succum Diosc. l. c. dysentericis non tantum infundi clystere, sed et propinari bibendum iubet. H.

t. Lacryma) Haec totidem verbis Diosc. V. 1. Τὸ δὲ δάκρυον αὐτῆς ὅμοιον ὂν κόμμει, etc. H.

v. Eadem) Diosc. l. c. H.

x. Maximeque aqua quam virides accensa) Scribo, *maximeque cum virides accensae*, etc. ex V. C. Pint.

Maximeque) Subintellige lacrymam, ex antecedentibus, seu liquorem, quem accensa sarmenta vitium exsudant. Diosc. l. c. Καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ τοῦ χλωροῦ καιομένου κλήματος ἀφιδρούμενος ἰχὼρ· ὃς καὶ μυρμηκίας ἐπιχριόμενος ἐκβάλλει. H.

y. Pampini) Hoc est, vt diximus, capreoli, clauiculaeque. Diosc. l. c. Ἀποβραχεῖσαι δὲ καὶ ἕλικες ἐν ὕδατι

ſcreantibus, et mulierum a conceptu defectioni *z.*, diluti potu proſunt. Cortex *a.* vitium et folia arida, vulnerum ſanguinem ſiſtunt, ipſumque vulnus conglutinant. [1] Vitis albae viridis tuſae [2] ſucco impetigines tolluntur. Cinis *b.* ſarmentorum vitiumque et vinaceorum, condylomatis et ſedis vitiis medetur ex aceto: item *c.* luxatis et ambuſtis, et *d.* lienis tumori, cum roſaceo et ruta et aceto. Item igni ſacro ex vino citra oleum aſpergitur, et *e.* [3] intertrigini: et pilos abſumit. Dant et bibendum cinerem ſarmentorum ad lienis remedia aceto conſperſum, ita vt bini cyathi in tepida aqua bibantur; vtque qui biberit, in lienem iaceat. Clauiculae ipſae, quibus repunt vites, tritae, et ex aqua potae, ſiſtunt vomitionum conſuetudinem. Cinis *f.* vitium cum axungia vetere contra tumores proficit, fiſtulas *g.* purgat, mox et perſanat: item neruorum dolores frigore ortos, con-

1. *Haec clauſula in M. d.* 2. *Sic ex MSS. Hard. ſucco et thure impetigines Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. H. Et intertrigines, et pilos Gr. et Al.*

ὕδατι, καὶ ποθεῖσαι, ὠφελοῦσι δυσεντερικοὺς, καὶ αἱμοπτοικοὺς, καὶ ςομαχικοὺς, καὶ κισσώσας. H.

z. *Defectioni*) Dioſc. *κίσσαν* vocat: proprieque faſtidium eſt feminarum praegnantium, quum alios atque alios cibos appetunt, guſtatoſque mox reſpuunt. H.

a. *Cortex*) Haec totidem verbis Plin. Val. III. 21. H.

b. *Cinis*) Marcell. Emp. cap. 31. p. 223. et Dioſc. V. 1. iiſdem verbis. H.

c. *Item*) Dioſc. l. c. H.

d. *Et*) Marc. Emp. c. 28. p. 166. Plin. Val. II. 18. et Dioſc. l. c. H.

e. *Et intertrigines et pilos abſumit*) Lege, *et intertrigini*, et iunge ſuperioribus, ex eodem. *Pint.*

f. *Cinis vitium*) Marcell. Emp. cap. 4. p. 42. et c. 36. p. 250. et Theod. Priſc. I. 9. de furunculis. H.

g. *Fiſtulas*) Plin. Val. III. 22. H.

contractionesque: contusas vero partes [1] cum oleo, carnes excrescentes in ossibus cum aceto et nitro, scorpionum et *h.* canum plagas cum oleo. Corticis *i.* per se cinis combustis pilos reddit.

IV. Omphacium qua fieret ratione incipientis vuae pubertate, in vnguentorum loco docuimus. *k.* Nunc ad medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat *l.* ea, quae in [2] humido sunt hulcera, vt oris, tonsillarum, genitalium. Oculorum claritati plurimum confert. Scabritiae genarum, hulceribusque *m.* angulorum, nubeculis, hulceribus quacumque in parte manantibus, cicatricibus *n.* marcidis, ossibus *o.* [3] purulente limosis. [4] Mitigatur

1. *vel cum. Ch.* 2. *humidis. Dal. vt mox. humore sint. Ch.* 3. *purulentis et lim. V.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. frangitur Gr. et Al.*

h. Et canum) Plin. Val. III. 51. H.

i. Corticis) Plin. Val. III. 36. H.

k. Docuimus) Lib. XII. 60. H.

l. Sanat) Quae ex omphacio medicinae petuntur, tota hac sectione, omnia fere totidem verbis habet Dioscor. V. 6. H.

m. Hulceribus) In angulis oculorum arrosis, περιβρώσεσι κανθῶν. Diosc. l. c. H.

n. Cicatricibus) Deceptum hoc loco Plinium Saracenus in Dioscor. putat affinitate vocum; quod ἐλὴ cicatricem, ἕλον gingiuam significat. Eumdemque quum apud scriptorem Graecum legisset, id quod apud Dioscor. V. 6. exstat, prodesse omphacium contra ἕλα πλαδαρὰ, hoc est, gingiuas humore flaccidas, minus caute *marcidas cicatrices*, quas nemo intelligat, interpretatum. At ex alio fonte Plinius fortasse hausit: cicatricesque marcidas, humida vulnera, ac minus bene coeuntia intellexit. H.

o. Ossibus) Vide N. et Em. N. II. (hic pos.) *Cicatr.)* Quid sint ossa purulente limosa, fateor me nondum intelligere: nec de mendo tamen quod hic lateat, admonent codices MSS. Verum quum apud Diosc. V. 9. vbi pares de omphacio medicinae traduntur, legere me meminerim, post cicatrices, vel gingiuas potius, vt

tur *p.* vehementia eius melle aut paſſo. Prodeſt et dyſentericis, ſanguinem exſcreantibus, [1] anginis.

V. Omphacio cohaeret oenanthe, quam vites ſilueſtres ferunt, dicta *q.* a nobis in vnguenti ratione. Laudatiſſima *r.* in Syria, maxime circa Antiochiae et Laodiceae [2] montes: et ex alba vite refrigerat, adſtringit, vulneribus *s.* inſpergitur, ſtomacho *t.* illinitur, vtilis *v.* [3] vrinae, iocineri, capitis *x.* doloribus, [4] dyſentericis. Contra *y.* faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat *z.* manantes capitis eruptiones, efficaciſſima ad vitia quae ſunt in humidis: [5] ideo *a.* et oris hulceribus, et verendis

1. *anginis, in M. d.* 2. *montes, et ex alba vite. Refrigerat. V.* 3. *ciendae vrinae. Dioſc. vrinae, iocineris, capitis dolori. Ch.* 4. *Sic ex MSS. H. dyſentericis, coeliacis cholericis Gr. et vulg.* 5. *Sic et Ch. ideoque et Gr. et Al.*

vt dixi marcidas, ſtatim aures purulentas ſubiici, ἄλλα πλαδαρὰ ὦτα πυοῤῥοῦντα nullus fere dubito, quin *auribus purulente limoſis* ſcripſiſſe Plinium exiſtimandum ſit. H.

p. Mitigatur) Ita R. 2. et Ch. In editis, *frangitur.* R. 1. et Colb. *fatigatur.* H.

q. Dicta) L. XII. 61. H.

r. Laudatiſſima) Dioſcor. V. 5. H.

s. Vulneribus) Dioſc. l. c. H.

t. Stomacho) Dioſc. l. c. Contra ſtomachi ardores cum polline polentae, ac vino illinitur. Πρὸς καυσούμενον ϛόμαχον καταπλάσσεται σὺν παιπάλῃ ἀλφίτε καὶ οἴνε. H.

v. Vtilis) Sic Dioſc. οὐρητικήν, ciendae vtilem vrinae prodidit. H.

x. Capitis) In capitis doloribus, inquit Dioſc. l. c. tam viridis quam ſicca, cum aceto roſaceoque perfunditur. H.

y. Contra) Dioſc. l. c. H.

z. Siccat) Dioſc. l. c. H.

a. Ideo) Vide N. et Em. N. III. (hic ſubi.) *Ideo)* Sic locus hic interpungendus eſt, non vti prius, *verendis, ac ſedi. Cum melle ac croco aluum ſiſtit.* Nam per ſe potam

dis, [1] ac sedi, cum melle et croco. Aluum sistit. Genarum [2] scabiem emendat, oculorumque lacrymationes: ex vino stomachi dissolutionem: ex aqua frigida pota sanguinis *b.* [3] exscreationes. Cinis *c.* eius ad collyria, et ad hulcera purganda, et paronychia, et pterygia, probatur. Vritur in furno, donec panis percoquatur. Massaris *d.* odoribus *e.* tantum gignitur: omniaque ea auiditas humani ingenii nobilitauit, rapere *f.* festinando.

VI. (I.) Maturescentium autem [4] vuae vehementiores nigrae, ideoque vinum ex his minus iucundum: suauiores albae, quoniam [5] e translucido facilius accipitur aer. Recentes *g.* stomachum,

Z 3

1. *Ac sedi. Cum melle et croco aluum sistit Gr. et Al.* 2. *scabriciem. M.* 3. *Sic ex MSS. em. H. et Ch. exscreationem Gr. et Al.* 4. *vuarum. V.* 5. *a lucido. M.*

potam oenanthen, aluum sistere, cum melle et croco verendis similibusque hulceribus imponi pro cataplasmate, auctor est Dioscorid. V. 5. πινομένη . . . κοιλίαν ἐφιστῶσα . . . Κατάπλασμά τε ἐναίμων, καὶ τῶν ἐν στόματι ἑλκῶν, καὶ νομῶν τῶν ἐν αἰδοίοις, σὺν μέλιτι, καὶ κρόκῳ, καὶ ῥοδίνῳ καὶ σμύρνῃ λεανθεῖσα. H.

b. Sanguinis) Dioscorid. l. c. H.

c. Cinis) Diosc. l. c. H.

d. Massaris) Dictum est de massari L. XII. 61. H.

e. Odoribus, etc.) Eam tamen ad medicos tantum pertinere scribit cap. 28. Lib. XII. *Dal.*

f. Festinando) Priusquam flos in fructum transeat. *Dalec.*

Rapere) Priusquam flos in fructum transeat. Nam oenanthe quidem colligitur, quum floret: itemque massaris quae in Africa fit: omphacium vero et ex acerba vite conficitur, vt dictum est suis locis, hoc est, XII. 60. sq. H.

g. Recentes) Diosc. V. 3. Vide N. et Em. N. IV. (hic consp.) *Rec.)* In MSS. R. Colb. Ch. etc. *spiritum inflatione* legitur. Libentius inde agnouerim, *stomachum spiritu,*

chum, et [1] ſpiritum [2] inflant, aluumque turbant: itaque in febri damnantur, vtique largiores. Grauedinem enim [3] capiti, morbumque [4] lethargicum faciunt. Innocentiores *h.*, quae decerptae diu pependere: qua ventilatione etiam vtiles fiunt ſtomacho, aegriſque. Nam *i.* et refrigerant leuiter, et faſtidium auferunt.

VII. Quae *k.* autem in [5] vino dulci conditae fuere, caput tentant. Proximae ſunt penſilibus [6] in *l.* palea ſeruatae. Nam *m.* in vinaceis ſeruatae, et caput, et veſicam, et ſtomachum infeſtant. Siſtunt *n.* tamen aluum, ſanguinem *o.* exſcreantibus vtiliſſimae. Quae *p.* vero in muſto fuere: peiorem vim etiamnum habent, quam quae in vinaceis. Sapa *q.* quoque ſtomacho inutiles facit. Salu-

1. *ſpiritu. Alii. quae melior ex Dioſc. V. 3. ἐμπνευματοῖ.* 2. *inflatione aluum turbant. Ch.* 3. *capitis. V.* 4. *lethargum. Ch.* 5. *vino et dulci. V.* 6. *a Ch.*

ſpiritus inflatione, aluumque turbant. Dioſc. V. 3. Ἡ δὲ πρόσφατος πᾶσα ἐκταράσσει κοιλίαν, καὶ ἐμπνευματοῖ στόμαχον. H.

h. Innocentiores) Dioſc. l. c. iiſdem verbis. H.

i. Nam) Dioſc. l. c. H.

k. Quae) Plin. XIV. 3. *Conduntur et muſto vuae, ipſaeque vino ſuo inebriantur*, etc. De reliquis vuarum condendarum modis dictum eſt abunde XV. 18. H.

l. In palea ſeruatae) Paleales vocat Aurelianus c. 21. Lib. III. chronion. Vide Columellam c. 23. L. XII. Vide ſupra cap. 1. L. XIV. et c. 17. L. XV. *Dal.*

In) Paleales idcirco appellatas a Caelio Aureliano meminimus. H.

m. Nam) Et has quidem veſicam, caputque tentare: ori tamen eſſe iucundas, Dioſc. ſcribit III. 3. Quid ſint vinacea diximus XIV. 3. H.

n. Siſtunt) Dioſc. l. c. H.

o. Sanguinem) Plin. Val. I. 64. et Dioſc l. c. H.

p. Quae) Dioſc. l. c. H.

q. Sapa) Dioſc. l. c. H.

Saluberrimas *r.* putant medici in caelesti aqua seruatas, etiamsi minime iucundas: sed voluptatem earum in *s.* stomachi ardore sentiri, et in [1] amaritudine iecoris, fellisque vomitione in choleris: [2] hydropicis, cum ardore febrium aegrotantibus. At *t.* in ollis seruatae, et os, et stomachum, et auiditatem excitant. Paulo tamen grauiores existimantur fieri *v.* vinaceorum halitu. Vuae *x.* florem in cibis si edere gallinacei, vuas non attingunt.)

VIII. Sarmenta earum, in quibus acini fuere adstringendi vim habent, efficaciora ex ollis.

IX. Nuclei *y.* acinorum eamdem vim obtinent. Hi sunt qui in vino [3] capitis dolorem faciunt. Tosti *z.* tritique stomacho vtiles sunt. Inspergitur *a.* farina eorum, polentae modo, potioni [4], dysentericis, et coeliacis, [5] et dissoluto stomacho.

1. *amaritudine oris fellisque. V.* 2. *hydrope. V.* 3. *capiti dol. faciant. Ch.* 4. *potioni, in dys. Dal. potionis et dys. Ch.* 5. *Sic et dissolutis Gr. et Al.*

r. Saluberrimas) Dioscor. l. c. H.

s. Stomachi ardore) Siticulosis, ardentibus, et longis febribus. *Dal.*

t. At) Diosc. l. c. et Galen de alim. fac. II. 9. p. 342. H.

v. Vinaceorum) Quibus scilicet vuae stipantur ollis inclusae. Supra XIV. 3. *Aliae in sua tantum continentur anima, ollis fictilibus, et insuper doliis inclusae, stipatae vinaceis circumsudantibus.* H.

x. Vuae) Simile illud est, quod superius attulit XIV. 18. de vitis labruscae acinis: *Vniuersi numquam maturescunt: et si prius quam tota maturescat vua, incocta detur gallinaceo generi, fastidium gignit vuas appetendi.* H.

y. Nuclei) Diosc. V. 3. Acini grana sunt vuarum: nuclei acinis, seu granis includuntur. H.

z. Tosti) Diosc. l. c. H.

a. Inspergitur) Dioscorid. Φρυγέντα δὲ, καὶ ἀντὶ ἀλφίτου ἐπιπασσόμενα λεῖα, ἁρμόζει

macho. Decocto etiam eorum fouere psoras et pruritum vtile est.

X. Vinacei per se minus capiti aut vesicae nocent, quam nulei: mammarum *b.* inflammationi triti cum sale vtiles. Decoctum *c.* eorum veteres dysentericos et *d.* coeliacos iuuat et potione, et fotu.

XI. Vua *e.* theriace, de qua suo loco diximus, contra serpentium ictus estur. Pampinos *f.* quoque eius edendos censent, imponendosque, vinumque et acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim [1] habent.

XII. Vua *g.* passa, quam astaphida vocant, stomachum, ventrem et *h.* [2] interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis

1. *habet. M. et Ch.* 2. *et int. Ch.*

μόζει δυσεντερικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς, καὶ τοῖς τὸν στόμαχον ἀναλελυμένοις. H.

b. Mammarum inflammationi, etc.) Duritiae et lactis plenitudini, τῇ σπαργώσει Diosc. *Dalec.*

Mammarum) Diosc. l. c. Τὸ δὲ στέμφυλον αὐτῶν ἀποτεθὲν, καταπλάττεται μεθ' ἁλῶν πρὸς φλεγμονὰς, καὶ σκληρίας, καὶ σπαργῶσιν μαστῶν. *Reconditi vinacei, inflammatis, praeduris, ac lacte turgentibus mammis cum sale imponuntur.* H.

c. Decoctum) Diosc. l. c. H.

d. Et coeliacos, etc.) Et feminas vteri fluxione vexatas Diosc. *Dal.*

e. Vua) De qua XIV. 22. Quae de hoc vuae genere Plinius refert, eadem totidem verbis auctor Geop. IV. 7. p. 107. H.

f. Pampinos) Nunc pampinos pro foliis accipit: nam Graecus auctor proxime laudatus habet, τὰ φύλλα τῆς ἀμπέλου λειούμενα, καὶ ἐπιτιθέμενα. H.

g. Vua) Haec totidem fere verbis Diosc. V. 4. vbi hanc vuam σταφίδα vocat, quam ceteri Attici ἀσταφίδα. Vide Lexicon Constantini. H.

h. Interanea tentaret) Ob dulcedinem, qua laxat, et mollit, obstructionesque parit. *Dal.*

iis *i.* exemptis veſicae vtilis habetur; [1] et *k.* tuſſi, alba vtilior. Vtilis *l.* et arteriae et renibus: ſicut ex his paſſum priuatim e ſerpentibus contra [2] haemorrhoida potens. Teſtium *m.* inflammationi cum farina cumini, aut [3] coriandri imponuntur: item *n.* carbunculis, [4] articulariis morbis, ſine nucleis tritae cum ruta: fouere ante vino hulcera oportet. [5] Sanant *o.* epinyctidas et ceria: dyſenteriam

Z 5

1. *ſed. Dal.* 2. *haemorrhoidam.* 3. *fabarum. Dioſc. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. articularibus Gr. et Al.* 5. *Sic ſanant et Dioſc. epinyctidas et dyſenteriam Gr. et Al.*

i. Iis) Dioſc. l. c. H.

k. Et) Dioſc. l. c. H.

l. Vtilis) Dioſc. l. c. H.

m. Teſtium) Dioſc. l. c. totidem fere verbis; ſed pro coriandri farina, fabarum lomentum adhibet. Idem tamen III. 71. cum vua paſſa coriandrum teſtium inflammationibus, carbunculiſque auxiliari prodidit. H.

n. Item) Dioſc. totidem verbis. H.

o. Sanant epinyctidas et dyſenteriam) Duo verba omiſſa ſunt ab incurioſo librario ex vetuſto codice. ea ſunt *et teria.* ſcribo autem non *teria*, ſed *ceria*, hoc eſt, fauos. Dioſcorides libro V. cap. de vuis: *In verrucarum genere quas epinyctidas, carbunculos, fauos, et articulorum exedentia vlcera*, etc. Pint.

Sanant epinyctidas et dyſenteriam) Voſſ. *epinyctidas et iberia et dyſenteriam.* Lege, *ceria*, κηρία. Lib. XX, c. 2. *Radix ſanat vlcera concreta in modum faui, quae ceria vocant.* Lib. XXIII. 7. *Iidem cum melle vlceribus, quae ceria vocant, illinuntur.* Et *rurſus*: *Quae molliſſima ſunt ex his, cum aceto vlcera manantia, epinyctidas, furfures ſanant. Cum melle foliis ceria ſanantur et canis morſus.* Sic enim MSS. Pſellus περὶ καινῶν ὀνομάτων ἐν νοσήμασιν. Κηρίον ὄγκος ἐπὶ τοῦ δέρματος ἔχων κατατρήσεις. Occupauit et hoc Pintianus Voſſian. Andeg. *epinctydas et ceteriam dyſſinteriam.* Gron.

Sanant) Vide N. et Em. N. V. (hic adi.) *Sanat*) Voculam hanc, *et ceria*, hoc eſt fauos, de quibus XX. 6. ad-

teriam cum ſuis nucleis. Et *p.* in oleo coctae gangraenis illinuntur cum cortice raphani et melle. Podagris *q.* et vnguinum mobilibus cum panace, et per ſe ad purgandum os caputque, cum pipere commanducantur.

XIII. Aſtaphis *r.* agria, ſiue ſtaphis, quam *s.* vuam taminiam aliqui vocant falſo: ſuum *t.* enim genus habet, cauliculis nigris, rectis, foliis labruſcae: fert folliculos verius, quam acinos, virides, ſimiles ciceri: in his nucleum triangulum. Matureſcit

6. addidimus admonitu codicum R. Colb. etc. in quibus *et ceteria*, et *teria* legitur: tum vero maxime Dioſcoride ipſo ſuffragante, cuius haec verba Plinianis plane paria ſunt V. 4. *ἐπινυκτίδας δὲ, καὶ ἄνθρακας, καὶ κηρία . . . χωρὶς γιγάρτων ἴᾶται λεῖα σὺν πηγάνῳ ἐπιτιθεμένη.* Quibus ille verbis monet ſine nucleis vuam paſſam his morborum generibus adhibendam: vti dyſenteriae contra paulo antea cum nucleis iuſſit edi: *καὶ δυσεντερίαν σὺν τοῖς γιγάρτοις, ἐσθιομένη καθ' ἑαυτήν.* Quae omnia noſtram emendationem egregie conſtabiliunt. H.

p. Et in) Et his quoque opitulari, ſcribit Dioſcorid. l. c. H.

q. Podagris) Haec verbis totidem Dioſc. l. c. H.

r. Aſtaphis) Corn. Celſus, tradit ea quae hic a Plinio reprehenduntur III. 21. *Vua taminia, quam σαφίδα ἀγρίαν Graeci nominant.* H.

s. Quam vuam taminiam aliqui) Feſtus, ridicula, niſi fallor, interpretatione, *vuam taminiam* exponit quae tam mira ſit, quam eſt minium. Tacite hic reprehenditur Celſus, qui taminiam vocauit Lib. III. c. de hydrope. *Dal.*

t. Suum) Suum enim σαφὶς ἀγρία genus habet diuerſum a taminia. Deſcribitur illud a Dioſc. IV. 156. Σταφὶς ἀγρία, φύλλα μὲν ἔχει ὥσπερ ἀμπέλȣ ἀγρίας ἐπισχισμένα, καυλία, ὀρθὰ, μέλανα. . . τὸν δὲ καρπὸν ἐν θυλακίοις χλωροῖς ὥσπερ ἐρεβίνθȣ, τρίγωνον, etc. Quae ſunt Plinianis prorſus gemina, pariaque. Pingitur a Dodonaeo p. 362. In officinis retinet nomen: Gallia pedicularem vocat, *l' Herbe aux poux.* Et vetus illa quidem appellatio eſt, Scribo-

turescit cum vindemia: nigrescitque: quum *v.* taminiae rubentes norimus acinos, sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis. His *x.* nucleis ad purgationem vti non censuerim, propter ancipitem strangulationem: nec *y.* ad pituitam oris [1] siccandam, [2] fauces enim laedunt. Phthiriasi *z.* caput et reliquum corpus liberant triti, facilius admixta sandaracha: item *a.* pruritu, et psoris. Ad *b.* dentium dolores decoquuntur in aceto, ad aurium vitia, rheumatismum *c.* cicatricum, [3] hulcerum manantia. Flos tritus in vino contra serpentes

1. *ciendam. V. citandam. Ch. vrunt. Diosc.* 2. *quae fauces laedunt.* 3. *hulcera. V.*

Scribonio quoque Largo agnita, Comp. 8. *Ad* capitis dolorem: Σταφίδος ἀγρίας, *quam herbam pediculariam, quod pediculos necat. quidam appellant.* H.

v. Cum taminiae, etc.) Eam Plinius innuit, quam siluestrem vitem Dioscorides vocat, et quae paulo post describitur, et ampelos agria nominatur, et quae Theophrasto athragena vocatur. *Dal.*

x. His) Diosc. iisdem verbis IV. 156. H.

y. Nec) Hoc est, trahendam, et exhauriendam. Nam Dioscoride teste, l. c. plurimam pituitam commanducata trahit: *διαμασσηθεῖσα δὲ, φλέγμα ἄγει πλεῖστον.* H.

z. Phtiriasi) Iisdem verbis Diosc. l. c. Et Theod. Prisc. I. 4. *de pediculosis: Staphidos agriae vnciis II. Sandaracae vncia vna, cum oleo et aceto, postquam contriueris, omne corpus perungendum est.* Atque inde sane pediculariae appellationem traxit. Nam φθεῖρες, Graecis pediculi sunt. H.

a. Item) Diosc. l. c. H.

b. Ad) Diosc. l. c. H.

c. Rheumatismum cicatricum) Apud Dioscorid. est, ἕλκα τε ῥευματιζόμενα στέλλει, καὶ ἄφθας τὰς ἐν στόματι θεραπεύει μετὰ μέλιτος. *Rheumatismum gingiuarum sistit, vlcera oris manantia cum melle sanat.* Sic Ruellius cum Plinio. Mallem vertere, *vlcera oris depascentia.* Deceptus est Plinius in vocibus ἕλη et ἕλκον. *Dal.*

Rheu-

ſerpentes bibitur: ſemen [1] enim abdicauerim, propter nimiam vim ardoris. Quidam *d.* eam [2] pituitariam vocant, et plagis ſerpentium vtique illinunt.

XIV. Labruſca *e.* quoque oenanthen fert, ſatis [3] dictam: quae a Graecis ampelos agria appellatur, ſpiſſis et candicantibus foliis, geniculata, rimoſo cortice: fert vuas rubentes cocci modo, quae *f.* cutem in facie mulierum purgant, [4] et varos *g.*: coxendicum et lumborum vitiis tuſae, cum foliis et ſucco proſunt. Radix decocta in aqua, pota

1. enim, in M d. lego, etiam. *2. pedicularem. V.* *3. dictam. Quae a V.* *4. Sic et V. et variis coxendicum . . . vitiis Gr. et Al.*

Rheumatiſmum) Quid rheumatiſmus cicatricum ſit, nec ſcio ego, nec quiſquam medicorum ſcit. Suſpicor vero apud ſcriptorem Graecum, a quo haec accepta, legiſſe Plinium, id quod apud Dioſcoridem hodieque exſtat IV. 156. ἕλκα τε ῥευματιζόμενα, hoc eſt, *gingiuarum fluxiones*, quas Graeci rheumatiſmos vocant: deceptam porro affinitate vocum οὔλας intellexiſſe, quae vox cicatrices ſonat. Niſi forte, vt diximus ſ. 4. humentia adhuc vulnera intelligit. H.

d. Quidam) Quod pituitam, vt dictum eſt, e capite eliciat: quod Galenus confirmat de fac. ſimpl. med. VI. 161. ἀποφλεγματίζει. H.

e. Labruſca) L. XII. 61. Sic quoque fere deſcribitur a Dioſc. IV. 185. Ἄμπελος ἀγρία κλήματα ἀνίησι μακρά, ὡς ἀμπέλου, ξυλώδη, τραχέα, φλοιοῤῥαγοῦντα . . . καρπὸν δὲ βοτρυδίοις μικροῖς ὅμοιον, πεπαινόμενον ἐρυθρόν. *Sarmenta vitis modo longa emittit, eaque lignoſa, aſpera, et rimoſa cortice . . . fructum exiguis vuis ſimilem, atque, vbi maturitatem eſt aſſequutus, rubentem.* Haec vitis ſilueſtris Dodonaei eſt, p. 396. vt diximus XXI. 50. H.

f. Quae) Maculas a ſole contractas, ceteraſque omnes, huiuſce vitis vua purgari, ſcribit Dioſcorid. c. l. H.

g. Et varos) Vide N. et Em. N. VI. (hic poſ.) *Et*) Sequuti

pota in vini Coi cyathis duobus, [1] humorem *h.* alui ciet: ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderim eſſe, quam vulgus vuam taminiam vocat. Vtuntur ea pro amuleto: et ad *i.* exſpuitionem [2] ſanguinis quoque adbibent, [3] non vltra garrizationes, et *k.* ne quid deuoretur, addito, ſale thymo, aceto mulſo. [4] Ideo et purgationibus ancipitem putant.

XV. Eſt *l.* huic ſimilis, ſed in ſalictis naſcens: ideo diſtinguitur nomine, quum eoſdem vſus habeat, et ſalicaſtrum vocatur. Scabiem *m.* et pruriginem hominum quadrupedumque aceto mulſo trita haec efficacius tollit.

XVI.

1. aquoſa purgat. Dioſc. *2. ſanis. V.* *3. et vltra ad garg. Dal.* 4. *Iidem. M. Eamdem. Alii.*

Sequuti ſumus fidem exemplarium MSS. R. Colb. etc. neglecta librorum, qui ſunt hactenus editi, ſcriptura, quae erat eiuſcemodi: *Et variis coxendicum et lumborum vitiis.* Dioſc. IV. 181. Ἀποκαθαίρουσι καὶ πάντα σπίλον, *omnem maculam in facie expurgant.* Eſt autem varus, vt alibi diximus, macula in facie. H.

h. Humorem) Aquas quae aluo continentur: ὑδατώδες καθαίρει, inquit Dioſcorid. l. c. δίδοται δὲ καὶ ὑδρωπικοῖς, *aquoſa purgat: ideo hydropicis datur.* Celſus item III. 21. quamquam is vuam taminiam, quam praeberi hydropicis praecipit; falſo, vt dictum eſt, σταφίδα ἀγρίαν vocat. H.

i. Ad exſpuitionem ſanguinis) Quum is craſſus, et viſcida pituita permixtus, faucibus adhaeret, et ſtrangulationis periculum adfert. *Dalecampius*

Ad) Contra exſcreationem ſanguinis. H.

k. Et ne) Ita vt ne quid ſorbeatur ex eo decocto, vel glutiatur. H.

l. Eſt huic ſimilis, ſed in ſalictis naſcens) Haec eſt glycypicron Dodonaei, et vt quidam volunt, melothron Theophraſti. Vide quod adnotatum eſt ad c. 7. Lib. XXVII. *Dal.*

m. Scabiem) Scrib. Larg. Comp.

XVI. Vitis *n.* alba est, quam Graeci ampeloleucen *o.*, alii [1] ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothrum, alii archezostin, alii *p.* cedrostin, alii madon appellant. Huius *q.* sarmenta longis et exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia *r.* pampinosa ad magnitudinem ederae, diuiduntur vt vitium. Radix alba, grandis, rephano similis initio: ex *s.* ea caules asparagi similitudine exeunt. [2] Hi decocti in cibo aluum et vrinam cient. Folia *t.* et caules exhulcerant corpus: vtique

1. *staphylen. Ch.* 2. *Idem cocti. Ch.*

Comp. 243. *Ad papulas in capite efferuescentes, vel qualibet parte corporis totius pruriginem, staphis agria trita, etc. Item alumen liquidum ex aceto, staphide agria adiecta,* etc. H.

n. Vitis) Ita Diosc. VI. 184. Ἄμπελος λευκή· οἱ δὲ ὀφιοςάφυλον, οἱ δὲ χελιδόνιον, ἢ μήλωθρον ἢ ψίλωθρον ἢ ἀρχέζωςιν, ἢ ἄγρωςιν, ἢ κέδρωςιν καλᾶσι. Habet eadem libelli eius auctor, qui Kiranidum Kirani falso inscribitur p. 13. Hipp. de fist. t. 6. p. 686. Τῆς ἀμπέλȣ τῆς ἀγρίης, ἣν ἔνιοι καλᾶσι ψιλώθριον. De causa huius appellationis dicemus XXXII. 24. A Dodonaeo pingitur p. 395. Visa a nobis in horto Regio: Gallis, *Coulevrée.* H.

o. Ampeloleucen) Ἄμπελον λευκὴν, a radicis colore. Ὀφιοςάφυλον, quasi anguina vua, quod in sepibus nascitur, in quibus angues plerumque latent, etc. H.

p. Alii cedrostin) Emendatior lectio, *alii Agrostin.* Dioscorid. Lib. IV. cap. de vite alba: *Sunt*, inquit, *qui psilothron, qui archezostin, vocent.* Pint.

q. Huius) Diosc. ll. cc. et auctor Kiranidum Kirani p. 14. H.

r. Folia) Folia pampinis seu clauiculis instructa tortilibus, similia ederaceis, satiuam vitem imitantur. Diosc. ll. cc. Ταύτης τὰ κλήματα, καὶ τὰ φύλλα, καὶ αἱ ἕλικες, ὅμοια τῇ ἡμέρῃ ἀμπέλῳ, etc. H.

s. Ex) Diosc. l. c. Ταύτης οἱ ἀσπάραγοι κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάςησιν ἐσθίονται, ȣ̉ρησιν καὶ κοιλίαν κινᾶντες. H.

t. Folia) Haec totidem verbis

que hulcerum phagedaenis et gangraenis, tibiarumque *v.* [1] taedio cum ſale illinuntur. [2] Semen *x.* in vua raris acinis dependet, ſucco *y.* rubente, poſtea croci. Nouere id qui coria perficiunt: illo enim vtuntur. Pſoris *z.* et lepris illinitur. Lactis *a.* abundantiam facit coctum cum tritico, potumque. Radix *b.* numeroſis vtilitatibus nobilis, contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia *c.* cutis in facie, varosque, et lentigines, et ſugillata emendat, et cicatrices. Eademque *d.* praeſtat decocta in [3] oleo. Decoctae *e.* datur et comitialibus potus: item *f.* mente commotis, [4] et vertigine laborantibus, drachmae pondere quotidie anno toto. Et ipſa autem largior

1. *putridis.* *Dioſc.* 2. *Fructum.* *Dal.* 3. *oleo.* *Datur et com. in potu.* *V.* 4. *aut.* *Ch.*

verbis Dioſc. l. c. et auctor proxime laudatus, p. 10. H.

v. *Tibiarumque*) Totidem putridis hulceribus, καὶ σαπρονκήμων ἑλκῶν, inquit Dioſc. ll. cc. H.

x. *Semen*) Dioſc. καρπὸν fructum dixit: quod Plinius, vt ei ſolenne eſt, ſemen tranſtulit. Καρπὸν δὲ, inquit ille, ἔχει βοτρυοειδῆ, πυῤῥὸν, ᾧ ψιλοῦται τὰ δέρματα. *Fructum gerit racemoſum, ruſum, quo coria depilantur.* Sic etiam auctor Kiranidum Kirani, p. 14. H.

y. *Succo rubente, poſtea croci*) Scribe, *ſucco rubente poſtea crocino*, ex antiquo exemplari. *Dal.*

z. *Pſoris*) Dioſcor. l. c. et auctor libri, cui titulus Kiranidum Kirani, p. 13. H.

a. *Lactis*) Auctores mox laudati iiſdem locis. H.

b. *Radix*) Totidem verbis Dioſc. l. c. et auctor modo laudatus, p. 13. H.

c. *Vitia*) Dioſc. ll. cc. et auctor proxime citatus p. 12. H.

d. *Eademque*) Dioſcorid. l. c. H.

e. *Decoctae*) Radicis videlicet: atque ita ſane Dioſc. l. c. et auctor Kiranidum Kirani, p. 13. *Ad epilepſiam,* inquit, *bibitum* ∠ *1. per annum quoque die cum oxymelle.* H.

f. *Item*) Dioſc. l. c. et auctor appellatus p. 13. H.

gior aliquanto *g.* ſenſus [1] purgat. Illa *h.* vis praeclara, quod oſſa infracta [2] extrahit in aqua, impoſita, vt bryonia: quare *i.* quidam hanc albam [3] bryoniam vocant. [4] Alia *k.* vero nigra efficacior in eodem vſu cum melle et thure. Suppurationes *l.* incipientes diſcutit, veteres maturat et purgat. Ciet *m.* menſes et vrinam. Ecligma *n.* ex ea fit ſuſpirioſis, et contra lateris dolores, vulſis, [5] ruptis. Splenem *o.* ternis obolis pota triginta diebus

1. *turbat. Ex Dioſc.* 2. *extrahit trita in aqua et impoſita. Dioſc.* 3. *et bryon. V.* 4. *Alba vero, etc. V. aliam vero nigram, efficaciorem in eodem vſu. Cum melle et thure ſuppurationes. V.* 5. *corruptis. Ch.*

g. Senſus) Vide N. et Em. N. VII. (hic conſp.) *Et*) Ni codicum manu exaratorum conſenſus obſtaret, qui hanc lectionem pertinaciter tuentur, ſcriberem intrepide *ſenſus turbat*: tum ita, vt quidem videtur, poſtulante ſententia: vt quum prius opitulari, mente commotis, et vertigine laborantibus dixerit, nunc largiorem vſum eius cauendum admoneat, ne ſenſum perturbet: tum vero Dioſcoride IV. 184. de bryonia ſimiliter tradente, ὑποταράττει δ' ἐνίοτε τὴν διάνοιαν. Et auctor libelli, qui Kiranidum Kirani falſo inſcribitur, p. 13. *Turbat autem ventrem, et ſenſum, et appoſita quoque ſecundinam educit, etc.* H.

h. Illa) Dioſc. l. c. Ἀνάγει δὲ καὶ ὀστᾶ λεῖα καταπλασσομένη. Sic etiam auctor Kiranidum Kirani, p. 9. ſq. H.

i. Quare) In quibus eſt Dioſc. IV. 184. et auctor Kiranidum Kirani p. 8. et 13. Galenus quoque de ſimpl. med. fac VI. 34. p. 155. H.

k. Alia) De qua ſect. ſq. H.

l. Suppurationes) Redit ad vitem albam, cuius dotes abſoluit. Inflammationes diſcutere, ac rumpere abſceſſus ſcribit. Dioſc. l. c. H.

m. Ciet) Dioſc. et Kir. auct. p. 13. H.

n. Ecligma) Dioſc. l. c. Ἐκλεικτὸν δὲ μετὰ μέλιτος δι' αὐτῆς, τοῖς πνιγομένοις, καὶ δυσπνοοῦσι, καὶ βήσσουσι, πλευρά τε ἀλγοῦσι, καὶ ῥήγμασι, καὶ σπάσμασι δίδοται. H.

diebus consumit. Illinitur *p.* eadem cum fico et pterygiis digitorum. Ex *q.* vino secundas feminarum apposita trahit: et *r.* pituitam, drachma pota in aqua [1] mulsa, succus radicis. Colligi debet ante maturitatem seminis: qui *s.* illitus per se et cum eruo, laetiore quodam colore et cutis teneritate mangonizat [2] corpora. Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugatque corpus, si statim bina stadia ambulentur: alias vrit, nisi [3] frigida abluatur. Iucundius hoc idem praestat nigra vitis: quoniam alba pruritum affert.

XVII. Est ergo *t.* et nigra, quam proprie bryoniam vocant, alii Chironiam, alii gynaecanthen,

1. *mulsa succus radicis. Colligi debet vere: qui, etc. Diosc.* 2. *sic ex MSS. H. et M. corpora, serpentes fugat. Tunditur Gr. et Al.* 3. *frigida statim abluatur. V.*

o. *Splenem*) Diosc. et Kiranidum auctor ll. cc. Apuleius quoque, c. 66. H.

p. *Illinitur*) Diosc. l. c. et Gal. de fac. simpl. med. VI. p. 155. H.

q. *Ex*) Diosc. l. c. Προστεθεῖσα ὑστέρᾳ, ἔμβρυα καὶ δεύτερα ἐπισπᾶται. *Apposita, siue in pesso subdita, partus et secundas morantes trahit.* Sic et Kiranidum auctor, p. 13. *H.*

r. *Et*) Diosc. l. c. Χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς ἔαρος· πίνεται δὲ σὺν μελικράτῳ ὁ χυλὸς . . . ἄγων φλέγμα. *Succus e radice vere exprimitur, qui ex aqua mulsa potus ... pituitam trahit.* H.

s. *Qui illitus per se et cum eruo, etc.*) Nostrum apographum. *qui illinitos per se et cum eruo, laetiore quodam colore et cutis teneritate mangonizat.* Nam verbum *corpora*, quod finit clausulam, non habetur in eodem. *Fint.*

Qui) Diosc. l. c. et auct. Kir. p. 12. H.

t. *Est*) De qua Diosc. IV. 185. Ἄμπελος μέλαινα, οἱ δὲ βρυωνία μέλαινα, οἱ δὲ Χειρώνειον ἄμπελον. Eadem ex Crateua refert Nicandri Schol. in Ther. p. 39. Colore tantum ab alba discre-

then, aut aproniam [1] ſimilem priori, praeterquam colore. Huius *v.* enim nigrum eſſe diximus. Aſparagos *x.* eius Diocles praetulit veris aſparagis in cibo, vrinae ciendae, lienique minuendo. In frutectis et [2] arundinetis maxime naſcitur. Radix *y.* foris nigra, intus buxeo colore, oſſa infracta vel *z.* [3] efficacius extrahit, quam ſupra dicta. Ceterum *a.* eidem peculiare eſt, quod iumentorum ceruicibus vnice medetur. Aiunt *b.* ſi quis [4] villam ea praecinxerit, fugere accipitres, tutaſque fieri villaticas *c.* alites. Eadem in iumento homineque, [5] flemina *d.*, aut ſanguinem, qui *e.* ſe ad talos deiecerit,

1. *ſimilis pr. praet. acini colore. Dal.* 2. *harundinetis Gr. et Al.* 3. *inefficacius. Dioſc.* 4. *in villa extruxerit M. villam ea cinxerit. Alii. ſi quis villam ea tinxerit Gr. et Al.* 5. *Phlegma Gr. et Al.*

diſcrepat: in Saxonia, Weſtphalia, Pomerania gignitur, vt Dodonaeus teſtatur, p. 395. H.

v. Huius) Sup. ſect. H.

x. Aſparagos) Et poſt Dioclem Dioſc. IV. 185. H.

y. Radix) Totidem verbis Dioſc. l. c. H.

z. Vel) At Dioſc. ἧττον μέντοι ἐνεργεῖ, *inefficacius prodeſt.* Dioſcoridem ſequitur Galen. de fac. ſimpl. med. VI. p. 155. H.

a. Ceterum) Dioſc. ll. cc. H.

b. Aiunt) Ita ſcripſimus ex veſtigiis veterum codicum, pro *tinxerit*, quod eſt inſulſum. H.

c. Villaticas) Gallinas videlicet: quibus praeterea vitis alba vtilis eſt contra pituitam, vt dictum eſt L. X. 78. H.

d. Flemina) Quid flemina ſint, ipſe verbis ſtatim ſubſequentibus aperit. Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Flem.*) Decurtatum hunc locum Barbarus, et conclamatum putauit. In libris vulgatis, *phlegma, aut ſanguinem, qui ſe ad talos deiecerit.* Vbi Dalecampius, *in podagra*, inquit, *et articulari morbo.* Egregium vero medicum, *Flemina*, non *phlegmata*, legi oportuit, ex MSS. R. Colb. aliſque: et quid eſſent flemina, tum ex Plinio, tum ex Feſto,

iecerit, circumligata sanat. Et hactenus de vitium generibus.

XVIII. Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter vtrumque: aliaque, ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum: cura *f.* differentias innumerabiles facit. In plenum ergo haec dixisse conueniat. Mustum *g.* omne stomacho inutile, venis iucundum. A *h.* balineis raptim et sine interspiratione potum, necat. Cantharidum *i.* naturae aduersatur. Item

Festo, Caproque, tum ex Plauto discere. Festus enim: *Flemina*, inquit, *dicuntur, quum ex labore viae sanguis defluit circa talos.* Et Caper Grammaticus, de orthogr. *Flemina est, vbi abundant crura sanguine. Flemina, quum in manibus vel in pedibus callosi sunt sulci.* Plaut. Epid. act. V. sc. 2. v. 5. *Dico ego tibi iam, vt scias, Alium tibi te comitem melius quaerere: ita, dum te sequor, Lassitudine inuaserunt misero in genua flemina.* Rursumque in Pseudolo act. 4. sc. 7. v. 92. et Poen. Act. 3. sc. 1. v. 67. Quin etiam, vel si plegma hoc loco Plinius, non *flemina* diceret, de alio morbo, quam de podagra, accipi hoc a Dalecampio oportuit: nempe pro eo quem alio nomine Latini boam vocauere, auctore Festo: *Boa*, inquit, *crurum tumor viae labore collectus appellatur*, vnde haec ipsa ei qui eo morbo tenetur, haec sit appellatio. Glossarium vetus, Βόα, ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων. H.

e. Qui se ad talos deiecerit) In podagra, et articulari morbo. *Dal.*

f. Cura) Ars, industriaque hominum. H.

g. Mustum) Vinum nouum: vnde musteum vocatur, quidquid nouellum, inquit Nonius. H.

h. A balineis) Diosc. in Alex. c. 34. Καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ποθὲν, ἢ ἄκρατος πολὺς, καὶ γλυκὺς οἶνος ποθεὶς, etc. *Aqua etiam frigida vnico haustu, ac sine interspiratione bibita, aut meracum vinum, passumue liberalius haustum, praesertim a balneo, aut cursu, et concitatiore quauis exercitatione, strangulatus ac dolores infert.* H.

i. Cantharidum) Aduersus

Item ferpentibus, maxime haemorrhoidi, et falamandrae. Capitis dolores facit, et gutturi inutile: prodeft renibus, iocineri, et interaneis vesicae: [1] collaeuat *k.* enim ea. Priuatim contra bupreftim valet. Contra *l.* meconium, lactis *m.* coagulationem, cicutam, toxica *n.*, dorycnium, ex oleo potum, redditumque vomitionibus. Ad omnia infirmius album, iucundius paffi *o.* muftum, et quod minorem capitis dolorem afferat.

XIX. Vini *p.* genera differentiafque perquam multas expofuimus, et fere cuiufque proprietates. [2] Neque vlla pars difficilior tractatu, aut numerofior: quippe quum fit tardum *q.* dictu, pluribus pro-

1. *colleuat Gr. et Al.* 2. *Neque eft vlla Gr. et Al.*

fus cantharidas vinum dulce liberalius hauriendum monet Diofc. in Alex. c. I. H.

k. Collaeuat) Laeuiorem facit vefìcam, et magis lubricam. Egimus de hac voce XVII. 35. Caue Stephano credas, qui *colleuare* putat hic effe ἐπικȣφίζειν, quum potius fit ἐπιλεαίνειν. H.

l. Contra) Scrib. Larg. comp. 180. *Ad opium, fiue meconium: Prodeft et vini cyathus, et paffi et olei cyathus ... Item vinum et acetum pari menfura datum ex aquamulfa cum rofa eius menfurae, ita vt ifta fubinde cogatur reiicere*, etc. Opium, fiue meconium, papaueris viridis fuccus eft. Potum facit capitis grauitatem, gelationem, et liuorem artuum ... Praeterea fpirationem impedit, mentem foporat, fenfufque abalienat, etc. Haec idem Largus, l. c. H.

m. Lactis) Lac potum, fi in ftomacho coagulatur, et congelatur, hominem praefocat. Vide Scrib. Larg. comp. 197. H.

n. Toxica) Toxicum genus eft veneni nobis haud fatis exploratum. De dorycnio diximus, XXI. 105. H.

o. Paffi) Vini dulcis muftum. H.

p. Vini) L. XIV. 8. 9. 10. H.

q. Tardum) Ita libri omnes. Forte, *arduum dictu*. H.

prosit an noceat: praeterea quam ancipiti euentu [1] potu statim auxilium fit, aut venenum? Etenim de natura [2] ad remedia tantum pertinente nunc loquimur. Vnum *r.* de dando eo volumen Asclepiades condidit, ab eo cognominatum: qui *s.* vero postea de volumine illo differuere, innumera. Nos ista Romana grauitate, artiumque liberalium appetentia, non vt medici, sed *t.* vt [3] iudices salutis humanae, diligenter distinguemus. De generibus singulis differere immensum et inexplicabile est, discordibus medicorum sententiis.

XX. Surrentinum veteres maxime probauere: sequens aetas Albanum aut Falernum. [4] Deinde alia alii iniquissimo genere decreti, quod cuique gratissimum, ceteris omnibus [5] pronuntiando. Quin *v.*, vt [6] constarent sententiae, quota portio

1. *potum.* *V.* 2. *quae ad rem. tam. pertinet.* *M.* 3. *indices.* *Ch.* 4. *et deinde.* *Ch.* 5. *praeferendo.* *V.* *praeponendo.* *Alii V.* 6. *constent.* *V.*

r. *Vnum de dando volumen Ascl. condidit, ab eo cognominatum)* Voss. *Vnum de dando eo volumen.* Deinde *cognominatis.* An legendum *cognominatus*? vt est in Andeg. et Menap. et Gud. qui etiam, *dando et volumen.* L. XXVI. 3. *ipse cognominari se frigida danda praeferens.* Vbi tamen optimus: *cognominaueri se.* Numquid, *ipse cognomen ab aegris frigida danda praeferens.* Sed ibi de aqua. hic de vino agitur. Idem codex: *qui postea vero.* Fortasse: *Vnum de dando eo volumen Asclepiades condidit. Ab eo cognominati qui postea fuere, de volumine illo differuere innumera.* Gron.

s. *Qui vero postea de volumine illo differuere)* In vetusto exempl. *qui vero post eum de volumine illo differuere, innumeri.* illud autem *volumine*, expositionis loco a lectore adiectum arbitror. Pint.

t. *Sed)* Codices aliqui MSS. *indices.* H.

v. *Quin-)* Quamuis constarent sententiae. H.

tamen mortalium [1] his generibus posset vti? Iam vero nec proceres [2] vsquam sinceris. Eo venere mores, vt *x.* nomina modo cellarum veneant, statimque in lacubus vindemiae adulterentur. Ergo hercle, mirum dictu, innocentius iam est quodcumque et ignobilius. Haec *y.* tamen facere constantissime videntur [3] victoriam, quorum *z.* mentionem fecimus. Si quis hoc quoque discrimen [4] exigit, Falernum nec in nouitate, nec in nimia vetustate corpori salubre est. Media eius aetas a quintodecimo anno incipit. [5] Hoc *a.* non rigido potu stomacho vtile, non item in calido. Et *b.* in

1. *his. Ch.* 2. *sic ex MSS. H. vnquam M. et Gr.* 3. *Sic ex MSS. H. victoriam, in Ch. d. videntur sententia victoriam Gr. et Al.* 4. *exigat. Gr. et Al.* 5. *Hoc non frigido stomacho potu inutile: non idem. M.*

x. Vt nomina modo cellarum vaeneant) Pendebat enim e doliis, vinariisque vasis tabula, in qua vini solum natale, et aetas scribebatur, ac quo tempore, quibusue consulibus esset conditum. Iuuenal. Satyr. 5. — *cuius patriam titulumque senectus Deleuit, multa veteris fuligine testa.* Brod. c. 3. L. I. *Dal.*

y. Haec tamen facere constantissime videntur sententiae victoriam) Vox vltima non est in Vossiano, vti nec in Chifletiano. Sed Vossianus etiam: *Hae tamen*, deinde, *discriminis exigit.* Scribe: *Hae tamen facere constantissime videntur sententiae, quarum* (de Surrentino, Albano, Falerno) *mentionem fecimus. Si quis hoc quoque discriminis exigit, Falernum nec in nouitate nec in nimia vetustate corpori salubre est,* etc. *Constantissime facere,* est constantiores, neque ita variae, esse. Nisi malis, *facile constantissime.* Alii scripti: *Haec tamen facere constantissime videntur victoriae.* Gron.

z. Quorum) Surrentinum, Albanum, Falernum. In quibus et aetatis differentia est. H.

a. Hoc) Non adeo frigido potu. H.

b. Et) Plin. Val. I. 58. iisdem fere verbis. H.

in diutina tuſſi ſorbetur merum vtiliter a ieiunis: item in quartanis. Nullo aeque venae excitantur. Aluum ſiſtit, corpus alit. Creditum *c.* eſt obſcuritatem viſus facere: [1] nec prodeſſe neruis, aut veſicae. Albana *d.* neruis vtiliora. Stomacho *e.* minus, quae ſunt dulcia: auſtera vel Falerno vtiliora. Concoctionem minus adiuuant: ſtomachum modice implent. At *f.* Surrentina nullo modo, [2] nec caput tentant: ſtomachi et inteſtinorum rheumatiſmos cohibent. [3] Caecuba iam non gignuntur.

XXI. At quae ſuperſunt Setina, cibos concoqui cogunt. Virium plus [4] Surrentina, auſteritatis Albana, vehementiae *g.* [5] minus Falerna habent. Ab his Statana non longo interuallo abfuerint. Aluo citae Signinum maxime conducere indubitatum eſt.

XXII. Reliqua in commune dicentur. Vino aluntur vires, ſanguis, coloſque hominum. Hoc quo-

1. *necnon. Ch.* 2. *nec, in V. d.* 3. *Caecubum iam non gignitur. Alii.* 4. *Sic ex MSS. H. Surrentino - - Albano . . Falerno Gr. et Al.* 5. *minus quam Falerno. V. minus Falerno habent. Ch.*

c. *Creditum*) Credidit Dioſc. V. 10. Κύϛει ἄθετος, καὶ ἀμβλυωποῦσι. H.

d. *Albana*) Dioſc. l. c. Ἀλβανὸς ... τοῦ νευρώδου ἧττον κακωτικός. H.

e. *Stomacho*) Stomacho minus vtilia ex Albanis, ea quae ſunt dulcia. Dioſc. l. c. Ὁ δὲ Ἀλβανὸς ... ἔγγλυκος, ἐμπνευματῶν ϛόμαχον ... παλαιωθεὶς δὲ οὗτος, αὐϛηρὸς γίνεται. H.

f. *At*) Dioſc. totidem verbis l. c. Ὁ δὲ Συρεντῖνος, αὐϛηρὸς ἱκανῶς ἐϛιν, ὅθεν ἐντέρων καὶ ϛομάχου ῥεῦμα ἵϛησι· κεφαλῆς τε ἧττον ἅπτεται. H.

g. *Vehementiae minus Falerno*) Chiſl. et Voſſiani duo, *Falerno habent.* Scribe: *Virium plus Surrentina, auſteritatis Albana, vehementiae minus Falerna habent.* Gron.

Aluo) Vide quae diximus in eam rem XIV. 8. H.

quoque distat orbis *h.* medius, et mitior plaga a [1] circumiectis: quantum illi feritas facit roboris, tantum nobis hic succus. [2] Lactis potus ossa alit, frugum neruos, [3] aquae carnes. Ideo minus ruboris est in corporibus illis, et minus roboris, contraque labores patientiae. Vino modico nerui iuuantur, copiosiore laeduntur: sic et oculi. Stomachus recreatur: [4] appetentia *i.* ciborum inuitatur: [5] tristitia et cura hebetatur: vrina et algor expellitur: somnus conciliatur. Praeterea vomitiones sistit: collectiones extra lanis humidis impositis mitigat. Asclepiades vtilitatem vini aequari vix Deorum [6] potentia pronuntiauit. Vetus copiosiore aqua miscetur, magisque vrinam expellit: minus siti resistit. Dulce minus inebriat, sed stomacho *k.* innatat: austerum facilius concoquitur. Leuissimum est, quod celerrime inueteratur. Minus *l.* infestat neruos, quod vetustate dulcescit. Stomacho *m.* minus vtile est pingue, nigrum *n.*, sed

1. *circumtectis.* Ch. 2. *lactus.* Ch. *fortassis, lacteus.* 3. *aqua.* Ch. 4. *et appet.* Ch. 5. *tristitiae cura.* V. 6. *potentia posse pron.* Gr. et Al.

h. Orbis) Zona, vt aiunt, temperata, torridam inter gelidamque media. H.

i. Appetentia) Martial. V. 79. *Post haec omnia forte si mouebit Bacchus, quam solet, esuritionem*, etc. H.

k. Stomacho) Stomachum inflare στομάχου πνευματωτικόν, dixit Diosc. V. 8. H.

l. Minus) Et renes. Diosc. V. 11. Οἱ μέν τοι παλαιοὶ, καὶ γλυκεῖς, πρὸς τὰ περὶ νέφρους ἐπιτηδειότεροι. H.

m. Stomacho) Quod pingue est, et idem nigrum, stomacho minus vtile est. Diosc. V. 11. Οἱ δὲ παχεῖς καὶ μέλανες κακοστόμαχοι, φυσσώδεις· σαρκὸς μέντοι γεννητικοί. H.

n. Nigrum) Quale melampsithium Diosc. vocat cap. 9. L. V. *Dal.*

ſed corpora magis alit. Tenue et auſterum minus alit, magis *o.* ſtomachum nutrit. Celerius *p.* per vrinam tranſit, [1] tantoque magis capita tentat: hoc et in omni alio ſucco ſemel dictum ſit. [2] Vinum *q.* ſi ſit fumo inueteratum, inſaluberrimum eſt. Mangones iſta in apothecis excogitauere. Iam et patres familias *r.* aetatem [3] addi his, quae per ſe cariem *s.* traxere. Quo certe vocabulo ſatis con-

Aa 5 ſilii

1. *tanto magis.* *Ch.* 2. *Vinum Situinum fumo.* *Ch.* *et in lemmate hic appoſito*, *De vino Situino med.* 3. *Sic ex MSS.* *H.* *addunt hic quae per ſe ca.* *tra·hunt.* *Ch.* *ademere his Gr. et Al.*

o. *Magis*) Et Celſ. II. 24. inter ea quae ſtomacho idonea ſunt, *vinum auſterum* annumerat, *licet iam aſperum ſit.* H.

p. *Celerius*) Haec pariter Dioſc. V. 9. 11. Idcirco fortaſſis hydropicis dari Celſus idem iubet, L. 21. *vinum auſterum*, *ſed quam tenuiſſimum.* H.

q. *Vinum ſi ſit fumo inueteratum*) Quod ſcribit Columella c. 6. L. I. Apothecae ſuperponuntur locis, vnde plerumque fumus exoritur, quoniam vina fumo celerius vetuſteſcunt, eius tenore praecocem maturitatem trahunt. Horat. *Hic dies anno redeunte feſtus Corticem aſtrictum pice dimouebit*, *Amphorae fumum bibere inſtitutae*, *Conſule Tullo.* Brod. c. 13. VIII. *Dal.*

Vinum) Dolia vel apothecas ipſas iis locis ſuperponebant, vnde fumum accipere, et vetuſtatem facilius citiusque mentiri vino poſſent. Hinc Venuſinus poeta III. Od. 8. laudat *Amphoram fumum bibere inſtitutam.* H.

r. *Aetatem*) Patres familias *etiam* excogitauere *quemadmodum* adderetur aetas iis, quae vetuſtatem per ſe *ſine fumo* acquirerent. Vide N. et Em. N. IX. (hic poſ.) *Iam*) Hoc eſt, ſine fumo. Ita legi oportere non modo codices R. Colb. Ch. ſuadent, ſed et ipſa loci ſententia, cuius acumen Dalecampium fugit. Contrario plane ſenſu in libris vulgatis hactenus legebatur, *aetatem ademere his.* H.

s. *Cariem*) Saporem, qui nimia vetuſtate contrahitur. *Dal.*

filii *t.* dedere prisci: [1] quoniam et in materiis cariem fumus erodit: at nos e diuerso fumi amaritudine vetustatem [2] indui persuasum habemus. Quae sunt admodum exalbida, haec vetustate [3] in salubria fiunt. Quo *v.* generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, et in amaritudinem corpori minime vtilem coit. Condire eo aliud minus annosum, insalubre est. [4] Sua *x.* cuique vino saliua innocentissima, sua cuique aetas gratissima, hoc est, media.

XXIII. Corpus *y.* augere volentibus, aut *z.* mollire aluum, conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus, aluumque *a.* cohibentibus, sitire in

1. *Ceterum in mat. V.* 2. *induci. V.* 3. *salubria. Gr. et Al.* 4. *Haec prima dimidiata clausula deest in Ch.*

t. Consilii dedere prisci) Non esse vina ad extremam senectutem recondenda, quae cariosa est. *Dal.*

Satis) Non esse a fumo, sed ab ipsa vini indole, cariem vetustatis exspectandam. H.

v. Quo) Vide quae in eam sententiam diximus, XIV. 6. H.

x. Sua cuique vino saliua) Suus humor, si dolia implenda sunt, quum vinum deferbuerit. *Dal.*

Sua) Suus cuique vino natiuus sapor, *sine vlla conditura*, saluberrimus est. Hoc est, suus naturalis sapor, sine vllo condimento. Hoc enim vocabulo illud expressit, quod prolixius Colum. XII. 19. cui titulus est, *de pluribus generibus conditurarum, quibus vinum confirmatur: Quaecumque vini nota*, inquit, *sine condimento valet perennari, optimam esse eam censemus: nec omnino quidquam permiscendum, quo naturalis sapor eius infuscetur.* Saliuam pro gustu, seu sapore, alii dixere. Pers. Sat. VI. 24. *Turdorum nosse saliuam* Prop. IV. el. 9. *Et Methymnaei Graeca saliua meri.* Hoc est, vini Graeci sapor. H.

y. Corpus augere volentibus) Non sitire, et cibos modice proluere, optimum praeceptum. Diosc. *Dal.*

z. Aut) Galen. Comm. 4. aph. 83. T. IX. H.

a. Aluumque) Galen. l. c. H.

in edendo, postea parum bibere. Vinum *b.* ieiunos bibere, nouitio inuento, [1] inutilissimum *c.* est curis *d.*, vigoremque animi, ad *e.* procinctum tenden-

1. *inutilissimum est. Curas vigoremque animi impendit, ad proc. Gr. et Al.*

b. Vinum) Vide N. et Em. N. X. (hic adi.) *Vinum*) Hunc locum summa fide repraesentamus totidem apicibus ac syllabis, quot in codd. R. et Colb. vidimus: serie ipsa orationis ita legi postulante. Corruperant mirum in modum interpolatores, hoc modo: *inutilissimum est. Curas vigoremque animi impedit ad procinctum*, etc. Ceterum hunc morem carpit auctor, inuentumque nouitium, quod superius attigit XIV. 28. *Tiberio Claudio Principe ante hos annos XL. institutum, vt ieiuni biberent, potusque vini antecederet cibos*, etc. Extremo Tiberii anno id excogitatum indicat. De hoc Tiberiani aeui, consequentiumque temporum more, Plutarch. Symp. VIII. qu. 9. p. 734. Μέγα δὲ καὶ τῶν καλουμένων προπομάτων· οὐδὲ γὰρ ὕδωρ οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐντραγεῖν ἔπινον· οἱ δὲ νῦν ἄσιτοι προμεθυσθέντες ἅπτονται τῆς τροφῆς διαβρόχῳ τῷ σώματι καὶ ζέοντι, λεπτὰ καὶ τομὰ καὶ ὀξέα προσφέροντες, ὑπέκκαυμα τῆς ὀρέξεως etc. *Magnum etiam illud de praebibitionibus, quas vocant propomata. Nam antiqui ne aquam quidem biberunt ante quam edissent: nunc ante cibum vino oppleti, humectato ac feruescente corpore cibum aggrediuntur, tenuia et acuta et vi incidendi praedita ad appetitum excitandum ingerentes*, etc. Et hanc consuetudinem Iuuenalis attigit Sat. 6. v. 423. *Tandem illa venit rubicundula, totum Oenophorum sitiens, plena quod tenditur vrna, Admotum pedibus: de quo sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim.* Quandoque pro vino mulsum ante cibos pariter praesumebant, teste Horatio, II. Sat. IV. v. 25. *Vacuis committere venis Nil nisi lene decet: leni praecordia mulso Prolueris melius. H.*

c. Inutilissimum est) Galenus comment aphor. 28. L. VI. *Dal.*

d. Curas vigoremque animi impedit) Verbum *impedit* neque in Acad. neque in Voss. conspicuum. Nam in Gud.

dentibus: somno *f.* [1] vero ac securitutibus iamdudum hoc [2] fuit, quod Homerica *g.* illa Helena ante cibum ministrauit. Sic quoque in prouerbium cessit, sapientiam *h.* vino obumbrari. Vino *i.* [3] debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibimus. Aquae *k.* potum interponere vti-

1. vero accommodatum ac securitati. Iamdudum. Erasmus. 2. *profuit. V.* 3. *demus. Ch.*

Gud. et Voss. duobus rursus hic lacuna a verbis, *Reliqua in commune dicentur*, vsque ad *Plurimum saetu medetur. prodest · erudines. item lepris.* Sic enim And. At Menap. et Gud. *Plurimum fotu medetur. Prodest contra erudines. item lep.* Nempe reliquerat Plinius: *Vinum ieiunos bibere inutilissimum est curas vigoremque animi ad procinctum intendentibus. Ad procinctum*, id est, ad serias res agendas. *Gron.*

e. Ad) Ad bellicam expeditionem, siue potius ad serias res agendas, animum intendentibus. H.

f. Somno) Ad somnum, inquit, conciliandum, abigendasque curas, iamdudum in vsu vinum fuit. Adhibuit enim Helena etc. H.

g. Homerica) Odyss. δ'. v. 19. Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησ' Ἑλένη Διὸς ἐκ γεγαυῖα. Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθεν ἀπάντων. H.

h. Sapientiam vino obumbrari) Eo pertinent Graecorum illae sententiae: οἶνον ἐκ ἔχειν πηδάλια, κάτοπτρον εἴδες χαλκός ἐς', οἶνος δὲ νᾶ. Ac rursum hoc Xenophontis in Symposio: τὸν οἶνον κατὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν ψυχὰς, ὥσπερ μανδραγόραν, τὰς λύπας κοιμίζειν. τὰς δὲ φιλοφροσύνας ἐγείρειν, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα. Lepide hoc Aristophanes, τὸ δὲ ζῆν, εἰπέ μοι, τί ἐςι; B. τὸ πίνειν, φημ' ἐγώ. Idem et perquam venuste, vinum ἀφροδίτης εἶναι γάλα scribit. Rhod. cap. et L. XXVIII. *Dal.*

Sapientiam) Et est in Prouerbiis Ecclesiasticis, duo esse quae sapientem etiam virum a mente deiiciant, vinum et mulieres, Eccl. XIX. 2. H.

i. Vino) In MSS. R. Colb. Ch. *Vino damus.* H.

k. Aquae) Vsus hac voce Mar-

vtilissimum; Itemque *l.* [1] iugi superbibere. Ebrietatem *m.* quidem frigidae potus extemplo discutit.

Me-

1. *Sic ex MSS. H. iugiter. V. iuge superbibere. Ebrietatem quidem frigidae. Ch. iugi superbibere ebrietati; quam quidem Gr. et Al.*

Martial. I. Ep. 107. *Interponis aquam subinde, Rufe: Et si cogeris a sodale, raram Diluti bibis vnciam Falerni.* Et Sueton. in Vesp. *Inediam vnius diei per singulos menses interponebat.* H.

l. Itemque iugi superbibere ebrietati, quam quidem, etc.) Scribendum reor: *interque iungere, ac superbibere. vt* haec verba ad praecedentia pertineant. deinde sequatur aliud caesum, *Ebrietatem quidem frigidae potus extemplo discutit.* Sic enim praefert antiquum exemplar. *Pint.*

Itemque iugi superbibere ebrietati quam quidem) Vt Chiflet. et Acad. atque Voss. *ebrietatem quidem,* sine τῷ *quam.* Nec secus Pintiani exemplar: vnde ille, *interque iungere ac superbibere. Ebrietatem quidem.* Scribe: *Aquae potum interponere vtilissimum: itemque iugem superbibere. Ebrietatem quidem frigidae potus extemplo discutit. Interponere,* vt Celso L. III. 6. *Poterit semel aut bis interponi Graecum:* et eidem L. IV. 5. *Interponenda abstinentia est.* Martialis I, 107. *Interponis aquam subinde, Rufe.* Suetonius Vespas. 20. *inediamque vnius diei per singulos menses interponeret. Iugem superbibere,* intellige, aquam, quoties bibas, superfusam vino bibere. Vt apud Iustinum 12. *in aqua frigida, quam praegustatae iam potioni supermiserunt.* Gron.

Itemque) Forte *e iugi,* aqua videlicet, quam post compotationem superbibere vtilissimum sit: quoniam, vt statim subiungitur, ebrietatem frigidae potus discutit. Vide N. et Em. N. XI. (hic pos.) *Itemque*) Ita libri omnet MSS. R. Colb. Ch. non vti correctorum vitio vulgati prae se ferunt libri, obscura plane sententia: *Itemque iugi superbibere ebrietati: quam quidem* etc. Vini perpotationi aquam superbibere vtilissimum pariter censet Diosc. V. 11. Δεῖ μέντοι γε μετὰ τὴν οἴνωσιν ὕδωρ πίνειν, quoniam temulentiam discutit. Ne caput vina tentent, aquam superbibere et Galenus iubet, Com. 3. de vict. rat. in morb. ac. H.

m. Ebrietatem) Hanc quidem

Meracis *n.* potionibus per viginti dies ante canis ortum, totidemque *o.* poſtea ſuadet Heſiodus *p.* vti. Merum *q.* quidem remedio eſt contra cicutas, coriandrum, aconita, viſcum, meconium, argentum viuum, apes, veſpas, crabrones, phalangia, ſerpentium ſcorpionumque ictus, contraque omnia quae *r.* refrigerando [1] nocent. Priuatim contra haemorrhoidas, preſteras, fungos. Item *s.* contra inflationes roſioneſque praecordiorum,

1. *necant. Dioſc.*

dem ſententiam memorabili exemplo Celſus confirmat, in praefatione operis ſui: *Ingenioſiſſimus*, inquit, *ſaeculi noſtri medicus, quem nuper vidimus Caſſius, febricitanti cuidam, et magna ſiti affecto, quum poſt ebrietatem eum premi cepiſſe cognoſceret, aquam frigidam ingeſſit: qua ille epota, quum vini vim miſcendo fregiſſet, protinus febrem ſomno et ſudore diſcuſſit.* H.

n. Meracis) Meracum a mero diſtat omnino, quod merum ſit, cui nihil: meracum, cui aquae parum admixtum ſit. Tamen meracius bibere dicuntur ii, qui vinum aqua minus diluunt. Celſ. I. 3. *cibum modicum, potiones meracas.* Et infra: *Vinum dilutius pueris, ſenibus meracius.* Iterumque: *Hieme plus eſſe conuenit; minus, ſed meracius bibere.* H.

o. Totidemque poſtea) Exoriente ſidere id a ſe fieri gloriatur Anacreon. *Dal.*

p. Heſiodus) Is quum ardet Sirius, tribus aquae portionibus quartam vini dilutam bibi iubet, Ἔργων, v. 594. Ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα Σείριος ἄζει, Τρὶς δ' ὕδατος προχέειν. τὸ δὲ τέταρτον ἱέμεν οἴνου. H.

q. Merum) Totidem verbis haec Dioſc. V. 11. Quin et canum morſus multo meracoque vino epoto ſanari quidam cenſuere, teſte Celſo V. 27. H.

r. Refrigerando) Dioſc. l. c. *refrigerando necant*: ὅσα πλήξαντα ἢ δάκνοντα, κατὰ ψύξιν ἀναιρεῖ. Nempe, vt Celſus ait V. 27. *Neceſſarium eſt exſorbere potionem meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud, quo calor mouendus eſt ... Nam maxima pars venenorum frigore interimit.* H.

s. Item) Dioſc. ad verbum

rum, et quorum ſtomachus in vomitiones effunditur: et ſi venter aut interanea rheumatiſmum ſentiant. Dyſentericis *t.*, ſudatoribus, [1] in longa tuſſi, in epiphoris, meracum. *v.* At vero cardiacis, in mamma laeua merum in ſpongia imponi prodeſt. Ad omnia autem maxime album [2] inueteraſcens. *x.* Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas *y.* [3] iumentis: quo *z.* etiam infuſo cornu laſſitudinem auferri aiunt. Simias, quadrupedeſque, quibus digiti ſunt, negant creſcere aſſuetas meri [4] potu.

XXIV. Nunc circa aegritudines ſermo de vinis erit. Saluberrimum liberaliter *a.* genitis, Campaniae quodcumque tenuiſſimum: vulgo vero, quod quemque maxime [5] iuuerit validum. *b.* Vtiliſſimum omnibus ſacco *c.* viribus fractis. Meminerimus

1. *e longa. Ch.* 2. *inueterescens. Ch.* 3. *iumentis infuſa cornu laſſitudinem auferunt. Ch.* 4. *potui. V.* 5. *iuuerit. Validum vtiliſſimum omnibus. V.*

bum l. c. Priuatim contra cicutam, Scrib. Larg. comp. 179. vinum meracum quamplurimum caldum commendat. Contra coriandrum, comp. 185. *Coriandrum ... facit raucitatem, et mentem mouet. Adiuuari autem debent, qui biberunt, ex vino mero, atque plurimo,* etc. H.

t. Dyſentericis) Dioſc. l. c. Καὶ ἐφιδρῶσι, καὶ διαφορουμένοις ἁρμόζουσι, μάλιστα δὲ οἱ λευκοὶ (οἶνοι) καὶ παλαιοὶ, καὶ εὐώδεις. H.

v. Meracum) Parum dilutum. Prorſus meracum in iis aegritudinum generibus noxium fuerit. *Dal.*

x. Inueteraſcens) MSS. R. Colb. Chiffl. *inueterescens.* H.

y. Virilitas) Genitalia. H.

z. Quo) In os. Vide quae diximus XIV. 28. H.

a. Liberaliter genitis) Bona corporis natura praeditis. *Dal.*

Liberaliter) E liberaliori familia genitis, liberaliter educatis, ἐλευθέρως τεθραμμένοις. H.

b. Validum) Dum is integra valetudine eſt. H.

c. Sacco viribus fractis) Sac-

nerimus succum esse, qui feruendo vires [1] e musto sibi fecerit. Misceri plura genera, omnibus inutile. Saluberrimum *d.*, cui *e.* nihil in musta additum est: meliusque, si *f.* nec vasis pix affuit. Marmore *g.* enim et gypso aut calce condita, quis *h.* non etiam validus expauerit? In *i.* primis igitur vinum marina aqua [2] factum, inutile est stomacho, ner-

1. *in musto sibi facit.* V. 2. *fractum.* V.

Saccabant olim vinum, quum mustum, priusquam ferbuisset, per saccum toties colabant, vt defecaretur. Sic adempta faece, quae vini vim alit et auget, vinum lenius et imbecillius bibebatur. Faecis vini etiam necantem vim auctor describit sequenti capite. Vide cap. 19. L. XX. et 2. XXIX. *Dal.*

Sacco) Vt sacco vino vires frangerent, diximus XIV. 28. H.

d. Saluberrimum, cui nihil in musto additum est) Voss. *in musta.* cap. 7. *Dentium quoque dolor hic succus adpositus in lana prodest aut in cauis eorum additus.* Voss. *caueorum.* Scribe, *in caua eorum.* quod iam ex aliis libris notarunt. cap. 8. *additis in singulis sextariis aquae.* Ex veteri proferunt, *in singulas singulis.* Scribe: *additis in singulas sextariis aquae.* L. XXVII. 12. *Ex hac in tres modios saliuati additur, quantum in vnam sagittam addi solet.* eiusdem c. 12. *Additur in antidota.* Sic vtrobique Vossianus. *Gron.*

e. Cui) Non pix, non resina, non marina aqua. Quae condiendi causa in musta adderent primo feruore, dictum est XIV. 25. In eam rem egregie Colum. XII. 19. p. 429. *Quaecumque vini nota sine condimento valet perennari, optimam eam esse censemus*, etc. H.

f. Si) Vino condendo dolia picabantur, vt diximus XIV. 25. H.

g. Marmore) Vide quae dicta sunt XIV. 24. H.

h. Quis non etiam validus expauerit) Voss. *non sit validus.* Lege: *quis non et validus expauerit?* Gron.

i. In) Admixta marina aqua, vt dictum fusius est, XIV. 10. 19. Quam varie marina aqua vina factitentur, docet Diosc. V. 27. Οἱ δὲ διὰ θαλάττης οἶνοι ποικίλως σκευάζονται. Et mox: Κακοστόμαχοι μέν τοι

neruis, veſicae. Reſina *k.* condita, frigidis ſtomachis vtilia [1] exiſtimantur. Non *l.* expedire [2] vomitionibus, ſicut neque muſtum, neque [3] ſapa, neque paſſum. Nouitium reſinatum nulli conducit. Capitis *m.* dolorem et vertigines facit: ab *n.* hoc dicta crapula *o.* eſt. Tuſſientibus *p.* et in rheumatiſmo [4] nominata proſunt. Item coeliacis et dyſentericis, mulierum menſibus. In *q.* hoc genere rubrum nigrumue magis conſtringit, magiſque calfacit. Innocentius pice ſola conditum. Sed et picem meminiſſe debemus non aliud eſſe, quam

1. *exiſtimantur, ſed non.* V. 2. *Sic ex MSS.* H. *et Cb. vomitoribus Gr. et Al.* 3. *ſapam.* V. 4. *reſinata. Dioſc.*

τοι καὶ οὗτοι, etc. Sane omnia ſalſa aliena ſtomacho eſſe Celſus edocet II. 25. H.

k. *Reſina*) Dioſc. V. 9. Οἱ δὲ πίσσαν ἢ ῥητίνην πιτυΐνην ἔχοντες, θερμαντικοὶ καὶ πεπτικοί. *Picata vina aut reſinata excalfaciunt, et concoctionem adiuuant.* Et Celſus inter eas res quae ſunt ſtomacho idoneae, vinum reſinatum annumerat, II. 24. IV. 5. H.

l. Non) Dioſc. l. c. Ἄθετοι δὲ τοῖς ἐμετικοῖς. H.

m. Capitis) Dioſc. V. 43. de vino reſinato: Κεφαλαλγὴς καὶ σκοτωματικός. H.

n. Ab hoc) Inde, inquit, et reſinae flori, quo muſta condiuntur, crapula nomen eſt, vt diximus XIV. 25. et ebrietati, quam vina reſinata faciunt, vt Latinum crapula, ita κραιπάλη, Graecum eſt, ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν, quaſi caput vibret. H.

o. Crapula eſt) Κραιπάλη Graecis. Vini condimentum ſic dictum, quod κραιπάλην, id eſt, capitis grauitatem affert: ſit e reſinae crudo flore. *Dal.*

p. Tuſſientibus) Reſina condita, muſtum ſapa, paſſum. De reſinato, in primis Dioſc. l. c. Καταῤῥοιζομένοις, καὶ βήσσουσι ἁρμόζοντες· κοιλιακοῖς, δυσεντερικοῖς, ὑδρωπικοῖς, καὶ ῥοικαῖς γυναιξί. H.

q. In) Dioſc. V. 43. H.

quam *r.* combuſtae reſinae fluxum. Hoc *s.* genus vini excalfacit, concoquit, purgat: pectori, ventri vtile: item vuluarum dolori, ſi ſine febre ſint, veteri *t.* rheumatiſmo, *v.* exhulcerationi, ruptis, conuulſis, vomicis, neruorum infirmitati, inflationibus, tuſſi, anhelationidus, luxatis, in ſuccida lana impoſitum. Ad omnia haec vtilius id, quod ſponte naturae ſuae [1] picem reſipit, picatumque *x.* appellatur. Heluenaco *y.* quoque tamen nimio caput tentari conuenit. Quod ad febrium valetudines attinet, certum eſt non dandum in [2] febre, niſi veteribus *z.* aegris; [3] nec niſi declinante morbo. In acutis vero periculis, nullis niſi qui manifeſtas remiſſiones habeant, et has noctu potius: dimidia

1. *piceum.* Ch. 2. *febri.* Ch. 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. veteribus aegris; vinum nec Gr. et Al.*

r. Combuſtae) Igne expreſſae reſinae fluxum: vt diximus L. XIV. initio ſ. 25. H.

s. Hoc) Et has vini picati dotes Dioſcorides quoque refert, l. c. totidem fere verbis. H.

t. Veteri) Χρονίοις ῥεύμασι, καὶ ἑλκώσεσι ταῖς ἐν βάθει. *Vetuſtis fluxionibus, et exhulcerationibus profundis.* Ῥευματισμὸς fluxus eſt mali ac noxii humoris. H.

v. Exhulcerationi) Profundarum, et abditarum partium. Dioſc. *Dal.*

x. Picatumque) Celſus Allobrogicum vocat cap. 5. L. IV. *Dal.*

Picatumque) Egimus de eo XIV. 3. Allobrogicum appellat, et eodem libro ſ. 4. Plinius, et ſimiliter Celſus IV. 5. atque in reſolutione ſtomachi hoc vini genus in primis commendat. H.

y. Heluenaco) *Heluico.* Vitis agri Viennenſis, quae vinum praebet ſponte naturae picem olens, generibus Aruerno, Sequano, Heluico conſtabat. c. I. L. XIV. *Dal.*

z. Veteribus aegris) Vel aetate ſenibus, vel inueterato morbo. *Dal.*

midia *a.* enim pars periculi [1] est noctu, hoc est, spe somni, bibentibus: nec a partu abortuue, nec *b.* a libidine aegrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorum accessiones cum frigore extremitatum fiant, nec in febri tussientibus, nec [2] in *c.* tremore neruorumque doloribus, vel faucium, aut si vis morbi circa [3] illa intelligatur: nec in duritia praecordiorum, venarum *d.* vehementia: neque in opisthotono, tetano *e.*: nec singultientibus *f.*, nec si cum [4] febre dyspnoea *g.* sit. Minime vero ocu-

Bb 2 lis

1. *abest.* V. Cb. 2. *in tremore neruorum vel doloribus.* 3. *ilia.* V 4. *febri.* Cb.

a. Dimidia enim pars periculi) Leuius, ac minus periculum est, quum remissa febre alliciendi somni caussa bibitur. *Dal.*

Dimidia) Dimidio leuius periculum est. H.

b. A libidine aegrotantibus) Vinum enim debilitatos iam immodica Venere neruos grauius offendit. *Dal.*

c. In tremore neruorumque) Vt nec caduco morbo, licet vtraque aegritudo frigida sit. *Dal.*

d. Venarum vehementia) Lego, *Vrinarum:* si *venarum* legas, intellige vehementem, magnum, et concitatum pulsum. *Dal.*

Venarum) Concitatiore venarum pulsu. H.

e. Tetano) Cels. II. 1. *Frigus modo neruorum distentionem, modo rigorem infert: illud* σπασμὸς, *hoc* τέτανος *Graece nominatur.* Et L. IV. c. 3. statim initio: *Neque alius importunior, acutiorque morbus est, quam is qui quodam rigore neruorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit, modo rectam et immobilem ceruicem intendit. Priorem Graeci* ὀπισθότονον, *insequentem* ἐμπροσθότονον, *vltimum* τέτανον *appellant: quamuis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus vtuntur.* Tetanum praeterea accurate Hippocrates explicat de morbis III. 13. p. 104. H.

f. Singultientibus) Ab acri humore stomachum lancinante. *Dal.*

g. Dyspnoea) Difficultas spirandi. Cels. IV. 4. *Est etiam circa fauces malum, quod apud Graecos aliud atque aliud nomen habet, prout se*

lis rigentibus, et *h.* genis ſtantibus, aut defectis grauibuſque: nec quorum conniuentium perlucebunt *i.* oculi, [1] palpebriſue non coëuntibus, vel ſi dormientibus hoc idem [2] eueniet: aut ſi cruore ſuffunduntur oculi, vel *k.* ſi lemae in oculis erunt. Minime lingua fungoſa, [3] nec graui, et ſubinde imperfecta loquentibus: nec ſi vrina difficile reddetur, neque expaueſcentibus repente, nec ſpaſticis, aut rurſus torpentibus, nec ſi per ſomnos genitura [4] effundatur.

XXV. Cardiacorum *l.* morbo vnicam ſpem [5] in vino eſſe certum eſt. Sed id dandum quidam non niſi in acceſſione cenſent, [6] alii non niſi in remiſſione.

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. oculi, neu palpebris non Gr. et Al.* 2. *euenit. Ch.* 3. *vel. V.* 4. *effunditur. Gr.* 5. *hanc vino. Ch.* 6. *alii in remiſ. Ch.*

ſe intendit. Omne in difficultate ſpirandi conſiſtit. Sed haec, dum modica eſt, neque ex toto ſtrangulat, δύσπνοια *appellatur. Quum vehementior eſt, vt ſpirare aeger ſine ſono et anhelatione non poſſit,* ἆσθμα. *Quum acceſſit id quoque, ne niſi recta ceruice ſpiritus trahatur,* ὀρθόπνοια. H.

h. Et) Rigentibus palpebris, quae non mouentur. Rigentes Caio Germanico Caeſari Aug. oculos fuiſſe diximus XI. 54. Genas pro palpebris dici Plinio ſolemne ac familiare eſſe, eodem libro ſ. 56. ſq. H.

i. Perlucebunt oculi) Aut ſcintillis micabunt, aut rubore nitebunt. *Dal.*

Perlucebunt) Micantibus ſcintillis. Alias *vinum optimum vetus in nocte adhibitum, oculorum aciem reformare*, auctor eſt Theod. Priſc. I. 10. H.

k. Vel) Λήμη Graecis humor eſt in oculis concretus, vnde lippitudo naſcitur. Heſychius: Λῆμαι, αἱ περὶ τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν πεπηγυῖαι συστάσεις, ἐκρέουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι. H.

l. Cardiacorum) Seneca ep. 15. p. 192. *Bibere et ſudare, vita cardiaci eſt.* Cardiaci nempe ex virium imbecil-

missione. Illi, vt sudorem coërceant: hi, quia tutius putant, minuente se morbo: quam plurium sententiam esse video. Dari *m.* vtique non nisi in cibo debet, nec *n.* a somno: nec praecedente alio potu, hoc est, [1] vtique sitienti: nec nisi in desperatione [2] suprema: et viro facilius quam feminae: seni, quam iuueni: iuueni, quam puero: hieme, quam aestate: assuetis potius, quam expertibus. Modus dandi pro vehementia vini: item [3] mixtura. Atque vulgo satis putant vnum vini cyathum duobus aquae misceri. Si *o.* dissolutio sit stomachi, [4] dandum: [5] et si cibus non descendat.

XXVI. Inter *p.* vini genera, quae fingi do-

 cuimus,

1. *vtique nisi sitienti.* *Dal.* 2. *summa.* *V.* 3. *mistura aquae.* *Vulgo.* *V.* 4. *largius dandum.* *V.* 5. *et,* *in Cb. d.*

becillitate, immodico sudore diffluunt, et crebro vini potu fouentur. Huc et Iuuenalis allusit, Sat. 5. v. 32. *Cardiaco cyathum numquam mixturus amico.* H.

m. Dari) Celsus III. 19. *Cardiaci morbi curatio ... Tertium auxilium est, imbecillitati iacentis vino ciboque succurrere ... Nisi autem necesse est, ad vinum festinare non oportet. Si verendum est, ne deficiat, tum et intrita ex hoc: et hoc ipsum austerum quidem, sed tamen tenue, meracum.* H.

n. Nec a somno) Ne calfacta somno viscera vino etiamnum magis incalescant. *Dal.*

o. Si) Ex Celso, l. c. *Quod si stomachus resolutus parum continet, et ante cibum, et post eum, sponte vomere oportet: rursusque post vomitum, cibum sumere. Si ne id quidem manserit, sorbere vini cyathum, interpositaque hora, sumere alterum. Si id quoque stomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis superillinendum est: qui vbi inaruerunt, efficiunt vt vinum in stomacho contineatur, exque eo toti corpori calor, venisque vis redeat.* Eadem ferme repetuntur IV. 5. H.

p. Inter) L. XIV. 18. 19. 20. H.

cuimus, nec fieri iam arbitror, et *q.* [1] superuacuum eorum [2] vsum: quum ipsis rebus, ex quibus finguntur, doceamus vti. Et alias modum excesserat medicorum in his ostentatio, veluti *r.* e napis vinum vtile esse ab armorum equitandiue lassitudine praecipientium: atque vt reliqua omittamus, etiam *s.* e iunipero. E quis satius censeat, absinthite vino vtendum potius, quam absinthio ipso? In reliquis omittetur et palmeum *t.*, capiti noxium, ventrique tantum molliendo, et sanguinem [3] exscreantibus non inutile. Fictitium non potest videri, quod *v.* bion appellauimus, quum sit in eo sola pro

1. *Sic ex MSS. H. superuacaneum Gr. et Al.* 2. *vsum docere, cum, etc. possimus vti. V.* 3. *excreantibus. Non inutile fictitium potest vid. V.*

q. Et) Subintellige, arbitror, ex proxime antecedente sententia. H.

r. Veluti) Praecipit ita sane Diosc. V. 56. H.

s. E iunipero) Vinum e iuniperis stomacho prodesse ait Marc. Emp. c. 20. p. 139. Ad alia plurima vtile esse Diosc. prodidit V. 46. H.

t. Palmeum) E palmulis chydaeis, maturis. Dioscorides aluum sistere ait, non mollire, proptereaque coeliacis dat et dysentericis. *Dal.*

Palmeum) De quo XIII. 9. Vinum Phoenicites Graeca nomenclatione appellatur a Theod. Prisciano II. p. 2. c. 28. *Οἶνος φοινικίτης.* Vide N. et Em. N. XII. (hic consp.) *Palmeum*) Sic libri omnes, etiam manu exarati. Nihilominus Dioscoride V. 40. sic prodente, vino palmeo vim adstringendi competere, stomachicis idcirco, coeliacis, et sanguinem exscreantibus esse peraccommodatum: *διὰ τὸ στύφειν, στομαχικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς αἱμοπτοικοῖς ἁρμόζει*: Num potius legi in contextu Pliniano oporteat, *ventrique tantum molliori*, vel, *ventrique tantum morando*, hoc est, sistendo, amplius considerandum est. H.

v. Quod) L. XIV. 10. Omphacites id vini genus, vt diximus a Dioscoride appellatur, XV. 12. H.

pro arte feſtinatio. *x.* Prodeſt *y.* ſtomacho diſſoluto, aut cibos non perficiendi, praegnantibus, *z.* defectis, paralyticis, tremulis, vertigini, torminibus, iſchiadicis. In *a.* peſtilentia quoque ac peregrinationibus, vim magnam auxiliandi habere dicitur.

XXVII. Vini etiam vitium tranſit in remedia. Aceto *b.* ſumma vis eſt in refrigerando, non tamen

 minor

x. Feſtinatio) Quoniam fit ex vuis, vt ibi dictum eſt, ante maturitatem decerptis. H.

y. Prodeſt) Has vini omphacitis vtilitates omnes pariter Dioſc. commemorat, l. c. H.

z. Praegnantibus) Quae pica et malacia vexantur. *Dal.*

Praegnantibus) Quibus vires annique deficiunt. Niſi forte ſunt ea verba legenda coniunctim, *praegnantibus defectis*, vt ſit idem ac *mulierum a conceptu defectioni*, vt Plinius ipſe loquitur ſ. 3. libri huius, quoniam Dioſcorides vtrobique *κισσώδεσι* dixit, hoc eſt, praegnantibus malacia ſeu pica laborantibus. H.

a. In peſtilentia) Apud Feſtum *peſeſtas* peſtilentiam vocabant imprecatores, quum fundum luſtrantes abigi poſcebant et auerti morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem. *Dal.*

b. Aceto) Dioſc. V. 21. Ὄξος ψύχει, καὶ ςύφει. Traduntur haec eadem a Celſo V. 27. *Vſus*, inquit, *ipſe docuit eum quem aſpis percuſſit, acetum potius bibere debere. Quod demonſtraſſe dicitur caſus cuiuſdam pueri, qui quum ab hac ictus eſſet, et partim ob ipſum vulnus, partim ob immodicos aeſtus, ſiti premeretur, ac locis ſiccis alium humorem non reperiret, acetum quod forte ſecum habebat, ebibit, et liberatus eſt.* Credo, *quoniam id, quamuis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam diſſipandi. Quo fit vt terra reſperſa eo ſpumet. Eadem ergo vi veriſimile eſt, ſpiſſeſcentem quoque intus humorem hominis ab eo diſcuti, et ſic dari ſanitatem.* Venit olim in controuerſiam, quae natura aceti foret: calidum aliis, aliis frigidum pronunciantibus: qua de re prolixe Galenus, de fac. ſimpl. med. I. 19. ſqq. H.

minor in discutiendo: ita fit vt [1] infusum terrae spumet. Dictum est saepius, diceturque [2] quoties cum aliis prosit. Per se haustum fastidia discutit, singultus *c.* [3] cohibet, sternutamenta olfactu. Vim *d.* in balineis aestus arcet, si contineatur ore. Quin et cum aqua [4] bibitur. Multorum *e.* stomacho vtiliter gargarizatur: cum *f.* eadem conualescentium *g.* et a Solis ardoribus. Oculis *h.* quoque illo modo [5] saluberrimum fotu *i.* Medetur post

1. *infuso terra.* V. 2. *quotiescumque alias prosit per se haustum. Fastidia.* Ch. 3. *prohibet.* Ch. 4. *bibitur multis cum stomaticis vtiliter gargarizatur. Cutem non velatam tuetur a solis.* V. 5. *Saluberrimum plurimum fotu medetur post vredines* Gr. et Al.

c. Singultus) Galen. de rem. paratu facil. c. 15. H.

d. Vim) Celsus I. 3. *Si quis in balneo aestuat, reficit hunc ore exceptum, et in eo retentum acetum. Si id non est, eodem modo frigida aqua assumpta.* H.

e. Multorum) Εὐςόμαχον Diosc. pronunciat. H.

f. Cum) Cum eadem aqua prodest stomacho conualescentium ex aegritudine a Solis ardore orta. H.

g. Conualescentium et a Solis ardoribus) Iis qui a sole vsti capite doluerunt, et iam melius habent, aut qui in diariam febrem ea ratione inciderunt. *Dal.*

h. Oculis) Inflammatis, fluxione tentatis. *Dal.*

Oculis) Cum aqua. Vide N. et Em. N. XIII. (hic consp.) *Oculis*) Nos hunc locum ex animi coniectura sanauimus, sequuti vestigia veterum exemplarium, et eorum securi qui sic interpolarant: *Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fota medetur post vredines.* Nam vox ea certe a MSS. abest, R. Colb. Ch. ceterisque, nec *vredines* ii, sed *hirudines* prae se ferunt. Et quod est sane momenti haud leuioris, Diosc. V, 21. de aceto disputans ita scribit: Βδέλλας τε ποθείσας καταῤῥοφούμενον ἀποβάλλει. *Haustu voratas hirudines, si sorbeatur, eiicit.* Quo quidem loco nihil afferri opportunius potest, quod in rem nostram sit. H.

i. Plurimum fotu medetur post) Locus, si quis alius in

[1] post hirudini. *k.* Item lepris, furfuribus,) hulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum ictibus, scolopendrarum, muris aranei, contraque omnium [2] aculeatorum venena et pruritus. Item contra *l.* multipedae [3] morsum. Calidum in spongia, [4] adiecto sulphuris sextante sextariis tribus aceti, aut hyssopi [5] fasciculo, medetur sedis vitiis. In *m.* sanguinis fluxione [6] post excisos calculos,

 et

1. *prodest contra hirudines. M. post hirudines. Ch.* 2. *oculorum. Ch.* 3. *morsum, calidum. V.* 4. *Sic ex MSS. H. et M. spongia appositum, adiecto Gr. et Al.* 5. *fasciculo. Medetur et. Ch.* 6. *per. Ch.*

in historia naturali, pessime a librariis habitus, et qui dedita opera videri possit deprauatis verbis et ordine luxato obscuratus, vel potius perditus. In primis verbum illud *fotu*, cum praecedentibus legendum: vt sic verba concipias: *Oculis quoque illo modo saluberrimum fotu.* deinde verbum *medetur*, sequentibus applica, *Medetur item lepris, furfuribus, etc.* reliqua ergo sunt, *Plurimum post vredines.* Exemplar vetus non *vredines* praefert, sed *hirudines*, scribo, *pellit potum hirudines.* Dioscorid. L. V. cap. de aceto: *Pellit haustas hirudines potum acetum.* Pint.

Medetur) Diosc. V. 21. H.

k. Vredines) Ignis aut feruentis aquae. *Dal.*

l. Multipedae) Auctor cap. 2. L. XX. millepedam a Graecis *sepa* vocari ait, oblongam, pilosis pedibus, pecori praecipue noxiam, eius morsu tumorem insequi, et locum putrescere: quae de scolopendra audienda sunt. Vide infra quae notata sunt in c. 6. L. XXIX. *Dal.*

Item) Habet has quoque vtilitates aceti omnes Diosc. l. c. H.

m. In sanguinis fluxione) *Fluctione* legendum, non *fluxione*, vt alias notatum est. *Pint.*

In) Quam aceto mero Plinius vim attribuit sanguinis sistendi post excisos calculos, hanc aceto salso, seu acidae muriae Diosc. adiudicat V. 23. his verbis: Στέλλει δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν λιθοτομηθέντων αἱμοῤῥαγίας, εὐθέως μετὰ τὴν χειρουρ-

[1] et *n.* omnia alia, foris *o.* in spongia impositum, intus potum cyathis binis quam acerrimum. Conglobatum *p.* vtique sanguinem discutit. Contra *q.* lichenas et bibitur, et imponitur. Sistit *r.* [2] aluum, et *s.* rheumatismos interaneorum infusum: item *t.* procidentia sedis, [3] vuluaeque. Tussim *v.* veterem [4] inhibet, et gutturis rheumatismos, orthopnoeam, dentium labefactationem. Vesicae nocet,

1. *et omnes alias rosiones. V.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. aluos Gr. et Al.* 3. *vuaeque. Diosc.* 4. *et recentem lacessit. Diosc.*

ρουργίαν θερμῇ ἐγκλυζομένη. Celsus quoque VII. 26. tit. *quae curatio calculo euulso habenda sit*, acre acetum postulat, cui aliquantum salis sit adiectum, ad vim aceti scilicet mitigandam. H.

n. Et) Diosc. V. 21. Erumpentem, inquit, vndecumque sanguinem, potu, insessuque sistit: *πινόμενόν τε καὶ ἐγκαθιζόμενον.* H.

o. In spongia impositum) Aut aegro in eo desidere iusso, adiecto salis tantillo. Celsus Lib. VII. *Dal.*

Foris) Diosc. l. c. Laudat hunc Plinii locum, et superiorem proxime de hyssopo, auctor Annalium Eccl. ad annum 39. n. 124. vbi de spongia aceto plena, hyssopo circumposita, Christi Domini ori admota, differit. H.

p. Conglobatum) Diosc. l. c. Ποιεῖ καὶ πρὸς αἵματος καὶ γάλακτος θρόμβωσιν ἐν κοιλίᾳ. *Facit contra sanguinem in ventriculo conglobatum, et lac ibidem coagulatum.* H.

q. Contra) Diosc. l. c. H.

r. Sistit) Diosc. l. c. H.

s. Et) Fluxiones humoris praui et noxii in aluum. H.

t. Item) Dioscor. l. c. Στέλλει καὶ ὑστέραν καὶ ἕδραν προπεπτωκυῖαν. H.

v. Tussim veterem) Et recentem lacessit Diosc. *Dal.*

Tussim) Haec totidem verbis Diosc. l. c. Καὶ βῆχα χρονίαν παχύνει . . . Ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ὀρθόπνοιαν, θερμὸν καταῤῥοφούμενον· στέλλει δὲ ἀναγαργαριζόμενον καὶ τὰ ἐν τῷ βρόγχῳ ῥεύματα . . καὶ πρὸς ὀδόντων πόνον. etc. H.

cet, neruorumque infirmitatibus. Nescire *x.* medici, quantum contra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus vtrem aceti ferens, quoties deposuisset, sentiebat ictum, alias illaeso similis. Intellectum ibi remedium est, potuque succursum. Neque *y.*[1] altero os colluunt venena exsugentes. In totum domitrix vis haec non ciborum modo est, verum et rerum plurimarum. Saxa *z.* rumpit infusum, quae non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem et sapores non alius magis

1. *aliter.* *Ch.*

x. *Nescire*) Celsus, vt superius indicauimus V. 27. Vberius id aliquanto Plin. Val. III. c. vlt. *Ad morsum aspidis*, inquit, *vnum refugium habebant priores, vt percussus vrinam suam biberet: Intra paucos annos, inuentum est casu et alterum remedium. Nam is qui vtrem plenum aceti ferebat, percussus ab aspide dolorem non sensit: donec fatigatus requiescendi gratia vtrem deposuit: de facto perniciem sentire cepit: rursusque imposito sibi vtre desiit. Intellectumque est, quod si acetum bibisset, posset sanari, etc.* Plinii sententiam laudat et sequitur Q. Serenus, cap. 47. vbi de serpentium passibus p. 155. *Plinius vt memorat, sumpti iuuat imber aceti.* H.

y. *Neque*) Ita editi omnes eum. R 1. At R. 2. cum Ch. *neque aliter.* H.

z. *Saxa rumpit infusum*) Alpes exercitui suo, eiusque impedimentis peruias Hannibal fecit ea industria et diligentia. *Dal.*

Saxa) Non per se quidem, et solum, sed praeuio igne incendioque: subsequente etiam vi acieque ferri. Plinius XXXIII. 21. *Occurrunt silices ... Hos igni et aceto rumpunt.* Hac certe industria peruias fecisse sibi Alpes Hannibal memoratur. Rem narrat Plutarch. in eius vita: Liuius XXI. p. 200. *Ad rupem minuendam, per quam via vna esse poterat, milites ducti, quum caedendum esset saxum, arboribus circa immanibus deiectis, detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt: eamque quum et vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt: ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt: Ita torridam incendio rupem ferro pandunt,*

magis ſuccus commendat aut excitat: in quo vſu mitigatur [1] vſto *a.* pane, aut cum [2] vino: vel accenditur pipere ac laſere: vtique ſale compeſcitur. Non eſt praetereundum in eo exemplum ingens. Siquidem *b.* M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum, cum dolorem eum perpeti nequiret, vnius *c.* medicorum portentoſa ſcientia, ignorante Diuo Auguſto, [3] tanti putauit vſu pedum ſenſuque omni carere, dummodo et dolore illo careret, demerſis *d.* in acetum calidum cruribus in *e.* acerrimo impetu morbi.

XXVII. (II.) Acetum ſcillinum inueteratum magis probatur. Prodeſt, ſuper *f.* ea quae diximus

1. Sic ex MSS. H. et Ch. toſto pane aut vino Gr. et Al. *2. cumino. V.* *3. ſatius. V.*

dunt, molliuntque anfractibus modicis cliuos: vt non iumenta ſolum, ſed elephanti etiam deduci poſſent. Aceto ſolutos Eleutherarum muros narrat Dio XXXVI. pag. 8. Nec ſane diffitetur Galenus hanc ineſſe aceto vim, de fac. ſimpl. med. I. 22. p. 16. vt inſtar ignis, lapides fictilia, aes, ferrum, plumbumque, peruadat ac penetret. Ac ne veteribus tantum exemplis agamus, hac ipſa induſtria vſum hoc noſtro aeuo Principem Guiſium, vt murum ſolueret, auctor ipſe eſt in Commentariis rerum a ſe geſtarum in Neapolitana expeditione. H.

a. Toſto pane aut vino) *Toſto pane aut cum nitro*, in vetuſto exenplari rectius ſequitur enim, ' *vtique ſale compeſcitur.* Pint.

b. Siquidem M. Agrippa ſupremis) Idem fere de Seruio Clodio narratur c. 3. L. XXV. *Dal.*

c. Vnius medicorum) Quid ſi legas non *vnius medicorum*, ſed *Muſae medici.* Pint.

d. Demerſis) In eo genere morbi demergi in muriam Celſus praecipit IV. 24. vt dicturi ſumus XXXI. 33. *Si tumor, calorque eſt, recte in aqua quam frigidiſſima articulos contineri* idem adiungit: *ſed neque quotidie, neque diu, ne nerui laedantur.* H.

e. In acerrimo impetu morbi) Addunt quaedam exemplaria, *euaſit*, alioqui imperfecta videtur oratio. *Pint.*

mus, acefcentibus *g.* cibis: [1] guftatum enim difcutit poenam eam. Et *h.* his qui ieiuni vomunt: callum *i.* enim faucium facit, ac ftomachi: [2] odorem *k.* oris tollit, gingiuas *l.* adftringit, dentes firmat, colorem meliorem praeftat. Tarditatem *m.* quoque aurium gargarizatione purgat, et tranfitum auditus aperit. Oculorum *n.* aciem obiter exacuit. Comitialibus *o.*, melancholicis, vertiginofis *p.*, vuluarum ftrangulationibus, percuffis, aut praecipitatis, et ob id fanguine conglobato, neruis infirmis, renum vitiis perquam vtile. Cauendum *q.* exhulceratis.

XXIX.

1. *guftatu.* *Ch.* 2. *dolorem.* *Ch.*

f. *Super*) L. XX. 39. H.

g. *Acefcentibus cibis*) Ventricolo acida pituita farcto, vel melancholico fucco. *Dal.* *Acefcentibus*) Ventriculo acidam pituitam in fauces eructante. H.

h. *Et*) Diofc. V. 25. H.

i. *Callum*) Diofcorid. l. c. Καταῤῥοφούμενον δὲ τὸν βρόγχον ςερεοῖ, καὶ τυλώδη ποιεῖ, καὶ τὸν ἦχον εὔτονον, καὶ λαμπρὸν ἀποτελεῖ. *Fauces forbitione durat, callofasque reddit, vocem denique expedit, ac limpidam canoramque facit.* H.

k. *Odorem*) Diofc. l. c. Plin. Val. III. 33. *ad foedorem oris: fi halitus foetet, inquit, quum dormitum vadis, cyathum aceti boni per partes forbeat: hoc et in coctionem cadit, etc.* H.

l. *Gingiuas*) Diofc. l. c. Marc. Emp. c. 12. pag. 93: *Acetum tepidum fcilliticum in ore tentum, et gingiuas tumentes conftringit, et continet dentes vacillantes.* H.

m. *Tarditatem*) Diofcor. l. c. H.

n. *Oculorum*) Diofc. l. c. H.

o. *Comitialibus*) Diofcor. l. c. H.

p. *Vertiginofis, vuluarum ftrangulationibus*) *Vertigini, vuluarum ftrangulationibus*, codex antiquus, et paulo poft, *Diocles*, in eodem legitur, non *Dieuches.* Pint.

q. *Cauendum*) Internis exhulcerationibus, neruorumque vitiis ipfis cauendum Diofcorides admonet. H.

Vt

XXIX. Oxymeli antiqui (*qq.* vt Dieuches tradit) hoc modo temperabant: mellis *r.* minas decem, aceti veteris heminas quinque, ſalis *s.* marini pondo [1] libram et quadrantem, aquae *t.* marinae ſextarios quinque pariter coquebant, decies deferueſcente *v.* cortina, atque ita diffundebant *x.* inueterabantque. Suſtulit totum id Aſclepiades, coarguitque. Nam *y.* etiam in febribus [2] dabant. Profuiſſe

1. *Sic et Ch. pondo libram quadrantem aquae pluuiae. Dioſcorid. pondo, thymbrae quadrantem Gr. et Al.*
2 *darabant. Ch.*

qq. Vt) Eſt poſt illum Dioſc. V. 22. ipſeque Plinius, non hoc loco modo, ſed et XIV. 21. H.

r. Mellis) Siue libras decem ex ipſo Plinio l. c. H.

s. Salis marini pondo, thymbrae quadrantem) *Libram* non *thymbrae*, in eodem: Et ſane apud Dioſcoridem Lib. V. cap. de aceto mulſo: in confectione oxymelitos nulla mentio thymbrae. Quapropter probo ſcriptam lectionem: *pondo libram quadrantem.* Qua locutione alioquin frequentiſſima vſus eſt Columella Lib. XII. c. 33. Pint.

Pondo) Vide N. et Em. N. XIII. (hic ſubi.) *Salis*) Prius legebatur, *Salis marini pondo, thymbrae quadrantem.* Verum in oxymelitos compoſitione, neque apud Dioſc. V. 22. neque apud Plin. XIV. 21. neque hoc ipſo loco in codd. vllis MSS. thymbrae vlla mentio eſt: ſed *libram* omnes exhibent: Et eſt alioqui familiaris ea loquutio Columellae inprimis XII. 33. *Scillae*, inquit, *aridae pondo libram et quadrantem adiici oportere.* Et c. 35. *Pontici abſinthii pondo libram.* Feſto quoque: *Graue aes*, inquit, *dictum a pondere, quia deni aſſes, ſinguli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipſo numero dictum.* Vbi *libras* in caſu gignendi eſt, vt alii ante nos viderunt. H.

t. Aquae) Aquam pluuiam Dioſc. adhibet, Pliniuſque ipſe l. c. H.

v. Deferueſcente cortina) *Deferuente*, non *deferueſcente* in eodem. Et paulo poſt *faex vini*, redundat *vini*. Pint.

Deferueſcente) Cortina, vas aeneum eſt, aquae, oleo, coloribuſue decoquendis. H.

x. Diffundebant) Quid ſit vina diffundi, diximus XIV. 16. H.

Profuiſſe *z.* tamen fatentur contra ſerpentes, quas ſepas vocant, et contra meconium, ac viſcum: 1 et *a.* anginis calidum gargarizatum, et auribus, et oris gutturiſque deſideriis, quae nunc omnia 2 oxalme *b.* contingunt: 3 id *c.* ſale et aceto recente efficacius eſt.

XXX. Vino *d.* cognata ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. Ex albo hoc melius. *e.* Vſus contra cantharidas, bupreſtim, pinorum erucas, quas pityocampas *f.* vocant, ſalamandras

1. Sic ex MSS. H. et anginis calidum garg. Ch. et anginas Gr et vulgg. 2. *oxyalme. M.* 3. *ea ſale et aceto recente efficacior eſt V. Fit ſale, aqua et aceto. Recens efficacibr eſt. Alii. V.*

y. Nam) In quibuſdam MSS. *databant.* Mos ille fuit Hippocratis, ipſo ita prodente et probante de victu in morb. ac. t. 28. p. 291. H.

z. Profuiſſe) Dioſc. l. c. Ἀρήγει καὶ τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης τῆς καλουμένης σηπὸς δηχθεῖσι, καὶ τοῖς μηκώνειον, ἢ ἰξίαν πιοῦσιν. Viperei generis hunc ſepa Dioſcorides facit. Et Aetius ſimiliter ſerm. 13. c. 26. p. 256. Eſt et generi cuidam lacertorum communis haec appellatio, vt dicemus XXIX. 32. De priore Lucanus IX. 723. *Oſſaque diſſoluens cum corpore tabificus ſeps.* H.

a. Et) Dioſc. l. c. Ἀναγαργάρισμά τε συναγχικῶν ὠφέλιμον. H.

b. Oxalme) Ὀξάλμην acetum ſalſum, ſeu acidam muriam Latini nuncupant. Huius vires vſuſque in medicina plurimos refert Dioſc. V. 22. H.

c. Id ſale et aceto recente efficacius eſt) Multas et inſignes acidae muriae, τῆς ὀξάλμης, facultates a Dioſc. proditas auctor ſilentio praeterit. *Dal.*

d. Vino) De qua XIV. 11. H.

e. Melius) *Melior*, leg. niſi ad Graecam vocem ἕψημα referas vel Latinum defrutum. *Dal.*

Hoc) Haec res, nempe ſapa, melior. Latini etiam defrutum, Graeci ἕψημα, appellitant. H.

f. Pityacampas) Πιτυοκάμπας. De harum veneno, remediiſque ad id adhibendis, Dioſcoridem conſule in Alexiph. c. 2. H.

dras, et contra mordentia venenata. Secundas partusque [1] emortuos trahit, cum bulbis [2] potum. Fabianus auctor est, venenum esse, si quis ieiunus a balineis [3] id bibat.

XXXI. Consequens horum est vini faex, [4] cuiusque generis. Ergo *g.* vini [5] faeci tanta vis est, vt descendentes in cupas enecet. Experimentum demissa [6] praebet lucerna, quamdiu extinguatur, periculum denuntians. Illota miscetur medicamentis. Cum *h.* iridis vero pari pondere, eruptionibus pituitae illinitur: Et sicca vel madida contra phalangia, et *i.* testium mammarumque inflammationes, vel in quacumque parte corporis. Item cum hordeacea farina, et thuris polline in vino [7] decocta crematur et siccatur. Experimentum *k.* est legitime coctae, vt refrigerata linguam tactu vide-

1. *mortuos. M. trahi Gr.* 2. *pota V. potu Cb.* 3. *eam. V.* 4. *Sic ex MSS. et M. faex sui cuiusque Gr. et Al.* 5. *faecibus. Cb.* 6. *trahitur. M.* 7. *decocta. Siccatur, et crematur. V. cocta crematur et siccata. Cb.*

g. *Ergo*) Habet enim vrendi vim maximam, exedendi, siccandi: Δύναμιν ἔχει καυστικὴν σφόδρα, σηπτικὴν ἄγαν καὶ ξηραντικήν. Cupa, vas vinarium maius, *vne Cuue.* H.

h. Cum) Theod. Prisc. I. 16. *de papulis*, contra exanthemata, siue eruptiones pituitae, *Faeces vini*, inquit, *et iris Illyrica, vtraque contusa, et cum oleo roseo mixta, medebuntur.* H.

i. Et testium mammarumque inflammationes) In Apographo nostro *inflationi, non inflammationes*, legitur, quod magis probo. Dioscorides Lib. V. capite de faece. *Cruda faex*, inquit, *per se, et cum myrto, tumores reprimit.* Pint.

Inflammationes) Quas alibi testium epiphoras vocat. Legit *inflationes* Pintianus, perperam. H.

k. Experimentum) Diosc. V. 132. vbi et coquendae modum tradit. H.

videatur vrere. Celerrime *l.* exanimatur, [1] loco non incluſo condita. Crematio ei multum virium adiicit. Vtiliſſima eſt ad compeſcendas lichenas furfureſque cum fico decocta. Sic et lepris et hulceribus manantibus imponitur. Fungorum *m.* naturae contraria eſt pota, ſed magis cruda. Oculorum *n.* medicamentis cocta et lota miſcetur. Medetur illita et teſtibus, et genitalibus. In vino autem aduerſus ſtrangurias bibitur. Quum *o.* [2] exſpirauit quoque, lauandis corporibus et veſtibus *p.* vtilis: tuncque vſum *q.* acaciae habet.

XXXII. Faex aceti pro *r.* materia acrior ſit neceſſe eſt, multoque magis exhulceret. Reſiſtit ſuppurationum incrementis: ſtomachum, interanea, ventrem illita adiuuat. Siſtit *ſ.* earum partium

1. non incluſa condita. Ch. 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. exſpirauerit Gr. et Al.*

l. Celerrime) Exſpirat Dioſc. l. c. Χρηςέον δὲ τῇ τρυγὶ προσφάτῳ οὔσῃ ταχὺ γὰρ διαπνεῖται· ὅθεν οὐδὲ ἀσκέπαςον, οὐδὲ χωρὶς ἄγγους αὐτὴν ἀποθετέον. *Recenti faece vtendum eſt, quoniam celeriter exſpirat, et exanimatur: proinde nonniſi tecta, et vaſe aliquo condita incluſaue reponi debet.* H.

m. Fungorum) Dioſc. in Alex. c. 23. H.

n. Oculorum) Dioſc. V. 132. H.

o. Quum expirauerit quoque lauandis, etc.) Permutato loco verbi illius *quoque*, legitur in eodem: *cum expirauerit lauandis quoque corporibus, etc.* Pint.

p. Veſtibus vtilis) Lixiuiis. Pariſienſes vulgo id miſcent. *Dal.*

Veſtibus) Ad veſtes lauandas ac lintea, in lixiuiis noſtrates adhibent. H.

q. Vſum acaciae) Summa vi adſtringendi. *Pint.*

Vſum) Cuius ſemine ad perficienda coria pro galla vtuntur, vti dicturus eſt libro ſq. ſ. 67. H.

r. Pro) Vt eſt *aceti materia acrior*, ſic et faex eius H.

ſ. Siſtit) Dioſc. V, 132. Ventris ſtomachique fluxiones ſiſtit adhibita: κοιλίαν τε καὶ

tium rheumatiſmos, et mulierum menſes. Panos *t.* diſcutit nondum exhulceratos, et anginas: ſacros ignes cum cera. Mammas *v.* lactis ſui impatientes eadem *x.* extinguit. Vngues *y.* ſcabros aufert. E ſerpentibus contra ceraſtas validiſſia cum polenta. Cum *z.* melanthio autem contra crocodili morſus, et canis. Et haec cremata ampliat vires. Tunc *a.* addito lentiſcino oleo illita vna nocte rufat *b.* capillum. Eadem ex aqua in linteolo appoſita, vuluas purgat.

XXXIII.

τε καὶ ϛομάχον ῥευματιζόμενον καταπλασθεῖσα ϛέλλει. H.

t. Panos diſcutit nondum) Haec de faece vini Dioſcorid. non aceti. *Pint.*

Panos) Dioſc. l. c. H.

v. Mammas) Dioſc. l. c. Μαϛοὺς τε σπαργῶντας ῥέοντας γάλα σβέννυσι. *Turgentes mammas, ſuique lactis impatientes exſtinguit.* Q. Serenus, c. 21. p 138. *Vbera fecundo multum lactantia ſucco Saepe ſibi noxae nimium manando fuerunt: Faece igitur valida duri reprimentur aceti.* H.

x. Extinguit) Ἀκυρολογία *extinguit mammas,* pro *extinguit lac.* Dioſcorid. σπαργῶντας μαϛοὺς γάλα τε ῥέοντας ἀποσβέννυσι, *vbera diſtenta, tumida, lacteque manantia extinguit.* Pint.

y. Vngues) Dioſc. l. c. Hanc vim vini faeci adiudicat Theodor. Priſc. I. 30. *Scabioſos, veluti, elephantioſos, ſi quis forte vngues habuerit, vini faex ſicca, trita, et cum cerotario impoſita curat. Et ficus ſicca, purgata, et tuſa, ſuperimpoſita, aeque medetur.* H.

z. Cum) Plin. Val. III. 51. *Aduerſus morſum canis non rabioſi: Faex aceti cum melanthio plagae imponitur.* H.

a. Tunc) Dioſc. l. c. Ξανθὰς ποιεῖ τὰς τρίχας. H.

b. Rufat capillum) Serenus, vt quidam exponunt, eam compoſitionem *vnguentum cineris* vocat: *Ad rutilam ſpeciem nigros flaueſcere crines, Vnguento cineris praedixit Plinius auctor.* Cato: *Mulieres noſtrae cinere capillum vnguitabant, vt rutilus eſſet crinis.* Seruius in Georg. *immundum cinerem* exponit, quo puellae non vtuntur ruffandis crinibus. *Dal.*

XXXIII. [1] Sapae *c.* faece ambuſta ſanantur, melius addita lanugine arundinis. Eadem faece decocta potaque, tuſſes veteres. Decoquitur in patinis cum ſale et adipe ad tumorem quoque maxillarum et ceruicum.

XXXIV. (III.) Olearum proxima auctoritas intelligitur. Folia *d.* earum vehementiſſime adſtringunt, purgant, ſiſtunt. Itaque *e.* commanducata impoſita hulceribus medentur, et capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle his quae medici vſſerint, gingiuarum inflammationibus, [2] paronychiis, ſordidiſque *f.* hulceribus, et putreſcentibus. Cum melle profluuium ſanguinis e neruoſis partibus cohibet. Succus *g.* eorum carbunculantibus circa oculos hulceribus et [3] puſulis, procidentique [4] pupillae efficax: quapropter in collyria additur. Nam *h.* et veteres lacry-

1. *Sapae faeces Alii reponunt. Saepe faece Gr. et Al.* 2. *Sic et Ch. hulceribus excreſcentibus Gr. et Al.* 3 *puſtulis Gr. et Al.* 4. *pupulae. Ch.*

c. *Sapae)* Prius legebatur, *ſaepe faece.* Mendoſe. In Indice huius loci, *de faece ſapae*, IV. H.

d. Folia) Dioſc. I. 137. Φύλλα ϛυπτικὰ etc. Idcirco in vino cocta et trita vulneribus adhibentur, teſte Theod. Priſciano I. 20. H.

e. Itaque) Plin. Val. III. 22. Marc. Emp. c. 4. p. 42. et Dioſc. I. 137. Ἰᾶται δὲ καὶ τὰ ἐν ϛόματι ἕλκη, καὶ ἄφθας διαμασσηθέντα. *Oris hulceribus et aphthis commanducata medentur.* H.

f. Sordidiſque) Dioſc. l. c. Ἀνακαθαίρει δὲ καὶ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη. *Purgat ſordida hulcera.* H.

g. Succus) Dioſc. l. c. Carbunculantia hulcera ſunt quae carbunculis furunculiſque ſunt ſimilia. Carbunculum ἄνθρακα medici vocant, furunculum ignitum, et ex aduſta bile inflammatum: ſiue ſimilem iis quae vſta fuerint, exhulcerationem. Carbunculos in ipſis oculis ex inflammatione naſci: puſtulas quoque hulceraque e puſtulis, Celſus docet VI. 6. quem conſule. H.

h. Nam) Dioſc. l. c. H.

lacrymationes ſanat, et genarum eroſiones. Exprimitur *i.* autem ſuccus tuſis, affuſo [1] vino et aqua caeleſti, ſiccatuſque in paſtillos digeritur. Siſtit menſes in lana admotus vuluae. Vtilis et [2] ſanie manantibus. Item *k.* condylomatis, ignibus ſacris, quaeque ſerpunt hulcera, epinyctidi.

XXXV. Eoſdem et flos earum habet effectus. Vruntur *l.* et [3] cauliculi floreſcentes, vt ſpodii *m.* vicem cinis praeſtet: vinoque infuſo iterum vritur. Suppurationes et panos illinunt cinere eo, vel foliis tuſis cum melle, oculos vero cum polenta. Succus *n.* fruticis recentis accenſi diſtillans ſanat lichenas, furfures, manantia hulcera. [4] Nam *o.* et

1. *vino aut aqua. Dioſc.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. ſaniem emanantibus Gr. et Al.* 3. *folia cum floribus. Dioſc.* 4. *Nam lachrymam. M.*

i. Exprimitur) Dioſc. l. c. totidem verbis: ſed affundi vinum, quam aquam, multo praeſtabilius eſſe, idem aſſeuerat. H.

k. Item) Dioſc. l. c. Ἐρυσιπελάτων, ἑρπητῶν, ἐπινυκτίδων. En rurſum, vbi ignem ſacrum Plinius habet, eryſipelas Dioſcoridi eſt. H.

l. Vruntur) Folia cum floribus tantum Dioſcorides vri praecipit, ſpodio huic concinnando. H.

m. Spodii) Dioſc. l. c. Ἀντὶ σποδίου λαμβάνεται. Cinerulam Latine σπόδιον commode dixeris. Quid illud ſit, dicemus ſuo loco, L. XXXIV. Praecipuum id habet in oculorum medicamentis vſum. H.

n. Succus) Dioſc. I. 138. Τὸ δὲ ἐκ χλωροῦ τοῦ ξύλου καιομένου ἐκκρινόμενον ὑγρὸν, πίτυρα, καὶ ψώρας, καὶ λειχῆνας καταχριόμενον ἰᾶται. *Qui humor ex accenſo virente ligno emanat furfures, ſcabiem, et lichenas illitu ſanat.* H.

o Nam lacryma, quae ex arbore ipſa diſtillat, Aethiopicae maxime oleae, etc.) Non lacrymam ipſam miratur, ſed eorum potius temeritatem, qui tam ancipiti remedio vti non dubitarent, quum etiam ipſi venenum faterentur. *Gelen.*

et lacryma quae ex arbore ipſa diſtillat, Aethiopicae maxime oleae, mirari *p.* [1] ſatis non eſt repertos, qui dentium dolores illinendos cenſerent, [2] venenum *q.* eſſe praedicantes, atque *r.* etiam in oleaſtro [3] quaerendum. E *s.* radice oleae quam tenerrimae cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reiicientibus, et ſuppurata extuſſientibus. Ipſius oleae cinis cum axungia tumores ſanat: extrahitque fiſtulis vitia, et ipſas ſanat.

XXXVI. Oliuae *t.* albae ſtomacho vtiliores, ventri minus. Praeclarum habent, antequam condiantur, vſum recentes, per ſe cibi modo deuoratae. Medentur enim arenoſae vrinae, item *v.* den-

1. *ſatis non eſt. Reperti ſunt qui. M. ſatis eſt repert. Gr. et Al.* 2. *venenum tamen eſſe. Dal.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. quaerendam Gr. et Al.*

p. Mirari) Ex horum eſſe numero Dioſcoridem ſcimus, I. 141. H.

q. Venenum) Quum venenum id eſſe ipſi fateantur. Dioſc. l. c. Ἀναγράφεται δὲ καὶ ἐν φθαρτικοῖς. *In medicamenta refertur, quae ſunt exitiali vi praedita.* H.

r. Atque) Noſtrates oleae, oleaſtrique inquit Dioſc. l. c. talem lacrymam ferunt. H.

s. E radice oleae quam tenerrimae cortex deraſus in melle crebro, etc.) In vetuſto exemplari, *E radice oleae quam tenerum deraſum in melle crebro guſtatum, etc.* Pint.

t. Oliuae) Dioſc. I. 139. Ἔϛι δὲ ἡ μὲν ὑπόκιῤῥος καὶ πρόσφατος ἐλαία, δυσκοίλιος, εὐϛόμαχος. H.

v. Item dentibus aut attritis aut conuulſis) Chiflet. *item dentibus carnem audendo attritis.* Voſſ. Andegav. *dentibus admodum attritis a. c.* Princeps. *item dent. carnem audenda adtritis.* Scribe: *item dentibus carne mandendo attritis.* Gron.

Carnem) Haec verba ex R. Colb. ac Ch. codice adiecimus. H.

[1] dentibus carnem mandendo, [2] attritis, aut *x.* [3] conuulsis. Nigra *y.* oliua stomacho inutilior, ventri facilior, capiti et oculis non conuenit. Vtraque *z.* ambustis prodest trita et illita. Sed *a.* nigra commanducatur, et protinus ex ore imposita, [4] pusulas gigni prohibet. Colymbades *b.* sordida hulcera purgant, inutiles difficultatibus vrinae.

XXXVII. De *c.* amurca poteramus videri satis dixisse, Catonem sequuti: [5] sed reddenda medicinae quoque est. Gingiuis *d.* et oris hulceribus, dentium [6] stabilitati efficacissime subuenit. Item *e.* ignibus sacris infusa, et his quae serpunt. Pernionibus nigrae oliuae amurca vtilior: item infantibus fouendis. Albae vero, mulierum vuluae in lana admo-

1. Sic ex MSS. em. H. item dentibus aut attritis Gr. et Al. 2. carnem audendo attritis. Ch. 3. perculsis. V. 4. pustulas. Gr. 5. Sed reddenda medicinae quoque ratio est. Alii. 6. instabilitati. Alii. stabilitate Gr. et Al.

x. Aut) Dentes emotos stabiliri eo cibo scribit Diosc. l. c. H.

y. Nigra) Diosc. l. c. Ἡ δὲ μέλαινα καὶ πέπειρος, εὐδιάφθορος καὶ κακοςόμαχος, ὀφθαλμοῖς τε ἀνεπιτήδειος καὶ κεφαλῇ. *Nigra et matura corrumpi facilis, stomacho contraria: nec oculis conuenit, nec capiti.* H.

z. *Vtraque*) Diosc. l. c. Plin. Val. III. 36. *Ambustis sanandis: oliuarum carnes teruntur, et imponuntur. Nigra oliua continuo si imponatur commanducata, pustulas gigni prohibet.* Theod. Prisc. I. 17. *De vstione calidae, vel ignis: vstiones antequam vesicas erigant, muriam oliuarum frequenter infunde: aut easdem oliuas salsas contritas imponito.* H.

a. Sed) Diosc. et Plin. Val. ll. cc. H.

b. Colymbades) Diosc. ll. c. H.

c. De) L. XV. 8. H.

d. Gingiuis) Plin. Val. haec strictim I. 30. *Amurca ex oliua nigra oris vitiis subuenit.* H.

e. Item) Plin. Val. III. 4. *Amurca oliuae nigrae igni sacro infunditur.* H.

admouetur. Multo *f.* autem omnis amurca decocta efficacior. Coquitur *g.* in [1] Cyprio vase ad crassitudinem mellis. Vsus *h.* eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, vt quaeque causa exigat, in [2] curatione oris, dentium, aurium, hulcerum manantium, genitalium; rhagadum. *i.* Vulneribus *k.* in linteolis imponitur, luxatis in lana: ingens hic vsus, vtique *l.* inueterato medicamento: tale enim fistulas sanat. Infunditur *m.* sedis, genitalium, vuluae exhulcerationi. Illinitur vero podagris incipientibus: item [3] articulariis morbis. Si *n.* vero cum [4] omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem, [5] casuros *o.* dentes extrahit. Item *p.* iumen-

1. *Sic ex MSS. M. et I. c.* 3. *L. XXXIII. cupreo Gr. et Al.* 2. *curationem. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. articularibus Gr. et Al.* 4. *omphacino. Diosc.* 5. *causarios. Corn. ex Vet. sic et Ch.*

f. Multo) Diosc. I. 134. H.

g. Coquitur) Diosc. l. c. H.

h. Vsus) Totidem verbis haec Diosc. l. c. H.

i. Rhagadum) Ῥαγάδας ani fissuras Scribonius Larg. exponit. Sic etiam pedum rimas vocant ῥαγάδας τὰς ἐν ποσί. Dicuntur autem ῥαγάδες ἀπὸ τοῦ ῥήγνυμι, hoc est, a frangendo. H.

k. Vulneribus) Theod. Prisc. I. 19. *Oliuarum amurcam coques primum igne fortiori ... Quum vero coagulauerit, reponis in vas mundum; et quum frigescere ceperit, linteola infusa loco percusso imponimus.* H.

l. Vtique) Amurca, inquit, inueterata melior euadit. Παλαιουμένη τε βελτίων γίνεται, ait etiam Diosc. l. c. H.

m. Infunditur) Diosc. l. c. Ἔγκλυσμά τε ἕδρᾳ, καὶ μήτραις εἱλκωμέναις ἐστὶ χρήσιμος. H.

n. Si) Reliquae deinceps ex amurca medicinae, totidem verbis exstant apud Diosc. l. c. H.

o. Casuros dentes extrahit) *Causarios* non *casuros*, in eodem rectissime. quo significatu et *causaria missio* apud Iurisconsultos, et *causarii milites* Liuio. res nota, nec dicenda verbosius. *Dal.*

Casuros) Dentes corruptos

iumentorum scabiem, cum decocto lupinorum, et [1] chamaeleone herba, mire sanat. Cruda *q.* amurca [2] podagras foueri vtilissimum.

XXXVIII. (IV.) Oleastri foliorum eadem natura. Spodium *r.* e cauliculis vehementius inhibet rheumatismos. Sedat et inflammationes oculorum, purgat hulcera, alienata *s.* explet, excrescentia leniter erodit, [3] siccatque, et ad cicatricem perducit: cetera, vt in [4] oleis. Peculiare *t.* autem, quod folia decoquuntur ex melle, [5] et dantur cochlearibus contra sanguinis exscreationes. Oleum [6] tantum acrius, efficaciusque: et *v.* de eo os

1. *chamaeleonte Gr.* 2. *Sic ex MSS. M. et Ch. podagris Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. H. conf. Ch. siccat* Gr. *et M.* 4. *oleis. In hoc autem peculiare. V.* 5. *Sic ex MSS. H. et Ch. danturque Gr. et Al.* 6. *Sic ex MSS. H. et Ch. oleum tamen acrius atque efficacius: et os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem Gr. et Al.*

ptos extrahit inquit Diosc. ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐφθαρμένους ὀδόντας. H.

p. Item) Diosc. l. c. Item Cato de R. R. c. 96. p. 56. *Oues ne scabrae fiant, amurcam condito, puram bene facito: aquam vbi lupinus deferbuerit, et faecem de vino bono, inter se omnia commisceto pariter ... Eodem modo in omnes quadrupedes vtito, si scabrae erunt.* H.

q. Cruda) Diosc. l. c. H.

r. Spodium) Diosc. l. 137. *Vruntur*, inquit, *cum floribus folia, vt spodii vicem praestent ... ita vt in medicamentis oculorum spodio minime cedant.* Καίεται δὲ τὰ φύλλα μετὰ τῶν ἀνθῶν, καὶ ἀντὶ σποδίου λαμβάνεται ... Δοκεῖ δὲ ἡ τοιαύτη καῦσις μὴ λείπεσθαι τοῦ σποδίου εἰς τὰ ὀφθαλμικά. H.

s. Alienata) Vulnera quae non coeunt, rimas fissurasque carne replet. H.

t. Peculiare) Iisdem verbis Plin. Val. I. 64. H.

v. Et os quoque colluitur illo ad dentium) In eodem, *et de eo os quoque colluitur ad dentium firmitatem.* scribo,

os quoque colluitur illo ad dentium firmitatem. Imponuntur *x.* folia et paronychiis, et carbunculis, et contra omnem collectionem cum vino: iis vero quae purganda [1] sunt, cum melle. Miscentur *y.* oculorum medicamentis: et decoctum foliorum, et succus oleastri. Vtiliter *z.* etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat. Flore oleastri condylomata illinuntur, et epinyctides. Item *a.* cum farina hordeacea venter, in rheumatismo: cum oleo *b.*, capitis dolores. Cutem *c.*

 in

1. *sint.* *Alii.*

bo, *Ideo os quoque colluitur illo, etc.* Dal.

Et os quoque colluitur illo ad infirmitatem dentium) Voss. *et de eo os quoque colluitur ad firmitatem dentium.* Eodem intendit Andegav. *et de eo os quoque colluitur illa ad firmitatem dentium.* Gron.

Et de) Diosc. I. 46. Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον διάκλυσμα οὔλοις μυδῶσι καὶ ςαλτικὸν ὑποσάλων ὀδόντων ἐςι. *Siluestris oliuae oleum ad gingiuas putri viligine laborantes colluitur, dentesque labantes confirmat.* Q. Serenus, c. 15. de dentium vitio, p. 133. eam vim quoque commanducatorum foliorum succo attribuit: *mansus item prodest succis oleaster acerbis.* H.

x. Imponuntur) Plin. Val. III. 25. H.

y. Miscentur) Diosc. I. 137. H.

z. Vtiliter) Diosc. l. c. H.

a. Item) Subintellige, illinitur, in fluxione alui. Diosc. l. c. Φύλλα καὶ ἐπὶ κοιλιακοῖς εὐθετεῖ καταπλασσόμενα σὺν ὠμηλύσει. Folia cum hordeacea farina illita coeliacis conueniunt. H.

b. Oleo capitis dolores) Lege, *Oleo in capitis dolore*, alioqui fuerit ἀκυρολόγια, non enim illinitur, sed affecta dolore pars. *Dal.*

Capitis) Subintellige, illinuntur; vt f. 35. dentium dolores oleae Aethiopicae lacryma illinendos dixit. H.

c. Cutem) Haec totidem verbis Plin. Val. III. 22. Quid sit porro cutis recedens ab ossibus, Marc. Emp. c. 4. p. 42. hunc locum transscribens non intellexit, quum putauit esse nimirum cutem in vulneribus plus aequo excrescentem: *Oleastri,*

in capite ab offibus recedentem cauliculi decocti, et cum melle impositi comprimunt. Ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt aluum. Tosti *d.* autem et cum melle triti, nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

XXXIX. Olei *e.* naturam causasque abunde diximus. Ad medicinam ex olei generibus haec pertinent. Vtilissimum [1] est omphacium *f.*, proxime *g.* viride. Praeterea *h.* quam maxime [2] recens, (nisi quum vetustissimum quaeritur,) tenue, odoratum, quodque non mordeat, e diuerso quam in

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. omphacinum Gr.* 2. *recens. At si. V.*

stri, inquit, *cauliculi teneri, decocti, et melle impositi, carnes supra oscula in vulneribus quaelibet prohibent excrescere.* Diosc. rem perspicue et aperte explanat I. 137. vbi de oleastri foliis: Σὺν μέλιτι, inquit, *καταπλασθέντα δὲ δέρμα κεφαλῆς ἀποσπασθὲν παρακολλᾷ. Cum melle imposita cutem a capite auulsam agglutinant.* Quam vim et eorum succo ac decocto adiudicat. Recedit ab offibus caro, quum ea putrescente offa nudantur, in hulceribus phagedaenicis et cancrosis. H.

d. Tosti) Refert de foliis eadem Diosc. l. c. H.

e. Olei) L. XV. 2. sq. H.

f. Omphacinum) Omphacinum oleum fit ex oliuis acerbis et immaturis: Viride ex olea druppa, nempe cibo nondum matura, iam tamen colorem mutante. Vide c. 27. L. XII. *Viride* alii interpretantur, quod ex oliuis malo fractis sponte fluit, non ignis vi elicitur, vulgo *Huille vierge.* Dal.

Esse) De quo XII. 60. Id ex acerbis seu immaturis oliuis exprimitur: siue vt dicitur XV. 2. ex oliua cruda, atque nondum inchoatae maturitatis. H.

g. Proxime) Diximus de eo XII. 60. Huic ab omphacio secunda laus, et paene gemina bonitas atque nota, nisi quod viride est, omphacium candidum, vt ibi diximus. H.

h. Praeterea) Sic Diosc. I. 29. H.

in cibos eligitur. Omphacium *i.* prodeſt gingiuis. Si contineatur in ore, colorem *k.* dentium cuſtodit magis, quam aliud: ſudores *l.* [1] cohibet.

XL. Oenanthino *m.* idem eſt effectus, qui roſaceo. Omni *n.* autem oleo mollitur corpus, vigorem et robur accipit: Stomacho contrarium. Auget *o.* hulcerum [2] incrementa. Fauces exaſperat, et *p.* [3] venena omnia hebetat, praecipue pſimmythii, et gypſi, in aqua mulſa, aut ficorum ſiccarum decocto potum: contra meconium, ex aqua: contra *q.* cantharidas, bupreſtin, ſalamandras, pityocampas: per ſe potum, redditumque vomitionibus, contra *r.* [4] omnia ſupra dicta. Et *s.* laſſitudinum

1. *corrigit. V.* 2. *purgamenta. V. excrementa. Alii V.* 3. *venenata. V.* 4. *Sic ex MSS. H. marina V. dicta laudatiſſimum Gr. et Al.*

i. Omphacium) Dioſc. l. c. *k. Colorem dentium cuſtodit magis, etc.*) In vetere codice non *aliud* legitur, ſed *alibi.* Scribendum reor *albat*: vt in praecedentibus et his quae inſequuntur, *ruffat*, vſurpauit et *nigrat. Pint.*

Colorem) Dentes firmare ait Dioſc. l. c. ὀδόντων κρατυντικὸν, κρατούμενον ἐν τῷ ϛόματι. H.

l. Sudores) Dioſc. l. c. H.

m. Oenanthino idem) Eius mentio fit c. 7. L. XV. De oenanthino non oleo, ſed vnguento, Dioſcorides tradit, quod hic Plin. ſcribit. *Dal.*

Oenanthino) De quo Plin. XIII. 61. Vim ei adſtringendi roſaceo ſimilem Dioſc. attribuit I. 56. H.

n. Omni) Dioſc. I. 30. H.

o. Auget) Carne explet hulcera. Eodem ſenſu Corn. Celſ. VIII. 4. ali hulcus ait, id eſt, coaleſcere, σαρκοῦσθαι. Dioſc. I. 53. de roſaceo oleo: Ἔϛι δὲ καὶ θρεπτικὸν κοίλων ἑλκῶν. Facit incrementa carnis, hulceribus impoſitum, illitumue. H.

p. Et) Dioſc. I. 30. H.

q. Contra) Sic Dioſc. in Alexiph. c. 1. ſqq. H.

r. Contra omnia ſupradicta laudatiſſimum, etc.) Duo illa verba *laudatiſſimum*, *et*, non agnoſcit exemplar antiquum.

dinum perfrictionumque [1]refectio est. Tormina *t.* calidum potum cyathis sex, magisque ruta simul [2] decocta pellit. Item *v.* ventris animalia. Soluit *x.* aluum heminae mensura, cum vino et calida aqua potum, aut ptisanae succo. Vulnerariis emplastris vtile. Faciem purgat. Bubus *y.* infusum per nares, donec ructent, inflationem *z.* sedat. Vetus *a.* autem magis excalfacit corpora, magisque [3] discutit sudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis *aa.* [4] auxiliare, [5] et inclinato morbo. Oculorum *b.* claritati confert aliquid, cum pari portione mellis *c.* acapni. Capitis *d.* doloribus

1. remedio. Alii. *2. decocta sedat: pellit item. V.* *3. discutit. Sudores et duritias. V.* *4. Sic ex MSS. H. magis auxiliare Gr. et Al.* *5. sed.*

tiquum. Reliqua sic legenda censeo: *Supra omnia supradicta lassitudinum, etc.* Pint.

s. Et lass.) De oleo laurino hoc Diosc. prodidit I. 49. et de sampsuchino, 58. H.

t. Tormina) Totidem verbis Diosc. I. 30. H.

v. Item) Lumbricos, ἕλμινθάς τε ἐκβάλλει Diosc. l. c. H.

x. Soluit) Diosc. l. c. totidem verbis. H.

y. Bubus infusum per nares, etc.) In eodem non *ructent* legitur, sed *rictent.* vt sit frequentatiuum a *ringo.* Pint.

z. Inflationem) Interaneorum. Sic et infusum clystere homini prodest ad ileosos maxime affectus. Diosc. l. c. Καὶ ἐνίεται δὲ τὸ αὐτὸ μάλιστα πρὸς τὰς εἰλεώδεις. H.

a. Vetus) Diosc. l. c. Τὸ δὲ παλαιὸν θερμαντικώτερον, καὶ διαφορητικώτερον. H.

aa. Lethargicis) Auctor etiam est huius medicinae Celsus III. 20. *Excitat autem*, inquit, *lethargicos validissime; repente aqua frigida infusa post remissionem: itaque perunctum oleo multo corpus, tribus aut quatuor amphoris, totum per caput perfundendum est, etc.* H.

b. Oculorum) Diosc. l. c. Πρὸς ὀξυδορκίαν τε ὑπάλειμμα. H.

c. Mellis acapni) Quod apes

bus remedium eſt. Item ardoribus in febri cum aqua: et *e.* ſi vetuſti non ſit occaſio, decoquitur, vt vetuſtatem repraeſentet.

XLI. Oleum *f.* cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldae menſura. Priuatim dicitur

apes fecerunt, numquam ad opus fumo excitatae. *Dal.*

d. Capitis) Celſ. IV. 2. *Caput vehementer perfricare: deinde calido oleo implere: veſte velare: quidam etiam id deuinciunt.* H.

e. Et ſi) Si deſit oleum vetus, inquit, de eo cuius copia eſt, quod praeſtantiſſimum eſt, ad mellis craſſitudinem decoquitur. Sic eamdem atque vetuſtum vim habet. Sic Dioſc. l. c. H.

f. Oleum cicinum bibitur ad purgationes, etc.) De hoc cicino oleo Plinius ſupra L. XV. c. 7. *Proximum ſit et e cici arbore in Aegypto copioſe. Alii crotonem, alii rhibin, alii ſenſamum ſilueſtre appellant.* de eodem et Dioſcorides libro primo proprio capite. Ceterum in hoc Plinii loco non *cicinum* ſcribi debet, ſed *cnicinum*, hoc eſt factum ex cnico herba, quam Dioſcorides L. IV. et Theophraſtus VI. memorant. De cnicino vero oleo Dioſcorides L. I. capite peculiari ſic diſſerit: *Conficitur et cnicinum oleum ſimiliter. Vis illi eadem quae ex grano Gnidio confecto oleo eſt.* Quae verba mire quadrant cum illis Plinii verbis, quae aliquanto poſt ſequuntur hoc ipſo capite: *Ex Gnidio grano factum eamdem vim habet quam cnicinum.* ſic enim legendum, non *cicinum.* Confirmat etiam correctionem noſtram, quod Dioſcorides tundi ſemen cnici tradit, darique expreſſum ex eo ſuccum ad purgandam aluum in aqua dulci. quae hic ferme verba Plinius repetit, magna Hermolai hallucinatione, qui *cicinum* hic pro *cnicinum* agnoſcit. In quem errorem incidit etiam Marcellus Dioſcoridis interpres L. IV. cap. de ricino frutice. Cuius falſam traditionem, ne dicam temeritatem, quo minus profitear me demirari, temperare mihi non poſſum, ſcribit enim hoc ipſo capite de ricino, *oleum cicinum ſeu ricininum, in nullo ſanitatis vſu eſſe.* Quod neque in Graecis duarum impreſſionum Dioſcoridis exemplaribus

dicitur purgare praecordia. Prodeſt et articulorum morbis, duritiis omnibus, vuluis, auribus, ambuſtis. Cum cinere vero muricum, ſedis inflammationibus, item pſorae. Colorem cutis commendat, capillumque fertili *g.* natura euocat. Semen ex quo fit, [1] nulla animans attingit. Ellychnia *h.* ex vua fiunt, claritatis praecipuae. Ex oleo lumen obſcurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni ſacro illinuntur ex aceto: per ſe autem recentia mammis et epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus, cum polenta et croco: per ſe autem triduo impoſita faciem purgant.

XLII. Oleum *i.* amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem *k.* erugat, nitorem commendat, varos *l.* cum melle tollit e facie. Prodeſt et auribus, cum roſaceo et melle et mali Punici [2] germine

1. *nullum animal. V.* 2. *tegmine. V.*

ribus habetur, neque Hermolaus aut Ruellius Dioſcoridis interpretes tale quippiam in ſuis tralationibus poſuerunt. nam L. I. multos ei in re medica vſus Dioſcorides aſſignat, vt in promptu eſt legere volentibus. *Pint.*

Oleum) De quo Plinius, XV. 7. *Fit et e cici arbore in Aegypto,* etc. Commendat illud inprimis Dioſcorides I. 38. ad hulcera capitis, ad pſoras, et ſedis inflammationes: ad pellendas ex aluo aquas, lumbricoſque: ad aurium dolores, etc. Pintianum nihil moror, qui contra omnium exemplarium fidem, *cnecinum* hoc loco, non *cicinum,* legit: Galeno quoque, quem non legit, admodum ei reluctante, cuius verba referemus ſ. 45. H.

g. Capillumque) Et hoc ipſum prodit de oleo cicino Marc. Emp. c. 6. p. 47. H.

h. Ellychnia) Fert enim arbor ea ſemen vuarum gracilium pallidarumque, vt dictum eſt XV. 7. H.

i. Oleum) Dioſc. I. 39. de eo plura. H.

k. Cutem) Dioſc. l. c. H.

l. Varos) Plin. Val. III. 41. H.

mine decoctum, vermiculosque in his necat, et *m.* grauitatem auditus discutit, [1] sonos incertos et tinnitus, obiter capitis *n.* dolores, [2] et *o.* oculorum. Medetur furunculis, et *p.* a Sole vstis cum cera. Hulcera *q.* manantia et furfures cum vino expurgat: condylomata cum meliloto. Per se vero capiti illitum, somnum allicit.

XLIII. Oleum *r.* laurinum vtilius quo recentius, quoque viridius colore. Vis *s.* eius excalfactoria: et ideo paralyticis, spasticis, ischiadicis, sugillatis, capitis doloribus, inueteratis distillationibus, auribus, in *t.* calyce Punici calfactum illinitur.

XLIV. Similis *v.* et myrtei olei ratio: adstringit, indurat: medetur gingiuis, dentium dolori, dysenteriae, vuluae exhulceratae, vesicis, hulceribus *x.* vetustis vel manantibus, cum squama aeris

1. *sonosque. V.* 2. *et oculorum hebetudinem. Medetur. ex Diosc.*

m. Et) Diosc. l. c. H.

n. Capitis) Marc. Emp. c. 1. p. 36. et Diosc. l. c. H.

o. Et oc.) Diosc. l. c. Καὶ ἀμβλυωπίας δέ ἐστιν ἀνασκευαστικόν. *Hebetem etiam oculorum aciem emendat.* H.

p. Et a sole) Diosc. l. c. Αἴρει δὲ καὶ ἐφήλεις μέλιτι μιγνύμενον, καὶ κρίνε ῥίζῃ· καὶ κυπρίνῃ, καὶ ῥοδίνῃ κηρωτῇ. *A sole vstis medetur admixtum melli, lilii radici, ac rosaceo, cyprinoue cerato.* H.

q. Hulcera) Totidem verbis haec Diosc. l. c. Marc. Emp. c. 4. p. 40. et Plin. Val. III. 22. H.

r. Oleum) Haec pariter Diosc. I. 49. H.

s. Vis) Diosc. l. c. H.

t. In) Vel, vbi Punici mali non sit occasio, *in strigili ferrea*, vt ait Plin. Val. I. 10. *missum et tepefactum, infusumque auribus, dolorem omnem tollit.* Iisdem haec prodidit Marc. Emp. c. 9. p. 80. H.

v. Similis) Μυρσίνινον ἔλαιον Diosc. I. 48. Δύναμις δὲ αὐτῦ συπτικὴ, σκληρυντική. H.

x. Hulceribus) Hulcera capi-

aeris et cera. Item *y.* [1] eruptionibus, ambuſtionibus. Attrita *z.* ſanat, et furfures, et rhagadas, condylomata, articulos [2] luxatos, odorem *a.* grauem corporis. Aduerſatur cantharidi, bupreſti, aliiſque malis medicamentis, quae exhulcerando nocent.

XLV. Chamaemyrſinae *b.*, ſiue *c.* oxymyrſinae eadem natura. Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum. Item citreum. E nuce vero iuglande, quod *d.* [3] caryinum appellauimus, alopeciis vtile eſt, et *e.* tarditati aurium infuſum. Item capitis [4] doloribus illitum. Ceterum

1. erupt. papularum. Dioſc. 2. laxatos, ſudorem compeſcit. Dioſc. 3. carynum. Ch. 4. Sic ex MSS. H. et Ch. doloribus Gr. et Al.

capitis manantia (ἀχῶρας Graeci vocant) ſanari eo Dioſc. ait l. c. H.

y. Item) Dioſc. l. c. Καὶ πρὸς πυρίκαυςα ἐξανθήματα, etc. Facit quoque ad ambuſtiones, eruptiones papularum etc. H.

z. Attrita) Dioſc. παρατρίμματα, ῥαγάδας, κονδυλώματα, ἄρθρα κεχαλασμενα. H.

a. Odorem) Certe ſudores compeſcit, ἱδρῶτας ςέλλει, inquit Dioſc. l. c. H.

b. Chamaemyrſinae) Hoc eſt, myrti ſilueſtris, vt dictum eſt XV. 2. H.

c. Siue oxymyrſinae) Ignoranter Plinius errat nominum ſimilitudinibus deceptus: oxymyrſines enim ac myrti natura prorſus diuerſa eſt: praeterea ex oxymyrſine oleum fieri nullus auctor prodit. Idem error annotatus eſt c. 7. L. XV. *Dal.*

d. Quod) L. XV. 7. Καρΰινον quoque Galeno de fac. ſimpl. med. VI. p. 172. H.

e. Et tarditati) Marc. Emp. c. 9. p. 82. *Oleum ex nuce iuglande inſtillatum auriculae grauius audienti valde prodeſt.* Dioſc. quoque I. 41. Ἁρμόζει δὲ καὶ ὠταλγίαις, καὶ ἤχοις, καὶ συριγμοῖς, μετὰ χηνείου ςέατος ἐγχεόμενον. *Contra dolores aurium, ſonos atque tinnitus, auxilio eſt, cum anſerino adipe infuſum.* H.

rum *f.* iners et graui sapore. Enimuero *g.* si quid in nucleo putridi fuerit, [1] totus *h.* modus deperit. Ex *i.* Gnidio grano factum, eamdem *k.* vim habet, quam cicinum. E *l.* lentisco factum, vtilissimum acopo est. Idemque proficeret aeque vt rosaceum, ni

1. *tostis modiis. M. totus modius. M. aliud.*

f. Ceterum iners et graui sapore) *Ceterum iners et graui sopore*, in vetusto exemplari. *Pint.*

Item) Marc. Emp. c. 1. p. 35. *Oleum ex nuce iuglande quae manducatur expressum, subitum capitis dolorem, si eo perfricetur, mire compescit.* H.

g. Enimuero si quid in nucleo putridi fuerit) Verbum *modus*, putamus superfluere. *Dal.*

h. Totus) Sincerius forsan *modius* fuerit. Centenos olei modios, inquit Plinius XV. 6. factum vocant. Sed et modus olei de toto lacu accipi potest, *la Cuvée.* H.

i. Ex) Vide N. et Em. N. XV. (hic coll.) *Ex*) Hic *cnecinum* Pintianus iterum inculcat pro *cicinum*, quod et aggredi ausus est, initio f. 41. Retunditur ea coniectura, non modo codicum omnium conspirante consensu, sed et Galeni calculo, eadem ac plane gemina cum Plinio afferentis, de oleo cicino VI. de simpl. med. fac. p. 172. Τὸ δὲ κίκινον ἔλαιον ὑπάγει γαστέρα· τούτου δ᾽ ἔτι μᾶλλον τὸ ἐκ τοῦ Κνιδίου κόκκου· καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον, ὅσῳ ὁ καὶ κόκκος αὐτοῦ τοῦ κίκεως καθαρτικώτερος ὑπάρχει. *Oleum porro cicinum aluum subducit: multo vero magis quod fit ex Cnidio grano: quum granum vehementiorem purgandi vim obtineat quam cici.* H.

k. Eamdem vim habet quam cicinum) Scribendum vt dixi *cnicinum* ex Dioscoride ad verbum. *Pint.*

l. E lentisco) Diosc. I. 50. Τὸ δὲ σχίνινον ... εἰς ἄκοπα. Sunt autem ἄκοπα apud medicinae scriptores, remedia contra lassitudines confecta, quod contra κόπους, id est, labores, vtilia sint. Ruellius apud Diosc. ἄκοπα vertit medicamenta quae neruorum lassitudines reficiunt. Scribon. Larg. comp. 268. *Acopum ad perfrictionem, lassitudinem, tensionem neruorum.* Vide plura in Lexico Constant. H.

ni *m.* durius paulo intelligeretur. Vtuntur *n.* eo et contra nimios ſudores, papulaſque ſudorum. Scabiem *o.* iumentorum efficaciſſime ſanat. Balaninum *p.* oleum repurgat varos, furunculos, lentigines, gingiuas.

XLVI. Cypros *q.* qualis eſſet, et quemadmodum ex ea fieret oleum docuimus. Natura *r.* eius excalfacit, [1] emollit neruos. Folia ſtomacho illinuntur: et vuluae *s.* concitatae ſuccus quoque eorum apponitur. Folia *t.* recentia commanducata, hulceribus in capite manantibus, item oris medentur, et collectionibus, condylomatis. Decoctum

1. *mollit.* *Gr.*

m. Durius) Adſtringendi vi potentiore et paulo calidius. *Dal.*

Ni) Habet enim vim adſtringendi, καὶ ςύφει, inquit Galen. de fac. ſimpl. med. VI. p. 171. H.

n. Vtuntur) Dioſc. I. 50. H.

o. Scabiem) Dioſc. l. c. H.

p. Balaninum) Quod fit ex vnguentaria balano, de qua XII. 46. Dioſc. I. 4. Vide N. et Em. N. XVI. (hic conſp.) *Balan.*) Et nunc tertium gingiuas vertiſſe perperam Plinius videtur, pro cicatricibus, vt iam ante ſ. 4. ac 13 monuimus. Nam Dioſcorides, qui eadem Graece tradit I. 10. περὶ βαλανίνȢ ἐλαίȢ. Δύναμιν δὲ, inquit, ἔχει καθαρτικὴν σπίλων, φακῶν, ἰόνθων, ȣ̓λῶν μελανίας. *Vim habet repurgandi maculas, lentigines, varos, cicatricumque nigritias.* Sic idem Dioſc. IV. 154. ȣ̓λὰς μελαίνας dixit *cicatrices nigras.* Οὔλων itaque neutro genere, et in priore ſyllaba ſeruato accentu, quo gingiuas ſignificet, Plinius legit: rectene, an ſecus, medicorum filii diiudicent. H.

q. Cypros) L. XII. 51. H.

r. Natura) Haec pariter Dioſc. I. 65. et 124. H.

s. Concitatae) Sanguinem emittenti, vel procidenti. *Dal.*

Vuluae) Aſcendenti vuluae. H.

t. Folia) Dioſc. I. 124. Διαμασσηθέντα ἄφθας ἰᾶται. H.

ctum *v.* foliorum ambustis et luxatis prodest. Ipsa *x.* rufant capillum tusa, adiecto [1] struthei mali succo. Flos *y.* capitis dolores sedat cum aceto illitus. Idem combustus in cruda olla nomas sanat et putrescentia hulcera per se, vel cum melle. Odor floris [2] olet, qui somnum facit. Adstringit *z.* [3] gleucinum, et refrigerat, eadem ratione qua et oenanthinum.

XLVII. Balsaminum *a.* longe pretiosissimum omnium,

1. *struthii herbae. Diosc.* 2. *suauiter olet, et som. Ex Diosc. Lego, Odor floris suauis, et qui somnum faciat. Dal.* 3. *melinum. V.*

v. Decoctum) Diosc. I. 124. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, πυρικαύστων καταντλημα. *Decoctum foliorum igni ambustis affunditur.* H.

x. Ipsa) Et hic ὁμωνυμίᾳ vocum delusum esse Plinium non immerito quis suspicetur. Nam quum apud Graecum scriptorem id legisse videatur, quod exstat apud Diosc. l. 124. Ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας στρουθίου χυλῷ τὰ φύλλα λεῖα βραχέντα καὶ ἐγχρισθέντα. *Rufant capillos folia trita et illita, quae in struthii succo maduerint.* Στρούθιον eo loci radicula, herba est, de qua egimus XIX. 18. De strutheo malo Plinius intellexit quod e genere cotoneorum est, de quo XV. 10. Sed et suos forte haec quoque medicina habuit auctores. H.

y. Flos) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

z. Adstringit gleucinum) Calfacit, emollit, relaxat Dioscoridi. Adstringere quidem verum est, refrigerare falsum, nisi citra aromata simpliciter ex oleo omphacino et musto paratum fuerit. Quidam legunt, *Adstringit et melinum.* Dal.

Adstring.) Diosc. I. 67. calfacere dicitur, relaxare, mollire. Et ea sane aromata, quibus concinnatur apud Colum. XII. 51 et apud Diosc. l. c. iis sunt dotibus ac facultatibus praedita, vt oleum iis conditum, refrigerare vix vllo modo possit. Adstringendi vim oenanthino dat quoque Diosc. I. 56. H.

a. Balsaminum) Obliuiose Plinius hic oleum vocat, quod apertissime et clarissime c. 25. L. XII. succum esse

omnium, vt in *b.* vnguentis diximus, contra *c.* omnes ſerpentes efficax. Oculorum *d.* claritati plurimum confert, caliginem diſcutit. Item *e.* dyſpnoeas, collectiones omnes duritiaſque lenit. Sanguinem denſari prohibet, hulcera *f.* purgat: auribus *g.*, capitis doloribus, tremulis, ſpaſticis, ruptis perquam vtile. Aduerſatur *h.* aconito ex lacte potum. Febres *i.* cum [1] horrore venientes perunctis leuiores facit. Vtendum tamen [2] modico, quoniam *k.* adurit, augetque vitia non ſeruato temperamento.

XLVIII. Malobathri *l.* quoque naturam et genera expoſuimus. Vrinam *m.* ciet. Oculorum *n.* epi-

1. *horrores illitu diſcutit. Dioſc.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. modice Gr. et Al.*

eſſe ſcripſerat, vt reuera eſt. *Dal.*

b. In) L. XII. 54. H.

c. Contra) A vipera demorſis opitulari ſcribit Dioſc. I. 18. H.

d. Oculorum) Dioſc. I. 18. H.

e. Item) Δυσπνοοῦσιν ἁρμόζων, *aegre ſpirantibus conuenit.* H.

f. Hulcera) Dioſc. l. c. H.

g. Auribus) Q. Ser. Sam. qui ex Plinii ſententiis medicum opus verſibus concinnauit, idem prodidit, c. 2. p. 126. *Balſama ſi geminis inſtillans auribus addas, Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem.* Et c. 3. p. 127. *Portio ſi capitis morbo tentetur acuto, Allia diuerſam lana contecta per aurem Inducta proſunt et eodem balſama pacta.* H.

h. Aduerſatur) Dioſc. l. c. H.

i. Febres) Dioſc. Ῥίγη συγχρισθεὶς λύει, *rigores illitu ſoluit.* H.

k. Quoniam) Θερμαντικώτατος ὤν, inquit Dioſc. l. c. H.

l. Malobathri) L. XII. 59. H.

m. Vrinam) Dioſc. I. 11. H.

n. Oculorum) Dioſc. l. c. Καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμικὰς φλεγμονὰς ἁρμόζει ἀναζεσθὲν ἐν οἴνῳ, καὶ λεῖον ἐπιχριόμενον. *Oculorum inflammationibus in vino feruefactum,*

epiphoris vino expreſſum vtiliſſime imponitur. Item [1] frontibus, dormire volentibus: efficacius, ſi et nares illinantur: aut ſi ex aqua bibatur. Oris *o.* et halitus ſuauitatem commendat linguae ſubditum folium, ſicut *p.* et veſtium odorem interpoſitum.

XLIX. Hyoſcyaminum *q.* [2] emolliendo vtile eſt, neruis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum *r.* e lupinis emollit, proximum *s.* roſaceo [3] effectum habens. Narciſſinum *t.*, dictum eſt cum ſuo flore. Raphaninum *v.* phthiriaſes longa valetudine contractas tollit, ſcabritiaſque cutis in facie emendat. Seſaminum *x.* aurium dolores ſanat, et hulcera quae ſerpunt, et

 quae

1. *fronti.* *V.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. vtilius, neruis Gr. et Al.* 3. *Effectu.* *Narciſſimum. M.*

factum, tritumque, ac illitum apprime confert. H.

o. Oris) Dioſc. l. c. Ὑποτίθεται δὲ καὶ γλώσσῃ πρὸς εὐωδίαν ςόματος. H.

p. Veſtium odorem) Quas et ab eroſione tuetur. *Dal.*

Sicut) Dioſc. l. c. Καὶ σὺν ἱματίοις τίθεται· ἄβρωτα γὰρ καὶ εὐώδη ταῦτα τηρεῖ. *Veſtibus vtiliter interponitur: ſiquidem eas et a tineis defendit, et odore non ineleganti tuetur.* H.

q. Hyoſcyaminum) Dioſc. I. 42 Ὑοσκυάμινον ... μαλακτικὸν ὄν. H.

r. E lupinis emollit) Falſum hoc eſſe ſtatim iudicabit, cui lupini vis et natura perſpecta fuerit. *Dal.*

Therminum) Θέρμον lupinum vocant. Vim ei diſcutiendi Galenus adiudicat, διαφορητικὴν, de fac. ſimpl. med. VI. p. 178. H.

s. Proximum roſaceo effectum habens) Vocabulum poſtremum ab Acad. Gud. tribuſque Voſſianis νοθείας arguitur. Forte: *Therminum e lupinis emollit proxime roſacei effectum.* Quod genus loquendi et Liuio reſtituimus. *Gron.*

t. Narciſſinum) L. XXI. 75. H.

v. Raphaninum) De raphanino haec eadem prodidit Dioſc. ad verbum I. 41. H.

x. Seſaminum) Dioſc. I. 41. H.

quae cacoëthe vocant. [1] Lirinon *y.*, [2] quod et Phaselinum et Syrium vocauimus, renibus vtilissimum est, sudoribusque *z.* euocandis, vuluae *a.* molliendae, [3] concoquendoque *b.* intus. [4] Selgiticum

1. Lilinum. Ch. 2. *quod et melinum, et seiraeon vocamus, renibus, etc.* 3. *concoquendisque vitiis. V. concoquendisque intus. Ch.* 4. *Selgitium. Ch.*

y. Lirinon) Lego, *Lilinum, quod et melinum, et seiraeum vocamus, renibus, etc.* Cap. 19. L. XXI. *succus e flore lilii expressus, ab aliis mel, ab aliis Syrium* (lego *seiraeum*, quasi sapa) *vocatur.* Leirium Narcissus est, quem veluti congenerem liliis Plinius adnumerat c. 5. L. XXI. quo loco rubrum lilium praestantissimum esse ait in Antiochia et Laodicea Syriae, mox in Phaselide, vt suspicari quispiam possit inde sumpta Phaselini et Syrii epitheta, leirinumque oleum hic audiendum, quod e rubro lilio fit, verum ex eo genere lilii parari nemo tradit. *Dal.*

Lirinon) L. XXI. s. 11. *Est et rubens lilium, quod Graeci crinon vocant ... Laudatissimum in Antiochia, et Laodicea Syriae, mox in Phaselide.* Diosc. III. 116. Κρίνον βασιλικὸν..., ἀφ' ὗ καὶ τὸ χρίσμα κατασκευάζεται, ὅ τινες λείρινον, οἱ δὲ σȣ́σινον καλȣ̃σι. *Crinon seu lilium regium ... ex quo paratur vnguentum, quod aliqui lirinum, susinum alii appellitant.* Et L. I. 62. Τὸ δὲ σȣ́σινον, ὅ ἔνιοι κρίνινον καλȣ̃σιν, etc. H.

z. Sudoribusque) Hanc vim euocandi sudoris Plinius ipsi succo assignat, qui e lilii flore exprimitur, XI. 74. H.

a. Vuluae molliendae) Haec omnia citantur ex Dioscorid. nimis presse. *Dal.*

Vuluae) Diosc. l. c. H.

b. Concoquendoque) Concoquendis, quae intus latent, vuluae vitiis. Simile est quod de crocino oleo tradit Diosc. I. 64. Καὶ πρὸς τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ σκληρίας, καὶ μύσεις, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κακοήθη ... Συμπίπτει γὰρ, καὶ μαλάσσει, ὑγραίνει, καὶ πραΰνει. *Valet et ad vteri duritias, praeclusiones, malignaque hulcera ... Concoquit enim, emollit, humectat, lenit.* Quamquam et de suppurationibus concoquendis accipi hic locus potest, quem habemus in manibus: Nam et de succo qui

ticum *c.* neruis vtile eſſe diximus, ſicut herbaceum quoque, quod [1] Iguuini circa Flaminiam *d.* viam vendunt.

L. Elaeomeli *e.*, quod in Syria ex ipſis oleis manare diximus, ſapore melleo, non ſine nauſea, aluum [2] ſoluit: bilem *f.* praecipue detrahit, duobus cyathis in hemina aquae datis: qui *g.* bibere, torpeſcunt, excitanturque crebro. [3] Potores *h.* certaturi praeſumunt ex eo cyathum vnum. [4] Piſſino *i.* oleo vſus et paſſim ad quadrupedum [5] ſcabiem eſt.

1. *Sic ex MSS. em. H. Enguini. Alii. Egubini. M. Egonini. Ch. Iguini Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. Ch. et V. emollit Gr. et Al.* 3. *Pugnatores. Alii.* 4. *Piſino ol. vſ. ad tuſſim et. Ch.* 5. *ſcabiem. Eſt autem a vitib. M.*

qui e lilii flore elicitur, XXI. 74. *ad emolliendas vuluas*, inquit, *valet, ſudoreſque faciendos, et ſuppurationes concoquendas.* H.

c. Selgiticum) L. XV. 7. H.

d. Flaminiam) A Flaminio dictum, qui eam ſtrauit lapidibus ab Vrbe Roma Ariminum vſque. H.

e. Elaeomeli) Aurelianus c. 1. L. II. χρονιῶν oleum Syricum vocat, laudatque in paralyſi vt mordicans, accendens, emolliens. Vide ſupra c. 7. vltimum. L. XV. *Dal.*

Elaeomeli) L. XV. 7. H.

f. Bilem) Dioſc. I. 37. totidem verbis. H.

g. Qui) Dioſc. l. c. Ἔγνωθροι δὲ γίνονται καὶ ἔκλυτοι οἱ λαμβάνοντες· ὅπερ ἐ δεῖ εὐλαβεῖσθαι. Διεγείρειν δὲ αὐτὲς μὴ ἐῶντας καταφέρεσθαι. *Qui aſſumpſere, torpeſcunt, viribuſque deficiuntur: attamen minime terreri eo oportet: quin excitandi ſunt, neque ſinendum, vt ſomno grauiore conſopiantur.* H.

h. Potores) Quaſi ſic viribus ſuis fidant, vt et vini vim ebrietatem, et elaeomelitos ſoporem afferentis, ſuſtinere poſſint, aut vincere. H.

i. Piſſino oleo vſus et paſſim ad quadrupedum ſcabiem eſt) Secus in antiquo exemplari, et vt puto, emendatius: *Piſſino oleo vſus eſt ad tuſſim et quadrupedum ſcabiem.*

LI. A vitibus oleiſque proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capitis *k.* dolorem afferunt: minus, ſiccae: nec *l.*, quantum videtur, vtiles ſtomacho; tuſſim *m.* exaſperant, corpus [1] alunt. Succum *n.* decoctarum antiqui pro hydromelite dabant

1. *Sic ex MSS. H. augent Gr. et Al.*

ſcabiem. Et prodeſſe quidem ad quadrupedum ſcabiem oleum piſſinum Dioſcorides auctor eſt L. I. peculiari cap. De tuſſi tacet. Eaſdem tamen illi vires ineſſe dicit, quibus pix liquida praedita ſit, quam ad tuſſim accommodatam eſſe priore capite dixerat. Et paulo poſt *corpus alunt*, in eodem legitur, non *augent.* Pint.

Piſſino) De eo Plinius XV. 7. et Dioſc. I. 95. qui ad eumdem vſum et piſſinum oleum et picem ipſam liquidam adſciſcit. Vide N. et Em. N. XVII. (hic adi.) *Piſſino*) Sic libri editi, cum R. cod. 1. At in R. 2. et Ch. *Piſſino oleo vſus ad tuſſim et quadrupedum ſcabiem eſt.* Forte ſincerius: Dioſcorides enim l. 95. de piſſini olei viribus differens, vno verbo extulit, facere illud ad eadem omnia, ad quae liquida pix adhiberetur. At capite ſuperiore de ea ipſa agens, valere ad tuſſim, ſuſpiria, purulentaſque exſcreationes dixit: vt *ad tuſſim* idcirco huic loco accommodatius, quam et paſſim videatur. H.

k. Capitis) Dioſc. I. 148. H.

l. Nec) Ita ſane Dioſcoridi viſum eſt: qui palmas eſitatas ſtomachicis prodeſſe ſcripſit: αἱ δὲ ξηραὶ ὠφελοῦσι βεβρωσκόμεναι ... ϛομαχικοὺς etc. H.

m. Tuſſim exaſperant, corpus augent) Voſſ. *corpus aiunt.* hoc eſt, *alunt.* cap. I. *Aluum ſiſtit, corpus alit.* Mox. *ſed corpora magis alit.* L. XXVIII. 9. *in totum falſa minuunt corpus, alunt mollia.* Similiter Pintianus. *Gron.*

n. Succum) Cum hydromelite, non *pro hydromelite* Dioſc. adhibuit I. 149 Τῶν δὲ Θηβαϊκῶν τὸ ἀφέψημα ποθὲν, παύει καῦσωνα, καὶ τὰς δυνάμεις ἀνακτᾶται, μετὰ ὑδρομέλιτος παλαιοῦ λαμβανόμενον. *Thebaicarum decoctum potui datum, febrilem ardorem ac ſitim ſedat, et cum hydromelite vetuſto ſumtum vires recreat.* H.

dabant aegris ad vires recreandas, [1] sitim sedandam, [2] in quo vsu praeferebant Thebaicas. Sanguinem *o.* quoque exscreantibus [3] vtiles, in cibo maxime. Illinuntur *p.* caryotae stomacho, vesicae, ventri, [4] intestinis, cum *q.* cotoneis et cera et croco. Sugillata emendant. Nuclei *r.* palmarum cremati in fictili [5] nouo, cinere loto spodii vicem efficiunt, miscenturque collyriis, et calliblephara faciunt addito nardo.

LII. (V.) Palma *s.* quae [6] fert myrobala-

num,

1. *et sitim.* 2. *Sic et Ch. quem vsum Gr. et Al.* 3. *siccae vtiles. Diosc.* 4. *intestinis, cum cotoneis, et cerato oenanthino. Sugillata. Ex Diosc. Intestinis Cum cotoneis et cera et croco sugillata emendant. Gr. et Al.* 5. *et vino restincti. Ex eod.* 6. *prae se fert myr. pr. in Aegypto. Ossa non habet vel. modo balanus. V. hanc lect. probat Reines. ex Diosc. l. c. 149. V. var. lect. L. I. c. 7. p. 172.*

o. Sanguinem) Diosc. I. 148. H.

p. Illinuntur) Plin. Val. II. 39. *Caryotae tritae imponuntur, aduersus vrinae difficultatem.* Diosc. l. c. Ὠφελοῦσι, δὲ τὰ περὶ κύστιν, καταπλασσόμεναι λεῖαι μετὰ κυδωνίου καὶ κηρωτῆς οἰνανθίνης. *Tritae cum cotoneis, et cerato oenanthino, vesicae vitiis vtiliter illinuntur.* H.

q. Cum cotoneis et cera) Haec verba ad praecedentia pertinent, ex Dioscoride L. I. cap. de palma. Ex huius auctoritate suspicio mihi iniicitur, hunc locum nec integrum nec sincerum esse. Verba illius sunt: *Illinuntur vtiliter eaedem contra vesicae vitia cum cotoneis malis et labruscae floribus confecto oleo subacta cera.* Dal.

r. Nuclei) Haec totidem verbis Diosc. I. 149. H.

s. Palma quae fert myrobalanum) Lege *Palma quae prae se fert myrobalanum,* quae recta Dioscorideorum interpretatio, et ab ipso L. I. c. 149. Deinde verissima etiam est edita, fert enim palma myrepsicae balano simile pomum. Vide *Reines.* Var. lect. L. II. c. 7. p. 172. *Palma quae fert myrobalanum probatissima in Aegy-*

num, probatiſſima in Aegypto, oſſa *t.* non habet reliquarum modo in balanis. Aluum *v.* et menſes

Aegypto oſſa non habet reliquarum modo in balanis) Abſolute hoc pronuntiat, et priuatim de Aegyptia palma. at L. XIII. c. 12. ſcribit: *in Cypro vero Syria; Aegypto quadrimae, etc. nullo intus pomi ligno, quamdiu ſunt nouellae*, *etc.* Salmaſ. p. 469. a. 471. b. *Palma*; *etc.*) Dioſcoridi palmula immatura Arabicae myrobalano ſimilis eſt. *Dal.*

Palma) Haec palma eſt, cuius hiſtoriam ſcripſit, XII. 47. cuius fructus, quum maturitatem eſt aſſequutus, phoenicobalani proprie nomen: ante maturitatem idem, ob affinitatem aliquam, ſimilitudinemque cum glande vnguentaria, et myrobalani appellationem habuit. Plinius l. mox c. *Myrobalano in vnguentis ſimilem, proximumque vſum habet palma in Aegypto ... phoenicobalanus vocatur.* Et Plin. Val. III. 20. *Myrobalanum ... genus eſt caryotae*, quod *os non habet*, etc. Similitudinem eam fructus cum Arabica myrobalano attigit Dioſc. I. 148. Φοίνιξ ἐν Αἰγύπτῳ παρεμφέρων τῇ Ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ. Hanc eſſe remur balanum Aegyptiam, quam Plutarchus ait bellaria ſuauitate vincere, Symp. Qu. VIII. 4. p. 723. Sugillat hoc loco Plinium Salmaſius in praef. p. 96. Dalecampium et alios ſequutus: ſed ita vt liuorem potius ſuum, quam ſcriptoris perdiligentis prodat errorem vllum. Quod ſi qua nihilominus exemplaria ſcripta manu fauerent, *Palma quae refert myrobalanum*, legi hoc loco haud grauate ferrem. H.

t. Oſſa non habet) Colliguntur enim virides et immaturae balani, pomo carne ſua tantum obtecto, nondum genito intus nucleo. Supra c. 22. L. XII. etc. 4. L. XIII. *Dal.*

Oſſa) Quoniam immatura colligitur, nondum genito intus nucleo, vt diximus XII. 4. H.

v. Aluum) Imo, ſi Dioſcoridi fides habenda, ſiſtit potius: *Eſt*, inquit, *fructus ille acerbus atque adſtringens, et contra alui profluuia, fluxumque muliebrem, in vino auſtero bibitur.* Ἐστὶ δὲ στρυφνὸς, στυπτικὸς, πινόμενος σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ πρὸς διάῤῥοιαν καὶ ῥοῦν γυναικεῖον. Et ſane haec vis ſiſtendi, et fructus acerbitati, et auſteritati vini, quicum aſſu-

fes [1] ciet in vino auftero, et *x.* vulnera conglutinat.

LII. [2] Palma *y.* elate, fiue fpathe, medicinae confert germina, folia, corticem. Folia *z.* imponuntur praecordiis, ftomacho, iocineri, hulceribus, quae ferpunt, cicatrici repugnantia. Pforas *a.* cortex eius tener cum refina et cera fanat diebus XX. Decoquitur et ad teftium vitia. Capillum *b.* denigrat [3] fuffitu, partus extrahit. Datur *c.* bibendus renum vitiis, et veficae, et praecordiorum: et capiti, et neruis *d.* inimicus. Vuluae ac ven-

1. *Sic et Ch. fiftit Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. Palma Elate (fic Ch.) medicinae confert. M.* 3. *illitu. Diofc.*

affumitur, optime congruit. Nihilominus fic MSS. omnes R. Colb. Ch. aliique. Et Parmenfis editio, ceteraeque ante Hermolaum, cui *fiftit* reponendum fatius vifum eft. Quin et Plin. Val. II. 23. cui titulum fecit *Ventri molliendo*: *Myrobalanus*, inquit, *genus caryotae nafcens in Aegypto, quae os non habet, vino auftero trita et pota aluum citat.* Sed iam huius aeuo irrepfiffe id mendum in Plinii libros fufpicari forfan haud temere licet. H.

x. Et) Diofc. l. c. Ἵστησι δὲ καὶ αἱμοῤῥοΐδας, καὶ τραύματα κολλᾷ καταπλασθείς. Plin. Val. III. 20. *Myrobalanum, vt iam diximus, genus eft caryotae, quod os non habet: haec ex vino trita auftero, vulnera curat et folidat.* H.

y. Palma, fiue elate, fiue fpathe) Lege *Palma et elate fiue fpathe. Salm.* p. 409. a.

Palma) Vide quae de ea diximus XII. 62. H.

z. Folia) Vires plane fimiles elatae fuae, hoc eft, tenerarum adhuc palmarum inuolucro, Diofc. tribuit I. 50. H.

a. Pforas) Haec rurfum in elaten fuam Diofc. tranftulit l. c. H.

b. Capillum) At illitu, fricatuque etiam crebro fpathae fuae feu elatae, nigredinem conciliari capillis, auctor eft Diofc. l. c. H.

c. Datur) Diofc. de elate feu fpatha fua, l. c. H.

d. Neruis) E diuerfo Diofcoridis elate laxatos committit

ac ventris [1] fluxiones ſiſtit decoctum eius. Item cinis ad tormina potus in vino albo, [2] in vuluarum *e.* vitiis efficaciſſimus.

LIV. (VI.) Proximae varietates generum medicinarumque, quae mala habent. Ex *f.* his verna acerba, ſtomacho inutilia ſunt: [3] aluum, [4] veſicam circumagunt, neruos laedunt. Cocta meliora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda *g.* [5] tamen, dumtaxat matura, profunt ſanguinem exſcreantibus ac dyſentericis, cholericis, coeliacis. Non idem [6] profunt decocta, quoniam amittunt conſtringentem illam vim ſucci. [7] Imponuntur pectori in febris

1. *Sic et Ch. fluxionem Gr. et Al.* 2. *et in. Dal.* 3. *aluum cogunt et veſ. V.* 4. *bilem gignunt, inflationes pariunt. Dioſc.* 5. *tamen natura profunt. M.* 6. *poſſunt. Gr. et Al.* 7. *imponuntur et pectori Gr. et Al.*

mittit articulos: Χαλασμοὺς τε ἄρθρων συνάγει. H.

e. Vuluarum) Leg. *Vuarum:* columellarum, gurgulionis. Vuam enim iacentem et laxiorem eximia vi ſiccandi, quam habet, reprimit et adſtringit. *Dal.*

f. Verna) Ἔαρος ἀκμάζοντα: vere vigentia, matura, tempeſtiua. Dioſcorid. talia ſunt ceraſa, pruna, mora, fraga. *Dal.*

Ex) Dioſc. I. 159. Τὰ δὲ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα μῆλα, χολοποιά, ἄθετα τῷ νευρώδει παντὶ, ἐμπνευματοῦντα. *Quae mala verno tempore matureſcunt, bilem gignunt, neruos omnes laedunt, inflationeſque pariunt.* H.

g. Cruda) Marc. Emp. c. 16. p. 120. *Phthiſicis et empyicis prodeſt aqua in qua cydonea mala cocta fuerint, aſſidue propinata: ipſa etiam ſi incocta manducentur, iuuant.* Et c. 16. p. 120. *Cydonea bene matura non cocta, in cibo accepta, proſunt cholericis reprimendis.* Plin. Val. I. 64. cui titulus: *Sanguinem reiicientium curatio: Cydonia matura,* inquit, *deuorantur cruda.* Et II. 28. *Dyſenteriae compeſcendae: Cydonia matura cruda eduntur.* Et c. 25. *Cholerae quomodo ſuccurritur: Cydonia ſi matura*

bris ardoribus: et tamen decoquuntur in aqua caelesti ad eadem, quae supra scripta sunt. Ad *h.* stomachi autem dolores cruda decoctaue cerati modo imponuntur. Lanugo eorum [1] carbunculos sanat. Cocta *i.* in vino, et illita cum cera, alopeciis capillum [2] reddunt. Quae *k.* ex his cruda in melle condiuntur, aluum mouent. Mellis autem suauitati multum adiiciunt, stomachoque vtilius id faciunt. Quae *l.* vero in melle condiuntur cocta, quidam ad stomachi vitia, trita cum rosae foliis decoctis dant pro cibo. Succus *m.* crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodest. Item *n.* mammis, condylomatis, varicibus. Flos *o.* et viridis

1. *carbunculos sanat, cocta in vino et illita cum cera. Alopeciis, Gr. et Al.* 2. *reddit: Dal.*

tura cruda in cibo sumantur. H.

h. Ad) Marc. Emp. c. 20. p. 139. sqq. Plin. Val. II. 15. H.

i. Cocta) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic coll.) *Lanugo)* Vitiosa interpunctione laborabat hic locus: *Lanugo eorum carbunculos sanat, cocta in vino et illita cum cera. Alopeciis capillum reddunt.* Quamobrem Dalecampius *reddit* arbitratur commodius quam *reddunt* hoc loco legi: vt ad lanuginem sententia ea spectet, non ad ipsa mala. Verum praeter codicum R. Colb. ceterorumque auctoritatem, coniecturam eam pessundant auctores duo, qui e Plinianis fontibus areolas suas rigarunt. Marc. Emp. c. 6. p. 46. *Cydonia mala,* inquit, *discocta cum vino, dehinc trita, ceraeque liquefactae addita, et capiti imposita, capillum nutriunt.* Et Plin. Val. I. 6. *Cydonia cocta ex vino, et cum cera trita et illita, capillos restituunt.* H.

k. Quae) Plin. Val. ad verbum II. 23. H.

l. Quae vero) Diosc. I. 160. Marc. Emp. c. 20. p. 139. H.

m. Succus) Diosc. l. c. H.

n. Item) Diosc. l. c. *Μαςὺς φλεγμαίνοντας, mammarum inflammationes adiuuat.* H.

o. Flos) Diosc. l. c. H.

ridis et ſiccus inflammationibus oculorum, exſcreationibus ſanguinis, menſibus mulierum. Fit et ſuccus ex his mitis, cum vino dulci tuſis, vtilis et coeliacis et iocineri. Decocto *p.* quoque eorum fouentur, ſi procidant vuluae et interanea. Fit *q.* et oleum ex his, quod melinum vocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo vtiliſſima, quae ex Sicilia veniunt. Minus *r.* vtilia ſtruthia, quamuis cognata. Radix eorum circumſcripta terra manu ſiniſtra capitur, ita vt *s.* [1] qui id faciet, dicat quae capiat, et cuius cauſa: ſic *t.* adalligata, ſtrumis medetur.

LV. Melimela *v.* et reliqua dulcia, ſtomachum [2] et ventrem ſoluunt, ſiticuloſa *x.*, aeſtuoſa, ſed neruos non laedunt. Orbiculata *y.* ſiſtunt aluum, et vomitiones, vrinas cient. Silueſtria *z.* mala

1. *Sic ex MSS. H. qui faciet. Ch. Lego, qui id faciet. qui facit Gr. et Al.* 2. *vexant, et. Dioſc.*

p. Decocto) Dioſc. l. c. H.

q. Fit) L. XIII. 2. Hoc pariter Dioſc. l. c. et Plin. Val. IV. 42. H.

r. Minus) Dioſc. l. c. Τὰ δὲ λεγόμενα ϛρεθία καὶ μεγάλα, ἧττόν ἐϛιν εὔχρηϛα. H.

s. Vt qui facit, dicat quae capiat) Vetus codex *quare capiat*, non *quae capiat* habet. et ego aptiorem lectionem duxerim, *vt qui capit*, quam *vt qui facit.* Pint.

t. Sic adalligata ſtrumis medetur) *Siccata*, non *ſic*: in eod. *Dal.*

v. Melimela) Dioſc. I. 161. Τὰ δὲ μελίμηλα κοιλίαν μαλάσσει ... κακοϛόμαχα δέ. H.

x. Siticuloſa) Sitim et aeſtum afferentia. H.

y. Orbiculata) Dioſc. I. 162. Τὰ δὲ Ἠπειρωτικὰ λεγόμενα, Ῥωμαϊϛὶ δὲ ὀρβικουλάτα, εὐϛόμαχα, κοιλίας ϛαλτικά, οὔρων προκλητικὰ etc. Sic etiam Diphilus apud Athen. III. 80. vbi ὀρβικάτα vocat. H.

z. Silueſtria) Totidem verbis de eo malorum genere Dioſc. I. 163. H.

mala similia sunt vernis acerbis, aluumque [1] sistunt. Sane in hunc vsum immatura opus sunt.

LVI. Citrea *a.* contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa, vel semen. Faciunt *b.* oris suauitatem, decocto [2] eorum [3] colluti, aut succo expresso. Horum *c.* semen edendum praecipiunt in malacia *d.* praegnantibus: ipsa vero contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facile manduntur.

LVII. Pu-

1. *et adstringunt. Idem.* 2. *ore. V.* 3. *Sic ex MSS. H. colluto Gr. et Al.*

a. Citrea) Theophr. hist. IV. 4. et ex eo Athen. III. 84. Diosc. I. 166. Oppius apud Macrob. Saturn. II. 15. et eleganti carmine Virg. Georg. II. *Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali: quo non praesentius vllum, Pocula si quando saeuae infecere nouercae, Miscueruntque herbas et non innoxia verba, Auxilium venit, et membris agit atra venena.* H.

b. Oris suauitatem decocto eorum colluto) Acad. Men. Gud. *decocta eorum colluta.* Voss. *decocto earum collum.* Vera scriptura est: *Faciunt oris suauitatem decocto eorum colluti aut succo expresso:* vt in Vossiano est Andeg. Sic c. 7. *Pruni folia decocta tonsillis, gingiuis, vuae prosunt in vino decocta et subinde ore colluto.* Voss. *decoctae et subinde.* Lege: *in vino, decocto eo subinde ore colluto.* L. XXII, 14. *Radix ad tertias decocta aluum sistit et sanguinem, item dentes collutos.* habet et Pintianus. *Gron.*

Faciunt) Diosc. l. c. Διάκλυσμά τε ἐςὶ πρὸς εὐωδίαν ςόματος τὸ ἀφέψημα, καὶ ὁ χυλὸς αὐτῶν. H.

c. Horum semen edentem) De mali succo, aut cortice potius id audiendum, quam de semine, apud Diosc. *Dal.*

Horum) Diosc. l. c. Σπέρμα ἔχον ἀπίῳ ἐοικός. Δύναμιν δὲ ἔχει ποθὲν ἐν οἴνῳ ... βιβρώσκεται δὲ μάλιςα ὑπὸ γυναικῶν πρὸς τὴν κίσσαν. Quae Dalecampius ad corticem, succumue mali Punici praue transtulit. H.

d. In) Malacia est in grauidis ille languor, et mollities dissoluti, et cuncta fastidientis stomachi, Graeci κίτ-

LVII. Punici *d.* mali [1] nouem genera nunc [2] iterare superuacuum. Ex his dulcia, quae apyrina *e.* alio nomine [3] appellauimus, stomacho inutilia *f.* habentur, inflationes pariunt, dentes gingiuasque laedunt. Quae vero ab his sapore proxima vinosa *g.* diximus, paruum nucleum habentia, vtiliora paulo intelliguntur. Aluum [4] sistunt, et stomachum, dumtaxat pauca, citraque satietatem. [5] Sed *h.* haec minime danda: quamquam omnino nulla, in febri, nec carne acinorum [6] vtili nec succo

1. *quinque. c. 19. L. XIII.* 2. *iterari. Ch.* 3. *appellamus. Ch.* 4 *Sic ex MSS. H. sistunt acida, et. Diosc. sistunt et stomachum dum. Ch. et stomacho prosunt Gr. et Al.* 5. *Sed alimenti dulcia minimum dant, atque omnino nulla, etc. vtilia nec succo. Medentur acini vomit. Ex Diosc.* 6. *vtile. Gr.*

κίτταν, Latini etiam picam appellant. H.

d. Punici mali nouem genera) Hoc loco vocabulum *Nouem*, aut omnino superuacuum est, aut eius loco legendum est, *quinque*, vt supra c. 19. L. XIII. *Dal.*

Punici) Sic in Indice L. XIII. n. 39. *Punici mali genera* IX. Vide quae diximus XIII. 34. H.

e. Apyrina) *Apyrena.* Supra c. 19. L. XIII. ἀπύρηνα vocat, non quidem dulcia, sed quibus nucleus minime lignosus est, verum candidiore et molliore natura. *Dal.*

Apyrina) L. XIII. 34. De his Plinius Val. III. 40. *de Punicis*, nostro adstipulatur: *Dulcia*, inquit, *inflationes stomacho mouent, nec tute febricitantibus dari possunt.* H.

f. Inutilia habentur) Dioscoridi punica omnia stomacho vtilia: atque adeo dulcia vinosis et acidis stomacho vtiliora. *Dal.*

g. Vinosa) L. XIII. 34. Vinolenta vocat Plin. Val. IV. 40. et ab his acida secernit. Haec mediae inter acida ac dulcia facultatis esse censet Diosc. I. 151. H.

h. Sed) Sed vinosa minime danda, immo omnino nulla sunt danda febricitanti. Diosc. I. 151. H.

ſucco. Cauentur *i.* aeque vomitionibus, ac bilem reiicientibus. Vuam *k.* in his, ac ne muſtum quidem, ſed protinus vinum aperuit natura: vtrumque aſperiore cortice. Hic *l.* ex acerbis in magno vſu. Vulgus *m.* coria maxime perficere illo nouit: ob *n.* id malicorium appellant medici. Vrinam *o.* cieri eodem monſtrant: mixtaque galla in aceto [1] decoctum, mobiles dentes ſtabilire. Expetitur *p.* grauidarum malaciae, quoniam *q.* guſtatu moueat infan-

1. *Sic ex* MSS. *em. H. V. et. Ch. decocto Gr. et Al.*

i. Cauentur aeque vomitionibus) Medentur acini vomitionibus. In Dioſcoride eſt κοιλίαν, καὶ ϛομάχȣ ῥεῦμα πυρὴν ἵϛησι. *Dal.*

k. Vuam) Vuam in his, et non muſtum modo, ſed cum vua vinum ſtatim oſtendit natura, *hoc eſt, ſuccum vino parem:* vtrumque autem, *et vuam, et vinum,* ſub aſperiore cortice incluſit. H.

l. Hic) Plinius ſupra XIII. 34. *Corticis maior vſus ex acerbis ad perficienda coria.* H.

m. Vulgus) Plin. Val. IV. 40. *Illa vero acerba ſunt, quibus coria curantur,* etc. H.

n. Ob id malicorium appellant) Imo vero quod mali putamen et tamquam corium ſit cortice durius, nucis inuolucro tenerius. Malicorium Graeci nunc σιδιὸν, nunc τὸ τῆς ῥοιᾶς λέμμα. ἀπὸ τȣ λέπειν. Marcellus medicus calicu-los punici vocat. *Dal.*

Ob id) Ita mali Punici corticem vocant Latini: Celſus inprimis II. c. poſtr. Graeci σίδιον. Simplicius id ei factum nomen putarim, quod corio ſimilis eſt ob duritiem, craſſitiemque maiorem, quam ſit in vulgari malorum ceterorum cortice. H.

o. Vrinam cieri eodem monſtrant) Hoc falſum. Dioſcor. arida magis vrinam ciere tradit, quam dulcia. *Dal.*

p. Expetitur) Alludere ad hanc mali Punici dotem Plautus videtur in Amphitr. act. 2 ſc. 2. v. 91. *Enimuero praegnanti oportet et malum dari, Vt quod obrodat ſit, animo ſi male eſſe occoeperit.* H.

q. Quoniam) Vide N. et Em. N. XIX. (hic poſ.) *Expetitur*) Sic omnes vul-gati,

[1] infantem. Diuiditur *r.* malum, caeleſtique aqua madeſcit ternis fere diebus. Haec bibitur frigida coeliacis, et ſanguinem exſcreantibus.

LVIII. Ex *s.* acerbo fit medicamentum, quod ſtomatice *t.* vocatur, vtiliſſimum oris vitiis, narium, aurium, oculorum *v.* caligini; pterygiis, geni-

1. *famem.* V.

gati, manuque exarati codices conſpirante conſenſu. Ioh. Iac. Chiffl. L. II. Daedalm. c. 5 p. 34. ait auunculi ſui fuiſſe coniecturam, ſcribi oportere, *quoniam guſtatu moueat famem.* Qua coniectura ipſe damnata legendum monet, *quamquam guſtatu moueat infantem.* Vt haec ſit loci ſententia: Licet ob gulae faſtidium grauidis expetatur, vt et alia abſurdiora; hoc tamen inde ſequi periculum, quod malicorium ſi ſumant, mouetur infans, hoc eſt, ſequitur abortus. Theodorum deinde Priſc. laudat, de paſſ. mul. III. 6. de abortiuis: vbi ſucco mali granati vim parem ait excludendi fetus, ac dictamno, tribui. At neque quidquam eiuſmodi Theodorus habet: nec moueri infantem in contextu Pliniano, expelli abortu ſonat, ſed excitari leniter, ne torpeſcat. H.

r. Diuiditur malum) De acinis acidi punici id Dioſc. *Dal.*

Diuiditur) De Punico malo vniuerſe id accipiendum, vti Plin. Val. IV. 40. non de ſingulari vno genere. H.

s. Ex acerbo fit medicamentum) Id fieri tradit Dioſc. ex acinorum ſucco cum melle cocto, praeſertim acidorum. *Dal.*

Ex) Haec verbis totidem Plin. Val. IV. 40. ac fere Dioſc. I. 151. H.

t. Stomatice) Στοματικὴ ſubintellige, δύναμις, hoc eſt compoſitio, quae ad vuas, tonſillas, omneſque repentinas oris, (quod Graeci ϛόμα vocant) inflammationes accommodatur. Scrib. Larg. comp. 64. *Ad faucium vuaeque tumorem ſtomatice hac fere vtuntur*, etc. Schola Salernitana: *Mora ſitim tollunt, recreant cum faucibus vuam.* H.

v. Oculorum) Praeter Dioſc. et Plin. Val. cc. Priſcianus I. 10. *de oculorum cauſis. Si autem obſcuritas haec, ſenectutis magis quam oculorum vitium fuerit, ſuc-* cum

genitalibus, et his quas nomas vocant, et quae in hulceribus excrescunt. [1] Contra *x.* leporem marinum hoc modo: Acinis *y.* detracto cortice tusis, succoque decocto ad [2] tertias, cum croci, et aluminis scissi, myrrhae, mellis Attici selibris. Alii et hoc modo faciunt: Punica acida multa tunduntur: succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine, ad virilitatis et sedis vitia, et omnia quae [3] Lycio curantur, aures purulentas, epiphoras incipientes, rubras maculas. In manibus rami Punicorum serpentes fugant. Cortice Punici ex vino [4] decocti et impositi, perniones sanantur. Contusum *z.* malum ex tribus heminis vini, decoctum

1. *Et contra. D.* 2. *ternas. Ch.* 3. *hypocistide. Diosc.* 4. *decocto et imposito. Dal.*

cum mali granati melle Attico aequa mensura commisces, et vteris . . . Hoc etiam scriptoribus et pictoribus saepe profuit. H.

x. Contra) Habent ea verba libri omnes etiam manu exarati: Plin. Val. qui cetera ad verbum exscripsit, non habet. Eoque magis in suspicionem venimus, minime ea genuina esse, sed spuria, quod aduersus leporem marinum quae vulgo remedia statuuntur, intra corpus omnia sumi necesse sit: istud, cuius forma nunc scribitur, externis tantum vitiis apponi posse videatur. Ad leporem marinum tamen Scrib. Larg. Comp. 186. prodesse ait malorum Punicorum grana assidue data: sed per se ac sola: nec myrrham adiicit, nec alumen. Sic etiam Diosc. in Alex. c. 30. H.

y. Acinis) Plin. Val. IV. 40. *Fit ex acido Punico medicamentum,* στοματικὸν *a Graecis nominatum, cuius compositio eiusmodi est: detracto cortice mala tunduntur: ex his succus exprimitur: is decoctus ad tertias, quum ad sextarium venerit, croci scrupuli sex, myrrhae sex, aluminis sex, mellis optimi libra vna, miscentur: et ex hoc medicamento,* etc. H.

z. Contusum) Marc. Emp. c. 28. p. 200. Plin. Val. II. 21. ad

ad heminam, [1] tormina et [2] taenias pellit. Punicum in olla noua, [3] cooperculo *a.* inlito, in furno [4] exuſtum, et contritum, potumque in vino, ſiſtit aluum, diſcutit tormina.

LIX. Primus *b.* pomi huius partus florere incipientis, cytinus *c.* vocatur [5] Graecis, mirae obſer-

1. *tormina ſedat, et tineas pellit. Gr.* 2. *ſic quoque. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. operculo indit. Gr. et Al.* 4. *Sic et Ch. toſtum Gr. et Al.* 5. *a Graecis. Ch.*

ad verbum. Et cum ceteris Cato, c. 126. p. 66. H.

a. Cooperculo) Vide N. et Em. N. XX. (hic conſp.) *Punicum)* Prius, *operculo indito* legebatur. Nos exemplaria maxime probata ſequuti ſumus, R. 1. 2. Colb. Ch. auctoreſque idoneos: Marc. Emp. c. 27. p. 196. *Malum Punicum,* inquit, *in olla gypſata clauſum, in furno combures, et poſtea diligenter teres, atque in puluerem tenuiſſimum rediges, quem repones et paratum habebis: et quum opus fuerit, ad ſubitas tortiones cum vini potione detur.* Plin. Val. IV. 40. *Aluum fluentem miro modo ſiſtit Punicum in olla noua cooperculo illito in furno exuſtum, et in pulverem redactum, et in vini potionem perductum.* H.

b. Primus) Plin. Val. IV. 40. fere ad verbum. Heſychius: Κύτινοι, τῆς ῥοίας τὰ πρῶτα ἐξανθήματα. Ea vox calycem ſonat, quo dehiſcente in ſua ſe folia flos pandit et explicat: ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ ἄνθος, inquit Theophr. Adde his, ſi lubet, ea quae Rob. Conſt. habet in Lexico. H.

c. Cytinus vocatur Graecis) Dioſcoridi et Gal. L. VI. Simpl. Cytinus flos eſt mali punicae ſatiuae. At Gal. VI. κατὰ τόπȣς, cytinos eſſe ait πρωτογόνȣς ῥοιᾶς. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἀνθεῖν παύεται τὸ δένδρον, καρπὸς αὐτȣ̃ φαίνεται σχηματιζόμενος εἰς ἰδέαν ῥοιᾶς. His verbis Galenus Cytinum ait fructus eſſe rudimentum, quod deciduo flore primum apparet, et formatur. Inde legendum hic videtur, *florere deſinentis.* Capitula mali punici Celſus cytinos vocauit L. V. in deſcriptione emplaſtri rhypodis. Nec illud tacendum, cytinos, quamquam proprie mali ſunt punicae, dici tamen et de aliis

obſeruationis multorum experimento. Si *d.* quis vnum ex his, ſolutus *e.* vinculo omni cinctus et calceatus, atque etiam anuli, decerpſerit duobus digitis, pollice et quarto ſiniſtrae manus, atque ita luſtratis leui tactu oculis, [1] mox in os [2] additum deuorauerit, ne dente contingat, affirmatur nullam oculorum imbecillitatem [3] paſſurus eo anno. Iidem *f.* cytini ſiccati tritique, carnes excreſcentes cohibent: gingiuis *g.* et dentibus [4] medentur: vel ſi mobiles ſint, decocto ſucco. Ipſa *h.* [5] corpuſcula trita, hulceribus quae ſerpunt putreſcuntue, illinuntur. Item oculorum inflammationi inteſtinorumque: et fere ad omnia, [6] quae cortices malorum. Aduerſantur ſcorpionibus.

LX. Non eſt ſatis mirari curam diligentiamque priſcorum, qui omnia ſcrutati, nihil intentatum reliquere. In *i.* hoc ipſo cytino floſculi ſunt, antequam ſcilicet malum ipſum prodeat, erumpentes,

Ee 3

1. *mox in V. d.* 2. *inditum. V.* 3. *Sic ex MSS. H. paſſurus eodem. Cb. paſſurum. Gr.* 4. *medentur ſi mobiles ſint, decocto, aut ſucco. V. et ex Dioſc.* 5. *vaſcula. V.* 6. *ad quae. V.*

aliis. Sic hyoſcyami cytinos dixit Dioſcorides. *Dal.*

d. Si) Haec totidem verbis Plin. Val. IV. 40. Contractius paulo, neque adeo ſuperſtitioſe Dioſc. I. 152. H.

e. Solutus vinculo omni) Hoc Plinius paulo ſuperſtitioſius, quam Dioſcorid. Vide vtriuſque auctoris dictionem, et confer. *Dal.*

f. Iidem) Plin. Val. l. c. H.

g. Gingiuis) Dioſc. l. c. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, οὔλων πλαδώντων, καὶ ὀδόντων σειομένων διάκλυσμα. H.

h. Ipſa) Cytini partem inferiorem intelligit, quae in fructum tranſit ac pomum: dum ſuperior vna cum ſtaminibus ipſi medio inſidet pomo. H.

i. In) Plin. Val. IV. 40. ad verbum. H.

pentes, quos balaustium *k.* vocari diximus. Hos quoque ergo experti inuenerunt scorpionibus aduersari. Sistunt potu menses feminarum: sanant *l.* oris [1] hulcera, et tonsillas, vuam, sanguinis exscreationes, ventris et stomachi solutiones, genitalia, hulcera quacumque in parte manantia. Siccauere *m.* etiam vt sic quoque experirentur, inueneruntque *n.* tusorum farina dysentericos a morte reuocari, aluum sisti. Quin et nucleos ipsos acinorum experiri non piguit. Tosti *o.* tusique stomachum iuuant, cibo aut [2] potioni inspersi. Bibuntur *p.* ex aqua caelesti ad sistendam aluum. Radix *q.* decocta succum emittit, qui [3] taenias necat, Victoriati pondere. Eadem *r.* discocta in aqua, quas [4] Lycium, praestat vtilitates.

LXI. Est *s.* et siluestre Punicum, a similitudine

1. *hulcera capitis.* *Diosc.* ἀχῶρας. *hulcera*, *tonsillas.* *Gr. et Al.* 2. *potionibus per se. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch.* *tineas. Gr. et Al.* 4. *hypocistis. Diosc.*

k. Balaustium) Incogitanter haec Plinius. Cytinus flos est satiuae punicae, balaustium siluestris. *Dal.*

Balaustium) L. XIII. 34. H.

l. Sanant) Haec totidem verbis Plin. Val. l. c. H.

m. Siccauere) Marc. Emp. c. 27. p. 193. H.

n. Inueneruntque) Scrib. Larg. comp. med. c. 21. n. 85. *Balaustium contunditur, siccatur, sicco mortario teritur ... Atque ille quidem pastillus bene facit ad dysentericos, id est, torminosos.* Adde et Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 163. H.

o. Tosti) Diosc. I. 151. H.

p. Bibuntur) Diosc. l. c. H.

q. Radix) Marc. Emp. c. 28. p. 199. Diosc. quoque I. 153. Τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ῥιζῶν, ἕλμινθας πλατείας ποθὲν ἐκτινάσσει καὶ ἀποκτείνει. H.

r. Eadem) Hoc est, ita cocta vt deliquescant. Verbis Columellae vtor, ex XII. 41. H.

s. Est et siluestre Punicum) Ῥοὰν Graeci malum punicum

dine appellatum. Eius *t.* radices rubro cortice denarii pondere ex vino potae ſomnos faciunt. Semine *v.* poto, aqua quae ſubierit cutem, ſiccatur. Mali Punici corticis fumo culices fugantur.

LXII. (VII.) Pirorum *x.* omnium cibus etiam valentibus oneroſus, aegris quoque vini modo negatur. Decocta eadem mire ſalubria et grata, praecipue Cruſtumina. Quaecumque vero cum melle decocta, ſtomachum adiuuant. Fiunt *y.* cataplaſmata e piris, [1] ad diſcutienda corporum vitia:

 et de-

1. *ad repellenda. Dioſc.*

cum vocant: ῥοιάδα μήκωνα papauer erraticum, ſic dictum, quod protinus flos decidat. Horum vocabulorum affinitate deceptus Plinius, papauer cum punico oſcitanter confundit. *Dal.*

Eſt) Dioſc. I. 154. Ῥοιὰ ἀγρία. Hanc temere cum erratico papauere, qui ῥοιὰς μήκων a Graecis vocatur, Plinium miſcuiſſe, Dalecampius falſo calumniatur, eumque ſequutus, vt ſolet Salmaſ. in Praef. p. 11. et 12. H.

t. Eius) Ῥοιὰν et Ῥοιάδα non eſſe a Plinio pro vno eodemque accepta, vel hoc vnum declarat: quod papaueris erratici κεφαλίοις ſiue capitibus hanc vim alliciendi ſomnum ſcriptores adſciuerint: Plinius ipſe inprimis XX. 77. radicibus nemo vnus. H.

v. Semine poto, aqua quae ſubierit) Dioſcorid. erratici ſemen ἠπίως κοιλίαν μαλάσσειν, aluum leniter mollire: corniculati vero, ἐπιεικῶς κοιλίαν καθαίρειν, clementer aluum purgare inquit, ſed non aquam ſubter cutem educere. *Dal.*

Semine) Haec ῥοιᾶς quoque ſeu mali granati dos propria. Ῥοιάδος μήκωνος ſemen exinanit aluum: aquam quae ſubter cutem ſubierit, non educit. H.

x. Pirorum) Schola Salern. *Perſica, poma, pira, et lac, caſeus, et caro ſalſa, Atra haec bile nocent, ſuntque infirmis inimica.* Iterumque: *Dum coquis, antidotum pira ſunt: ſed cruda venenum: Cruda grauant ſtomachum, releuantque ſed cocta grauatum.* Ac paulo ante: *Sine vino ſunt pira virus.* H.

y. Fiunt) Dioſc. I. 168. de

et [1] decocto eorum ad duritias vtuntur. Ipsa z. aduersantur boletis atque fungis, pelluntque pondere et pugnante succo. Pirum a. siluestre tardissime maturescit. Conciditur b., suspensumque siccatur ad sistendam aluum: quod c. et decoctum eius [2] potu praestat. Decoquuntur d. et folia cum pomo ad eosdem vsus. Pirorum e. ligni cinis contra fungos etiamnum efficacius proficit. Mala piraque portatu iumentis mire grauia sunt vel pauca. Remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut vtique ostendantur.

LXIII. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque f. coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, et in vmbra siccatur, ad g. aperienda hulcera, cienda menstrua appo-

1. *decocta.* Ch. 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. potum. Gr. et Al.*

de piris: εἰς τὰ ἀποκρουστικὰ καταπλάσματα ἁρμόζουσι. *In cataplasmata repellentia conuenienter adduntur.* H.

z. *Ipsa*) Hanc piris siluestribus vim asserit Diosc. Εὐπορ. II. 160. H.

a. *Pirum*) Diosc. I. 168. H.

b. *Conciditur*) Diosc. l. c. H.

c. *Quod*) Diosc. l. c. et Plin. Val. IV. 39. H.

d. *Decoquuntur*) Diosc. et Plin. Val. II. cc. H.

e. *Pirorum*) Diosc. l. c. H.

f. *Itaque coaguli modo lac contrahit*) Coaguli modo lac contrahit, concretumque dissoluit, vt acetum. Diosc. Dal.

Itaque) Colum. VII. 8. p. 267. *Nec minus lac cogitur ficulneo lacte, quod emittit arbor, si eius virentem saucies corticem.* Diosc. I. 183. Ὁ γὰρ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς, πηκτικός ἐστι γάλακτος ὥσπερ ἡ πιτύα· λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς ὥσπερ τὸ ὄξος. *Tam siluestris quam satiuae fici lacteus succus coaguli modo lac contrahit, coagulatumque aceti modo dissoluit.* H.

g. *Ad*) Totidem verbis haec Diosc. I. 183. H.

[1] appositu cum luteo oui, aut potu cum *h.* [2] amylo. Podagris *i.* illinitur cum farina [3] Graeci feni et aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarumque scabiem emendat: item *k.* lichenas et psoras. Aluum *l.* soluit. Lactis *m.* ficulni natura aduersatur crabronum, vesparumque, et similium venenis, priuatim scorpionum. Idem *n.* cum axungia verrucas tollit. Folia *o.*, et quae non maturuere fici, strumis illinuntur, omnibusque *p.* quae emollienda [4] sunt, discutiendaue. Praestant [5] hoc et per se folia. Et [6] alii vsus eorum, tamquam in fricando lichene, alopeciis, et quaecumque exhulcerari opus sit. Et *q.* aduersus canis morsus ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Iidem *r.* cum melle hulceribus, quae ceria vocantur, illinuntur. Extrahunt *s.* infracta ossa cum papaueris siluestris

Ee 5 foliis.

1. appositum. Ch. appositus cum lu. ou. aut potus cum. V. 2. amygdala. Diosc. 3. Sic ex MSS. H. et Ch. foeni Graeci Gr. et Al. 4. 5. Sint ex MSS. H. et Ch. sunt praestant haec Gr. et Al. 6. alius vsus et alius eorum. Ch.

h. Cum) Ita sect. sq. de caprifici succo: *Vuluam cum amylo aperit.* Tamen Diosc. l. c. μετὰ ἀμυγδάλυ scripsit, ni mendosus est codex, non μετὰ ἀμύλυ. Dioscoridi fauet Saracenus in Nott. H.

i. Podagris) Diosc. l. c. H.

k. Item) Diosc. l. c. H.

l. Aluum) Diosc. l. c. H.

m. Lactis) Diosc. l. c. H.

n. Idem) Diosc. l. c. et Plin. Val. III. 42. H.

o. Folia) Plin. Val. III. 29. H.

p. Omnibusque quae emollienda) Πάσαις συςροφαῖς. Diosc. omnibus neruorum nodis. *Dal.*

Omnibus) Plin. Val. III. 25. *Ad collectiones vel tumores: Ficus, quae adhuc non maturauit, admixto adipe anserino imposita, mire sanat.* H.

q. Et) Plin. Val. III. 51. ad verbum. H.

r. Iidem) Plin. Val. III. 22. H.

s. Extrahunt) Schola Salern. de ficu: *Iunge papauer ei, con-*

foliis. Canum *t.* rabioſorum morſus folio trito ex aceto reſtringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, [1] muris aranei morſibus cum cera. Cinis earum e foliis, gangraenis, conſumendiſque quae excreſcunt. Fici *v.* maturae vrinam cient, aluum [2] ſoluunt, ſudorem mouent, papulaſque. Ob *x.* id autumno inſalubres, quoniam ſudantia huius cibi opera corpora perfrigeſcunt. [3] Nec *y.* ſtomacho vtiles: ſed *z.* ad breue tempus: et *a.* voci contrariae intelliguntur. Nouiſſimae ſalubriores, quam primae: medicatae *b.* vero

1. *Et muris.* *Dal.* 2. *ſoluunt: ſed ad breue tempus: ſudorem.* *Ex Dioſc.* 3. *Nec ſtomacho contrariae intell.* *Dal.*

ei, confracta foris trabis oſſa. H.

t. Canum) Plin. Val. III. 50. H.

v. Fici) Dioſc. I. 183. Σῦκα πέπειρα τὰ ἁπαλὰ, κακοςόμαχα, κοιλίας λυτικὰ … ἐξανθημάτων καὶ ἱδρώτων προκλητικά. H.

x. Ob id autumno inſalubres, etc.) In vetuſto codice: *Ob id autumno inſalubria, quoniam ſudantia huius cibi corpora refrigeſcunt.* vt verbum illud *opera*, redundet. quod tamen ad ſenſus integritatem aut aliud ſimile neceſſarium videtur. et *inſalubri*, lego potius quam *inſalubres.* quid ſi legas, *Ob id autumno inſalubri, quod affluentia huius cibi corpora refrigeſcunt.* Pint.

y. Nec) Dioſc. κακοςόμαχα. H.

z. Sed) Nocere ſtomacho innuit, ſed haud longo temporis interuallo. Idem dicendi genus, l. 66. de prunis: *Ipſa pruna aluum ſoluunt: ſtomacho non vtiliſſima, ſed breui momento.* H.

a. Et) Demetrius Sceptius apud Athen. III. 80. H.

b. Medicatae) *Medicatas* vocat, quarum maturitas, vt ſint praecociores, caprificatione acceleratur. Qua ratione id fiat, vide ſupra c. 19. L. XV. *Dal.*

Medicatae) Quae vis huic voci ſubſit, diximus XVI. 51. nec Dalecampio aſſenſi ſumus. H.

vero numquam. Iuuenum *c.* vires augent: senibus meliorem valetudinem faciunt, minusque *d.* rugarum. Sitim *e.* sedant: calorem refrigerant. Ob id non negandae in febribus constrictis, quas *f.* stegnas vocant. Siccae *g.* fici stomachum laedunt: gutturi et faucibus magnifice vtiles. Natura *h.* his excalfaciendi. Sitim *i.* adferunt. Aluum *k.* molliunt, rheumatismis eius, vt stomacho contrariae. Vesicae *l.* semper vtiles, et anhelatoribus, ac suspiriosis. Item *m.* iocinerum, renum, lienum *n.* vitiis. Corpus *o.* et vires adiuuant: ob

id ante

c. *Iuuenum*) Herodotus Lycius, in opere suo *de ficubus*, aliique quos Athenaeus affert, III. p. 78. H.

d. Minus) Isidor. Or. XVII. 7. *A senibus in alimentum sumptae saepius ficus, rugas eorum ferunt distendere.* H.

e. *Sitim*) Diosc. l. c. Ἄδιψα δὲ καὶ σβεστικὰ θερμασίας. H.

f. *Quas stegnas vocant*) Hae fiunt adstricta cute, praeclusis eius spiraculis, impeditoque humorum et vaporum transpiratu, aeris frigore, gelida lauatione et similibus caussis. *Dal.*

Quas) Febres hae fiunt, inquit Dalecampius, adstricta cute, praeclusis eius spiraculis, impeditoque humorum et vaporum transspiratu. Galen. de fac. simpl. med. V. p. 129. στεγνὰ vocat ea quae sensibiles excretiones prohibent. Alibi, adstricta renum vitia, et quaecumque impedimento sunt, vt vrina aut difficulter, aut saepe nulla, aut saltem per interualla temporis stillis fluat. H.

g. Siccae) Diosc. I. 183. H.

h. Natura) Diosc. l. c. H.

i. Sitim) Diosc. l. c. Τὰ δὲ ξηρὰ τροφιμὰ, θερμαντικὰ, διψητικώτερα. H.

k. *Aluum*) Diosc. l. c. H.

l. Vesicae) Diosc. l. c. H.

m. Item) Diosc. l. c. Cels. III. 21. *Si iecur aut lienem affectum esse, manifestum est, ficum pinguem contusam adiecto melle superponere.* Et c. 24. *Arida ficus imposita prodest, si iecur aut lien affectus est.* H.

n. Lienum) Praeter Diosc. l. c. Q. Serenus c. 4. de splene curando, p. 140. *Arida ficus item feruente domatur aceto Et trita illinitur, vel splen apponitur hoedi.* H.

id *p.* ante athletae hoc cibo pafcebantur: Pythagoras exercitator, primus ad *q.* carnes eos transtulit. [1] Recolligenti *r.* fe a longa valetudine vtiliffimae. Item *s.* [2] comitialibus, et hydropicis, omnibufque, quae maturanda aut difcutienda funt, imponuntur: efficacius *t.* [3] calce aut [4] nitro admixto. Coctae *v.* cum hyffopo pectus purgant, pitui-

1. *Sic ex MSS. H. Decoloratis. Diofc. recolligentibus Gr. et Al.* 2. *in comit. Ch.* 3. *calce, aut iride, aut. Diofc.* 4. *nitro, aut finapi adm. Corn. ex V. nitro, aut fi admifto. Ch.*

o. Corpus et vires adiuuant) Galenus libris de alimentis, vulpium corpus ficuum et vuarum efu maxime pinguefcere tradit, fed carne laxa et fluida. *Dal.*

p. Ob) Ad verbum haec Ifidor. XVII. 7. et Plin. Val. IV. 47. *Hic victus athleticus, quo corpus firmandum,* apud Celfum IV. 6. De hoc Pythagora porro, qui athleta fuit, vide Diog. Laert. in Pythag. VIII. et Iamblich. de vita Pyth. I. 4. Caue autem exiftimes eumdem hunc effe cum illo percelebri Mnefarchi filio, qui Pythagoricae] a fe cognominatae difciplinae auctor ac princeps exiftit. Oribafius *Goram* pro Pythagora mendofe vocat. H.

q. Ad carnes eos tranftulit) Illarum efu carnem et habitum corporis augeri docuit. *Dal.*

r. Recolligentibus fe a longa) Quatuor, *recolligentes.* Acad. *recolligens.* Lege: *recolligenti fe.* L. XXIV. 6. *qui longa aegritudine non recolligant vires.* Gron.

Recolligenti) Diofc. l. c. Τοῖς ἐν μακρονοσίας κακοχροῦσιν, *iis qui e longa valetudine decolorati funt.* H.

s. Item) Diofc. l. c. H.

t. Efficacius calce aut nitro admixto) In V. C. *Efficacius calce aut nitro admixto.* Locus eft vt fentio, hians et truncatus. Poteft tamen, vt puto, iactura ex Diofcoride refarciri, vt fic legatur: *Efficacius calce aut nitro aut iridis radice admixta.* Diofcorid. L. I. cap. de ficis: *Panos maturant, multoque magis additis radice iridis, aut nitro, aut calce.* Pint.

v. Coctae) Plin. Val. I. 58. *Aduerfus diuturnam tuffim, ficus aridae coquuntur*

pituitam *x.* tussim veterem. Cum *y.* vino autem ad sedem et [1] tumores maxillarum. Ad *z.* furunculos, panos *a.*, parotidas *b.* decoctae illinuntur. Vtile *c.* et decocto earum fouere feminas. Decoctae *d.* quoque eaedem cum feno Graeco vtiles sunt

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. et tumorem maxillarum et fur. Gr. et Al.*

tur cum hyssopo et aqua: et ex ea aqua tussientibus propinatur. Et IV. 47. de fico: *Coctae ex aqua cum hyssopo, dant potionem quae pectus expurget.* Similiter Celsus IV. 4. iuuare ait, ad tussim veterem, *quam pinguissimae ficus vncias tres supra prunas incoctas esse.* H.

x. Pituitam) Pituitosum humorem, in pulmonem delapsum. *Dal.*

Pituitam) Pituitosum humorem in pulmones delapsum. Diosc. l. c. Τοῖς περὶ πνεύμονα χρονίοις πάθεσι. H.

y. Cum) Plin. Val. H.

z Et furunculos, panos, parotidas, etc.) Scribo, *ad furunculos, etc.* tum ex vetere exemplari, tum etiam ex Diosc. L. I. cap. de ficis. *Quin etiam*, inquit, *coctae, mox concisae, ad discutiendas durities illinuntur. Strumas et quas Graeci parotidas dicunt emolliunt: panos maturant.* Pint.

Ad) Diosc. haec totidem verbis l. c. et Plin. Val. III. 32. H.

a. Panos) Praeter Diosc. Plin. Val. III. 27. et IV. 47. Item Marc. Emp. c. 32. p. 225. H.

b. Parotidas) Plin. Val. I. 13. de parotidum curatione: *Ficus sicca et vino cocta, et trita adiuuat.* Diosc. item l. c. H.

c. Vtile et decocto earum fouere feminas) Annon *femina?* Gron.

Vtile) Vide N. et Em. N. XXI. (hic coll.) *Vtile*) Quaerit Gronouius, annon *fouere femina* sit legi satius. Dioscoridem si legisset, non quaereret. Is enim I. 183. de ficis agens: *Ipsarum decoctum*, inquit, *cataplasmatis ex hordeacea farina admiscetur, itemque in muliebres fotus, cum feno Graeco aut ptisana.* Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν ... καὶ εἰς τὰς ὠμηλύσεις μίγνυται, καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πτισσάνης. H.

d. Decoctae) Plin. Val. IV. 47. H.

funt pleuriticis [1] et *e.* peripneumonicis. Cum *f.* ruta coctae torminibus profunt. Tibiarum *g.* hulceribus cum aeris [2] flore. Pterygiis *h.* cum [3] Punico malo. Ambuftis, pernionibus *i.* cum cera. Hydropicis *k.* coctae in [4] vino, cum abfinthio et farina [5] hordeacea, nitro addito. Manducatae, [6] aluum

1. *ac. Ch.* 2. *flore, et parotidi, ac pterygiis. V. et fpafticis. Alii V. flore, et parotidi. Pter. Ch.* 3. *malicorio. Diofc.* 4. *vino et cum. Gr. et Al.* 5. *hordeacea. Nitro addito aluum cient. Diofc. cient. paulo ante hoc capite, id eft, molliunt. Manducatae aluum foluunt. Ch.* 6. *Sic ex MSS. H. Aluum fiftant manducatae Gr. et Al.*

e. Et peripneumonicis) In eodem, *ac pleumonicis*, Atticе, pleumona enim illi vocant, quem communis lingua pneumona, vt grammatici notant. *Dal.*

f. Cum) Diofc. l. 183. H.

g. Tibiarum) Plin. Val. l. c. ad verbum. Diofc. l. c. Μετὰ χαλκάνθȢ δὲ, τὰ ἐν κνήμαις ῥευματικὰ, δυσαλθῆ καὶ κακοήθη ἰᾶται. Plinius apud fcriptorem vnde haec haufit, non μετὰ χαλκάνθȢ, hoc eft, *cum atramento futorio*, fed μετὰ χαλκȢ ἄνθȢς, *cum aeris flore* legit. Verum, vtut legit, nihil intereft: Nam et apud Galenum L. de fucced. med. p. 974. ἀντὶ χαλκάνθης, λεπὶς χαλκȢ fubftituitur: et inter ea quae exedunt aeque florem aeris, atque futorium atramentum Celfus affert V. 7. H.

h. Pterygiis) Diofc. I. 183. Σὺν σιδίῳ δὲ ῥοιᾶς, πτερύγια ἀνακαθαίρει. *Cum malicorio pterygia purgant.* H.

i. Pern.) Hoc eft, cum cerato. Diofc. l. c. H.

k. Hydropicis coctae in vino cum abfinthio, etc.) Locus eft mendofiffimus, tum verborum diftinctione luxata, tum ipfis verbis deprauatis. Scribe ergo fic: *Hydropicis coctae in vino cum abfinthio et farina hordeacea. Nitro addito manducatae aluum foluunt.* Diofcorides L. I. cap. de ficis: *in vino decoctae additis abfinthio et hordeacea farina, vtiliter contra fubeuntes aquas illinuntur.* et alio loco: *Aluum molliunt cum nitro et cnico tufae et in cibo fumptae.* Pint.

uum *l.* fiftunt. Scorpionum ictibus cum fale tritae illinuntur. Carbunculos *m.* extrahunt in vino coctae et impofitae. Carcinomati *n.*, fi fine hulcere eft, quam pinguiffimam ficum imponi, paene fingulare remedium eft: item phagedaenae. Cinis *o.* non ex alia [1] arbore *p.* acrior *q.*: purgat con-

1. *arbore acrior, vlcera purgat, conglutinat. Ch. arbore, aciem purgat, acrior, congl. Gr. et Al.*

Hydropicis) Plin. Val. III. 12. *de hydropifi: Ficus ficcae coquuntur, et ex vino et abfinthio, fuffunduntur farina hordeacea, addito nitro: omnia in vnum conteruntur, et ita imponuntur.* H.

l. Aluum) Et nitrum hic adhibet Diofc. l. c. Κοιλίαν μαλάσσει κοπέντα μετὰ νίτρȣ ... καὶ ἐσθιόμενα. H.

m. Carbunculos) Plin. Val. III. 30. Th. Prifc. I. 18. *de carbunculis: Ficus ficcae et vino coctae et contritae imponuntur, vt ex altitudine euocare poffint.* H.

n. Carcinomati) Totidem verbis haec Plin. Val. III. 32. et priuatim de narium carcinomate, Marc. Emp. c. 10. p. 86. H.

o. Cinis non ex alia) Breuior et verior antiqua lectio, *Cinis non ex alia arbore acrior: purgat, conglutinat, replet, adftringit.* Diofcorides loco proxime citato, de lixiuio facto ex cinere ramorum eius arboris: *purgat enim, glutinat et carne explet: nec minus concernit quam ea quae cruentis vulneribus imponitur.* Pint.

Cinis) Vide N. et Em. N. XXII. (hic pof.) *Cinis)* Ita locum hunc reftituimus admonitu cod. R. 2. et quos Pintianus vidit: quum fic vulgati prae fe ferant: *Cinis ex alia arbore aciem purgat acrior,* etc. inculcata temere vocula *aciem*, quae commodum efficere fenfum hoc loco nullum poteft. Nam de cute purganda in hulcerum medicina, de conglutinanda, replendaque agitur. Diofc. I. 186. vbi de cinere crematorum cauliculorum ficus: Ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰ καυστικὰ, καὶ γαγγραινȣ́μενα· ἀνακαθαίρει γὰρ καὶ ἀναλίσκει τὰ περισσά. Et infra: Καθαίρει γὰρ, καὶ κολλᾷ, καὶ σαρκοῖ, καὶ συμφύει ἐοικότως τοῖς ἐναίμοις. *Vtilis eft ad medicamenta cauftica, et prodeft cuti gangraena tentatae: nam expurgat et confumit, quae excrefcunt ... Etenim*

conglutinat, replet, adſtringit. Bibitur *r.* et ad diſcutiendum ſanguinem concretum. Item percuſſis, praecipitatis, conuulſis, [1] ruptis, cyathis *s.* ſingulis aquae [2] et olei. Datur *t.* tetanicis et ſpaſticis: item potus vel infuſus coeliacis, et [3] dyſentericis. Et ſi quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. [4] Item cum cera et roſaceo ſubactus, ambuſtis cicatricem tenuiſſimam obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu. Produnt etiam, ſi quis inclinata arbore, ſupino ore aliquem nodum eius morſu abſtulerit, nullo vidente, atque *v.* [5] cum aluta illigatum licio e collo ſuſpenderit, ſtrumas et parotidas diſcuti. Cortex tritus cum oleo, ventris [6] hulcera ſanat. [7] Crudae *x.* groſſi verrucas et thymos, nitro farinaque

1. *ruptis acinis cyathis. M. ruptis conuulſis cineris.* Ch. 2. *et olei exiguo. Datur. Dioſc.* 3. *et d. ap.* Gr. 4. *Idem.* Gr. 5. *Sic ex MSS. H et Ch. in al. Gr. et Al.* 6. *vulnera.* Ch. 7. *Coctae. Dioſc.*

Etenim purgat, conglutinat, carne replet, et oras committit. H.

p. Aciem purgat) Niſi pro acie *vlcera* legamus, de oculis intellexit, quod de vlceribus Dioſcorides ſcripſerat. *Dal.*

q. Acrior) Acrius, Theophraſto, Ariſtophanique in Veſpis, *ὁ δὲ συκῆς καπνὸς δριμύτατος ἐστὶν.* Plutarchus in Sympoſiacis quaerit, cur ficus *πίων καὶ γλυκύτατος καρπὸς* naſcitur *ἐν δένδρῳ πικροτάτῳ.* Fumum moleſtiſſimum eſſe et acerrimum tradit Brod. c. 21. III. *Dal.*

r. Bibitur) Dioſc. I. 186. H.

s. Cyathis) Cum aquae cyatho ad ſingula ea mala, admixto exiguo olei, inquit Dioſc. l. c. H.

t. Datur) Dioſc. *Καὶ τοῖς νευρικοῖς, καὶ σπάσμασι σύγχρισμα ἁρμόδιον σὺν ἐλαίῳ, ἱδρῶτας κινοῦσα.* H.

v. Atque) Aluta *δερμάτιον*, pellis mollior eſt, delicatius elegantiuſque concinnata. Licium vero, filum appellatur ſeu ſtamen. H.

x. Crudae) Dioſc. I. 185. *Ὠμοὶ*

naque additis tollunt. Spodii vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. Bis [1] tostus adiecto [2] psimmythio digeritur in pastillos, ad hulcera oculorum et scabritiam.

LXIV. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis minus habet: [3] surculo *y.* quoque eius [4] lac *z.* coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam, suauitatem carnibus [5] affert. Fricatur diluto ex aceto. Miscetur exhulceratoriis medicamentis. Aluum *a.* soluit: vuluam cum amylo aperit. [6] Pota menses ciet cum luteo oui. [7] Podagris cum farina Graeci feni illinitur. Lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat: item venenatorum ictus, et canis morsus. Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest, aut [8] in cauas, eorum additus. Cauliculi

1. *coctus. Cb.* 2. *hyoscyamo. M.* 3. *surculis. M.* 4. *lacte. Cb.* 5. *affert. Alopeciae fricantur. Vt scrib. hoc ipso capite.* 6. *pota, in Cb. d.* 7. *Sic ex MSS. H. farina feni Graeci Gr. et Al. Podagricis. Cb.* 8. *Sic ex MSS. H. in caua eorum inditus. V. aut cauis, etc. Alii V. in cauis Gr. et Al.*

Ὠμοὶ δὲ μυρμηκίας καὶ θύμες σὺν νίτρῳ καταπλασθέντες, καὶ ἀλεύρῳ αἴρεσι: *Crudae cum nitro et farina impositae, verrucas thymosque tollunt:* Θύμος verrucae nomen est, seu hulceris, Aegyptiae fabae magnitudine, quae thymi florem repraesentat. H.

y. Surculo quoque eius) Haec ferme omnia de fici lacte hoc ipso capite paulo ante recitata sunt, quae Plinius quamuis sensu eodem, ex diuersis auctoribus nullo iudicio in vnum congessit. *Dal.*

z. Lac) MSS. omnes, *lacte*, antiquo more in nominandi casu. Caprificum porro tum ad hunc effectum, tum ad ceteros perinde valere atque ficum auctor est Diosc. I. 184. Fici ramus autem lac cogit, inquit Colum. VII. 8. p. 267. H.

a. Aluum) Q. Serenus c. 29. de

liculi *b.* et folia, admixto eruo, contra marinorum venena prosunt. [1] Adiicitur et vinum. Bubulas *c.* carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Grossi *d.* illitae strumas, et [2] omnem collectionem emolliunt, et discutiunt. Aliquatenus *e.* et folia. Quae *f.* mollissima sunt ex his, cum aceto hulcera manantia, et epinyctidas, et furfures sanant. Cum *g.* melle [3] foliis ceria sanant, et canis morsus. Recentes cum vino, phagedaenas. Cum *h.* papaueris foliis ossa extrahunt. Grossi caprifici [4] inflationes discutiunt suffitu. Resistunt *i.* et sanguini taurino poto, et psimmythio, et lacti coagulato potae. Item *k.* in aqua decoctae atque illitae parotidas sanant. Cauliculi aut grossi eius

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. adiiciunt Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et V. omnium Gr. et Al.* 3. *et nigrae foliis. Diosc. melle item et fol. Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. inflammationes Gr. et Al.*

29. de ventre molliendo p. 144. *Siluestris fici lacrymam prodesse loquuntur.* H.

b. Cauliculi) Diosc. I. 185. H.

c. Bubulas) Quin etiam et arbori ficui suspensae carnes tenerescunt, teste Plutarcho symp. Quu. VI. 10. p. 696. H.

d Grossi) Diosc. I. 185. Οἱ δὲ ὄλυνθοι, ὑπό δέ τινων ἐρινέοι καλούμενοι, ἑφθοὶ καταπλασθέντες, πᾶσαν συςροφὴν, καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσουσιν. *Grossi, quae a nonnullis erinei vocantur, coctae et illitae collectionem omnem, strumasque emolliunt.* H.

e. Aliquatenus) Diosc. I. 185. H.

f. Quae) Diosc. l. c. H.

g. Cum) Hoc est, imposita foliorum cum melle. Ita MSS. Prius, *cum melle item et foliis.* Haec quoque Diosc. l. c. Ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι, καὶ πρὸς τὰ κηρία. H.

h. Cum p.) Diosc. l. c. Ἀνάγουσι δὲ οἱ ὄλυνθοι καὶ ὀςᾶ σὺν μήκωνος ἀγρίας φύλλοις, etc. H.

i. Resistunt) Nicand. in Alexiph. p. 151. H.

k. Item) Ad χοιράδας quae

eius quam minutiſſimae ad ſcorpionum ictus e vino bibuntur. Lac *l.* quoque inſtillatur plagae, et folia imponuntur. Item *m.* aduerſus murem araneum. Cauliculorum *n.* cinis vuam faucium ſedat. Arboris ipſius cinis ex melle, rhagadia. Radix *o.* deferuefacta in vino, dentium dolores. Hiberna caprificus in aceto cocta et trita, impetigines tollit. Illinuntur ramenta [1] rami ſine cortice quam minutiſſima ad ſcobis modum. Caprifico quoque medicinae vnius miraculum additur. Corticem *p.* eius [2] impubeſcentem puer impubis ſi defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipſam adalligatam

Ff 2 ante

1. *Ramorum. V.* 2 *Iam pubeſcentem. V.*

quae frequenter in collo vel ſub mento, vel ſub aſcellis naſci nouimus, inquit Theod. I. 9. de furunculis, *vtamur caprificis in aqua decoctis et contritis.* Eſt autem hoc parotidibus affine malum in primis. H.

l. Lac) Q. Serenus c. 147. p. 155. H.

m. Item) Dioſc. l. c. H.

n. Cauliculorum) Succo ipſo, vel lacte caprifici in cochleari poſito, vua optime ſubleuatur, inquit Marc. Emp. c. 14. p. 100. H.

o. Radix) Plin. Val. I. 36. et Marc. Emp. c. 12. p. 93. H.

p. Corticem eius impubeſcentem puer impubis, etc.) *Cortice* non *Corticem: defractura*, non *defracto ramo*, in vetuſto exemplari legitur. Nam non multo poſt, *Idem*, inquit, *praeſtare et ramus dicitur luna plena defractus.* Item verbum, *impubis*, non habetur in eodem. *Pint.*

Corticem) Forte *intumeſcentem.* Vide N. et Em. N. XXIII. (hic conſp.) *Corticem)* Ita vulgati libri pariter, et manu exarati. Quid ſi *intumeſcentem* legas? Nam *impubeſcentem* illud, occaſione vocis proxime ſubſequentis *puer impubis*, natum temere confictumque ab amanuenſibus videtur. Et ſane Plin. Valer. qui hunc locum expreſſit III. 29. *Caprifici corticem intumeſcentem*, inquit, *puer impubis ſi diffracto ramo tollat dentibus, et medulla ipſa alligetur ante ſolis ortum, prohibere*

ante solis ortum, prohibere strumas. Caprificus *q.* [1] tauros quamlibet feroces, collo eorum circumdata, in tantum mirabili natura compescit, vt immobiles praestet.

LXV. Herba quoque, quam Graeci *r.* [2] erineon vocant, reddenda in hoc loco propter *s.* gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis quinis [3] fere, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, paruum: tritum *t.* cum melle Attico, oculorum epiphoris [4] medetur: vtcumque *v.* autem decer-

1. *taurorum quamlibet ferocium, col. cor. circ. in tam rabidam naturam. M.* 2. *Erimon. Diosc.* 3. *fere, aut senis foliis ocymi. Diosc.* 4. *medetur. duabus drachmis, cum cyathis mellis Attici quatuor. Cumulatim decerpta, etc. Cornarius ex V.*

bibere strumas constat. Intumescere porro corticem credimus in germinatione, quoniam tum praegnantium arborum rumpitur cortex, vt dictum est XVI. 51 H.

q. Caprificus) Isidor. Origg. XVII. 7. ad ficum hanc dotem refert: *Tauros quoque ferocissimos, inquit, ad fici arborem colligatos repente mansuescere dicunt.* Plutarch. item Symp. Quu. II. 7. p. 641. Ἄγριος δὲ ταῦρος ἀτρεμεῖ καὶ πραΰνεται συκῇ προστεθείς. H.

r. Graeci) Diosc. IV. 29. ἐρῖνος. Sed aliis aliter. Nicand. in Theriac. c. 47. aduersus serpentes vim commendat: Κλώθοντος ἐν ἀρπέζαισιν ἐρίνου. *In madidis qui vallibus exit, erini.* Schol. in eum locum, p. 30. Τὸν δὲ ἐρῖνον, τὸν καὶ ἐρίνεον Διοκλῆς ἐν τῷ Ῥιζοτομικῷ φησὶν εἶναι ὅμοιον ὠκίμῳ· βοηθεῖ δὲ πρὸς τὰ θηρία· φύεται δὲ πρὸς ποταμοὺς καὶ κρήνας etc. Hausisse a scriptore Graeco, quisquis ille est, Plinium ea, quae de erineo retulit, certum est. Aeui nostri herbarii plantam nullam agnoscunt, quae huic descriptioni congruat, inquit Anguillara, parte 14. p. 255. Ruellius III. p. 592. eam esse putat, quam rura nostra Lactariam vocant: herbarii, Herbam Lactis: ocimum alii aquatile. H.

s. Propter) Propter similitudinem nominis. H.

t. Tritum) Diosc. IV. 29. H.

decerpta manat lacte multo et dulci. Herba *x.* perquam vtilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis.

LXVI. Pruni *y.* folia [1] decocta tonsillis, gingiuis: vuae *z.* prosunt in [2] vino, decocto eo subinde ore colluto. Ipsa *a.* pruna aluum molliunt, stomacho *b.* [3] non vtilissima, sed breui momento.

LXVII. Vtiliora *c.* Persica, succusque [4] eorum,

1. *decocta, in M. d.* 2. *Sic ex MSS. H. in vino decocta, et subinde Gr. et Al.* 3. *stomacho vero vtilissima Gr. et Al. vero in M. d.* 4. *eorum etiam expressus cum vino aut aceto. Dal.*

v. Vtcumque) Diosc. l. c. H.

x. Herba) Diosc. l. c. H.

y. Pruni) Marc. Emp. c. 15. p. 106. *Pruni arboris folia ex vino decocta et gargarizata tonsillas molliunt.* Et c. 11. p. 88. *ad gingiuas: Arboris pruni folia cum vino decoquuntur: eorum succus expressus intra os retentus, plurimum prodest.* Haec pariter Galenus prodidit de fac. simpl. med. VII. p. 192. H.

z. Vuae) Marc. Emp. c. 14. p. 99. et Plin. Val. I. 43. H.

a. Ipsa) Plin. Val. II. 23. Galen. l. c. et experientia. Lepide Martialis, Epigr. XIII. 29. cui lemma praefigitur: Pruna Damascena: *Pruna peregrinae carie rugosa senectae Sume, solent duri soluere ventris onus.* H.

b. Stomacho) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic adi.) *Ipsa)* Hanc lectionem, quae sane sincera est, Frobenius interpolauit, scribens, *stomacho vero vtilissima*: reclamantibus licet editionibus vetustis, Parmensi, ceterisque: nec MSS. vllis codicibus secundis: nam omnes ii, quos videre licuit, R. et Colb. *non vtilissima* prae se ferunt: itaque postulat loci sententia, qua nocere stomacho, sed ad breue tempus, pruna dicuntur. Sic paulo ante Plinius ipse de ficis: *nec stomacho vtiles, sed ad breue tempus.* Atque eam ob rem Diosc. I. 174. pruna ait male habere stomachum, aluum mollire: Κοκκυμηλέα δένδρον ἐςὶ γνώριμον, οὗ ὁ καρπὸς ἐδώδιμος, κακοςόμαχος κοιλίας μαλακτικός. H.

c. Vtiliora) Diosc. I. 164. Τὰ

rum, etiamnum in vino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius [1] eis pomis innocentior cibus. Nuſquam minus odoris, ſucci plus, qui tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita, haemorrhagiam *d.* ſiſtunt. Nuclei *e.* Perſicorum [2] cum aceto et oleo, capitis doloribus illinuntur.

LXVIII. Silueſtrium *f.* quidem prunorum baccae, vel e radice cortex, in vino auſtero ſi decoquantur, ita vt triens ex hemina ſuperſit, aluum et tormina ſiſtunt. Satis eſt ſingulos cyathos decocti ſumi.

LXIX. Et *g.* in iis, et ſatiuis prunis eſt limus arborum, [3] quem Graeci lichena appellant, rhagadiis et condylomatis mire vtilis.

LXX. Mora

1. *eius. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et M. cum oleo ex aceto. Ch. in aceto et ol. Gr. et Al.* 3. *quem gummi Graeci appellant, lichenibus, rhagadiis. Ex Dioſc.*

Τὰ δὲ περσικὰ μῆλα εὐςόμαχα. H.

d. Haemorrhag.) Αἱμοῤῥαγίαν. Ea vox ſanguinis profluuium ſonat, ſiue e naribus, ſiue ex aluo. H.

e. Nuclei Perſicorum) Μαχαίρια vocat Archigenes L. v. κατὰ τόπȣς, in deſcriptione medicamentorum, quae faciunt ad gingiuas cruentas, quoniam inſtar gladii mucronati ſunt. *Pint.*

f. Silueſtrium) Ita fere Dioſc. I. 174. At Marc. Emp. paene ad verbum, c. 27. p. 194. et Plin. Val. II. 27. H.

g. Et in) Muſcus. Vide N. et Em. N. XXV. (hic poſ.) *Et)* Qui ſunt animo in Plinium plus aequo, deceptum ſcriptoris Graeci verbis, quae Dioſc. retulit I. 174. nec quid legeret intellexiſſe, arbitrantur. Τὸ δὲ κόμμι τῆς κοκκυμηλέας ... σὺν ὄξει ἐπιχριόμενον, λειχῆνας τȣ̀ς ἐπὶ παιδίων θεραπεύει. *Gummi prunorum ex aceto illitum lichenas infantium ſanat.* Quo vero eiuſmodi homines calumniandi libido, aut verius furor abripit, vt tam parum cohaerentia proferant? Gummi prunorum lichenas

LXX. [1] Mora *h.* in Aegypto et *i.* Cypro ſui generis, vt diximus, largo ſucco abundant, ſummo cortice deſquamato: altiore plaga [2] ſiccantur; mirabili natura. Succus *k.* aduerſatur venenis ſerpentium, prodeſt dyſentericis, diſcutit *l.* panos, omneſ-

1. *Sycomori. Dioſc.* 2. *ſiccae. M.*

lichenas ſanari Graecus ſcriptor prodidit: et idoneum id argumentum putant, quo probent, lichenis nomen temere deriuatum a Plinio in muſcum limumue, qui prunis adhaeret. Quid vero vetat id ei muſco nomen inditum fuiſſe, vt muſco alteri, qui petris adhaereſcit, quo lichenes ipſi ſanantur, hanc ipſam lichenis nomenclationem attributam fuiſſe, Dioſc. ipſe aſſeuerat IV. 53. An ſi quid Plinius affert in medium, quod Dioſcoridi latuit, cadere debet in eum erroris alicuius iuſta ſuſpicio? In Indice huius loci *De limo; ſiue lichene arborum*, plane legitur. H.

h. Mora) Ficum Aegyptiam, ſiue ſycomorum, Cypriamque intelligit, arbores moro ſimiles, de quibus XIII. 14. ſq. H.

i. Et Cypro ſui generis) Sycomorus Dioſcoridi in Rhodo et Caria plurima naſcitur. Cypria ficus ab ea diuerſa eſt, ex vlmorum genere, folio ſycomori, fructu pruni magnitudine, meo iudicio arbor quae myxa fert. *Dal.*

Cortice) Defracto. Dioſc. I. 181. Ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἔαρος πρώτου, τοῦ φλοιοῦ ἐξεπιπολῆς λίθῳ θλωμένου· βαθύτερον γὰρ θλασθεὶς οὐδὲν ἀνίησι. *Liquorem fundit arbor primo vere, priuſquam fructum proferat, lapidis ictu ſummo cortice deſquamato: ſi enim frangatur altius, nihil quidquam emittit.* Hoc ipſum et de moro noſtrate Plin. XVI. 72. H.

k. Succus) Dioſc. l. c. Πίνεται δὲ καὶ συγχρίεται πρὸς ἑρπετῶν δήγματα. H.

l. Diſcutit panos) Galenus L. XIV. meth. cap. 7. in curatione tumoris ex craſſo vaporoſoque ſpiritu geniti mirum in modum laudat emplaſtrum διὰ συκομόρου, cuius deſcriptio eſt apud Aeginetam. *Dal.*

Diſcutit) Dioſc. l. c. Δύναμιν ἔχει ὁ ὀπὸς μαλακτικήν, κολλητικήν, διαφορητικὴν τῶν δυσπέπτων. H.

omnesque collectiones: vulnera conglutinat, capitis *m.* dolores sedat, item aurium: [1] splenicis *n.* [2] bibitur, atque illinitur: et *o.* contra perfrictiones. *p.* Celerrime *q.* teredinem sentit. [3] Neque *r.* apud nos succo vsus minor. Aduersatur aconito et *s.* araneis, in vino potus. Aluum *t.* soluit: [4] pituitas, taeniasque et similia ventris animalia extrahit. Hoc *v.* idem praestat et cortex tritus. Folia *x.* tingunt capillum cum fici nigrae et vitis

1. *Sic ex MSS H. et Ch. Spleneticis bibitur. Illinitur et cont. Gr. et Al.* 2. *bibitur, illinitur, et contra. Gr. et Al.* 3. *Neque, etc. minor vsus. Ch. nec Gr.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. pituitasque ac tineas. Gr. et Al.*

m. Capitis) Hunc succum, hanc lacrymam ad inducendum quoque somnum in phrenesi, prodesse Celsus prodidit III. 18. H.

n. Splenicis) Diosc. l. c. illini ait contra induratos in scirrhum lienes: συγχρίεται πρὸς ἐσκιῤῥωμένας σπλῆνας. H.

o. Et) Diosc. l. c. Στομάχε τε ἀλγήματα καὶ φρικίας. H.

p. Perfrictiones) Horrores, τὰς φρίκας. Diosc. *Dal.*

q. Celerrime) Diosc. l. c. H.

r. Neque) Neque succo mororum, quae nascuntur apud nos, minor vsus. Est autem hic succus, lacryma, quae cortice desquamato manat. Mororum dotes in medicina vsu, cecinit haud ineleganti carmine Passeratius, Cal. Ian. 1689. H.

s. Et) Diosc. l. 180. phalangiis, quod genus araneorum est, succum foliorum mederi scribit: ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων φαλαγγιοδήκτοις ἀρήγει, ποθεὶς κυάθε πλῆθος. Aconito, radicis decoctum, τοῖς ἀκόνιτον πεπωκόσιν etc. H.

t. Aluum) Marc. Emp. c. 13. p. 212. *Aquam ex aluo solum deducit mori lacryma, vel radix incocta potui data.* H.

v. Hoc) Diosc. l. c. radicis cortex decoctus in aqua et potus latas ventris tineas expellit: Ὁ δὲ τῆς ῥίζης φλοιὸς συνεψηθεὶς ὕδατι καὶ ποθεὶς ... πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει. H.

x. Folia) Diosc. l. c. H.

et vitis [1] corticibus ſimul coctis in aqua caeleſti. Pomi *y.* ipſius ſuccus aluum ſoluit protinus. Ipſa *z.* poma ad praeſens ſtomacho [2] vtilia, refrigerant, ſitim faciunt. Si *a.* non ſuperueniat alius cibus, intumeſcunt. Ex *b.* immaturis ſuccus ſiſtit aluum: veluti *c.* animalis alicuius, in hac arbore obſeruandis *d.* miraculis, quae in natura eius diximus.

Ff 5 LXXI. Fit

1. *cortice. M. foliis. Dioſc.* 2. *inutilia. Dioſc.*

y. Pomi) Maturi videlicet. Plin. Val. II. 23. et Galen. de fac. ſimpl. med. VII. p. 210. H.

z. Ipſa) Ad breue tempus, quo fere eſitantur. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic colloc.) *Ipſa*) Sincerius forſan videatur, *inutilia.* Nam et Dioſc. I. 180. *κακοςόμαχα* mora vocat: et vox ea *ad praeſens* eamdem ſententiam prae ſe fert, atque haec de prunis ficiſque oratio, ſuperioribus ſectionibus: *Nec ſtomacho vtiles fici, ſed ad breue tempus. Ipſa pruna ſtomacho non vtiliſſima, ſed breui momento.* H.

a. Si non ſuperueniat alius cibus) Alia fuit Horatii ſententia his verbis: — *ille ſalubres Aeſtates peraget, nigris qui prandia moris Finiet, ante grauem quae legerit arbore Solem.* Dal.

Si) Contraria Catii doctrina apud Horat. II. Sat. IV. 21. *Illa ſalubres Aeſtates peraget, qui nigris prandia moris Finiet, aut grauem quae legerit arbore ſolem.* H.

b. Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum) Leg. *Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum corticis, qui veluti animalium cutis eſt in hac arbore, etc.* Supra c. 38. L. XVI. *Pro cute cortex. Mirum hic in moro, etc. Cutis, in alicuius*, corruptum eſt. *Dal.*

Ex) Galen. l. c. et Plin. Val. II. 27. H.

c. Veluti) Mira etenim fici, ſeu animalis alicuius, ſapientia. Ad illud reſpicit, quod ſuperius animaduertit, XVI. 41. *Morus, nouiſſima arborum germinat, nec niſi exacto frigore: ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed quum cepit, in tantum vniuerſa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat, etiam cum ſtrepitu.* H.

d. Obſeruandis miraculis) Videlicet, quod niſi exacto frigore germinet, vniuerſa germinatione tantum erumpente, vt vna nocte peragat,

LXXI. Fit ex pomo panchestros *e.* stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: Sextarii tres succi e pomo, [1] leni *f.* vapore ad crassitudinem mellis rediguntur. [2] Post *g.* additur omphacii aridi pondus *h.* X. duorum, aut myrrhae X. vnius, croci X. vnius. Haec simul trita [3] miscentur decocto. Neque est aliud oris, arteriae, vuae, stomachi, iucundius remedium. Fit et alio modo: succi sextarii duo, mellis Attici sextarius, decoquuntur, vt *i.* supra diximus. Mira sunt praeterea quae produntur. Mori germinatione, [4] priusquam folia exeant, sinistra decerpi iubentur futura *k.* poma: [5] ricinos *l.* Graeci vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, siue ex vul-

1. *Sic ex MSS. H. M. et Ch. leui Gr. et Al.* 2. *Postea omph. arid. pondus XII. croci XI. aut murrhae XI. Haec simul, etc. Ch.* 3. *et mixta. M.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. quam inf. Gr. et Al.* 5. *cytinos. Hermolaus.*

gat, etiam cum strepitu. Vide supra cap. 25. L. XVI. *Dal*

e. Panchrestos) Πάγχρηςος, *prorsus vtilis compositio.* Nam δύναμις subintelligitur. De stomatice diximus f. 58. De arteriace XX. 79. Similem arteriacen succi e moris expressi, aliorumque medicamentorum, ex Ptolemaeo Euergete, refert Marc. Emp. c. 14. p. 102. quam is ad vuam commendat. Alias quinque huic Plinianae similiores, Plin. Val. I. 51. Vide et Diosc. I. 182. H.

f. Leni) Modico calore. H.

g. Post additur omphacii aridi) Cornarius, *additur*, et, *aut*, in vetusto codice non legit, et sic emendat hunc locum: *Post omphacii aridi pondus X. duorum, myrrhae X. vnius, croci vnius simul trita, etc.* Dal.

h. Pondus) Hoc est, denariorum duorum. H.

i. Vt) Nempe, leni vapore, vt dictum est proxime. H.

k. Futura) Erumpentia primum mora. H.

l. Ricinos) Ita etiam MSS. Bar-

vulnere fluat, siue ore, siue naribus, siue [1] haemorrhoidis: ad hoc seruantur repositi. Idem praestare et ramus dicitur luna plena defractus, incipiens fructum [2] habere, si terram non attigerit, priuatim mulieribus adalligatus lacerto, contra abundantiam mensium. Hoc et quocumque tempore ab ipsis decerptum, ita vt terram non attingat, adalligatumque existimant praestare. Folia mori trita, aut arida decocta, serpentium ictibus imponuntur. Ad idemque potu proficitur. Scorpionibus aduersatur e radice corticis succus, ex vino aut posca potus. Reddenda est et antiquorum compositio. Succum expressum pomi maturi immaturique mixtum, [3] coquebant in vase aereo ad mellis crassitudinem. Aliqui myrrha adiecta [4] et *m.* cupresso praeduratum *n.* [5] ad Solem torrebant, permiscentes spatha *o.* ter die. Haec erat stomatice, [6] qua et vulnera ad cicatricem perducebant. Alia *p.* ratio: succum siccato exprimebant pomo, mul-

1. *haemorroidibus, vel haemorrhoide.* *Dal.* 2. *habere si.* *Gron.* 3. *coquebant vase.* *Ch.* *coquebant in vase.* *Alii.* 4. *et passo.* *Quidam.* 5. *vas Sole torr.* *Gr. et Al.* 6. *quae et vul. ad cic. perducebat.* *M.*

Barbarus *cytinos* reponebat. H.

m. Et) Siue cupressi pilulis, siue succo. H.

n. Praeduratum vas sole torrebant) Scribo, *praeduratum ad solem torrebant*, ex vetusto codice. *Pint.*

Ad) Sic Pintianus ex vetusto codice. Alioqui libri, *vas sole torrebant.* H.

o. Spatha) Σπάθη, rudis siue rudicula est, eademque spathula dicta Celso ac Columellae: instrumentum quo aliquid mouetur et agitatur a Chirurgis et pharmacopolis, *Vne spatule.* H.

p. Alia ratio succum siccato) Legend. *Alia ratio: immaturi succum exprimebant, siccato pomo multum, etc.* Id est, quod ait Diosc. immaturi

multum ſapori obſoniorum conferente. In medicina vero contra nomas, et pectoris pituitas, et vbicumque opus eſſet, adſtringi viſcera. Dentes *q.* quoque colluebant eo. Tertium *r.* genus: ſucci foliis et radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponuntur et per ſe folia. Radix *s.* per meſſes inciſa ſuccum dat aptiſſimum dentium dolori, collectionibuſque, et ſuppurationibus. Aluum purgat. Folia mori in vrina madefacta, pilum *t.* coriis detrahunt.

LXXII. Ceraſa *v.* aluum molliunt, ſtomacho inutilia: Eadem ſiccata aluum ſiſtunt, vrinam cient. [1] Inuenio *x.* apud auctores, ſi quis matutino roſcida cum ſuis nucleis deuoret, in tantum leuari aluum, vt pedes morbo liberentur.

LXXIII. Meſpila *y.* exceptis ſetaniis, quae *z.* malo

1. *Inuenio auctorem.* *M.*

maturi mora ſiccari, et pro rhoë miſceri coeliacorum cibis. *Dal.*

Alia) Dioſc. I. 180. H.

q. Dentes) Foliorum et corticis decocto dentes vtiliſſime collui docet Dioſc. l. c. H.

r. Tertium) Scilicet compoſitionis. Affert illud Plin. Val. III. 36. Folia trita cum oleo ambuſtis mederi Dioſc. ait l. c. H.

s. Radix) Haec totidem verbis Dioſc. l. c. et Marc. Emp. XII. 95. H.

t. Pilum) Quae a coriariis aptantur, concinnanturque in officinis. H.

v. Ceraſa) Ad verbum Plin. Val. IV. 50. Dioſc. I. 157. Κεράσια καὶ αὐτὰ μὲν χλωρὰ λαμβανόμενα, εὐκοίλια τυγχάνει. Ξηρὰ δὲ ἵϛησι κοιλίαν. Item Gal. de fac. ſimpl. med. VII. p. 189. humida ceraſa ventrem ſubducere, ſiſtere ſiccata ſcribit. H.

x. Inuenio) Plin. Val. l. c. *A non paucis auctoribus traditur, ſi mane recentia cum ſuis nucleis deuorata ſint, aluum tam copioſe fluere, vt ex eadem cauſa pedes morbo implicati liberentur.* H.

y. Meſpila exceptis ſetaniis) Inepte Plinius Sitanios ab

malo propiorem vim habent, reliqua adſtringunt ſtomachum, ſiſtuntque aluum. Item *a.* ſorba ſicca: nam recentia ſtomacho et aluo citae proſunt.

LXXIV. (VIII.) Nuces *b.* pineae, quae reſinam habent, contuſae leuiter, additis [1] in ſingulas ſextariis aquae ad dimidium decoctae, ſanguinis

1. *Sic ex MSS. H. in ſingulas ſingulis. V. in ſingulis ſext. Gr. et Al.*

ab epimelide diuerſa eſt. Nec ſitanios, ſed epimelis foliis malo comparatur, non autem facultate, quae multum differt. *Dal.*

z. *Quae)* Et formam quoque malo propiorem: δένδρον γὰρ ἐςι μήλῳ ἐμφερὲς καὶ τοῖς φύλλοις, inquit Dioſc. I. 170. et vim parem: nam mala matura vim adſtringendi non habent, ipſo teſte I. 159. Habent autem reliqua meſpila, vt idem tradit, I. 169. Στύφει καὶ βιβρωσκόμενον ... καὶ κοιλίας ςεγνωτικόν. Sic etiam Plin. Val. IV. 45. Et ſchola Salernit. *Multiplicant mictum, ventrem dant meſpila ſtrictum.* H.

a. *Item)* Subintellige, ſiſtunt aluum. Mart. XIII. 26. *Sorba ſumus molles nimium durantia ventres.* Et Dioſc. I. 173. de ſorbis: Ξηρανθέντα ἐν ἡλίῳ, ςαλτικὰ γίνεται κοιλίας ἐσθιόμενα. H.

b. *Nuces)* Hoc remedium Marc. Emp. ita digeſſit, c. 16. p. 117. *Nuces pineae,* inquit, *inanes contuſae in ollam mittuntur: et quot fuerint nuces, tot hyoſcyami vnciae, et aquae ſextarii adiiciuntur: haec ad medias decoquuntur: atque inde ad tuſſis remedium, etiam phthiſico bibenda ieiuno quotidie potio,* etc. Huc ſpectat inſcriptio vetus apud Gruter. p. 41. αἷμα ἀναφέροντι Ἰουλιανῷ ἀπηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς καὶ ἐκ τοῦ τριβώνου ἆραι κόκκους ςροβύλου καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ ἐσώθη καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίςησεν ἐμπρόσθεν τοῦ δήμου *Sanguinem vomenti Iuliano, deſperato ab omnibus hominibus, ex oraculo reſpondit Deus, veniret, et ex area* (vel e templo, vni tres arae ſunt) *nuces pineas acciperet, et ex melle comederet per triduum.*

nis *c.* exſcreationi medentur, ita vt cyathi bini bibantur ex eo. Corticis *d.* e [1] pino in vino decoctum contra tormina datur. Nuclei *e.* nucis pineae ſitim ſedant, et acrimoniam ſtomachi roſioneſque et contrarios *f.* humores conſiſtentes ibi: et *g.* infirmitatem virium roborant, renibus *h.* et veſicae vtiles. Fauces videntur [2] exaſperare, et *i.* tuſſim. Bilem pellunt poti ex aqua, aut vino, aut paſſo, aut

1. *pinu. Ch.* 2. *exaſperatas lenire. V.*

duum. Et conualuit, et veniens publice gratias egit, praeſente populo. Addit marmorea tabula, ſed falſa, id Antonino Pio Principe contigiſſe. H.

c. Sanguinis exſcreationi medentur) In Aeſculapii templo, quod olim fuit in inſula Tiberina, reperta marmorea tabula Graecis literis exarata, pini nucleos reiicientibus ſanguinem ex pectore mederi teſtatur. Antiquitatis monumentum iſtud ſingulare ex libris de arte gymnaſtica Mercurialis medici doctiſſimi ſumptum adſcribere placuit: quod illi clariſſimo viro me debere tacitum nolui. *Dal.* Vide Not. praec.

d. Corticis) Plin. Val. II. 28. *Pini arboris corticem*, etc. H.

e. Nuclei) Plin. Val. ad verbum, IV. 56. Dioſc. pariter I. 88. Παρηγοροῦσι δὲ καὶ ἰσομάχων δηγμοὺς etc. H.

f. Contrarios humores) Putres et corruptos, Dioſc. *Dalec.*

Et) Dioſc. l. c. τὰς τῶν ὑγρῶν διαφθορὰς. H.

g. Et inf.) Dioſc. l. c. Ἐξερείδουσί τε ἀτονίαν σώματος. Et paulo antea: Ἀμβλυντικοὶ τῶν περὶ κύστιν καὶ νέφρους δριμυτήτων. *Humorum acrimoniam hebetant, qui veſicam et renes infeſtant.* H.

h. Renibus) Scrib. Larg. Comp. 143. *Ad renium tumorem et exhulcerationem, etiamſi ſanguinolentam vrinam faciant, roſae aridae foliorum, papaueris nigri ſeminis, nucleorum pineorum paria pondera, conduntur ſeorſum etc.* H.

i. Et t.) Tamen ad tuſſim vetuſtam et phthiſin conducere plurimum auctor eſt Dioſc. l. c. Ἁρμόζουσι παλαιαῖς βηξὶ καὶ φθίσεσι. H.

aut [1] balanorum *k.* decocto. Miscetur *l.* bis contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen et succus [2] porcilacae. Item *m.* ad vesicae hulcera et [3] renes, quoniam et vrinam cient.

LXXV. Amygdalae *n.* amarae radicum decoctum cutem in facie [4] corrigit, coloremque hilariorem facit. Nuces *o.* ipsae somnum faciunt, et auiditatem. Vrinam *p.* et menses cient. Capitis *q.* dolori illinuntur, maximeque in febri: si ab

1. *phoenicobalanorum. V.*
portulacae Gr. et vulgg.
renum Gr. et Al.

2. *Sic ex MSS. H. et Ch.*
3. *Sic ex MSS. H. et Ch.*
4. *erugat. V.*

k. Balanorum) Hoc est, palmularum, quas vulgo dactylos vocamus et balanos. Vide XIII. 9. H.

l. Miscetur) Diosc. I. 88. Παρηγοροῦσι δὲ καὶ στομάχων δηγμοὺς, μετ᾽ ἀνδράχνης χυλοῦ λαμβανόμενοι, et Marc. Emp. c. 30. p. 214. *Cucumeris quo vescimur, seminis cyathus tritus*, etc. H.

m. Item) Diosc. l. c. Στρόβιλοι καὶ καθαροὶ ἐσθιόμενοι, ἢ μετὰ γλυκέως καὶ σικύου σπέρματος πινόμενοι οὐρητικοὶ, ἀμβλυντικοὶ τῶν περὶ κύστιν καὶ νεφροὺς δριμυτήτων. *Nuclei pinei, si repurgati edantur, aut cum passo et cucumeris semine bibantur, vrinas cient, et humorum acrimoniam hebetant, qui vesicam et renes infestant.* Sic et Cels. IV. 10. H.

n. Amygdalae) Diosc. I. 176. et Plutarch. Symp. Quu. I. 6. p. 624. H.

o. Nuces) Diosc. l. c. H.

p. Vrinam) Diosc. l. c. H.

q. Capitis dolori illinuntur, maximeque in febri, etc.) Scribendum reor alia distinctione et lectione, *Capitis dolori illinuntur, maximeque in fronte et temporibus ex aceto, et rosaceo. Ex aquae sextario sanguinem sistunt cum amylo et menta Lethargicis comitialibusque prosunt.* Dioscorides L. X. de amygdala: *Capitis doloribus succurrunt fronti temporibusue ex aceto aut rosaceo illita. Et contra sanguinis exscreationes cum amylo et menta sumuntur. Bibuntur eadem in aqua aut cum terebinthinae resina.* Sed quoniam infra paulo subiungit, *quinis fere praesumptis ebrietatem non sentiri*, haereo, sub-

ſi *r.* ab ebrietate, ex aceto et roſaceo et aquae ſextario. Et ſanguinem *s.* [1]ſiſtunt, cum amylo et menta. [2] Lethargicis, et comitialibuſque profunt. Capite perunCto epinyCtidas *t.* ſanant: e vino [3]vetere hulcera putreſcentia. Canum *v.* morſus cum melle. Et furfures [4] ex facie, ante fotu praeparata. Item *x.* iocineris et renum dolores ex aqua potae:

1. ſiſtunt cum amylo et menta. Lethargicis con. proſunt capite perunCto. EpinyCtidas V. Et aquae ſextario, et ſanguinem ſiſtunt. Cum amylo et menta lethargicis comitialibuſque Gr. et Al. 2. *lethargis et comitialibus. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. vetera. Ch. veteri Gr. et Al.* 4. *in. V.*

ſubdubitoque legendum ne ſit, *maximeque in febri ſi ab ebrietate*, an vt dixi. Itaque liberum ſit vnicuique cenſendi ius. *Pint.*

r. Si) Si ex ebrietate capitis dolor obortus eſt. H.

s. Et) Vide N. et Em. N. XXVII. (hic poſ.) *Et*) Praepoſtera interpunCtione in libris ad hunc diem vulgatis laborabat hic locus, eo modo: *et ſaguinem ſiſtunt. Cum amylo et menta lethargicis*, etc. Retexit errorem Dioſc. primum I. 176. καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγήν, μετὰ ἀμύλου καὶ ἡδυόσμου λαμβανόμενα. *Proſunt et ad ſanguinis reieCtionem, ſi cum amylo et menta ſumantur.* Tum vero etiam ii qui e Plinianis ſententiis ſuum opus conſarcinarunt: Marc. Emp. c. 16. p. 120. *Nuclei amygdalarum*, inquit, *triticum, amylon, et menta, trita, in qualibet potione vtiliter ab haemoptoicis vel empyicis hauriuntur.* Et Plin. Val. I. 64. cui titulus eſt: *Sanguinem reiicientium curatio: Nuclei*, inquit, *amygdalarum cum amylo et mentaſtro deuorantur.* H.

t. EpinyCtidas) Dioſc. l. c. epinyCtidas e vino: putreſcentia hulcera ex melle ſanari iubet. H.

v. Canum) Plin. Val. III. 51. Et Dioſc. l. c. Item Habdarrahmanus Aegyptius de amygdalis, c. 2. H.

x. Item) Dioſc. I. 176. Καὶ ἡπατικοῖς etc. Q. Seren. c. 26. *de lumbis et renibus ſanandis*, p. 142. *Fertur amygdalinae ſuccus nucis eſſe bibendus: Pinſitur, ac tepidis ſorbebitur addita lymphis.* H.

potae: [1] et *y*. saepe ex ecligmate cum resina terebinthina. Calculosis *z*. et difficili vrinae in passo: et ad purgandam cutem in aqua mulsa tritae, sunt efficaces. Prosunt *a*. ecligmate iocineri, tussi, et colo, [2] cum elelisphaco modice addito. In melle sumitur nucis auellanae magnitudo. Aiunt *b*., [3] quinis fere praesumptis ebrietatem non sentire poto-

1. *et sumptae in eclig. V.* 2. *cum melle aut passo modice addito. Sumitur nucis, etc. M. et V. cum melle et lacte. Diosc.* 3. *septenisue. Diosc.*

y. Et) Diosc. l. c. ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ. H.

z. *Calculosis*) Diosc. l. c. Δυσουριῶσι δὲ καὶ λιθιῶσι σὺν γλυκεῖ βοηθεῖ. H.

a. Prosunt ecligmate iocineri, tussi et colo cum elelisphaco modice addito, etc) Scribendum reor, *Prosunt eclegmate iocineri, tussi, colo, cum melle et lacte modice addito, nucis auellana magnitudine*, cetera redundare opinor. Dioscorides L. I. cap. de amygdala: *In eclegmate auellanae nucis magnitudine, additis melle et lacte, iocinorosis, tussientibus, et maioris intestini, quod colon dicunt, inflationibus opitulantur.* Antiquum quoque exemplar *magnitudine* legit, non *magnitudo*. Praeterea in capite de Elelisphaco Dioscorides assignat ei herbae easdem vires quas illi tribuit hoc loco Plinius. *Pint.*

Prosunt) Diosc. l. c. Καὶ ἡπατικοῖς, καὶ βηξὶ, καὶ κώλου ἐμπνευματώσεσι σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι ἐκλειχόμενα, καρύου Ποντικοῦ τὸ μέγεθος. *item ecligmate cum melle et lacte, iocineri, tussi et coli inflationibus, nucis auellanae magnitudine.* Elelisphacum is neglexit: vt et Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 155. H.

b. Aiunt) Athenaeus L. II. ex Plutarcho. *Dal.*

Aiunt) Diosc. l. c. ὅσον ε̄ ἢ ζ̄ *quinis, senisue.* Hunc morem quum diligenter seruaret Drusus, Tiberii Caesaris F. palmam bibendi praeripiebat ceteris, vt auctor est Plut. symp. Quu. I. 6. p. 624. et ex Athen. II. p. 52. Tradit hoc et Simeon Sethi de amygd. ;. et Plin. Val. IV. 51. Caussam afferunt huius aeui scriptores, qui Miscellanea medico-physica siue Germanicas Ephemeridas nu-

 per

potores: vulpesque *c.*, si ederint eas, nec contingat e vicino aquam lambere, mori. Minus *d.* valent in remediis dulces, et hae tamen purgant, et vrinam cient. Recentes *e.* stomachum implent.

LXXVI. Nucibus *f.* Graecis cum absinthii semine ex aceto sumptis, morbus regius sanari dicitur: item illitis per se vitia sedis, et priuatim condylomata. Item *g.* tussi et sanguinis [1] reiectio.

LXXVII. Nu-

1. *Sic ex MSS. H. reiectioni prodest Gr. et Al.*

per ediderunt in lucem anno scilicet octauo, p. 85. *quod amygdalae constringentes superius ventriculi orificium, vaporibus temulentiam allaturis viam praecludant,* etc. H.

c. Vulpesque) Diosc. et Plin. Val. ll. cc. Plut. Symp. Quu. I. 6. p. 624. Nec vulpes solum, sed et feles et sciuros, esu earum necari, referunt auctores proxime appellati: gallinis pariter exitiosum hunc cibum esse, plurimis experimentis comprobant. H.

d. Minus) Diosc. l. c. Ἡ δὲ γλυκεῖα καὶ ἐδώδιμος ἀμυγδαλὴ, κατὰ πολὺ ἥσσων ἐςὶν ὡς πρὸς ἐνέργειαν τῆς πικρᾶς. Καὶ αὐτὴ δὲ λεπτυντικὴ, ἐρητική. H.

e. Recentes) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic coll.) *Recentes*) Etsi his verbis constat sententia, nihilominus an *stomachum deplent* legi sit satius, considerandum amplius videtur. Nam Diosc. I. 176. amygdalas ait, quae virides cum suo putamine deglutiuntur, humida stomachi vitia emendare: Βρωθέντα δὲ σὺν τῷ λέπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρὰ, ςομάχε πλάδον καθίςησι. H.

f. Nucibus) Plin. Val. II. 59. *Nuces Graecae cum absinthii semine teruntur: deinde pilulae ex aceto eduntur.* Ita et Cels. III. 24. H.

g. Item tussi et sanguinis reiectioni prodest) MSS. *item tussis sanguinis relictio*, sine τῷ *prodest.* Recte, *item tussis, sanguinis reiectio.* Intelligitur enim ex superioribus, *sanari dicitur.* Eamdem scripturam fouent omnes alii. Sic inferius: *Quae perueteres sunt nuces, gangraenis et carbunculis medentur: item sugillatis. Cortex iuglandium lichenum vitio et dysentericis.* Sic Vossiani opt. et Andeg. vbi etiam

LXXVII. Nuces *h.* iuglandes Graeci a capitis grauedine appellauere. Etenim arborum ipſarum foliorumque *i.* [1] vires, in cerebrum penetrant: [2] hoc *k.* minore tormento, et in cibis, nuclei faciunt. Sunt *l.* autem recentes iucundiores, ſiccae *m.* vnguinoſiores, et ſtomacho inutiles, dif-

1. *virus. Ch. virus in cer. penetrat, hocque min. tormento. Idem in cibis. V.* 2. *Sic em H. ex MSS. hocque minore momento ſed. Gr. et Al.*

etiam alleuerunt, *prodeſt.* Rurſus eodem cap. *Quin et commanducata atque deuorata per triduum terna liberant tuſſi. Eadem ſuſpiriis trita cum melle.* ſic Voſſianus. Vulgo, *liberant a tuſſi. Eadem proſunt ſuſpiriis.* Acad. et alii duo Voſſ. *liberant a tuſſi. eadem a ſuſpiriis.* Gron.

h. Nuces) Κάρυα Graecis: qua de voce vide quae diximus XV. 24. H.

i. Foliorumque) Alii *virus ... penetrat* legi malunt, cum R. cod. 2. et Ch. H.

k. Hocque minore momento ſed in cibis) Acad. et Gud. *hoc minore.* Voſſ. *hoc minor et tomento.* duo alii, *hoc minorem momento.* Forte: *Hoc minore momento et in cibis nuclei faciunt.* Gron.

Hoc) Vide N. et Em. N. XXIX. (hic adi.) *Hoc)* Perſpicua admodum, planaque ſententia, quam librorum ad hunc diem editorum lectio impeditam reddebat, quum ſic ſcriberetur: *hocque minore momento, ſed in cibis.* Emendationem R. codici 2. debemus. H.

l. Sunt) Dioſc. I. 178. Τὰ δὲ χλωρὰ, ἧττον κακοςόμαχα, γλυκύτερα ὄντα. Et paulo ante: δύσπεπτα, κακοςόμαχα, χολοποιὰ, κεφαλαλγῆ, βησσεσιν ἐναντία. H.

m. Siccae vnguinoſiores et ſtomacho inutiles) In apographo noſtro, non *vnguinoſiores*, ſed *vinoſiores* habetur. Legendum puto *viroſiores.* Nam quum paulo ante tribuerit arbori et foliis virus, quod in cerebrum penetret, et nucleos idem facere ſed minore momento, ſubiunxit, recentes eſſe iucundiores, ſiccas viroſiores, a prima poſitione *viroſus*, qua vſus eſt eminentiſſimus poeta *viroſam* appellans *Pontum.* Pint.

Siccae) Ita R. 1. cod. At R. 2. et Pintiani cod. *vinoſiores*

ficiles *n.* [1] concoctu, dolorem capitis inferentes, tussientibus *o.* inimicae, et vomituris *p.* [2] ieiunis: aptae *q.* in tenesmo solo: trahunt enim pituitam. Eaedem *r.* praesumptae venena hebetant: [3] item *s.* anginam cum ruta et oleo. Item *t.* aduersantur

caepis,

1. concoctu, biliosae. dol. Diosc. 2. ieiunis aptae, vt et in tenesmo solo. V. 3. Haec vltima clausula in M. d.

siores tantum. Quid sit vnguinosum diximus XIII. 2. H.

n. Difficiles) Idcirco fortassis schola Salernitana, *Vnica nux prodest, nocet altera, tertia mors est.* H.

o. Tussientibus) Tussiculosis, tussi obnoxiis: quoniam impleto vaporoso halitu capite fluxionem concitant. *Dal.*

p. Vomituris) Laxatum enim ac emollitum oleoso suo vnguine ventriculi os, ad vomitionem imbecillum reddunt. Varro c. 9. L. II. scribit nucibus Graecis in aqua tritis canum aures perunctas, et quae inter digitos sunt, muscis, ricinis, pulicibus non exulcerari. Idem c. 16. III. flore nucis Graecae et corni apes vere pastas coeliacas fieri, et vrinae potu refici. *Dal.*

Et) E diuerso, Diosc. I. 178. vtiles ait in cibo ieiunis ad vomitiones concitandas. Χρήσιμα δὲ βιβρωσκόμενα πρὸς ἐμέτους νήστει. H.

q. Aptae in tenesmo solo) Conueniunt in tenesmo, non quia trahunt pituitam, sed quia flatus crassos recti intestini extremam oram distendentes discutiunt, et viscidam pituitam ibi tenacius inhaerentem abstergunt. *Dal*

r. Eaedem) Q. Serenus, c. 62. *de venenis prohibendis*, p. 162. *Ante cibos igitur iuglandis fetus edatur.* Diosc. l. c. Καὶ θανασίμων φαρμάκων ἐστὶν ἀντιφάρμακα, προβρωθέντα, καὶ ἐπιβρωθέντα σὺν ἰσχάσι καὶ πηγάνῳ. *Venena hebetant, et praesumtae, et post venena hausta comestae cum ficubus et ruta.* H.

s. Item) Huc pertinet quod Marc. Emp. habet, c. 15. p. 106. *Nucis iuglandis nuclei triti, cum ruta et oleo impositi, faucibus prosunt.* H.

t. Item adu.) Diosc. *alliis* dixit, τοῖς σκορόδοις. H.

[1] caepis, leniuntque earum saporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item *v.* cum ruta mammis, et luxatis. Cum *x.* caepa autem et sale et melle, canis hominisque morsui. Putamine nucis iuglandis, dens cauus inuritur. Putamen *y.* combustum tritumque in oleo aut vino, infantium capite perunсto, nutrit capillum: et *z.* ad alopecias eo sic vtuntur. Quo *a.* plures nuces quis ederit, hoc facilius [2] tineas pellit. Quae *b.* perueteres sunt nuces, gangraenis et carbunculis medentur: item *c.* sugillatis: Cortex *d.* iuglandium, lichenum vitio, [3] et dysentericis. Folia *e.* trita cum aceto, aurium dolori. In

1. *alliis. Diosc.* 2. *taenias. V.* 3. *Sic ex MSS. H. et dysentericis prodest. Gr. et Al.*

v. Item cum) Diosc. I. 178. H.

x. Cum) Ad verbum haec Plin. Val. III. 51. et Diosc. I. 178. H.

y. Putamen) Marc. Emp. VI. 45. et Diosc. l. c. H.

z. Et) Diosc. et Marc. ll. cc. H.

a. Quo) Diosc. l. c. Πλείονα δὲ βρωθέντα, πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει. H.

b. Quae) Plin. Val. III. 22. vulneribus sic mederi ait: Hulceribus, Marc. Emp. c. 4. p. 42. commanducatas, impositasque. Theod. Prisc. I. 18. *de carbunculis: Nuces vetustae contritae imponuntur: haec adhibita bene nouimus operata.* Ad gangraenas et carbunculos nucum vetustarum nucleos commanducari pariter iubet Diosc. et imponi. H.

c. Item) Ad sugillata et liuentia emendata, nuces recentes imponit Diosc. l. c. H.

d. Cortex) *Culiolum* hunc, et *gulliolam* Latini propria appellatione nuncupauere. Festus: *Culiola, cortices nucum viridium, dicta a similitudine culeorum, quibus vinum, siue oleum continetur.* Iterum: *Gulliolae, nucum iuglandium summa et viridia putamina.* H.

e. Folia) Marc. Emp. c. 9. p. 80 *Nucis iuglandis foliorum succus tepidus instilla-*

In *f.* sanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem *g.* antidoti, e *h.* duabus nucibus siccis, item ficis totidem, et rutae foliis viginti simul tritis, addito salis grano: et qui hoc ieiunus sumat, nullum venenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoque canis [1] morsum, nuclei a ieiuno homine commanducati illitique praesenti remedio esse dicuntur.

LXXVIII. Nuces *i.* auellanae capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi: [2] et *k.* pinguitudini

1. *morsum. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et pinguetudine. Ch. pinguedini. Gr. et Al.*

stillatus, dolenti auriculae mire proderit. H.

f. In) Haec Plin. Val. III. 53. plane totidem verbis. H.

g. Compositionem) Mithridatis antidoti plures formulae, eaeque diuersae apud Galenum leguntur de antid. II. 1. sq. et 9. a quibus etiam discrepant eae, quae apud Cels. exstant V. 23. extremo, et apud Scribon. Larg. comp. 170. Plinio vero in descriptione concinit Q. Ser. Samon. c. 2. *de venenis prohibendis*, p. 162. *Antidotos vero multis Mithridatica fertur Consociata modis: sed Magnus scrinia regis Cum caperet victor, vilem deprehendit in illis Synthesin, et vulgata satis medicamina risit. Bis denas rutae frondes, salis et breue granum, Iuglandesque duas, totidem cum corpore ficus. Haec oriente die parco conspersa Lyaeo Sumebat, metuens dederat quae pocula matri.* At non vilem modo, vt apparet, sed et plane fallacem esse hanc compositionem scribit Ioh. Rhodius in Nott. ad Scrib. Larg., obseruasse se, quum Patauinam vrbem lues vastaret. H.

h. E duabus nucibus siccis) Serenus c. 8. de venenis prohibendis. *Dal.*

i. Nuces) Ad verbum haec refert et Plin. Val. IV. 52. Nuces omnes, praeter pineas inflare, testis etiam Celsus est, II. 26. H.

k. Et pinguedini corporis conferunt) Ex Chiflet. notant *pinguitudine.* Pintiani codex: *corporis et pinguitudini conferunt.* Voss. Andegau.

tudini corporis conferunt; plus quam ſit veriſimile. Toſtae *l.* et deſtillationi medentur. Tuſſi *m.* quoque veteri tritae, et in aqua mulſa potae. Quidam *n.* adiiciunt grana piperis, alii e paſſo bibunt. Piſtacia *o.* eoſdem vſus et effectus habent, quos pinei nuclei, praeterque ad ſerpentium ictus, ſiue edantur, ſiue bibantur. Caſtaneae *p.* vehementer ſiſtunt ſtomachi et ventris fluxiones, [1] aluum *q.* cient, ſanguinem *r.* exſcreantibus proſunt, carnes *s.* alunt.

LXXIX. Siliquae *t.* recentes, ſtomacho inutiles,

1. *aluo citae et ſang. V.*

gau. *faciunt et inflationem ſtomachi et pinguitudinem corpori.* Probatior: *Nuces auellanae capitis dolorem faciunt et inflationem ſtomachi, corpori et in pinguitudini conferunt.* Lege, *in pinguitudinem*, vel, *in pinguitudine.* Gron.

Et pinguedini corporis conferunt) In vetuſto exemplari, *Corpori et pinguitudini conferunt plus quam ſit veriſimile.* Pint.

l. Toſtae) Dioſc. I. 179. Φρυκτὰ δὲ ἐσθιόμενα σὺν πεπέρει ὀλίγῳ, κατάῤῥουν πεπαίνει. *Toſtae vero, ſi cum piperis exiguo comedantur, diſtillationem concoquunt.* Plin. quoque Val. l. c. ad verbum. H.

m. Tuſſi) Plin. Val. et Dioſc. ll. cc. H.

n. Quidam) Plin. Val. et Dioſc. ll. cc. H.

o. Piſtacia) Dioſc. I. 177. haec totidem verbis, vt et Plin. Val. IV. 53. H.

p. Caſtaneae) Vim illis adſtringentem Dioſc. attribuit I. 145. Στύφουσαι καὶ αὐταί. H.

q. Aluum cient) Hoc falſum. nihil Dioſcorides. Lego, *aluo citae et ſanguinem, etc.* Dal.

Aluum) Nempe ſi largius eſitentur. H.

r. Sanguinem) *Reiectionem ſanguinis*, inquit Marc. Emp. c. 16. p. 121. *reprimunt caſtaneae, ſi coctae quam plurimae manducentur.* H.

s. Carnes) *Fortiſſimum quidem cibum corpori praeſtant*, inquit Plinius Val. IV. 54. *ſed qui difficile concoquatur.* H.

t. Siliquae recentes) Κερατωνίας καρπὸς, vulgo Carrubiae. *Dul.*

Sili-

tiles, aluum soluunt. Eaedem *v.* siccatae sistunt, stomachoque vtiliores fiunt. Vrinam *x.* cient. Syriacas *y.* in dolore stomachi ternas in aquae sextariis decoquunt quidam ad dimidium, eumque succum bibunt. Sudor *z.* virgae corni arboris [1] lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitaque inde ferrugo *a.* incipientes lichenas sanat. Arbutus *b.* siue vnedo, fructum fert difficilem concoctioni, et stomacho inutilem.

LXXX. Laurus *c.* excalfactoriam naturam habet, et foliis, et cortice, et baccis: [2] itaque *d.* decoctum ex his, maxime e foliis, prodesse vuluis et vesicis conuenit. Illita *e.* vero vesparum, crabronum-

1. *lamna.* *Ch.* 2. *Itemque.* *Ch.*

Siliquae) Haec Plin. Val. ad verbum IV. 49. et Diosc. I. 158. De hoc genere siliquarum diximus XV. 26. H.

v. Eaedem) Diosc. et Plin. Val. ll. cc. H.

x. Vrinam) Diosc. et Plin. Val. ll. cc. H.

y. Syriacas in dolore) Κεραυνίας καρπὸν, vulgo Cassiam fistulam. *Dal.*

Syriacas) De quibus XIII. 16. Haec quoque Plin. Val. l. c. H.

z. Sudor) Breuius Diosc. I. 172. de corno arbore περὶ κρανίας. *Sanies*, inquit, *siue sudor, quem virentia ligna, dum vruntur, exsudant, lichenibus conuenienter illinitur.* Ὁ δὲ τῶν χλωρῶν ξύλων ἰχὼρ καιομένων, ἁρμόζει πρὸς λειχῆνας καταχριόμενος. H.

a. Ferrugo) Ferri rubigo. H.

b. Arbutus siue vnedo) Cum arbuto, quae κόμαρος est. Plinius hic negligenter, vt et cap. 24. L. XV. vnedonem confundit, quae fructus est epimelidis. *Dal.*

Arbutus) Diosc. I. 175. ait esse κακοστόμαχον καὶ κεφαλαλγῆ. Galenus quoque de fac. simpl. med. VII. p. 193. H.

c. Laurus) Diosc. totidem verbis I. 106. et Galen. de fac. simpl. med. VI. 169. H.

d. Itaque) Diosc. l. c. H.

e. Illita) Diosc. l. c. ὠφελεῖ δὲ λεῖα καταπλασθέντα

bronumque, et apium, item *f.* serpentium venenis resistunt, maxime sepis, dipsadis *g.*, et viperae. Prosunt et mensibus feminarum cum oleo cocta. Cum *h.* polenta autem, quae tenera sunt trita, ad [1] inflammationes oculorum: cum ruta, testium; cum rosaceo, [2] capitis dolores, aut *i.* cum irino. [3] Quin et commanducata atque deuorata per triduum terna, liberant a tussi. Eadem prosunt suspiriis trita cum melle. Cortex *k.* radicis cauendus grauidis. Ipsa *l.* radix calculos rumpit, iocineri prodest tribus obolis in vino odorato pota. Folia *m.* pota vomitiones mouent. Baccae menses trahunt appositae tritae, vel potae. Tussim vete-

 rem

1. *inflationes. M. inflammationes omnes cum, etc. Diosc.* 2. *ad cap. dol. V.* 3. *Quin manducata. Dal.*

τὰ σφηκῶν καὶ μελιττῶν πληγάς. Theod. Prisc. I. 22. *Apum percussus, lauri folia molliora trita cum vino, potui data, saepe curauerunt.* H.

f. Item serpentium venenis resistunt, maxime sepis) Non *sepis*, sed *sepos*, terminatione genitiui Graeca, in V. C. *Pint.*

g. Dipsadis) Πρηστῆρα, καύσονα, μελάνουρον, ἀμμοβάτην, κεντρίδα, siue κεντρίνην etiam vocant Lybiae alumnam, minorem vipera, sed perniciosiorem, corpore, vt ait Sostratus, albicante, cauda nigris lineis duabus distincta. Rhodig. cap. vlt. L. XXV. *Dal.*

h. Cum) Diosc. l. c. Δύναται δὲ καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν πραΰνειν σὺν ἀλφίτῳ καὶ ἄρτῳ ἀκαταπλασθέντα. *Folia lauri adhibita cum polenta et pane ad inflammationem quamlibet valent.* H.

i. Aut) Subintellige, oleo, Marc. Emp. c. I. p. 34. *Ad capitis dolorem folia lauri, vel baccas, vel florem terere oportet cum aceto, et irinum oleum iis admiscere: atque ita caput naresque perungere.* H.

k. Cortex) Quia partus necat, inquit Diosc. l. c. Ὁ δὲ φλοιὸς τῆς ῥίζης ... ἔμβρυα κτείνει. H.

l. Ipsa) Haec pariter Diosc. et Gal. ll. cc. H.

m. Folia) Diosc. l. c. H.

rem et *n.* orthopnoeam ſanant binae, detracto cortice in vino potae. Si et febris ſit, ex aqua, aut ecligmate ex aqua mulſa, aut ex paſſo decoctae. Proſunt et phthiſicis eodem modo, et omnibus thoracis rheumatiſmis. Nam et concoquunt pituitam et extrahunt. Aduerſus *o.* ſcorpiones quaternae ex vino bibuntur. Epinyctidas [1] ex oleo illitae, et *p.* lentigines, et hulcera manantia, [2] et hulcera oris, et furfures. Cutis [3] pruriginem ſuccus baccarum emendat, et phthiriaſin. Aurium *q.* dolori et grauitati inſtillatur, cum vino vetere et roſaceo. Perunctos eo fugiunt venenata omnia. Prodeſt contra ictus et potus, maxime autem eius *r.* laurus, quae tenuiora habet folia. Baccae cum vino ſerpentibus, et ſcorpionibus, et araneis reſiſtunt. Ex oleo et aceto illinuntur et lieni, et iocineri: gangraenis cum melle. Et in ſagitatione etiam aut perfrictione ſucco eo perungi, nitro adiecto, prodeſt. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent radicem, acetabuli menſura in aqua potam: efficacius recentem, quam aridam. Quidam aduerſus ſcorpionum ictus, decem baccas dari iubent potui. Item et in remedio vuae *s.* iacentis,

1. *ſanant ex ol. V.* 2. *et vlcera oris, in Cb. d.* 3. *porriginem. Cb.*

n. Et) Minus enucleate haec Dioſc. l. c. Ποιῦσιν ἐν ἐκλειχόμεναι, λεῖαι σὺν μέλιτι ἢ γλυκεῖ, πρὸς φθίσιν, καὶ ὀρθόπνοιαν, καὶ τὰς περὶ θώρακα ῥευματισμὰς. H.

o. Aduerſus) Dioſc. l. c. Πίνονται δὲ σὺν οἴνῳ πρὸς σκορπιοπλήκτους. H.

p. Et) Dioſc. ἀλφὰς, vitiligines. H.

q. Aurium) Totidem verbis Dioſc. l. c. H.

r. Eius) Qualis eſt Cypria, de qua XV. 39. H.

s. Iacentis) Gargareonis demiſſi et laxioris. *Dal.*

Vuae) *Si quando afflictam languor deiecerit vuam,* inquit

centis, quadrantem pondo baccarum [1] foliorumue decoqui in aquae sextariis tribus ad tertias, eamque calidam gargarizare: et *t.* in capitis dolore, impari numero baccas cum oleo conterere, [2] et calfacere. Laurus Delphicae folia trita olfactaque subinde, pestilentiae contagia prohibent: tanto magis si et vrantur. Oleum ex Delphica, ad cerata, [3] acopumque, ad perfrictiones discutiendas, neruos *v.* laxandos, lateris dolores, febresque *x.* frigidas vtile est. Item ad aurium dolorem, in mali Punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquae, vuam cohibent gargarizatione: potu *y.* alui dolores, intestinorumque. Tenerrima ex his trita in vino, papulas, pruritusque, illita noctibus. Proxime valent cetera lauri genera. Laurus *z.* Alexandrina siue Idaea, partus cele-

1. *Sic ex MSS. H. et M. et Ch. foliorumque Gr. et Al.* 2. *et calido illinere. V. et calfacere. Ch. calefacere Gr.* 3. *acopa. V.*

quit Q. Ser. Samonicus. Morbus is est, quum vua (Graeci γαργαρεῶνα vocant, nomine a genere soni indito, *la Luette*) hoc est, caruncula ea quam gutturi natura pro tegumento addidit, ex imbecillitate et languore deiicitur, laxiorque fit. H.

t. Et) Marc. Emp. c. I. p. 35. *Etiam in febribus baccae lauri impari numero in oleo contritae, et capiti inlitae, dolorem sedant.* Et paulo post: *Baccae lauri impari numero contritae, et adiecto oleo calido fronti impositae profunt.* Sic etiam Plin. Val. I. I. H.

v. Neruos) In opisthotono, tetanoue: de quibus morborum generibus dictum est f. 24. H.

x. Febresque frigidas) Vel rigores febriles, vel hepiales, et lypirias, in quibus ardent simul aegri et algent. *Dal.*

y. Potu) Ad verbum Marc. Emp. c. 27. p. 194. H.

z. Laurus) Haec Diosc. pariter IV. 147. de radice laurus Alexandrinae: sed drachmarum sex, senûmue denariûm pondus adhibet. H.

celeres facit, radice pota [1] tritum denariorum pondere, in vini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit, mensesque. *a.* Eodem *b.* modo pota Daphnoides *c.*, ([2] siue *d.* his nominibus quae diximus) silvestris [3] laurus prodest, aluum soluit, vel recenti folio, vel arido, drachmis tribus cum sale in [4] hydromelite manducata. Pituitas *e.* extrahit folium et vomitus, stomacho *f.* inutile. Sic *g.* et baccae [5] quinae denae purgationis causa sumuntur.

LXXXI.

1. *sex drachmarum. Diosc.* 2. *siue, omissis iis. V.* 3. *laurus ad eadem prodest. Diosc.* 4. *hydromelite. Manducata pituitas. V.* 5. *Quinae denaeue Gr. et Al.*

a. Menses) Galenus de fac. simpl. med. VI. p. 169. H.

b. Eodem) Pari scilicet drachmarum pondere radice pota, daphnoides prodest ad secundas pellendas, mensesque educendos. Vide N. et Em. N. XXX. (hic adi.) *Secundas*) Prius legebatur, interpunctione praepostera, *mensesque eodem modo pota. Daphnoides* etc. Emendationis auctor Dioscorides IV. 148. Ἄγει δὲ καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ (de Daphnoide loquitur) ξηρὸν ἢ νεαρὸν ποθὲν κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη. Κινεῖ δὲ ἐμέτους καὶ ἔμμηνα, καὶ πταρμικόν. Καθαίρει δὲ καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὅσον κόκκοι ιέ πινόμενοι etc. Quae sunt Plinianis omnino gemina ac paria. H.

c. Daphnoides) Laureola officinarum. Vide quae de chamaedaphne supra notata sunt 8. vlt. L. XV. et c. 15. L. XXIV. *Dal.*

d. Siue) Siue his lubet appellare nominibus, quae diximus XV. 39. H.

e. Pituitas) Diosc. IV. 148. Idem Εὐπ. I. 5. eos qui diuturno capitis dolore infestantur, commanducare in primis iubet daphnoidis semen ad extrahendam pituitam: διαμασσομένου δαφνοειδοῦς σπέρματος, εἰς ἀποφλεγματισμόν. Apulei. c. 59. phlegmata intercidi illius esu scripsit. H.

f. Stomacho) Apulei. c. 58. *Si cymas eius post coenam ederit, digestionem stomachi tollit.* H.

g. Sic) Sic MSS. R. Colb. etc. non *quinae denaeue.* Sic

LXXXI. (IX.) Myrtus *h.* satiua candida, minus vtilis est medicinae, quam nigra. [1] Semen *i.* eius medetur sanguinem exscreantibus. Item contra fungos in vino potum. Odorem *k.* oris commendat vel pridie commanducatum. [2] Item apud Menandrum [3] Synaristosae *l.* hoc edunt. Datur *m.* et dysentericis [4] denarii pondere in vino. Hulcera *n.* difficilia in extremitatibus corporis sanat, cum vino subferuefactum. Imponitur *o.* lippitudini cum polenta, et *p.* cardiacis in mamma sinistra: et contra scorpionis [5] ictus in mero: et ad vesicae vitia, capitis dolores, et *q.* aegilopas, antequam suppurent: item tumoribus: exemptisque nucleis in vino vetere tritum eruptionibus pituitae. Succus *r.* [6] seminis aluum sistit, vrinam ciet. Ad eru-

1. *Fructus. Diosc.* 2. *Item, in V. d.* 3. *Synaristusae Gr. et Al. Ch.* 4. *Idem denarii. Ch.* 5. *ictum Ch.* 6. *fructus. Diosc.*

etiam Diosc. I. 148. ὅσον κόκκοι ιέ πινομένοι. H.

h. Myrtus) Haec totidem verbis Diosc. I. 155. H.

i. Semen) Diosc. l. c. Simeon Sethi de aliment. tit. μυρσινόκοκκα: Plin. Val. I. 64. Seminis nomine, vt saepe monuimus, fructum Plinius, seu καρπὸν intelligit. H.

k. Odorem) Q. Serenus c. 15. p. 134. *Lentiscus, myrtusque, emendant oris odorem.* H.

l. Synaristosae) Edidit etiam Synaristosas Crates, teste Athenaeo VI. p. 248. et Iulio Polluce VI. 17. et inter Latinos poetas Caecilius, teste A. Gellio, XV. 15. Συναριστῶσαι, *Feminae simul prandentes*, eius fabulae titulus fuit. Risum Ortelius mouet, qui loci id vel oppidi nomen esse putat, in Thesauro Geogr. H.

m. Datur) Simeon Sethi, l. c. Inter ea, quae aluum adstringunt, myrta Celsus adnumerat, II. 30. H.

n. Hulcera) Diosc. l. c. H.

o. Imponitur) Diosc. l. c. H.

p. Et) Plin. Val. IV. 11. et Diosc. l. c. H.

q. Et aeg.) Diosc. l. c. H.

r. Succus) Succus e semine, seu e virentibus baccis expres-

eruptiones [1] pusularum, pituitaeque, cum cerato illinitur: et *s.* contra phalangia. Capillum *t.* denigrat. Lenius succo oleum est ex eadem myrto: lenius et vinum, quo numquam [2] inebriatur. Inueteratum *v.* sistit aluum et stomachum: tormina sanat, fastidium abigit. Foliorum *x.* arentium farina sudores cohibet inspersa, vel in febri. Vtilis *y.* et coeliacis, et procidentiae vuluarum, sedis vitiis, hulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus: item *z.* [3] aliis eruptionibus, ambustis. Additur *a.* quoque [4] in medicamento, quod liparas *b.* vocant, [5] eadem de causa

1. *pustularum. Gr.* 2. *inebriantur. V. et Ch. quod nunquam inebriat.* 3. *papularum. V.* 4. *in medicamenta (sic et Ch.) quae liparas. V.* 5. *eademque et causa oleum. M.*

expressus: nam et hunc ἐ-ρητικὸν Diosc. ait esse. H.

s. Et contra) Diosc. l. c. H.

t. Capillum) Diosc. l. c. *Seminis decoctum capillos tingit*: Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τȣ̃ καρπȣ̃ βάπτει τρίχας. H.

v. Inueteratum) Cato de R. R. c. 125. p. 66. ex cuius verbis murteum vinum descripsimus, XV. 37. *Id est*, inquit, *ad aluum crudam, et ad lateris dolorem, et ad coeliacum.* Vide et Diosc. V. 36. H.

x. Foliorum) Plin. Val. III. 11. et Cels. III. 19. totidem verbis. H.

y. Vtilis) Diosc. I. 155. H.

z. Item) Diosc. papularum eruptiones dixit, ἐξανθήματα. H.

a. Additur) Diosc. l. c. Μίγνυται δὲ καὶ λιπαραῖς, etc. *Lenia quaedam emplastra*, inquit Celsus V. 19. *quas* λιπαρὰς *fere Graeci nominant*: sic dicta videlicet, quod adipum, pinguedinum, oleorumque mixtura constant. H.

b. Liparas) Τὰ λιπαρὰ, lenia emplastra Celso L. V. vel, vt aliis placet, ex vnguinosis facta, vt oleo, butyro, adipe, etc. Quae horum nihil, aut omnino parum habent, ἀλίπαντα dicuntur. *Dal.*

causa qua *c.* oleum ex his, efficacissimum ad ea quae in humore sunt, tamquam in ore et vulua. Folia ipsa fungis aduersantur trita ex vino, cum cera vero articularibus morbis et collectionibus. Eadem *d.* in vino decocta dysentericis et hydropicis potui dantur. Siccantur in farinam, quae inspergitur hulceribus, aut haemorrhagiae. [1] Purgant *e.* et lentigines, pterygia, et [2] paronychias, et epinyctidas, condylomata, testes, tetra hulcera: item *f.* ambusta cum cerato. Ad *g.* aures purulentas et foliis crematis vtuntur, et succo, et decocto. Comburuntur et in antidota. Item cauliculi [3] flore decerpti, [4] in nouo fictili operto [5] cremati in furno, dein triti ex vino. Et *h.* ambustis foliorum cinis medetur. Inguen *i.* ne intumescat ex hulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum, non ferro nec terra contactum.

LXXXII. Myrtidanum *k.* diximus quomodo fieret.

1. *Purgat. V.* 2. *Sic et Dal. paronychia. Gr. et Al.* 3. *florentes decerpti. V.* 4. *et in Ch.* 5. *cremantur in fur. de. teruntur. Alii.*

c. *Qua)* Subintellige, qua oleum ex foliis arentibus in eadem medicamenta additur. Celsus l. c. olei cicini myrteique heminas lenibus emplastris, admiscet, quae liparas vocant. H.

d. *Eadem)* Plin. Val. II. 28. et III. 12. H.

e. *Purgant)* Haec totidem verbis Diosc. I. 155. Sed lentigines Plinius, ἀλφὰς vitiligines Graecus auctor nominat. De paronychiis idem testatur et Theod. Prisc. I. 30. De lentiginibus, seu maculis albis ac nigris, idem c. 32. H.

f. *Item)* Diosc. l. c. H.

g. *Ad)* Diosc. l. c. H.

h. *Et)* Diosc. l. c. H.

i. *Inguen)* Plin. Val. II. 43. et Marc. Emp. c. 32. p. 225. ad verbum. H.

k. *Diximus)* Cap. 16. L. XIV. Vide quod illic adnotatum est de Plinii errore. *Dal.*

Myrtidanum) L. XIV. 19. H.

fieret. Vuluae prodest, [1] apposito *l.*, fotu, et illitu. Multo *m.* efficacius et cortice, et folio, et semine. Exprimitur *n.* [2] et foliis succus mollissimis in *o.* pila tusis, affuso paulatim vino austero, alias aqua caelesti: atque ita expresso vtuntur ad oris sedisque hulcera, vuluae, et ventris: capillorum *p.* nigritiam, malarum *q.* perfusiones, purgationes lentiginum, et vbi constringendum aliquid est.

LXXXII. Myrtus *r.* silueſtris, siue oxymyrsine, siue chamaemyrsine, baccis rubentibus et breuitate a satiua distat. Radix *s.* eius in honore est, decocta vino, ad renum dolores pota, et difficili

1. *Sic ex MSS. H. appositum fotu Gr. et Al.* 2. *et succus ex foliis.*

l. Appositum fotu, et illitu) In vetere codice, *apposite, fotu, et illitu.* vt sint tres ablatiui. *Pint.*

m. Multo) Efficacius ait myrtidanum esse, quam sit vel cortex, vel folium, fructusque myrti per se. Ita de suo pariter myrtidano Diosc. prodidit I. 156. H.

n. Exprimitur) Diosc. I. 155. H.

o. In pila) In mortario. H.

p. Capillorum nigritiam, malarum perfusiones) *Mammillarum* in eodem; non *malarum.* Pint.

q. Malarum) Alarum. καθύγρες μασχάλας. Dioscorid. Sic vertit Ruellius. *Dal.*

Malarum) *Alarum* alii, alii *mamillarum* malunt. H.

r. Myrtus siluestris) Myrtus siluestris, nunc vera myrtus est sponte nascens, nunc ruscus. Haec Plinius non distinguit. *Dal.*

Myrtus) Ruscum intelligit, non verum myrtum. Κεντρομυρσίνη a Theophr. dicitur III. 17. Alii ὀξυμυρσίνη, quod foliis sit spinosis alioqui myrto proximis. A Dioscoride IV. 146. μυρσίνη ἀγρία, ἢ ὀξυμυρσίνη. Et in Nothis: οἱ δὲ ἱερόμυρτον, οἱ δὲ ὀξυμυρσίνη.., οἱ δὲ χαμαιμύρτη ... Ῥωμαῖοι ῥοῦσκουμ. Officinis Bruscus. Pingitur a Dodonaeo p. 732. Gallis *du Brusc.* H.

s. Radix) Iisdem fere verbis, sed minus accurate paulo

cili vrinae, praecipueque craſſae, et [1] graue olenti: morbo regio, et vuluarum purgationi trita cum vino. Cauliculi quoque incipientes aſparagorum modo in cibo ſumpti, et in cinere cocti. Semen *t.* cum vino potum, aut oleo, aut aceto, calculos frangit. [2] Item in aceto et roſaceo tritum, capitis dolores ſedat: et potum, morbum regium. Caſtor *v.* oxymyrſinen *x.* [3] myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri ſcopae, ruſcum vocauit, ad eoſdem [4] vſus. Et hactenus habent [5] ſe medicinae vrbanarum arborum. Tranſeamus ad ſilueſtres.

1. *grauiter.* V. 2. *Idem.* D. 3. *hanc myrti.* Dal. 4. *vſus commendans: vel, et ad eoſdem vſus commendauit.* Dal. 5. *ita ſe.* Dal.

paulo, medicinae eae omnes e ſilueſtri myrto petitae, a Dioſcoride traduntur. l. c. H.

t. Semen) Q. Serenus c. 33. de veſica et calculo purgando, p. 146. *Praeterea ſemen myrti ſilueſtris Iaccho. Atque oleo mixtum bibitur: nec deſit acetum.* H.

v. Caſtor) Et recte is quidem, vt diximus. Neque enim oxymyrſine Graecorum quidquam a ruſco diſtat. H.

x. Oxymyrſinen) Ignoranter Plinius ruſcum Latinorum ab oxymyrſine Graecorum diuerſum eſſe putat. Dal.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXIV.

I.

Ne ſiluae quidem, horridiorque naturae facies, medicinis carent; ſacra illa parente rerum omnium, nuſquam non remedia [1] diſponente homini, vt [2] medicina fieret etiam ſolitudo ipſa: ſed *a.* ad ſingula illius diſcordiae atque concordiae miraculis occurſantibus. Quercus *b.* et olea tam pertinaci odio diſſident, vt altera in alterius ſcrobe [3] depactae moriantur: quercus vero et iuxta nucem iuglandem. Pernicialia *c.* et braſſicae cum vite odia: [4] ipſum olus, quo vitis fugatur, aduerſum cyclamino et origano areſcit. Quin et annoſas iam, et quae [5] ſternantur arbores, difficilius caedi, ac [6] celerius inareſcere tradunt, ſi prius manu, quam

1. *opponente. V.* 2. *medicinae vireret. V.* 3. *depacta moriatur.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. ipſumque olus Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. H. et Ch. ſternuntur Gr. et Al.* 6. *marceſcere. Ch.*

a. Sed ad ſingula illius diſcordiae, etc.) Aliter in antiquo exemplari: *ſed ad ſingula illis diſcordia miraculis occurſantibus.* reliqua redundant. placet nihilominus magis impreſſa lectio. *Pint.*

b. Quercus) Vide quae in eam ſententiam diximus, XVII. 30. H.

c. Pernicialia) Egimus de hoc

quam ferro, attingantur. Pomorum *d.* onera a iumentis ſtatim ſentiri: ac niſi prius oſtendantur his, quamuis pauca portent, ſudare illico. Ferulae aſinis [1] gratiſſimo ſunt in pabulo, ceteris vero iumentis praeſentaneo veneno: qua de cauſa id animal Libero patri [2] aſſignatur, cui et ferula. Surdis *e.* etiam rerum ſua cuique ſunt venena, ac minimis quoque. Philyra *f.* coci et polline nimium ſalem cibis eximunt. Praedulcium faſtidium ſal temperat. Nitroſae aut amarae aquae, polenta *g.* addita mitigantur, vt intra duas horas bibi poſſint. Qua de cauſa et in *h.* ſaccos vinarios additur polenta. Similis *i.* vis Rhodiae cretae, et argillae noſtrati. Concordia *k.* [3] valent, quum *l.* pix oleo

Hh 2 extra-

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. gratiſſima Gr. et Al.* 2. *aſſignant, cui et ferulam.* V. 3. *valet.* V.

hoc vitis et braſſicae odio XX. 36. H.

d. Pomorum) Superiore libro ſ. 62. *Mala piraque portatu iumentis mire grauia ſunt vel pauca. Remedio aiunt eſſe, ſi prius edenda dentur aliqua, aut vtique oſtendantur.* H.

e. Surdis) Senſus omnis expertibus. H.

f. Philyra coci et polline) Recentibus taeniis, membranis, faſciis tiliae, minutim conciſis, et cibo inſperſis, quae veluti ſalem exſugunt, et ebibunt. *Dal.*

Philyra) Hoc eſt, filia, quam Graeci philuram vocant. Etiamnum multis in locis rura noſtra tiliae foliis carnes ſalitas inuoluunt, vt ſalſuram diluant. H.

g. Polenta addita) Vt citius vinum defecetur. *Dal.*

h. In) Quibus vinum faccatur, ſiue colatur, vt diximus XIV. 28. H.

i. Similis) Ad aquas et vina mitiganda. H.

k. Concordia valent, quum pix oleo extrahitur) Commodior lectio, *concordia valentium. Pix oleo extrahitur.* Pint.

Concordia) Concordia contra rerum intelligitur, vt quum pix oleo auellitur, quoniam vtrumque naturae pinguis eſt. H.

l. Quum pix oleo) Vt et emplaſtrum quoduis. *Dal.*

extrahitur, quando vtrumque pinguis naturae eſt. Oleum ſolum calci miſcetur, quando vtrumque aquas odit. [1] Gummi *m.* aceto facilius eluitur, atramentum aqua. Innumera *n.* praeterea alia, quae ſuis locis dicentur aſſidue. Hinc nata medicina. Haec ſola naturae placuerat eſſe remedia parata vulgo, inuentu facilia, ac *o.* ſine impendio, [2] et *p.* quibus viuimus. Poſtea fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compoſitiones et mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia *q.* atque India [3] in medio aeſtimantur: hulcerique paruo medicina a Rubro mari [4] imputatur *r.* quum remedia vera quotidie pauperrimus quiſque coenet. Nam ſi ex horto petan-

1. *Commi. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. Ch. ex quibus Gr. et Al.* 3. *medendo V in Media. Ch.* 4. *imponitur. V. impenditur. Alii V.*

m. Gummi aceto facilius eluitur) Ob ſummam quam habet vim attenuandi. Verum id quidem eſt et de noſtro Arabico, et de gummoſis aliis, vt opopanace, etc. *Dal.*

n. Innumera praeterea alia) Voſſ. *innumera alia praeterea.* Lege, *praetereo.* Gron.

o. Ac ſine impendio ex quibus viuimus) Legendum reor, *ac ſine impendio eorum quibus viuimus.* Significat autem pecunias, quae, vt Heſiodus ait, vita ſunt miſeris mortalibus. *Pint.*

p. Et) Eadem ſententia mox, *quum remedia vera quotidie pauperrimus quiſque coenet.* Nullus hic pecuniae locus, vti viſum eſt Pintiano: ſed hortenſibus tantum oleribus, fruticibuſque obuiis. H.

q. Arabia) Vide N. et Em. N. I. (hic poſ.) *Arabia)* Reg. 2. Colb. et Ch. *in media.* Forte, *in remedia:* propter id quod ſequitur haud multo poſt: *quum remedia vera quotidie pauperrimus quiſque coenet.* H.

r. Imputatur) Aſſignatur. H.

petantur, [1] aut herba vel frutex quaeratur, nulla *s.* artium vilior fiat. Ita eſt profecto: magnitudo *t.* populi Romani perdidit *v.* ritus, [2] vincendoque victi ſumus. Paremus *x.* externis, et vna artium Imperatoribus quoque imperauerunt. *y.* Verum *z.* de his alias plura.

II. (II.) Loton *a.* herbam, itemque Aegyptiam eodem nomine, alias et Syrticam arborem,

 dixi-

1. *aut petatur herba. V.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. vincendo victi - imperat. Gr. et Al.*

s. Nulla) Nulla magis vileſceret ars quam medicina. H.

t. Magnitudo populi Romani) Idem argumentum fuſius tractatur c. 1. L. XXIX. *Dal.*

v. Perdidit) Mores L. XXIX. 8. *Illa perdidere imperii mores*, etc. H.

x. Paremus externis, et vna artium Imperatoribus) Vetus codex *imperauerunt* habet, non *imperat:* vt repetas *externi.* Pint.

y. Imperauerunt) Arte vna ſua externi medici Imperatoribus noſtris etiam imperauere. H.

z. Verum) L. XXIX. a ſ. 1. ad 9. H.

a. Loton herbam) Lotos arbor triplex eſt, prima dioſpyros Graecorum, faba Graeca Latinorum, *uva d'India* Italorum, gauiacana quorundam, quam improprie loton vocant ob fructus dulcedinem, ceraſo ſimilis auctore Theophraſto c. 13. L. III. nucleo duro. Deſcribitur prolixe c. 30. L. XVI. Secunda Dioſcoridis, prior Theophraſti, celtis Plinii c. 17. L. XIII. magnitudine piri, folio Ilicis, fructu dulci, nunc exoſſe, nunc durum nucleum ambiente, colorem vuae modo mutante, quum matureſcit, e quo vinum exprimitur, Monpeſſulanis *Micocaulier.* Tertia quae Theophraſto ſecunda eſt, lauroceraſus quibuſdam, quod folium lauro ſimile ſit, fructus ceraſo, fruticoſa, ramoſa, caudice firmo, ſemine nuce incluſo, externa fructus parte minime carnoſa, vt in amygdala, ſed cutis modo tenera, vt in ceraſo, ſapore non tam dulci, quam guſtui grato, e quo vinum exprimitur, in biduum aut triduum durans, poſt aceſcens, lotus poly-

diximus suis locis. Haec *b.* lotos, quae faba Graeca appellatur a nostris, aluum *c.* baccis sistit. Ramenta ligni decocta in vino prosunt dysentericis, menstruis, vertigini, comitialibus. [1] Cohibent *d.* et capillum. Mirum *e.*, his ramentis nihil esse amarius, fructuque dulcius. Fit *f.* et e scobe eius medicamentum, ex aqua myrti decocta, subacta, et diuisa in pastillos, dysentericis vtilissimum, pondere Victoriati cum aquae cyathis tribus.

III.

1. *Ruffant. Diosc.*

Polybii apud Athenaeum L. XIV. arbor non magna, aspera, spinosa: folio herbaceo, rhamno simili, paulo latiore et spissiore: fructu initio myrtis albis perfectis colore, et magnitudine simili, sed dum augescit phoeniceo, magnitudine oliuae teretis: nucleo prorsus exiguo, vt arbitror, paliurus Theophrasti est. Nemo enim alius spinosas esse lotos scripsit, nostra vero ziziphus. *Dal.*

Loton) L. XIII. 32. H.

b. Haec) Nostras, inquit, lotos, siue Italica. In Indice huius loci *De loto Italica*, VI. Egimus de ea XIII. 32. Videtur esse λωτὸς Diosc. I. 171. H.

c. *Aluum*) Fructu. Diosc. l. c. Καρπὸν δὲ φέρει γλυκὺν, βρώσιμον, εὐστόμαχον, κοιλίας στεγνωτικόν. Τῶν δὲ πρισμάτων τȣ͂ ξύλȣ ἀφέψημα πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμενον, βοηθεῖ δυσεντερικοῖς καὶ γυναιξὶ ῥοϊκαῖς. Ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας καὶ ἐπέχει ῥεούσας. Quibus sunt plane paria ac gemina quae Plinius de sua loto affert, et quae Galenus de fac. simpl. med. VII. p. 205. H.

d. Cohibent) Ruffant, ξανθίζει, Diosc. *Dal.*

Cohibent) Defluentem continent. Diosc. et Galen. ll. cc. H.

e. Mirum, his ramentis) Quae hinc ad finem capitis sequuntur, in Dioscoride non exstant: facultates vero aliae ex Dioscoride citatae non ad lotum diospyrum, siue fabam Graecam, pertinent, sed ad calicam siue Syriticam, quam *Micocoulier* vocant, qua in re Plinius falsus est. *Dal.*

f. Fit) Ita fere Marc. Emp. c. 27. p. 195. H.

III. (III.) Glans *g.* intrita duritias, quas *cacoëthe* vocant, cum salsa axungia sanat. Vehementiora *h.* sunt ligna et in omnibus cortex ipse, corticique tunica subiecta. Haec *i.* decocta iuuat coeliacos. Dysentericis etiam illinitur, vel ipsa glans. Eademque *k.* resistit serpentium ictibus, bus, rheumatismis, suppurationibus. *l.* Folia, et baccae *m.*, vel cortex, vel succus decocti prosunt contra *n.* toxica. Cortex *o.* illinitur decoctus lacte

Hh 4 vac-

i. cacoëthes, etc. sanat, vehementioresque lichenas. In omnibus. V.

g. Glans) Diosc. I. 143. περὶ βαλάνων, *de glandibus.* Σὺν ςέατι δὲ χοιρείῳ ταριχηρῷ πρὸς κακοήθεις σκληρίας καὶ πονηρευόμενα ἕλκη ἁρμόζουσι. Marc. Emp. c. 22. 4. p. 42. *Glandes de robore tritae cum axungia, et impositae, duritias quas cacoethes medici vocant, emendant et reprimunt.* Et Plin. Val. III. 22. *Glans roborea trita cum axungia, duritias quas κακοήθεας vocant, et euocat, et emendat.* H.

h. Vehementiora) Hoc est, magis adstringentia. Diosc. I. 142. haec totidem verbis habet. H.

i. Haec) Diosc. l. c. Marc. Emp. c. 27. p. 188. *Glandes quercinae tres aut quatuor, vel eiusdem folia, vel liber eius, coctus ex aqua: quae vel sola, vel cum vino, torminosis potui data plurimum prodest.* Torminosos saepe dysentericos vocat. H.

k. Eademque) Glans videlicet, quam Diosc. quoque I. 143. esitatam ait resistere venenatorum ictibus: crudam et intritam, inflammationibus, ex quibus suppurationes fieri solent, illitu mederi. H.

l. Suppurationibus) Fluxionibus, quae excitata phlegmone suppurationes tandem efficiunt. *Dal.*

m. Baccae) Vel glandes, vel baccae, quae baccarum modo adnascuntur. *Dal.*

n. Contra toxica) Glandes in cibo sumptae resistunt venenatorum ictibus. Decoctum earum et corticis, cum lacte vaccino potum, prodest contra toxica. Dioscorid. Plinius haec omnia peruertit. *Dal.*

Contra) Et baccarum, seu glandium, et corticis pariter decoctum valere aduersus toxica, scribit Diosc. l. c.

vaccino, serpentis plagae. Datur et ex vino dysentericis. Eadem *p.* et ilici vis.

IV. (IV.) Coccum *q.* ilicis vulneribus recentibus ex aceto imponitur. Epiphoris ex aqua, et oculis suffusis sanguine, instillatur. Est autem genus ex eo in Attica fere et Asia nascens, celerrime *r.* in vermiculum se mutans, quod *s.* ideo scolecion vocant, improbantque. Principalia *t.* eius genera diximus.

V. Nec pauciora *v.* gallae genera fecimus, solidam, perforatam: item albam, nigram, maiorem,

l. c. et quidem bibitum ex lacte vaccino. H.

o. Cortex) Illini per se sine lacte Diosc. l. c. suadet. H.

p. Eadem) Ad omnia supradicta. Diosc. I. 144. H.

q. Coccum ilicis vulneribus ex aceto imponitur. Epiphoris ex, etc.) Coccus Ilicis est κόκκος ille Φοινικοῦς τῆς πρίνου Theophrasti. remedia tamen sunt cocci tinctorii, quod ἐν τῇ κόκκῳ βαφικῇ nascitur. Et paulo post lege: *quod ideo scolecinum vocamus, etc.* σκωληκίνος i. e. vermicularis, atqui hoc est coccum infectorium fruticis ilicis, quod totum vermiculis scatet paruis, quorum sanies pretiosum illum in tinctura colorem facit, *vermiculum* hodie quoque vocant huiusmodi coccum. *Salmas.* 274. b. 275. a.

Coccum) Hanc quoque in eo medendi vim Dioscorides agnoscit IV. 48. Δύναμιν δὲ ἔχει συπτικὴν, ἁρμόζουσαν τραύμασι, καὶ νεύρων τρώσεσι, λεία μετὰ ὄξους καταπλασσομένη. H.

r. Celerrime in vermiculum se mutans) In antiquo exemplari, non *vermiculum* habetur, sed *vltimis*, vt putem legendum *vlicem*, de quo Lib. XXXIII. cap. 4. *Frutex est vlex roris marini similis, asper, aurumque retinens.* Et paulo post: *Vlex siccatus vritur, et cinis eius lauatur, etc.* Pint.

s. Quod ideo scolecion vocant) *Stultilum* non *scolecion*. antiquus codex ostentat, scribendum puto *exulicem*. Pint.

Scolecion) Σκωλήκιον, quae vox Graece vermiculum sonat. H.

t. Principalia) L. XVI. 12 H.

rem, minorem. Vis omnium ſimilis. Optima[1] Commagena. Excreſcentia *x.* in[2] corpore tollunt. Proſunt *y.* gingiuis, vuae, oris exhulcerationi. Crematae *z.* et in vino extinctae, coeliacis, dyſentericis illinuntur. Paronychiis *a.* ex melle, et vnguibus ſcabris, pterygiis, hulceribus manantibus, condylomatis, [3] vulneribus quae phagedaenica vocantur. In *b.* vino autem decoctae auribus inſtillantur, oculis *c.* illinuntur: [4] aduerſus *d.* eru-

ptiones,

1. *omphactis. Tritae excreſcentia tollunt.* 2. *Sic ex MSS. H. tollit Gr.* 3. *vlceribus. M.* 4. *aduerſus pituitae erupt. V.*

v. *Nec*) L. XVI. 9. H.

x. *Excreſcentia in corpore tollit*) In eodem *tollunt* non *tollit*, rectius: quia ſequitur *proſunt gingiuis.* Pint.

Excreſcentia) Dioſcorid. l. 146. Στέλλουσι λεῖαι τὰς ὑπερσαρκώσεις. *Excreſcentia in carne tritae cohibent.* H.

y. *Proſunt*) Dioſc. l. c. Marc. Emp. c. 14. pag. 99. *Gallae tritae puluere vua contacta eodem die reſilit, ſi ter ei interiecti horis medicamentum fuerit appoſitum.* H.

z. *Crematae*) Dioſc. l. c. Et Marc. Emp. c. 27. pag. 193. *Galla Commagena comburitur, et cinis eius extinguitur vino, contritusque ventri coeliaci illinitur: ſtatim ſubuenit.* Iisdem verbis et Plin. Val. II. 28. H.

a. *Paronychiis*) Theod. Priſc. I. 30. *Paronychiis thuris maſculi puluis cum melle mixtus medebitur. Sic etiam gallarum.* H.

b. *In*) Marc. Emp. c. 9. p. 80. *Gallae ex vino decoctae humor inſtillatus auriculae, ex qua ſanies fluit, etiam quae fuerint purulenta purgabit.* H.

c. *Oculis*) Marc. Emp. c. 8. p. 75. *Gallae contritae, thurisque pari modo puluis, vino permixtus, et fronti illitus, tumorem oculorum, doloremque ſedat.*

d. *Aduerſus*) Ἐξανθήματα, eruptiones, pululas, pupulas, papularum et pituitae eruptiones, Plinius promiſcue vocat. Et Theod. Priſc. I. 16. de papulis minutis vbique naſcentibus. *Quibus in facie quam maxime, veluti leuiſſimus tumor repente innaſcitur, humorem aliquando pinguem, aliquando aquaticum mittens, etc.* Et mox: *ſi*

ptiones, et panos cum aceto. Nuleus *e.* commanducatus dentium dolorem sedat: item *f.* intertrigines, et ambusta. Immaturae ex his ex aceto potae, lienem consumunt. Eaedem *g.* crematatae, [1] et aceto salso extinctae, menses sistunt, vuluasque procidentes fotu. [2]. Omnis *h.* [3] capillos denigrat.

VI. Viscum *i.* e robore praecipuum diximus haberi, et *k.* quo [4] conficeretur modo. Quidam *l.* contusum in aqua decoquunt, [5] donec *m.* innatet. Quidam *n.* commanducantes acinos, exspuunt cortices. Optimum *o.* est, quod sine cortice est, quodque leuissimum

1. *et aceto, aut vino, aut oxalme extinctae men. sist. vuluasque proc. decoctum earum fotu V. ex Diosc.* 2. *Sic ex MSS. H. et C. omnes Gr. et Al.* 3. *capillum. Ch.* 4. *consecetur. M.* 5. *donec nihil innatet. Ch.*

si vero veluti exanthemata, quas scabies dicimus, in facie vel genis, ex humorum acredine, vel plenitudine apparuerint, etc. H.

e. Nucleus) Gallae rotundus globus. Hac voce sic quoque vsus est c. 7. L. XVI. *Dalec.*

Nucleus) Rotundus nimirum et interior gallae globus. Diosc. I. 146. Τὸ δὲ μέσον αὐτῶν. Marc. Emp. c. 12. p. 95. *Nucleus gallae commanducatus medetur dolori humorique dentium.* H.

f. Item) Marc. idem c. 32. p. 225. *Gallae contusae et in vino coctae, atque impositae, intertrigini plurimum prosunt.* H.

g. Eaedem) Haec Diosc. totidem verbis, l. 146. H.

h. Omnis) Diosc. l. c. Μελαίνουσι δὲ τρίχας, ἀποβραχεῖσαι ἐν ὄξει, ἢ ὕδατι. H.

i. Viscum) L. XVI. 11. et 93. H.

k. Et) L. XVI. 94. H.

l. Quidam) Dioscor. III. 103. H.

m. Donec) Ita R. 1. At R. 2. et Ch. *donec nihil innatet.* H.

n. Quidam) Diosc. l. c. Ἔνιοι δὲ μασσώμενοι αὐτὸν ἐργάζονται. H.

o. Optimum) Optimum censet Diosc. l. c. quod recens est, intus coloris porracei, extra fului: vel, vt Oribasii

ſimum *p.*, extra fuluum, intus porraceum, quo nihil eſt glutinoſius. Emollit *q.*, diſcutit tumores, ſiccat *r.* ſtrumas. Cum *s.* reſina et cera panos mitigat omnis generis. Quidam et galbanum adiiciunt, pari pondere ſingulorum: eoque modo et ad vulnera vtuntur. Vnguium ſcabritias [1] expolit, ſi ſeptenis diebus [2] ſoluantur, nitroque colluantur. Quidam *t.* id religione efficacius fieri putant, prima Luna [3] collectum e robore ſine ferro. Si terram non [4] attigit, comitialibus mederi. Conceptum feminarum adiuuare, ſi omnino ſecum habeant. Hulcera *v.* commanducato impoſitoque efficaciſſime ſanari.

VII. Roboris *x.* pilulae ex [5] adipe vrſino alopecias capillo replent. Cerri folia, et cortex, et glans,

1. *expellit. V.* 2. *non ſol. V.* 3. *collecto. V.* 4. *attingat. Ch.* 5. *adipe vero vrſ. Ch.*

Oribaſii interpres ait, flaueſcentis: (Graece *ὑπόξανθον* dicitur:) quodque nihil aſperi habet aut furfuracei. H.

p. Leuiſſimum) Intermixtis corticibus minime aſperum aut furfuroſum. *Dal.*

q. Emollit) Dioſc. l. c. et Plin. Val. III. 35. H.

r. Siccat) Q. Serenus, c. 41. *de ſtruma depellenda* p. 51. *Proderit et manſum quod traxeris arbore viſcum.* H.

s. Cum) Dioſc. l. c. H.

t. Quidam) Sexta Luna Gallorum Druides religioſius colligi putarunt, teſte Plinio XVI. extremo, fecunditatem facere tum omni animali exiſtimantes, ſcilicet pota, non amuleto, vt nunc geſtari praecipitur. H.

v. Hulcera commanducato impoſitoque) Vlcera vetera, et malignos abſceſſus ex thure mollit. Dioſc. *Dal.*

Hulcera) *Hulcera vetera, malignoſque abſceſſus cum thure mollit*, inquit Dioſc. l. cap. Σὺν λιβανωτῷ δὲ ἕλκη παλαιὰ καὶ καὶ κοήθεις ἀποςάσεις μαλάσσει. H.

x. Roboris) Iiſdem verbis Marc. Emp. c. 6. p. 46. Quint. Seren. c. 9. *de fluore capillorum*, p. 130. *Roboreaſque pilas vrſino iungito ſeuo*, etc. H.

glans, ſiccat collectiones ſuppurationeſque: fluxiones ſiſtit. Torpentes membrorum partes corroborat *y.* decoctum eius fotu: cui et inſidere expedit, ſiccandis aſtringendiſue partibus. Radix cerri aduerſatur ſcorpionibus.

VIII. Suberis *z.* cortex tritus, ex aqua calida potus, ſanguinem fluentem [1] ex *a.* vtralibet parte ſiſtit. Eiuſdem *b.* cinis ex vino calido, ſanguinem exſcreantibus magnopere laudatur.

IX. (V.) Fagi *c.* folia manducantur in gingiuarum labiorumque vitiis. [2] Calculis *d.* glandis fagineae cinis illinitur: item *e.* cum melle alopeciis.

X. Cupreſſi folia trita, [3] ſerpentium ictibus imponuntur: et *f.* capiti cum polenta, ſi a Sole doleat: item *f.* ramici: qua de cauſa et bibuntur.

1. *ex vtralibus ex parte.* Ch. 2. *Oculis.* M. *Callis.* Guill. 3. *ſerpentibus impon.* Ch.

y. Corroborat decoctum) Poſt vſum calfacientium et deſiccantium. *Dalec.*

z. Suberis) Q. Seren. c. 35. p. 148. *Sed quacumque fluit vis immoderata cruoris, Subereus cortex calidis potatur in vndis, Ante minutatim, ſtudio vincente, terendus.* H.

a. Ex) Hoc eſt, ſiue e vulua profluat, ſiue e naribus. H.

b. Eiuſdem) Q. Seren. c. 22. *de reiectione ſanguinis reſtringenda,* p. 139. *Vritur interdum raptus de ſubere cortex, et cinis ex calido prodeſt epota Lyaeo.* Sic enim legi hunc locum oportere ex Plinio liquet: non *de robore cortex: Et cinis Italico.* H.

c. Fagi) Plin. Val. I. 29. et Marc. Emp. c. 9. p. 88. H.

d. Calculis) Ita R. 2. cod. aliique, In R. 1. *Caucalis:* vnde quidam *oculis* legi malunt, cum Hier. Mercuriali: *callis* alii, cum Guilandino. Alii *calyculis*; nos *calculis* malumus. H.

e. Et) Marc. Emp. c. 1. p. 35. *Si de ſole caput doleat, cupreſſi folia contrita, cum polenta de hordeo, vel amygdalis, et ſucco portulacae fronti illinuntur.* H.

f. Idem) Marc. Emp. c. 6. p. 46. et Plin. Val. I. 6. H.

f. Item) Q. Seren. c. 37. p. 149.

buntur. Teſtium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillum *g.* denigrant ex aceto. Eadem *h.* trita cum duabus partibus panis *i.* mollis, et e vino *k.* [1] ammineo ſubacta, pedum ac neruorum dolores ſedant. Pilulae *l.* aduerſus ſerpentium ictus bibuntur, aut *m.* ſi eiiciatur ſanguis: collectionibus illinuntur. Ramici *n.* quoque tenerae

1. *aminen. Ch.*

p. 149. *Ramicis immenſum fertur cobibere tumorem Far madidum lympha, et ferali fronde cupreſſi: Vnde etiam potu frons haec memoratur amica.* Adde Dioſc. I. 102. *ςέλλει δὲ τὰ σφαιρία καὶ ἐντεροκήλας καταπλασθέντα.* Et ſic imponi hydropicis ex axungia iubet Priſc. II. P. 2. c. 19. H.

g. Capillum) Dioſc. 102. Marc. Emp. c. 7. p. 48. et Plin. Val. l. 7. Q. Seren. carmine ſatis eleganti c. 5. p. 127. *Quos pudet aetatis longae, quos longa ſenectus Offendit, cupiunt properos abſcondere canos. Et nigrum crinem fuco ſimulare doloſo: His prodeſt acri contrita cupreſſus aceto, vel frons lentiſci, vel triſtia poma ſabuci.* H.

h. Eadem) Teneri, et adhuc calentis, Q. Seren. c. 43. *de podagra depellenda*, p. 153. *Aut ſi corruptus perſederit altius humor, Trita cupreſſus ibi Baccho iungetur acerbo, [Panibus] et teneris.* Et c. 55. pag. 159. *Si vero occultus neruos dolor vrit inertes, Aut Baccho madefacta Ceres cum fronde cupreſſi, Quo poteris fotu recreare rigentia membra.* Non vt Pithoei codex, *Quo poteris potu.* H.

i. Panis mollis) Panem mollem vocat aut adhuc e furno calentem, aut Graecum τὸ ςαὶς, nempe farinam aqua ſubactam, nondum coctam: vel quod in medio panis molle eſt, ſiue micam. *Dalec.*

k. Vino) Pro vino axungiam Marc. Emp. adhibet, c. 36. p. 246. *Folia cupreſſi contrita*, inquit, *cum panis mollis partibus duabus, et axungia vetere ſubacta, medentur doloribus podagrae.* H.

l. Pilulae) Nicand. in Ther. p. 43. H.

m. Aut) Si ſanguis ore reiiciatur, *ἁρμόζει πρὸς αἵματος ἀναγωγήν*, inquit Dioſc. l. 103. H.

n. Ramici) Dioſc. I. 102. *Στέλλει δὲ καὶ ἐντεροκήλας κατα-*

rae tusae cum axungia et lomento, prosunt. Bibuntur o. ex eadem causa. Parotidi et strumae cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusis cum semine, qui [1] mixtus oleo caliginem oculorum aufert. Item Victoriati pondere in vino potus illitusque cum fico sicca pingui, exemptis granis, vitia testium sanat, tumores discutit: et cum fermento strumas. Radix p. cum foliis trita potaque, vesicae et stranguriae medetur: et contra q. phalangia. Ramenta pota menses cient, scorpionum ictibus aduersantur.

XI. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quae r. cedria vocatur, dentium s. doloribus

1. *miste M.*

καταπλασθέντα. Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 200. Plin. Val. II. 42. et Marc. Emp. c. 33. p. 229. H.

o. *Bibuntur*) Marc. Emp. c. 33. p. 228. *Pilulas cupressi virides ex vino vetere ad tertias decoque, et cyathos binos quotidie ieiuno hernioso potui dato: tum folia eiusdem trita testiculis imponito: mire proderis.* H.

p. *Radix*) Marc. Emp. c. 26. p. 180. et Q. Seren. c. 33. p. 146. Diosc. l. c. Τὰ φύλλα ποθέντα μετὰ γλυκέος καὶ σμύρνης ὀλίγης, κύστει ῥευματιζομένῃ, καὶ δυσουρίαις βοηθεῖ. H.

q. *Contra*) Marc. Emp. c. 17. p. 124. H.

r. *Quae*) Diosc. I. 105. Κέδρος, δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ λεγομένη κεδρία συνάγεται. Cedriam alii gummi; alii lacrymam, et vnguentum vocant. Matth. Siluaticus: *Cedria, id est, gummi cedri.* Ioh. de Ianua: *Cedria a cedrus, haec cedria: vnguentum factum, quo asseres liniti non putrescunt, vel tempore, vel verme.* Et verbo: *Cedrus: Huius arboris gummi, siue lacryma, dicitur cedria, quae ad conseruationem librorum summe est necessaria. Nam libri ex hac lacryma liniti, nec a tineis corroduntur, nec tempore senescunt.* Picem hoc loco Plin. pro resina dixit, quam cedrus fundit crassiorem, vt idem admonuit, XIV. 25. H.

s. *Dentium*) Scrib. Larg. comp. 58. *Item proderit motis dentibus hoc medicamentum: Aceti acerrimi sextarius vnus*

loribus vtilissimam. Frangit *t.* enim eos et extrahit: dolores sedat. Cedri *v.* succus ex ea quomodo fieret, diximus, magni *x.* ad lumina vsus, ni [1] capiti dolorem inferret. Defuncta *y.* corpora incorrupta aeuis seruat, viuentia corrumpit: mira differentia, quum vitam auferat spirantibus, [2] defunctisque pro vita sit. Vestes *z.* quoque corrumpit, et animalia *a.* necat. Ob *b.* hoc non censeam in

1. *Sic ex MSS. em. Hard. et Cb. capitis Gr. et Al.*
2. *Sic ex MSS. H. et Cb. defunctis Gr. et Al.*

vnus semis, cedriae verae, ne habeat picis aliquam mixturam, hemina. . . Hoc medicamento si quis ter in mense dentes fricuerit, dolorem eorum non experietur H.

t. Frangit) Dsc. I. 105. H.

v. Succus) Serosus liquor, qui primus fluit, dum cedri ad picem conficiendam vtuntur, et a Syris cedrium dicitur, c. 11. Lib. XVI. *Dal.*

Cedri) Cedri succus cedrium est, quod ex cedro primum fluit, dum ad conficiendam picem comburitur: vt dictum est XVI. 21. H.

x. Magni ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret) Vetus codex *magni ad volumina vsus in capitis, etc.* vt illud Ouidii in Tristibus: *Nec titulus minio, nec cedro charta vocetur.* Sed refragatur auctoritas Dioscoridis oculorum medicinae vtilem prodentis: Lib. I. cap. de cedro. *Pint.*

Magni) Ad candelas videlicet vnguendas, quae e scirpis fiebant: *Nam e scirpis detracto cortice, candelae luminibus seruiebant,* inquit Plin. XVI. 70. Sic XVI. 19. *teda lumini sacrorum grata* dicitur, hoc est, ad lustrales faces. Nec Pintianum audio, qui lumina hoc loco de oculis accipit: quoniam oculis inunctam cedriam Diosc. l. c. ait conciliare claritatem. H.

y. Defuncta) Haec totidem verbis Diosc. I. 105. Vide quae diximus XVI. 21. H.

z. Vestes) Diosc. l. c. Καὶ ἱμάτια δὲ καὶ δερμάτια φθείρει, διὰ τὸ θερμαίνειν ἐπιτεταμένως, καὶ ξηραίνειν. *Vestes quoque, pellesque corrumpit: eo quod vehementius calfaciat, et exsiccet. H.*

a. Animalia necat) Serpentes, lendes, pediculos, lum-

in anginis hoc remedio vtendum: neque in cruditatibus, quod suasere aliqui, [1] gustu. Dentes *c.* quoque colluere ex aceto in dolore timuerim, vel grauitati aut vermibus aurium instillare. Portentum est, quod tradunt, abortiuum *d.* fieri in Venere, ante *e.* persusa virilitate. Phthiriases *f.* perungere

1. *gustandum.* V.

lumbricos, ascaridas. Diosc. *Dalec.*

Et) Lendes, pediculos, lumbricos, tineas, Diosc. l. c. H.

b. Ob) At censet intrepide Diosc. l. c. Συναγχικῶν δὲ περίχρισός ἐςι καὶ παρισθμίων φλεγμοναῖς βοηθεῖ. *Anginosi quoque eo perunguntur: et tonsillarum inflammationibus auxilio est.* H.

c. Dentes) Non timet Diosc. l. c. aut dentibus, aut auribus instillare. Σὺν ὄξει διακλυζομένη, σκωλήκας τὰς ἐν ὠσὶ κτείνει. ἤχους τε καὶ συριγμοὺς παύει etc. Εἰς τε ἐμβρώματα τῶν ὀδόντων, etc. Dioscoridem, vt fere solet, sequitur Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 187. Nec dentibus timet Marc. Emp. c. 12. p. 91. Scribonium sequutus antea laudatum. H.

d. Abortiuum fieri in Venere) Sic Plinius Latine reddit Graecorum φθόριον, et vt quidam volunt ἀτόκιον. quamquam sic potius dicatur, quod impedito conceptu affert sterilitatem. Rhodig. c. 9. VIII. *Idem.* *Abortiuum fieri in Venere ante persusa virilitate*) Scribendum arbitror, *abortiuum fieri, in Venere vncta prius virilitate.* Diosc. L. I. cap. de cedro: *genitalibus ante coitum inunctus sterilitatem facit.* Pint.

e. Ante) Si cedri succo antea virilia persundantur. Diosc. l. c. Περιχρισθεῖσα δὲ αἰδοίῳ πρὸ τῆς συνουσίας, ἀτόκιόν ἐςι. *Genitali ante coitum circumlita, conceptionem impedit.* Sic etiam Galenus de fac. simpl. med. VII. p. 187. H.

f. Phthiriases) Diosc. l. c. Φθεῖρας δὲ καὶ κονίδας φθείρει περιχρισθεῖσα. *Pediculos et lendes illitu enecat.* Vide N. et Em N. II. (hic coll.) *Pht.*) Sic libri omnes editi. In MSS. *Ptiriasis.* Qui *phthiriases* legi maluerint, tueri se possunt Q. Sereni calculo c. 6. cui titulus est, *phthiriasi arcendae,* quo morbi genere interiisse Phere-

ungere eo non dubitauerim, [1] item *g.* porrigines. Suadent *h.* et contra venenum leporis marini bibere in paſſo. Facilius *i.* in elephantiaſi [2] illinatur. Et hulcera ſordida et excreſcentia in iis auctores quidam, et *k.* oculorum albugines caligineſque inunxere eo: et *l.* contra pulmonis hulcera cyathum eius [3] ſorbere iuſſerunt: item aduerſus [4] taenias. Fit *m.* [5] ex eo et oleum, quod *n.* [6] piſſelaeon

1. *itemque Gr.* 2. *illinant. M. et Ch.* 3. *ſorberi Ch.* 4. *tineas. Gr. lumbricos et aſcaridas. Dioſc.* 5. *ex ea (ſub. cedria.) V.* 6. *cedrelaeon. V. oleum vt et quod piſſ. Alii V. ex Dioſc.*

Pherecydem, Syllamque commemorat, pronuntiatque oportere corpus, *Succo perducere cedri.* Qui *pityriaſes* ſincerius putauerint, ob id quod ſequitur, *et porrigines:* obiicere Marcellum ii poſſunt, c. 4. p. 40. ita ſtatuentem: *Ad pityriaſin et porrigines capitis, prodeſt, cedria tantum vngere caput.* Eſt autem πιτυρίασις idem quod Latinis porrigo: de qua diximus XX. 23. H.

g. Itemque) Q. Serenus, c. 4. p. 127. inter remedia porrigini depellendae: *Et prodeſt cedro demiſſus ab arbore ſuccus.* H.

h. Suadent) Dioſc. totidem verbis l. c. Πρός τε λαγώȣ θαλασσίȣ πόσιν, σὺν γλυκεῖ λαμβανομένη βοηθεῖ. H.

i. Facilius) Dioſc. l. c. Ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας. Q. Seren. c. 11. *de elephantiaſi propellenda*, p. 130. *Huic erit aduerſus cedri de cortice ſuccus, Muſtelaeque cinis, vel ſanguis fuſus ab illa.* Adde et Marc. Emp. c. 19. p. 130. H.

k. Et) Dioſc. l. c. Εὐθετεῖ δὲ εἴς τε ὀφθαλμικὰ ὀξυδορκὴς ȣ̃σα ἐγχριομένη, καὶ λευκώματα, καὶ ȣ̓λὰς σμήχει. H.

l. Et contra) Iubet Dioſc. totidem verbis l. c. et contra pulmonis hulcera, et aduerſus taenias, ſiue tineas, hoc eſt teretes ventris lumbricos. H.

m. Fit) E cedri ſucco, ſiue cedria. Dioſc. I. 105. Γίνεται καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῆς (κεδρίας) χωριζόμενον ἀπὸ τῆς κεδρίας ... ὡς ἐπὶ τῆς πίσσης. *Fit et e cedria oleum, quod ab ea ſeparatur ... vt de pice dictum eſt.*

ſelaeon vocant, vehementioris ad omnia eadem vſus. Cedri *o.* ſcobe ſerpentes fugari certum eſt: item *p.* baccis tritis cum oleo, ſi qui perungantur.

XII. Cedrides *q.*, hoc eſt fructus [1] cedri, tuſſim *r.* ſanant, vrinam cient, aluum ſiſtunt: vtiles ruptis, conuulſis, ſpaſticis, ſtranguriae, vuluis, [2] admoti *s.*: Contra lepores marinos, eademque *t.* quae ſupra: collectionibus, [3] inflammationibuſque.

XIII. De

1. *oxycedri.* 2. *poti. M.* 3. *inflam. admoti. V.*

Id nempe, quod pinguiſſimum, apprime oleoſum, ſuſpenſis ſupra cedriam, dum coquatur, lanis excipitur, colligiturque, vt ait Galenus l. c. H.

n. Quod) Sic appellatur iterum XV. 7. et XXV. 22. Nempe initio huius ſectionis docuit cedrum dare picem quae c e d r i a vocaretur: quamobrem quod ex ea extraheretur oleum, recte voce ex vtroque conflata πισσέλαιον nuncupauit. Fruſtra ſunt, qui MSS. inuitis, *cedrelaeon* ſubſtituunt. Sic πισσέλαιον picis florem appellat Scrib. Larg. comp. 40. *id nempe quod excipitur, dum ea coquitur, lana ſuperpoſita eius vapori.* H.

o. Cedri) Nicand. in Ther. p. 4. et 7. H.

p. Item) Cedri fructu: quo ſi perungitur corpus, cum cerui adipe ſeu medulla, fugari ſerpentes eo et Dioſc. fatetur l. c. Διώκȣσι καὶ θηρία χριομένȣ τȣ̃ σώματος σὺν ἐλαφείῳ ςέατι ἢ μυελῷ. H.

q. Cedrides) Dioſc. I. 105. Κεδρίδες δὲ καλȣ̃νται οἱ ἐξ αὐτῆς (κέδρȣ) καρποί. Galen. quoque de fac. ſimpl. med. VII. p. 187. Αἱ δὲ κεδρίδες, ȣ̏τω γὰρ ὀνομάζȣσιν τὸν καρπὸν τῆς κέδρȣ, etc. H.

r. Tuſſim) Dioſc. l. c. Βοηθȣ̃σι δὲ βηξὶ, σπάσμασι, ῥήγμασι, ςραγγȣρίαις. H.

s. Admoti) Appoſitu. Vide N. et Em. N. III. (hic adi.) *Vtiles)* Ita MSS. *Poti* tamen multo mallem. Nam Dioſc. I. 105. Καὶ ἔμμηνα ἄγȣσι μετὰ πεπέρεως λείȣ πινόμεναι. *Ex trito pipere poti, menſtrua cient.* Vel legi ſatius fortaſſe, *vuluis. Ac poti contra lepores marinos* etc. Pergit enim Graecus auctor: Καὶ πρὸς λαγὼȣ θαλασσίȣ πόσιν σὺν οἴνῳ λαμβάνονται. *Contra hauſtum*

XIII. De *v.* galbano diximus. Neque *x.* humidum neque aridum probatur, ſed quale docuimus. Per *y.* ſe bibitur ad tuſſim veterem, ſuſpiria, rupta, conuulſa. Imponitur *z.* iſchiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, corpori *a.* [1] ab oſſibus recedenti, ſtrumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus. Illinitur et cum melle capitis hulceribus. Purulentis *b.* infunditur auribus cum roſaceo, aut nardo. Odore *c.* comitialibus ſubuenit, et vulua ſtrangulante, [2] et in ſtomachi defectu. Abortus *d.* non exeuntes trahit appoſitu vel ſuffitu: [3] item ramis *e.* ellebori circumlitum

1. *et oſſibus recedentibus.* M. vel. *in. ſtom.* M. 2. *vel ſtomachi.* M. 3. *item ramo.* M.

hauſtum leporem marinum in vino ſumuntur. H.

t. Eademque) Hoc eſt ad eadem, quibus vtilem eſſe cedriae ſuccum ſup. ſect. dictum eſt. H.

v. De galbano) L. XII. 57. H.

x. Neque) Totidem verbis Dioſc. III. 97. H.

y. Per) Dioſc. Καταπίνεται δὲ πρὸς παλαιὰν βῆχα, δύσπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγματα, σπάσματα. H.

z. Imponitur) Dioſc. l. c. de laterum, dentiumque doloribus, et de furunculis. De panis Marc. Emp. c. 32. p. 224. et Plin. Val. III. 27. De ſtrumis idem Marcellus c. 15. p. 107. et Plin. Val. I. 13. H.

a. Corpori ab oſſibus recedenti) Ab oſſibus recedit caro, quum ea putreſcente oſſa nudantur, in vlceribus phagaedenicis et cancroſis. *Dal.*

b. Purulentis) Marc. Emp. c. 9. p. 75. et 81. Item Theod. Pr. I. 8. *de aurium cauſatione.* H.

c. Comitialibus ſubuenit) Eos vt et vertiginoſos excitat. *Dal.*

Odore) Comitiales enim odore excitat, vti et lethargicos: quod et Celſus teſtatur III. 20. De comitialibus, feminiſque, quas vulua ſtrangulat, ſubſcribit Dioſc. l. c. H.

d. Abortus) Immaturos partus. *Dal.*

Abortus) Dioſc. l. c. H.

e. Ramis) Radiculis. *Dal.*

litum atque ſubiectum. Serpentes *f.* nidore [1] vrentium fugari diximus. Fugiunt *g.* et perunctos galbano. Medetur et a ſcorpione percuſſis. Bibitur et in difficili partu fabae magnitudine in vini cyatho: vuluaſque conuerſas corrigit. Cum *h.* myrrha autem et in vino mortuos partus extrahit. Aduerſatur *i.* et venenis, maxime toxicis, cum myrrha, [2] et in vino. Serpentes *k.* oleo et ſpondylio mixto tactu necat. Nocere *l.* vrinae exiſtimatur.

XIV. (VI.) Similis *m.* Hammoniaci natura atque lacrymae, [3] probandae, vt diximus: mollit *n.* calefacit, diſcutit, diſſoluit. Claritati viſus in collyriis conuenit. Pruritum, cicatrices, albugines *o.* oculorum tollit. Dentium dolores ſedat, efficacius accenſum. Prodeſt *p.* dyſpnoicis, pleuriticis,

1. *vſti. V.* 2. *et aceto. Dioſc.* 3. *pr. ratio, vt dix. V.*

f. Serpentes) L. XII. 57. H.

g. Fugiunt) Dioſc. l. c. H.

h. Cum) Dioſc. l. c. H.

i. Aduerſatur) Dioſc. l. c. ex aceto: σὺν ὄξει καὶ σμύρνῃ ποθεῖσα, ἀντιπάσχει καὶ τοξικῷ. H.

k. Serpentes) Dioſc. ad verbum. l. c. H.

l. Nocere vrinae exiſtimatur) Vrinae difficultati prodeſſe exiſtimant. Dioſc. *Dal.*

Nocere) Imo prodeſſe, ſi Dioſcoridi fides. Δοκεῖ δὲ καὶ δυσουροῦσι ποιεῖν. Sed ibi legendum δυσουρίαν ποιεῖν, contraria plane ſententia, ex Serapione, alii ante nos viderunt. H.

m. Similis) Similis, inquit, Hammoniaci natura eſt galbano, ſimiliſque natura lacrymae, cuius probatio fieri debet eo pacto, quo dictum eſt L. XII. 49. H.

n. Mollit) Haec quoque Dioſc. l. 98. H.

o. Albugines) Dioſc. l. c. Σμήχει δὲ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς λευκώματα. Theod. Priſc. l. 10. *de oculorum cauſis: Nam et lactenti ſuo mater guttam Hammoniaci maſticando, albores oculi ... ſaepius permundauit.* H.

p. Prodeſt) Reliquae deinceps Hammoniaci medicinae totidem fere verbis exſtant apud Dioſc. l. c. H.

cis, pulmonibus, veſicis, vrinae cruentae, lieni, iſchiadicis potum. Sic et aluum ſoluit. Articulis et podagrae cum pari pondere picis aut cerae et roſaceo coctum. Maturat panos, extrahit clauos cum melle. Sic et duritias emollit. Lieni cum aceto et cera Cypria, vel roſaceo, efficaciſſime imponitur. Laſſitudines *q.* perungi cum aceto [1] et oleo, exiguoque nitro, vtile eſt.

XV. Et *r.* ſtyracis naturam in peregrinis arboribus expoſuimus. Placet praeter illa [2] quae diximus, maxime pinguis, purus, albicantibus *s.* fragmentis. Medetur *t.* tuſſi, faucibus, pectoris vitiis, vuluae praecluſae, [3] duritieue laboranti. Ciet *v.* menſes potu, appoſituue, aluum mollit. Inuenio potu modico triſtitiam animi reſolui, largiore contrahi. Sonitus aurium emendat [4] infuſu: ſtrumas illitu, neruorumque nodos. Aduerſatur venenis, quae frigore nocent: ideo *x.* et cicutae.

XVI. Spondylion *y.* vna demonſtratum, infunditur *z.* capitibus phreneticorum, et lethargicorum:

1. *nitro et cyprino oleo vtile eſt. Dioſc.* 2. *Supra L. XII. c. 17. et 25. Iac. Cell.* 3. *duritiaue. Ch.* 4. *Sic ex vet. edit. H. infuſus: ſtrumas illitus. V. infuſum, illitum Gr. et Al.*

q. Laſſitudines) Oleum cyprinum Dioſc. deſiderat l. c. H.

r. Et) L. XII. 55. H.

s. Albicantibus) Micis grumiſue Dioſc. I. 79. Θρόμβους ἔχων ὑπολεύκους. H.

t. Medetur) Haec totidem verbis Dioſc. l. c. et Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 232. H.

v. Ciet) Ad verbum Dioſc. et Galen. ll. cc. H.

x. Ideo) Hauſto cicutae veneno reſiſtere ſtyracem e vino potum ſcribit Dioſc. Εὐπορ. II. 142. H.

y. Spondylion) L. XII. 58. H.

z. Infunditur) Plin. Val. III. et IX. 7. Dioſc. quoque totidem plane verbis III. 90. H.

corum: item capitis doloribus longis. Cum *a.* oleo vetere bibitur, et in iocinerum vitiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, vuluarum strangulatione: quibus et suffitu prodest. Aluum *b.* mollit. Illinitur *c.* hulceribus [1] serpentibus cum ruta. Flos *d.* auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed succus quum exprimitur, integendus est, quoniam mire appetitur a muscis et similibus. Radix *e.* derasa, et in fistulas coniecta, callum earum erodit. Auribus *f.* quoque instillatur cum succo. Datur *g.* et ipsa contra morbum regium, et in iocineris vitio, et vuluarum. Capillos crispos facit peruncto capite.

XVII. [2] Sphagnos *h.*, siue sphacos, siue bryon, et in Gallia, vt indicauimus, nascitur, vuluis *i.* decocto insidentium vtilis: item genibus et feminum tumoribus, mixtus nasturtio, et aqua salsa tritus. Cum [3] vino autem ac resina sicca potus,

1. *quae serpunt. Ch.* 2. *Splachnos. Diosc.* 3. *Sic ex MSS. H. M. et Ch. cum vino et iunipero Gr. et Al.*

a. Cum) Diosc. l. c. ad verbum et Galen. l. c. p. 233. H.

b. Aluum) Diosc. l. c. H.

c. Illinitur) Plin. Val. III. 22. et Diosc. ad verbum l. c. H.

d. Flos) Hoc est, flos tritus, seu floris succus. Diosc. l. c. Τῦ δὲ ἄνθυς χλωρῦ ὁ χυλὸς πρὸς εἰλκομένα ὦτα, καὶ πυοῤῥῦντα ἁρμόζει. Exscripsit haec quoque Galen. l. c. H.

e. Radix) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

f. Auribus) Diosc. l. c. H.

g. Datur) Diosc. l. c. H.

h. Sphacos) Phascos ex Phauorino, cui sphacos feni genus est, pecori admodum gratum. Sic legitur et apud Theoph. c. 9. L. III. hist. Vide c. 23. et 28. L. XII. Plutarchum Quaest. 1. L. IV. Sympos. inter ea quibus caprae vescuntur, phascon recenset, ex Eupolide. *Dal.* *Sphagnos)* L. XII. 50. H.

i. Vuluis) Diosc. I. 20. Ποιῦν πρὸς τὰ περὶ μήτραν ἐν ἀφε-

tus, vrinam pellit celerrime. Hydropicos inanit, cum vino et [1] iuniperis tritus et potus.

XVIII. Terebinthi folia et radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in vino, et *k.* contra difficultatem vrinae. Ventrem leniter emollit. Venerem *l.* excitat.

XIX. [2] Piceae *m.*, et laricis folia trita, et in aceto decocta, dentium dolori prosunt. [3] Cinis *n.* corticum, intertrigini et ambustis. Potus *o.* aluum sistit, vrinam mouet. Suffitu *p.* vuluas corrigit. [4] Piceae *q.* folia priuatim iocineri vtilia sunt, drach-

Ii 4 mae

1. *iuniperis tritus ac potus.* Ch. 2. *Pini et piceae fol. Ex Diosc.* 3. *Cortex tritus et inspersus. Diosc.* 4. *Pini. Diosc.*

ἐν ἀφεψήματι εἰς ἐγκάθισμα. *Facit decoctus insessu ad vuluae affectiones.* H.

k. Et) Diosc. I. 91. et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 234. H.

l. Venerem) Diosc. l. c. Ἔστι δὲ ἄριστος πρὸς ἀφροδίσια. H.

m. Piceae, et laricis) Plinius πεύκην piceam vertit, quae pinus est: πίτυν laricem, quae picea est. *Dal.*

Piceae) Πίτυος et πεύκης, quas pinum et laricem Plinius fere reddit, easdem esse dotes Dioscorides asseuerat I. 86. Sunt nempe pinus, picea, pinaster, congeneres arbores, quibus et cognatae vires: quin et nomina saepe promiscue a bonis auctoribus permutantur. Vide Sarac. in Nott. ad Diosc. I. 87. p. 15. H.

n. Cinis) Ramenta corticum. Diosc. I. 86. Ἁρμόζων (φλοιὸς) πρός τε παρατρίμματα λεῖος καταπλασσόμενος, καὶ πρὸς τὰ κεκαυμένα. *Cortex tritus et inspersus ad intertrigines et combusta confert.* H.

o. Potus) Diosc. l. c. Κοιλίαν τε ποθεὶς ἐφίστησι καὶ οὖρα κινεῖ. H.

p. Suffitu) Vuluas conuersas emendat. Suffitu partus et secundas eiicere Diosc. ait l. c. H.

q. Piceae) Hoc Diosc. l. c. de foliis πεύκης ac πίτυος. H.

mae pondere in [1] aqua mulſa pota. Siluas *r.*, eas dumtaxat quae picis reſinaeque gratia [2] radantur, vtiliſſimas eſſe phtiſicis, aut qui longa aegritudine non [3] recolligant vires, ſatis conſtat: et illum caeli aëra plus ita, quam *s.* nauigationem Aegyptiam, proficere, plus quam [4] lactis *t.* herbidos per montium aeſtiua potus.

XX. Chamaepitys *v.* Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terrae: cubitalibus ramis, [5] flore pinus et odore. Altera *x.* [6] breuior, et

1. *aqua, vel mulſa.* *Dioſc.* 2. *raduntur.* *Dal.* 3. *recolligunt.* *Dal.* 4. *lactis per herbidorum montium.* *V.* 5. *flore tenui, candido, vel luteo, et pinus odore.* *Dioſc.* 6. *leuior.* *V.*

r. *Siluas*) Fere ad verbum haec Marc. Emp. c. 16. p. 119. et Plin. Val. I. 61. H.

s *Quam nauigationem Aegyptiam*) Celſus de tabidorum curatione c. 22. L. III. *Opus eſt, ſi vires patiuntur, longa nauigatione, caeli mutatione, ſic vt denſius quam id eſt, ex quo diſcedit aeger, petatur: ideoque aptiſſime Alexandriam ex Italia itur.* Vide infra c. 6. L. XXXI. *Dal.*

Nauigationem) De ea dicemus XXXI. 33. H.

t. *Herbidos*) Ex herbis virentibus et vegetis geniti. *Dal.*

Lactis) Lactis ex herbis virentibus et vegetis geniti. H.

v. *Chamaepitys Latine abiga*) Sic dicta ab abigendo partu. *Aingae*, cum abortu nihil eſt commune. *Gelen.*

Chamaepitys) Apul. c. 26. *Graeci chamaepityn, Itali abigam, alii cupreſſum nigram*, etc. Haec prima chamaepitys Lobelii eſt, in Obſeru. p. 208. eademque Matthioli chamaepitys altera, p. 941. Dodonaei tertia, p. 46. Pro *abiga* libri quidam *ajuga* perperam exhibent. H.

x. *Altera*) Chamaepitys altera Lobelii, p. 209. et Dodonaei, p. 46. Hanc quoque Dioſc. III. 176. ait eſſe ramis cubitalibus in ſpeciem ancorae incuruatis, ἀγκυροειδεῖς. H.

et incuruae ſimilis. Tertia *y.* eodem odore, et ideo nomine quoque, [1] paruula, cauliculo craſſitudine digitali, foliis ſcabris, exilibus, albis, in petris naſcens. Omnes herbae, ſed *z.* propter cognationem nominis non differendae. Proſunt aduerſus ſcorpionum ictus. Item *a.* iocineri illitae cum palmis, aut cotoneis. Renibus *b.* et veſicae, decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo *c.* quoque regio, et vrinae difficultatibus, ex aqua decoctae bibuntur. Nouiſſima contra ſerpentes valet cum melle. Sic et appoſitas vuluas purgat. Sanguinem *d.* denſatum extrahit pota. Sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus vtilis. Fiunt *e.* ex ea et hydropicis pilulae, cum [2] fico aluum trahentes.

1. *Sic ex MSS. H. paruula, caul. craſſ. Dioſc. paruola, coliculo digitali. Ch. paruulo cauliculo Gr. et Al.*
2. *Sic ex MSS. H. et Ch. ficu Gr. et Al.*

y. Tertia) Nempe odore pinus. Sic Dioſc. l. c. Καὶ τρίτη τίς ἐστιν ἄῤῥην καλουμένη ... ὄζει δὲ καὶ τοῦτο πίτυος. Pingitur a Lobelio in obſ. p. 207. ſub Aiugae nomine. A Dodonaeo p. 46. a quo chamaepitys prima appellatur. *Iuam* Galli vocant, cognomento *Arteticam.* Subſcribit Anguillara P. 13. p. 244. Chamaepitys officinarum et a Dioſcoridis Pliniique delineatione abeſt, et indigna prorſus quae iis generibus adnumeretur, quum nullo ſit pinus odore, vt Ruellius animaduertit III. 75. p. 576. H.

z. Sed) Propter affinitatem nominis cum picea, de qua ſect. proxima dictum; eſt enim etiam Theophraſto picea πίτυς, vt diximus: quare de chamaepity ex occaſione differit. H.

a. Item) Gal. de fac. ſimpl. m. VIII. p. 241. H.

b. Renibus) Dioſc. III. 175. Marc. Emp. c. 26. p. 178. H.

c. Morbo) Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

d. Sanguinem) Siue conglobatum, vt dictum ſ. 27. ſq. quod in praecipitatis potiſſimum euenit. H.

e. Fiunt) Dioſc. l. c. Λεανθεῖσα δὲ σὺν σύκοις, καὶ ἀντὶ

hentes. Lumborum *f.* [1] dolorem Victoriati *g.* pondere in vino finit, et tussim recentem. Mortuos partus, ex aceto cocta, [2] et pota, eiicere protinus dicitur.

XXI. Cum *h.* honore et pityusa simili de causa dicetur, quam quidam in tithymali genere numerant. Frutex *i.* est [3] similis piceae, flore paruo [4] purpureo. Bilem *k.* et pituitam per aluum detra-

1. *Sic ex MSS. H. Ch. Lumborum quoque dol. Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. potaque Gr. et Al.* 3. *foliis piceae. Diosc.* 4. *veluti purp. Diosc.*

ἀντὶ καταποτίου διδομένη μαλάσσει κοιλίαν. *Contrita vero cum ficubus, et pilularum instar exhibita* (Plin. addit, *hydropicis*) *aluum emollit.* H.

f. Lumborum) Diosc. et Gal. ll. cc. et Marc. Emp. c. 24. p. 173. H.

g. Victoriati pondere in vino finit) Alia exemplaria non *finit* legunt, sed *finit.* lego *sanat*, ex codice antiquo. *Pint.*

Victoriati) Hoc est, argentei quinarii dimidiiue denarii vel drachmae dimidiae pondere. Victoriati pondus obolorum trium esse recte Marc. Emp. statuit, c. 9. p. 78. Nam drachma seu denarius sex obolos efficit, vt diximus XXI. s. vlt. Nota in medicis ponderibus eiusmodi est, Denarius I. Λ. S. H.

h. Cum honore et pityusa simili de causa dicetur) Duo prima verba superfluunt, ex eodem. *Pint.*

Cum) Propter cognationem nominis, cum picea, quae πίτυς, vt diximus, Theoph. quoque est. Diosc. IV. 166. Πιτύουσα ... εἴδει δοκεῖ διαφέρειν τοῦ κυπαρισσίου τιθυμάλου· ὅθεν καὶ εἶδος ἐν αὐτοῖς καταριθμεῖται. *Pityusa a cyparissia tithymalo specie differre sola creditur: ideoque in tithymali genere connumeratur.* Nunc omnibus herbariis, officinisque ac recentioribus medicis *Esula* nominatur, teste Ruellio, III. p. 653. A Dodonaeo pingitur, p. 370. H.

i. Frutex) Foliis piceae, τῆς πίτυος, exiguo flore, ac paene purpureo, inquit Diosc. ll. cc. H.

k. Bilem) Diosc. l. c. Καθαίρει δὲ κάτω ἡ μὲν ῥίζα < β',

detrahit radix, decocti hemina: aut seminis [1] ligula [2] in *l.* balanis. Folia in aceto decocta, furfures [3] cutis emendant: mammas quoque mixto rutae decocto et tormina, et serpentium ictus, et in totum collectiones incipientes.

XXII. Resinam *m.* e supra dictis arboribus gigni docuimus, et genera eius et nationes in ratione vini, ac *n.* postea in arboribus. Summae species duae: sicca, et liquida. Sicca *o.* e pinu et picea fit: liquida e terebintho, [4] larice, lentisco, cupresso. [5] Nam *p.* et eae ferunt in Asia et Syria. Fal-

1. drachma. Succi farina excepti cochlear in catapotio datur. Diosc. 2. in balneis. V. cum phoenicobalanis. V. alii. 3. capitis. Diosc. 4. larice. Nam lentiscus et cupressus in Asia ferunt ac Syria. V. 5. Sic ex MSS. H. Nam et hae. Ch. nam eae f. Gr. et Al.

< β', ὁλκὴ δοθεῖσα σὺν μελικράτῳ· τῦ δὲ καρπῦ α'. *Purgat per inferna radix, drachmis duabus data in aqua mulsa: semen vero, drachma vna.* Ita fere et Galen. l. c. H.

l. In) Balani hoc loco non palmulae videntur esse, vt libro sup. §. 74. sed glandes quae in podicem indunntur manu ad subducendam aluum. Medici *suppositoria* nuncupant. H.

m. Resinam) L. XIV. 25. H.

n. Ac) L. XVI. 16. sqq. H.

o. Sicca) Sic auct. libri de simpl. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni, p. 998. *Resina sicca*, inquit, *inuenitur circa nuclipinum, et pityn,* quae Theophrasto picea est, vt monuimus: *alia liquida circa terebinthum, et peucen* (quae semper a Plinio larix appellatur) *et cupressum, et quae circa lentiscum, quam aliqui mastichinam esse dicunt, in Chio insula,* etc. Negant tamen alii liquidam e lentisco fundi. Vide Dalec. hist. pl. I. 20. p. 69. Resinam e larice, λάρικος, manare liquidam, scribit et Diosc. I. 29. H.

p. Eae ferunt) Lentiscus et cupressus ferunt: de larice hoc intelligi non potest, quae nusquam in Asia et Syria nascitur. *Dal.*

Nam) Lentiscus videlicet et cu-

Falluntur qui eamdem putant esse, e *q.* picea atque larice. Picea enim pinguem, et thuris [1] modo succosam fundit: larix gracilem, ac *r.* mellei [2] liquoris, virus redolentem. Medici liquida raro vtuntur, et in [3] ouo fere: e larice propter tussim hulceraque viscerum: nec pinea magnopere in vsu: ceteris non nisi coctis. Et *s.* coquendi genera satis *t.* [4] demonstrauimus. In *v.* [5] arborum differentia placet terebinthina, odoratissima atque leuissima: nationum, Cypria et Syriaca: vtraque mellis Attici colore: sed Cypria carnosior, sicciorque. In sicco genere quaerunt vt sit candida, pura, perlucida. In *x.* omni autem, vt montana potius quam campestris: item *y.* Aquilonia potius, quam ab alio vento. Resoluitur resina ad vulnerum vsus et malagmata, oleo: in *z.* potiones, amygdalis amaris. Natura *a.* in medendo contrahere vul-

1. *odore. Diosc.* 2. *coloris. Idem.* 3. *ouo, fere e larice, propter. Dal.* 4. *demonstrauimus in arb. differentia. Placet. Diosc.* 5. *resinarum. V.*

et cupressus: illa in insula Asiae Chio, ista in Syria. Larix enim Italiae et Galliae peculiaris arbos. H.

q. E picea) Hoc est, vt cum Theophrasto loquamur, ἐκ τῆς πίτυος καὶ ἐκ τῆς πεύκης. H.

r. Ac) Plin. Val. XVI. 19. de larice: *Plusculum huic erumpit liquoris, melleo colore, atque lentiore, nunquam durescentis.* H.

s. Et) L. XVI. 22. H.

t. Demonstrauimus) Cap. 11. L. XIV. *Dal.*

v. In) Diosc. I. 92. H.

x. In omni) Haec tradit etiam Theophr. IX. 2. H.

y. Item) Theophr. l. c. H.

z. In potiones amygdalis amaris) *Impetigines* non *in potiones*, in vetusto codice habetur. Sanari vero impetigines pice Dioscorides auctor est L. I. cap. de pice liquida. *Pint.*

In) Si in potiones sumi resina debet: resolui prius necesse est oleo ex amygdalis amaris confecto. H.

a. Natura) Diosc. I. 91. Vide et Th. Prisc. I. 19. H.

vulnera, purgare, diſcutere collectiones: [1] item *b.* pectoris vitia terebinthina. Illinitur eadem calida membrorum doloribus, ſpaſticiſque in Sole. Illinitur *c.* et *d.* [2] totis corporibus, mangonum maxime cura, ad gracilitatem emendandam, ſpatiis *e.* ita laxantium

1. 2. Sic ex MSS. em. H. contra pect. vitia terebinthina illinitur. V ſpaſticiſque in ſole. Euellitur et totis corporibus. M. et Ch. niſi quod habet, Auellitur. Item pectoris vitia. Terebinthina illinitur et eadem calida: ſpaſticiſque illinitur in ſole, totiſque corp. Gr. et Al.

b. Item) Dioſc. l. c. de omni reſinarum genere: Βηξὶν, inquit, ἁρμόζουσα, καὶ Φθίσεσιν, ἐν ἐκλεικτοῖς καθ' ἑαυτὴν ἢ μετὰ μέλιτος, ἀνακαθαίρουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος. *Tuſſi ac tabi conueniunt in ecligmate per ſe, aut ex melle: quaeque ex pectore educi oportet, expurgant.* Alludere huc Plautus videtur in Mercat. act. I. ſc. 2. v. 27. AC. *Tua cauſa rupi ramices, iamdudum ſputo ſanguinem.* CH. *Reſinam ex melle Aegyptiam vorato, ſaluum feceris.* De terebinthina ſpeciatim Marc. Emp. c. 17. p. 132. *Reſina terebinthina deuoratur ad magnitudinem fabae Aegyptiacae ab eo qui ſuſpirio laborat, vini cyatho ſuperſumto, quae res magno remedio eſt.* Idem Theod. Priſc. II. P. II. c. 10. *de empyicis.* Praeiuit vtrique Celſus IV. 4. *de difficultate ſpirandi.* H.

c. Illinitur) Laudat in primis hoc picationis genus ad gracilitatem corporis emendandam, Galen. de ſanit. tuenda VI. toto c. 8. p. 174. T. VI. H.

d. Et eadem calida membrorum doloribus ſpaſticiſque) Quatuor ſcripti: *Terebinthina illinitur eadem calida membrorum doloribus ſpatia vſque in ſole euellitur et totis corporibus.* Voſſ. *terebinthina inlinitur eadem calida membrorum doloribus.* Forte, *pernionum doloribus.* Deinde idem: *ſpatiatiſque in ſole auellitur.* Vt Terentius in Adelphis *lectulos in ſole.* L. XX. 9. *eorum rubentes maxime in ſole illiti.* Sequitur: *et totis corporibus mangonum maxime cura.* Intellige, illinitur et auellitur ſimiliter. *Gron.*

e. Spatiis) Laxiores ſic faciunt cutis meatus per artus ſingulos. H.

tium cutem per *f.* singula membra, capacioraque ciborum facienda corpora. Proximum locum obtinet e lentisco. Inest *g.* ei vis astringendi. Mouet *h.* et ante ceteras vrinam. Reliquae *i.* ventrem molliunt, cruda concoquunt, tussim veterem sedant, vuluae onera extrahunt etiam suffitae. Priuatim *k.* aduersantur visco. Panos et similia, cum seuo taurino et melle sanant. Palpebras *l.* lentiscina commodissime replicat. Fractis *m.* quoque vtilissima, et *n.* auribus purulentis: item in pruritu genitalium. Pinea capitis vulneribus optime medetur.

XXIII. (VII.) Pix *o.* quoque vnde et quibus conficeretur modis, indicauimus: et eius duo genera, spissum, liquidumque. Spissarum *p.* vtilissima medicinae Brutia *q.*, quoniam pinguissima et

f. Per singula membra) Hoc medicinae genus picationem medici vocant, de qua Galenus L. XIV. method. et libris de tuenda valetudine. *Dal.*

g. Inest) Diosc. I. 91. H.

h. Mouet) Diosc. l. c. H.

i. Reliquae) Diosc. l. c. Ἐστὶ δὲ καὶ οὐρητικὴ, κοιλίαν τε μαλάσσει ... βῆχιν ἁρμόζουσα, καὶ φθίσεσιν, etc. H.

k. Priuatim) De visco eo XX. 51. diximus. H.

l. Palpebras lentiscina commodissime replicat) Pilos in oculis sublatos glutinat Dioscorid. *Dal.*

Palpebras) Hoc est replet, et pilis ornat. Sic infra c. 28. *Mastiche lentisci replicandis palpebris.* Diosc. I. 91. de quauis resina et c. 90. de lentiscina: ἔν τε ἀνακολλήσει τριχῶν ἁρμόζει τῶν ἐν βλεφάροις. *Ad agglutinandos palpebrarum pilos confert.* H.

m. Fractis) Auribus scilicet. H.

n. Et) Diosc. I. 91. Πρός τε τὰ ἰχωρορροοῦντα ὦτα σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ, καὶ πρὸς κνησμὸν αἰδοίων. H.

o. Pix) L. XIV. 25. H.

p. Spissarum vtilissima medicina est Bruttia) Dele verbum, quod quinque membranacei ignorant. *Gron.*

q. Brutia) Obliuiosus et immemor Plinius cap. II. L. XVI.

et resinosissima vtrasque *r.* praebet vtilitates: [1] ob *s.* id magis rutila, quam ceterae. Id enim quod in hoc adiiciunt, e mascula arbore meliorem esse, non *t.* arbitror posse intelligi. Picis *v.* natura excalfacit, explet. *x.* Aduersatur *y.* priuatim cerastae morsibus cum polenta: item *z.* anginae cum melle, distillationibus et sternutamentis a pituita. [2] Auribus *a.* infunditur cum rosaceo: illinitur cum cera. Sanat *b.* lichenas, aluum soluit, exscreationes *c.* pectoris adiuuat ecligmate, aut *d.* illita tonsillis

1. *ad idque magis. V.* 2. *Sic ex MSS. H. Pituitis aurium V. et sternutamentis a pituita auribus. Ch. Sternutamentis. Purulentis auribus Gr. et Al.*

L. XVI. scripsit Brutiam doliis dumtaxat, ceterisque vasis vtilem esse. *Dal.*

r. Vtrasque praebet vtilitates) Et medicinae, et picandis illinendisque doliis. *Dal.*

Vtrasque) Et picis et resinae Diosc. I. 97. de pice Brutia, δύο Φύσεων ἐχομένη, πίσσης ἅμα καὶ ῥητίνης. H.

s. Ob) Et ad id rutila magis accommodata, quam ceterae. Diosc. I. 97. H.

t. Non arbitror posse intelligi) Quoniam in arboribus, e quarum teda pix coquitur, mas et femina non agnoscuntur. *Dal.*

Non) Quoniam est in resiniferis arboribus, ipsaque teda, vnde pix coquitur, mas et femina secernantur, vt dictum est XVI. 19. in pice tamen notae discrimen vllum agnoscere, haud procliue est. H.

v. Picis) Diosc. I. 97. et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 220. H.

x. Explet) Replet hulcera. Δύναμιν δὲ ἔχει πληρωτικὴν ἑλκῶν, Diosc. l. c. H.

y. Aduersatur) Diosc. I. 94. Πρὸς ἑρπετῶν δήγματα σὺν ἁλσὶ λείοις καταπλασσομένη. *Valet ad serpentium morsus cum trito sale adhibita.* H.

z. Item) Plin. Val. I. 52. H.

a. Auribus) Ad aures purulentas cum rosaceo pariter Diosc. adhibet, l. c. H.

b. Sanat) Diosc. et Gal. ll. cc. H.

c. Exscreationes) Diosc. I. 94. Δυσανάγωγα τῶν ἐν θώ-

ſillis cum melle. Sic *e.* et hulcera [1] purgat: explet. Cum vua paſſa et axungia, carbunculos purgat, et putreſcentia hulcera: quae *f.* vero ſerpunt cum pineo cortice, aut [2] ſulphure. Phthiſicis *g.* etiam cyathi menſura quidam dederunt, et contra veterem tuſſim. Rhagadas *h.* ſedis et pedum, panoſque et vngues ſcabros emendat: vuluae *i.* duritias et conuerſiones odore: item lethargicos. *k.* Stru-

1. *purgat et explet. Cum vua paſ. et axungia (melle Dioſc.) carbunc. Sic et hulcera purgat: explet cum vua poſſa et axungia, carbunculos Gr. et Al.*
2. *furfure illita. Dioſc.*

ἐν θώρακι ὑγρῶν, ἐκλειχομένη κυάθε πλῆθος μετὰ μέλιτος. *Valet ad humores intra pectus contentos, aegre exſcreabiles, ſi cyathi menſura cum melle delingatur.* H.

d. Aut) Dioſc. l. c. H.

e. Sic) Vide Not. et Em. N. IV. (hic poſ.) *Sic)* Mutata hactenus interpunctio medicinas confuderat in hunc modum: *Sic et hulcera purgat: explet cum vua paſſa et axungia: Carbunculos purgat etc.* et quo temperamento carbunculos purgaret, obſcurum eſt. Erroris admoniti primum ſumus a Plinio Val. III. 22. ita prodente: *Pix Brutia,* inquit, *cum melle hulcera purgat, explet, ſanat: eadem pix cum vua paſſa, et axungia, hulceribus putreſcentibus medetur.* Et c. 30. *carbunculo medendo: Pix Brutia cum vua paſſa, exemptis nucleis, addita axungia purgat* Tum deinde a Dioſc I. 94. etſi is pro axungia mel adſciſcit: Σὺν ςαφίδι δὲ καὶ μέλιτι, ἄνθρακας καὶ σηπεδόνας περιχαράσσει. *Quin et cum vua paſſa et melle, carbunculos putreſcentiaque hulcera emarginat.* H.

f. Quae) Dioſc. I. 94. totidem verbis. H.

g. Phthiſicis) Dioſc. l. c. et Marc. Emp. c. 16. p. 119. H.

h. Rhagadas) Dioſc. l. c. Marc. Emp. c. 31. p. 222. et Theod. Priſc. I. 29. H.

i. Vuluae) Dioſc. l. c. H.

k. Lethargicos) Celſ. III. 20. inter ea quae lethargicos odore foedo mouent, picem crudam recenſet. H.

Strumas *l.* item cum farina hordeacea, et pueri impubis vrina decocta ad ſuppurationem perducit. Et ad alopecias ſicca *m.* pice vtuntur. Ad mulierum mammas Brutia, ex vino ſubferuefacta cum polline farraceo, quam calidiſſimis impoſitis.

XXIV. Liquida *n.* pix, oleumque quod piſſelaeon vocant, quemadmodum fieret, diximus. Quidam *o.* iterum decoquunt, et vocant palimpiſſam. Liquida anginae perunguntur intus, et vua. Ad *p.* aurium dolores, claritatem oculorum, oris circumlitiones, [1] ſuſpirioſos, vuluas, tuſſim veterem, et crebras exſcreationes pectoris, ſpaſmos, tremores, opiſthotonos, paralyſes, neruorum [2] dolores. Praeſtantiſſimum *q.* ad canum et iumentorum ſcabiem.

XXV. Eſt et [3] piſſaſphaltos *r.*, mixta bitumini

1. *ſuſpirioſas vuluas. Ch.* 2. *dolores praeſtantiſſima, et ad canum iumentorumque. V.* 3. *piſſaſphaltum. Dioſc.*

l. Strumas) Totidem verbis Dioſc. l. c. et Marc. Emp. c. 15. p. 107. H.

m. Sicca) Liquidam Dioſc. adhibet I. 95. H.

n. Liquida pix, oleumque) Haec ſunt ex alio auctore ſcripta, et rurſum congeſta, repetitis multis quae antea recitauerat. *Dal.*

Liquida) De liquida pice XVI. 21. De piſſelaeo, XV. 7. H.

o. Quidam) Vti dictum eſt XVI. 23. Dioſc. I. 97. Καλεῖται δὲ αὐτὴ ὑπ' ἐνίων παλίμπισσα, quaſi pix iterum cocta. H.

p. Ad) Picis florem, ſeu piſſelaeon, Marc. Emp. c. 9. p. 76. auribus purulentis inſtillat. Scribon. Largus multo ante, c. 5. *ad aurium dolorem, comp. 40. Sed praecipue picis flos, quod πισσέλαιον appellant ... dolores ſedat, et fere non patitur ſuppurationem fieri ... Florem picis autem appello, quod excipitur, dum ea coquitur, lana ſuperpoſita eius vapori.* H.

q. Praeſtantiſſimum) Dioſc. I. 95. et auct. Geop. XVII. 24. p. 446. H.

r. Piſſaſphaltos, mixta bitumini

mini pice naturaliter ex [1] Apollionatarum agro. Quidam *s.* ipſi miſcent, praecipuum ad ſcabiem pecorum remedium, aut *t.* ſi fetus mammas laeſerit. Maturum *v.* optimum ex eo, quod [2] quum feruet, innatat.

XXVI.

1. *Apolloniatorum. Ch.*

2. *aquae feruenti. V.*

tumini pice) Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Falſum tamen. Picem enim factitiam a natura cum bitumine miſceri credibile non eſt. Piſſaſphalton vero bitumen eſt Sole et ventis reſiccatum, et denſatum ad picis craſſitiem. Sic dictum vult Dioſcor. quod picem ſimul et bitumen oleat, et id perperam. ἔτυμον verum, quod quum natiuum bitumen ſit, picem ſua craſſitie aemulatur. *Dal.*

Eſt) Ea vox conflatam ex bitumine ac pice naturam ſignificat: ſiue naturaliter ſic ex vtroque conſtet, quod affirmat Braſſauolus, in examine terrarum p. 455. Plinium ille quidem, vt auctorem libri de mirab. auſc. Plinius eſt ſequutus: ſiue id nomen ei modo inditum, quod picem bitumenque reſipiat, ſiue quod quum bitumen ſit, craſſitie picem aemuletur, vt Dalecampius exiſtimat, poſt Agricolam de nat. foſſ. IV. p. 215. Illud quod in Apolloniatarum agro manat, Vitruuius VIII. 3. picem appellat: bitumen Aelianus, V. H. XIII. 6. Πισσασφαλτον Dioſc. I. 100. H.

s. Quidam) Bitumen pici admiſcent. H.

t. Aut ſi fetus mammas laeſerit) V. C. *Aut ſi fetus mammas laeſerit matrum. Optimum, etc.* Quod dum feruet, innatat, ideo praeſtantiſſimum eſt, quia purum bituminis modo ſupra aquam fertur, nec terram lapideſue mixtos habet, a quibus demergatur. *Dal.*

v. Maturum) Mature coctum. Vide N. et Em. N. V. *Maturum*) Priorem vocem huius ſententiae verbis antecedentibus Pintianus adnectit, et *matrum* legit, eo pacto: *aut ſi fetus mammas laeſerit matrum. Optimum ex eo*, etc. Herm. Barbarus ex Dioſc. *Naturale optimum* reponit. Sed quidquid is ex Dioſcoride corrigi velit, ego *maturum* cum omnibus libris antiquis, R. Colb. Ch. editionibuſque peruetuſtis, defenderim. De artificiali enim

XXVI. Zopissam *x.* eradi nauibus diximus cera marino sale macerata. Optima haec a *y.* tirocinio nauium. Additur *z.* autem in malagmata [1] ad discutiendas collectiones.

XXVII. [2] Teda *a.* decocta in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt.

1. et ad disc. V. 2. *Sic et M. tedae decoctae. Gr.*

enim pissasphalto, quod bitumini admixta pice confici proxime ante indicarat, agere videtur: mature coctum et commixtum, optimum esse, quod innatat, quum vna coquuntur, et feruent: alioqui non video quemadmodum intelligi queat naturale feruendo innatare, quandoquidem glebarum modo concretum in littora eiectetur e Cerauniis montibus fluminum impetu ad Apolloniam Epiri, vt historici referunt. Sed et magna mihi suspicio est, quod ex Dioscoride Hermolaus confirmare nititur, existimasse eum, id quod de Asphalto ipso, hoc est, bitumine, ille refert, quod in Agrigentinorum agro fontibus supernatare proditur, ad feruorem innatantis pissasphalti trahi oportere. H.

x. Zopissam) Zopissa siue apochyma non tantum cera est nauibus derasa: sed cera cum resina mixta, qua naues oblinuntur, tum vt facilior et magis lubricus per vndas earum sit cursus, tum vt eo velut tectorio defensae nauium tabulae, maris edaci salsugine minus corrumpantur. Northmani sua nauigia hodie pice et axungia suis simul liquatis vngunt, idque linimentum vocant *Bré.* Melior zopissa ad discutiendum ex naue tum primum fluctus experta, quoniam praeter suam et salis vim resiccantem, ligni quoque adhuc integram facultatem habet, quae nauigationibus continuatis euanescit. *Dal.*

Zopissam) L. XVI. 23. H.

y. A) A naue primum fluctus experta. H.

z. Additur) Discutiendi, diffundendi, dissipandi vim Diosc. eidem adscribit: διαχυτικὴν, I. 98. H.

a. Teda) Plin. Val. I. 36. *Ad dentium dolorem: tedas pingues in astulas concides, et in aceto decoques, idque acetum in ore continebis.* H.

XXVIII. [1] Lentisci *b.* ex arbore, et semen, et cortex, et lacryma, vrinam cient, aluum sistunt. Decoctum *c.* eorum hulcera quae serpunt, fotu. Illinitur *d.* in humidis, et igni [a] sacro: gingiuas colluit. Folia *e.* dentibus in dolore atteruntur: mobiles *f.* decocto colluuntur. Capillum *g.* [3] tingunt.

1. Sic ex MSS. H. et M. lentisci et arbores Gr. et Al. 2. sacro. Eo gingiuas colluunt. M. 3. tingit lacryma. Sedis. M.

b. Lentisci) Diosc. I. 89. exprimi succum ait, ex cortice, radice, foliis, qui ad sanguinis eiectionem, ad alui profluuia, ad vrinam ciendam prosit. Sic et Gal. de fac. simpl. m. VIII. p. 233. H.

c. Decoctum) Diosc. l. c. de lentisci foliis: Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταντλȣμένον τὰ ἀσυμπλήρωτα πληροῖ. *Decoctum eorum fotu caua replet.* Plin. Val. III. 22. *Aqua in qua lentiscus decoctus est, hulcera quae serpunt, vtiliter foueantur.* Totidem verbis Marc. Emp. c. 4. p. 42. H.

d. Illinitur) Hulceribus quae sunt in humido, vt diximus XXII. 19. H.

e. Folia dentibus in dolore atteruntur) Itaque ex eius surculis cuspidatim confectis ac mucronatis, auctore Dioscorid. ὀδοντόγλυφα siue dentiscalpia fiunt, purgandis scalpendisque dentibus, vt attritu, quae inhaerent, extergantur, et detrahantur. Martialis: *Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potest.* Vtebantur ad id et Myrti ramulo. Clemens Alexandr. III. Paedag. εὐφυεῖς ὀδόντας ἔσχεν, ἐξ ἀνάγκης. δεῖ γελᾶν ἵνα θεωρῶσιν οἱ παρόντες τὸ ςόμα ὡς ὅτι κόμψον φορεῖ. ἐὰν δὲ μὴ χαίρῃ γελῶσα, διατελεῖ τὴν ἡμέραν ξυλήφιον μυῤῥίνης ἔχȣσα λεπτὸν ἐν τοῖς χείλεσιν, ὥςε τῷ χρόνῳ σέσηρεν, ἄντε βȣ́λεται, ἄντε μή. Victorius cap. 12. VI. *Dal.*

f. Mobiles) Plin. Val. I. 36. Diosc. I. 89. Ἵςησι δὲ τὸ ἀφέψημα καὶ σειομένȣς ὀδόντας διακλυζόμενȣς. *Decoctum dentes mobiles collutione firmat.* Sed et lentisci surculi dentiscalpiorum purgandis dentibus vicem praebuere: in vsu a Martiale commendantur, XIV. 22. cuius

gunt. Lacryma *h.* sedis vitiis prodest, quum quid siccari excalfieriue opus sit. Decoctum et e lacryma stomacho vtile, ructum et vrinam mouens, quod et capitis [1] doloribus cum polenta [2] illinitur. Folia *i.* tenera oculis inflammatis illinuntur. Item *k.* mastiche lentisci replicandis *l.* palpebris, et *m.* ad [3] extendendam cutem in facie, et *n.* smegmata, adhibe-

Kk 3

1. *dolori. Gr. et Al.* 2. *Linitur. Ch.* 3. *extergendam. V. exterendam. M.*

cuius lemma: *Dentiscalpium: Lentiscum melius; sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potest.* H.

g. Capillum) Nempe folia. Ita Q. Serenus, carmine a nobis recitato, f. 10. H.

h. Lacryma) Hoc ipsum Diosc. l. c. de succo foliorum radicis ac corticis. Καὶ πρὸς τὰς προπτώσεις ὑστέρας καὶ δακτυλίου, *ad vteri sedisque procidentias.* Sic et Galen. l. c. H.

i. Folia) Plin. Val. I. 14. *Lentisci tenera folia contrita, et fronti imposita, oculorum epiphorvs suspendunt.* H.

k. Item) Hoc est, resina lentiscina, a nonnullis mastiche dicta. Diosc. I. 90. Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη ἐξ αὐτῆς σχινίνη καλουμένη, ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχη. *E lentisco resina nascitur, lentiscina cognominata, et a nonnullis mastiche.* H.

l. Replicandis palpebris) Oculorum pilis superne agglutinandis. Diosc. *Dal.*

Replicandis) Ea voce superius vsus f. 22. rursumque inferius XXXV. 51. Diosc. l. c. Ἀνακολλᾶ δὲ καὶ τρίχας ἐν ὀφθαλμοῖς. *Pilos oculorum fluentes glutinat et cohibet.* H.

m. Ad) Ad extendendas rugas in cute. Vide N. et Em. N. VI. (hic. coll.) *Et*) *Ad extergendam* alii, alii *ad exterendam* legunt. A libris antiquis R. Colb. etc. non discedo, auctore etiamnum Q. Sereno c. 12. p. 131. *Attrito sapone genas purgare memento, Rugarum sulcos lentisci mastice tendens.* Facit tamen ad nitorem cutis faciei illita. Diosc. I. 90. Μίγνυται δὲ καὶ ... ἐπιχρίσμασι προσώπȣ στιλβοποιȣ̃σα. H.

n. Et) Dentifricia, σμήγματα ὀδόντων, Diosc. l. c. H.

hibetur, et *o.* sanguinem reiicientibus, tussi veteri: [1] et *p.* ad omnia quae [2] Hammoniaci vis. Medetur et [3] attritis partibus, siue oleo e semine eius facto ceraeque mixto, siue follis, ex oleo decoctis, siue cum aqua virilia *q.* foueantur. Scio Democratem medicum in *r.* valetudine Considiae M. *s.* Seruilii Consularis filiae, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter vsum lacte caprarum, quas lentisco [4] pascebat.

XXIX. (VIII.) Platani *t.* aduersantur [5] vespertili-

1. *et ad omnia quaeuis. Med. M. et ad fluxiones quasuis. Quidam legunt, et ad omnia quae eis medetur. Ch.* 2. *acaciae, vel hypocistidis. Diosc.* 3. *adstringendis. Diosc.* 4. *pascebant. Ch.* 5. *scorpionibus. V.*

o. Et sang.) Diosc. pariter l. c. Χρησιμεύουσα πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς, καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα πινομένη. Galenus quoque l. c. H.

p. Et ad) Vide N. et Em. N. VII. (hic coll.) *Et*) Sic libri omnes editi. In R. I. *et ad omnia qua eius*, vel *quauis.* Alii aliter, sed ita vt certi nihil ex vllis eruas. Diosc. I. 89. succum lentisci prodesse scribit ad omnia ea ad quae prosit acacia: καὶ καθόλου ἀντὶ ἀκακίας, ἔνεστι αὐτῷ χρῆσθαι. H.

q. Virilia) Lego, *naturalia*, nempe vuluae; quarum sanguinem erumpentem reprimit. Diosc. *Dal.*

r. In valetudine) Morbum eum fuisse vlcus pulmonis renumue credibile est, aut immodicas sanguinis profusiones. *Dal.*

s. M. Seruilii) De eo diximus in Auctorum indice, verbo *Seruilius Democrates.* H.

t. Platani) Vide N. et Em. N. VIII. (hic consp.) *Platani*) In veteri libro *scorpionibus* legi non *vespertilionibus* Dalecampius admonet. Quisquis is liber fuit, fidem haud meretur, reclamantibus ceteris, tum MSS. tum scriptoribus etiam antiquis. Vertigine premi vespertilionem, si platani folio tangatur, scribit Sext. Emp. Pyrrh. hypoth. I. 14. p. 12. Πλατάνου φύλλον θίγοντος, νυκτερὶς καροῦται. Africanus in Geop. XIII. p. 372. ob-

ſpertilionibus. Pilulae *v.* earum in vino potae denariorum quatuor pondere, omnibus *x.* ſerpentium [1] et ſcorpionum venenis medentur: item *y.* ambuſtis. Tuſae *z.* autem cum aceto acri, magiſque [2] ſcilliti, ſanguinem omnem ſiſtunt. Et lentiginem, et carcinomata, [3] melaniaſque *a.* veteres, addito melle emendant. [4] Folia et cortex illinuntur collectionibus et ſuppurationibus, [5] et decoctum eorum. [6] Corticis *b.* autem in aceto, den-

1. *et ſcorpionum, in V. d. et Ch.* 2. *ſcillino. M.* 3. *malandriaſque veteres. Ch.* 4. *Folia autem et. M.* 5. *Haec, et dec. eor. vacant. D.* 6. *Cortex au. in ac. coctus dent.*

372. obiectis platani foliis aditum obſtrui veſpertilionibus aſſeuerat: Εἰς τὰς εἰσόδους κρέμασον φύλλα πλατάνου, καὶ οὐκ εἰσελεύσονται νυκτερίδες. Addit idem auctor XV, 1. p. 404. ciconias nidis ſuis platani folia imponere, ne veſpertiliones ſubeant. Πελαργοὶ πλατάνου φύλλα ταῖς νεοττίαις ἐντιθέασι διὰ τὰς νυκτερίδας. Quod et Phile prodidit, de propr. anim. p. 74. Aelian. H. A. I, 37. H.

v. Pilulae) Nicand. in Ther. p. 43. Dioſc. I. 107. Τὰ δὲ σφαιρία χλωρὰ σὺν οἴνῳ ποθέντα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ. *Pilulae virides in vino potae, ſerpentium morſibus auxiliantur.* H.

x. Omnibus ſerpentium et ſcorpionum venenis medentur) Deſunt in Voſſ. vt et in Chiflet. *et ſcorpionum.* Sed inſuper omnes quinque noſtri iubent induci *medentur.* Intelligitur enim ex praecedenti membro, *aduerſantur.* ſic cap. ſequenti: *Aduerſantur venenis ſerpentium.* et c. 13. *Aduerſantur ſerpentium ſceleratiſſimis.* Gron.

y. Item) Dioſc. l. c. Ἀναληφθέντα δὲ στέατι, πυρίκαυστα θεραπεύει. *Pilulae exceptae adipe, igni ambuſta ſanant.* Sic etiam Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 221. H.

z. Tuſae) Plin. Val. III. 21. Q. Serenus, cuius verba recitabimus ſ. 37. H.

a. Melaniaſque) Μελανία nigritudo eſt. Graeca voce pro Latina abutitur. In MSS. *malandriaſque,* male. H.

dentium remedium est: [1] foliorum *c.* tenerrima in vino albo decocta, oculorum. Lanugo *d.* foliorum, et auribus et oculis inutilis. Cinis *e.* pilularum sanat ambusta igni vel frigore. Cortex e vino scorpionum ictus [2] restinguit.

XXX. Fraxinus *f.* quam vim aduersus serpentes haberet, indicauimus. Semen *g.* foliis eius

1. *Sic ex MSS. H. et. Ch. folia eorum tenerrima Gr. et Al.* 2. *restringit. M.*

b. Corticis) Subintellige, decoctum, ex antecedente sententia Diosc. l. 107. Ὁ δὲ φλοιὸς ἑψηθεὶς ἐν ὄξει, ὀδονταλγίας ἐςὶ διάκλυσμα. *Cortex in aceto coctus ad dentium dolores colluitur.* Galenus quoque l. c. H.

c. Foliorum) Vide N. et Em. N. XI. (hic pos.) *Foliorum*) Ita MSS. R. Colb. et Ch. quos sequuti sumus: quum prius perperam legeretur, *folia eorum tenerrima.* Diosc. I. 107. Πλατάνε τὰ τρυφερὰ τῶν φύλλων ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ, καὶ καταπλασθέντα, ςέλλει ῥεύματα ὀφθαλμῶν. *Tenerrima platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones sistunt.* H.

d. Lanugo) Diosc. l. c. Ὁ δὲ χνὓς τῶν φύλλων καὶ τῶν σφαιρίων ἀκοὴν καὶ ὄψιν ἐμπεσὼν λυμαίνεται. *Foliorum pilularumque lanugo in aures et oculos illapsa, auditum visumque labefactat.* Sic et arteriam laedi ea lanugine, si spiritu attrahatur, docet Galenus de fac. simpl. m. VIII. p. 221. Φυλάττεσθαι δὲ τὸν ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῆ δένδρε χνῆν· καὶ γὰρ τὴν ἀρτηρίαν ἀδικεῖ, ὥσπερ γε καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ἀκοὴν, etc. H.

e. Cinis) Q. Seren. c. 61. *de combusturis igne vel frigore*, p. 162. *Conuersa in cinerem platani pila curat vtrumque.* H.

f. Fraxinus) L. XVI. 24. H.

g. Semen foliis eius inest) Hoc perperam. Non enim in eius folis semen est, sed ἐν λόβοις, id est, in siliquis, Theophrasto cap. 17. L. VIII. hist. Quidam hic legunt, *Semen folliculis eius inest*, *etc.* Dal.

Semen) Sine folliculis. Vide N. et Em. N. X. (hic adi.) *Semen*) De fraxino sermo instituitur. At *folliculis* scribi oportere, non *foliis*

eius ineſt, [1] quo *h.* medentur iocineris et lateris doloribus in vino. Aquam *i.* quae ſubit cutem, extrahunt. Corpus obeſum leuant onere, ſenſim ad maciem reducentes, iiſdem foliis cum vino tritis ad virium portionem: ita vt puero quinque folia tribus cyathis [2] diluantur, robuſtioribus ſeptem folia, [3] quinis cyathis vini. Non *k.* omittendum, ramenta eius et ſcobem a [4] quibuſdam cauenda praedici.

XXXI. Aceris *l.* radix contuſa e vino [5] iocineris doloribus [6] efficaciſſime imponitur.

Kk 5 XXXII.

1. *quae. Ch.* 2. *dentur. V.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. quinque cyathis Gr. et Al.* 4. *ac quibus. M. a quibus. Ch.* 5. *Sic ex MSS. H. et Ch. contuſa iocineris Gr. et Al.* 6. *vtiliſſime. M.*

foliis eius, ſunt qui vehementer contendant, quoniam contineri ſiliqua ſiue folliculo ſemen illud conſtet. Itaque a Dalecampio aliiſque hoc loco Plinius erroris arguitur. Verum non intelligunt viri alias eruditi, ſi quam eam, qua ſemen includitur, foliaceas in circumferentia praeferre lacinias, atque adeo folii latitudinem imitari: quamobrem et folii nomenclationem haud immerito in eam transferri. H.

h. Quo medentur iocineris) Galenus L. VIII. κατὰ τόπους ex Aſclepiade ſub finem libri, hepaticum medicamentum deſcribit hoc titulo ἄλλη ἐπιτετευγμένη. ποιεῖ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας τῶν ἐντὸς διαθέσεις χωρὶς βηχός. In eius compoſitione admittitur et fraxini et betonicae ſemen. *Dal.*

Quo) Q. Seren. c. 23. *de iecoris et lateris vitiis medendis*: p. 139. *Sumitur et ſemen quod fraxinus alta profundit.* H.

i. Aquam) Semine proxime ante laudato. Q. Seren. c. 28. *de hydropiſi depellenda*, p. 143. *Fraxineum ſemen eum Bacchi rore bibendum eſt.* H.

k. Non) Dioſc. I. 108. Τὰ δὲ τορνεύματα τοῦ ξύλου ποθέντα φασὶν ἀναιρετικὰ εἶναι. *Ligni ramenta pota lethalia eſſe a quibuſdam perhibentur.* H.

l. Aceris) Q. Seren. c. 23. *de iecoris et lateris vitiis*, p. 139. *Aut*

XXXII. Populi *m.* albae vuarum *n.* in vnguentis vſum expoſuimus. Cortex *o.* potus iſchiadicis et ſtranguriae prodeſt. Foliorum *p.* ſuccus calidus aurium dolori. Virgam *q.* populi in manu tenentibus intertrigo non [1] metuatur. Populus nigra efficaciſſima habetur, quae in Creta naſcitur. Comitialibus *r.* ſemen *s.* ex aceto vtile. Fundit *t.* illa et reſinam exiguam, qua vtuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor *v.* e cauis populi nigrae effluens *x.*, verrucas,

1. *metuitur.* D.

139. *Aut aceris radicem tundis, et vna Cum vino capis: hoc praeſens medicamen habetur.* H.

m. Populi) L. XII. 61. H.

n. Vuarum) Muſci, βρύε. Errorem hunc Plinii, animaduerſum et caſtigatum vide c. 28. L. XIII. *Dal.*

o. Cortex) Dioſc. I. 109. Λεύκης τοῦ δένδρου ὁ φλοιὸς ποθεὶς ὅσον οὐγγίας μιᾶς πλῆθος, ἰσχιάδας ὠφελεῖ καὶ στραγγουρίας. Q. Seren. cap. 38. pag. 150. *Saepius occultus victa coxendice morbus Perſurit, et greſſus diro languore moratur. Populus alba dabit medicos de cortice potus.* H.

p. Foliorum) Q. Seren. c. 31. p. 131. *Cum ſaeuus teneras dolor alte ſauciat aures, Aut ſuccum ex folio dederit quem populus alba Inſtilles: etc.* Et apud Dioſc. l. c. exſtant ea totidem verbis. H.

q. Virgam) De vitice idem inferius, ſ. 38. H.

r. Comitialibus) Sic Dioſc. I. 113. Ὁ δὲ καρπὸς μετ' ὄξους πινόμενος, ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ. H.

s. Semen) Καρπὸς, Dioſc. fructus: nempe vua denſis et rotundis acinis conſtans, qui in lanuginem abeunt. *Dal.*

t. Fundit) Totidem verbis Dioſc. l. c. H.

v. Humor) E cauitatibus, quae ſunt in media inciſura poſitae, dum caſtratur. Vide N. et Em. N. XI. (hic coll.) *Humor*) Ita MSS. omnes, editique libri. Quae tertio ſi cui non admodum arriſerit, coniecturam ei aliam iubet hoc loco proponere: num *e cymis* legi magis probaturus ſit. Nam e germinibus et ſurculis incipientibus

rucas *y.*, papulasque [1] ex attritu ortas tollit. Populi ferunt [2] et in foliis guttam, ex *z.* qua apes propolim [3] faciunt. [4] Gutta *a.* aeque propoli ex aqua efficax.

XXXIII.

1. *ex attrita odoratas. Ch. et attritu odoratus tollit. M. attritus odoratus tollit. Alii. nempe narium. et attrita corporis tollit Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. M. Ch. et foliis Gr. et Al.* 3. *faciunt, ad multa, remedium quam efficax. Vlmi. V. faciunt. Propolis impetigini ex aqua remedium. V. alii ex Diosc.* 4. *Gutta quoque aquae propolis ex aqua remedium quam efficax Gr. et Al.*

bus (cymas Graeci Latinique vocant) crassiusculus et lentore suo resinaceus, gummosusue exit humor, odoratissimus aromatum modo: vnde vnguenti populei vulgo dicti materiam sumendam censuerim. H.

x. Effluens) Dum accensa vritur, vel dum castratur, quod magis placet. *Dal.*

y. Verrucas papulasque et attrita corporis tollit) Quatuor membranae: *et attritae odoratus.* Voss. et Chiflet. *ex attritu odoratas.* Lego: *Verrucas papulasque ex attritu ortas tollit.* Gron.

z. Ex qua apes propolin faciunt) Cap. 7. L. XI. e gummi populorum ac vitium pissoceros fit, non propolis. *Dal.*

a. Gutta) Easdem ac propolis in medicina vires habet ex aqua. Vide N. et Em. N. XII. (paulo post) Quae sint propolis facultates in vsu medico dictum est XXII. 50. *Gutta)* Libri ante nos editi, impedita admodum, vel vt verius, nulla sententia, *Gutta quoque aquae propolis ex aqua remedium efficax est.* In MSS. hoc tantum: *Gutta quoque aquae propolis ex aqua efficax.* In quibus vestigia haud obscura sincerae scripturae. Sententia est, vt diximus, pares ei guttae vires in vsu medico ac propoli, esse. Aeque *propoli,* pro *aeque ac propolis,* phrasis est. Pliniana: qua vsus iterum L. XXXV. 6. *Quibus equidem nullas aeque demiror tam longo aeuo durantes.* Hic *quibus aeque*, vel *aeque illis* dixit, pro aeque atque illas. Nec Pliniana modo loquutio, sed etiam Plautina, in Amphitr. act. 1. s. 13. v. 137. *Nullus est hoc mediculosus aeque.* H.

XXXIII. Vlmi *b.* et folia, et cortex, et rami, vim habent ſpiſſandi, et vulnera contrahendi. Corticis *c.* vtique interior tilia lepras ſedat, et folia ex aceto illita. Corticis *d.* denarii pondus potum in hemina aquae frigidae, aluum purgat, pituitaſque et aquas priuatim trahit. Imponitur *e.* et collectionibus lacryma *f.*, et vulneribus, et ambuſtis, quae decocto fouere prodeſt. Humor *g.* in folliculis arboris huius naſcens, cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem praeſtat. Cauliculi foliorum [1] primi, vino decocti, tumores ſanant, extrahuntque [2] per fiſtulas. Idem *h.* praeſtant et [3] tiliae corticis. Multi corticem commanducatum vulneribus vtiliſſimum putant: folia trita aqua aſperſa

1. *primo vini decocto. Ch.* 2. *pus fiſtulis. V. pus fiſtularum. M.* 3. *Sic ex MSS. H. et V. id eſt, membranae interiores corticis vlmi, ſeu philyrae. Legitur et corticis, in Ch. tiliae cortices Gr. et Al.*

b. Vlmi) Haec pariter Dioſc. I. 111. H.

c. Corticis) Dioſc. totidem verbis, l. c. Ποιεῖ δὲ τὰ φύλλα πρὸς λέπραν λεῖα σὺν ὄξει ἐπιπλαττόμενα, μᾶλλον δὲ ὁ φλοιὸς, etc. H.

d. Corticis denarii pondus potum) Folia trita ex aceto lepris medentur: eadem vulnera glutinant, ſed magis corticis tilia, faſciae loco aduoluta: nam lori modo facile flectitur. Dioſc. Haec Plinius peruertit, et perturbat. *Dal.*

Cort. den.) Ad verbum haec Plin. Val. II. 23. et Dioſc. l. c. H.

e. Imponitur) Meminit eius lacrymae Theophr. Hiſt. IX. 1. Gummi Dioſc. vocat, in Alex. c. 22. Κόμμι πτελέας. H.

f. Lacryma) Quae praeciſis ramis fluit e medulla, dum arbor caſtratur. *Dal.*

g. Humor) Haec totidem verbis Dioſc. I. 111. In foliis ipſis folliculi inſtar corrugatis, complicatiſque, humorem eum reperiri aiunt. Φύσας tamen Dioſcorides: Aegineta θυλάκια, *folliculos* dixere. H.

h. Idem) Ita MSS. non *cortices.* Tunicae interiores in vlmi corticibus, tiliae a Plinio nuncupantur. Sic paulo

[1] aſperſa pedum tumori. Humor *i.* quoque e medulla, vti diximus, caſtratae arboris effluens, [2] capillum reddit capiti illitus, defluenteſque continet.

XXXIV. Arbor *m.* tilia [3] leniter tuſa ad eadem fere vtilis eſt, [4] atque oleaſter. Folia autem tantum in vſu, et ad infantium hulcera in ore commanducata: decocta vrinam cient: menſes ſiſtunt illita: [5] ſanguinem pota detrahunt.

XXXV. Sambucus *n.* habet alterum genus magis ſilueſtre, quod Graeci chamaeacten, alii *o.* helion vocant, multo breuius. Vtriuſque *p.* decoctum

1. adſperſa. Ch. *2. capillos. Dal.* *3. lenius ad ead. Ch.* *4. ad quae V.* *5. ſanguinem menſtruum pota. Dioſc.*

paulo ante, hac ipſa ſectione: *corticis vtique interior tilia lepras ſedat.* H.

i. Humor) L. XVI. 74. his verbis: *Circumciſas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, vt omnis humor ſtantibus defluat.* H.

m. Tilia leniter) Haec de philyrea Dioſc. a tilia diuerſa. *Dal.*

Arbor) Quae de tilia arbore medicinae a Plinio nunc referuntur, has totidem plane verbis philyreae arbori, diuerſi omnino a tilia generis, Dioſc. adiudicat I. 125. An philyram Plinius pro philyrea acceperit, an eaedem vtriuſque vires, non eſt in promptu ſtatuere. Quare amplianđum cenſemus. H.

n. Sambucus) MSS. omnes, *ſabucus.* Vtrumque recte, vt alibi monuimus. H.

o. Helion) Paluſtre, quoniam in pinguibus et vliginoſis naſcitur. *Dal.*

Alii) Hoc eſt, paluſtrem, quoniam in pinguibus locis, vliginoſiſque naſcitur. Dioſc. IV. 175. Τὸ δὲ ἕτερον ἀκτῆς, χαμαιάκτη καλεῖται, αὕτη χαμαιπετὴς ἔσα, ἐλάσσων ἐςὶ καὶ βοτανωδεςέρα. Et in Nothis p. 474. Χαμαιάκτη ... οἱ δὲ ἑλιοσάκτη· οἱ δὲ ἀγρία ἀκτὴ, οἱ δὲ Εὐβοικὴ, Ῥωμαῖοι ἔβϐλϐμ. Quae Oribaſius quoque tranſſcripſit XI. p. 188. Latinis Ebulus, et Ebulum, et Sambucus humilis appellatur: Gallis, *Hieble.* Pingitur a Dodonaeo p. 377. H.

p. Vtriuſque) Dioſc. l. c. vtriuſ-

coctum in vino veteri foliorum, vel feminis, vel radicis, ad cyathos binos potum, ftomacho inutile eft, aluo detrahens aquam. Refrigerat *q.* etiam inflammationem, maxime recentis ambufti: et *r.* canis morfum cum polenta molliffimis foliorum illitis. Succus *s.* cerebri collectiones, priuatimque membranae, quae circa cerebrum eft, lenit infufus. Acini *t.* eius infirmiores, quam reliqua, tingunt capillum. Poti *v.* acetabuli menfura, vrinam mouent. Foliorum *x.* molliffima ex oleo et fale eduntur, ad pituitam bilemque detrahendam. Ad omnia efficacior, quae minor. Radicis *y.* eius in vino decoctae duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt:

1. vuluas emollit, et foliis infidentium decocta. Ch.

vtriufque vim pariter communem agnofcit, et aquas detrahendi aluo, et ftomachum laedendi. Δύναμις δὲ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέραις καὶ χρῆσις, ξηραντικὴ, ὑδραγωγὸς, κακοστόμαχος μέντοι. Adde et Marc Emp. c. 30. p. 215. H.

q. Refrigerat) Haec totidem verbis Diofc. l. c. H.

r. Et) Diofc. l. c. H.

s. Succus) Q. Serenus, c. 8. *de capite purgando*, p. 129. *Vngitur et fuccis dederit quos parua fabucus.* H.

t. Acini) Diofc. l. c. Marc. Emp. c. 7. de capillo nigrando p. 48. *Herba quae Graece chamaeacte, Latine ebulus, exprimitur etiam cum fuis granis, eiufque fucco quotidie illito pectine, crines qui inficiendi funt, perducuntur.* Adde et Q. Seren. carmine a nobis allato, f. 10. H.

v. Poti) Q. Seren. c. 33. p. 146. *Si cui veficae tardus cunctabitur humor, Prodeft ex paruis acinos potare fabucis. Aut edere fuccum, etc.* H.

x. Foliorum) Diofc. l. c. H.

y. Radicis) Diofc. l. c. et Plin. Val. III. 12. ad verbum. P. Seren. c. 28. *de hydropifi depellenda*, p. 143. *Conueniet tenerae radix decocta fabuci, In geminis calidi cyathis potanda Lyaei.* Cum oxymelle praebet Th. Prifc. II. P. 2. c. 19. de hydropicis. H.

naniunt: vuluas z. emolliunt, has a. et foliorum decoctum insidentium. Caules b. teneri mitioris sambuci, in patinis cocti, aluum soluunt. Resistunt c. folia et serpentium ictibus in vino pota. Podagricis d. cum seuo hircino vehementer prosunt cauliculi illiti. Iidemque in aqua macerantur, vt ea sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscae necantur. Boa e. [1] appellatur morbus papularum, quum rubent corpora, sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, aluum soluit.

XXXVI.

1. *sic appel. V. Boa appellantur. Ch.*

z. *Vuluas*) Diosc. l. c. H.

a. *Has*) Has vuluas et foliorum decoctum emollit insidentibus feminis. Diosc. l. c. εἰς ἐγκάθισμα. Porro ἐγκαθίσματα a medicis dicuntur insessiones vel insessus. Sunt autem decocta ex herbis, radicibus, atque id genus medicamentis, quibus insidetur, vt fotu procidenti vuluae succurratur, aliisque malis, vt renum, coli, vesicae: supplent balneorum vicem, quum haec desunt, aut quum prae imbecillitate horum vsum aeger ferre non potest. Ita fere Constantinus. H.

b. *Caules*) Diosc. l. c. Marc. Emp. ad verbum, c. 30. p. 218. Q. Serenus, c. 29. *de ventre molliendo*, p. 144. *Aut edis, in patinis tenerae decocta sabuci.* H.

c. *Resistunt*) Diosc. l. c. Q. Serenus c. 47. *de serpentium morsibus excludendis* p. 154. *Proderit et caulem cum vino haurire sabuci.* H.

d. *Podagricis*) Diosc. l. c. Marc. Emp. c. 36. p. 244. sq. Q. Seren. c. 43. *de podagra depellenda*, p. 153. *Cohibebitque addita questus Parua sabucus item, si hircino est collita seuo.* Scrib. Larg. tribus illis vetustior, comp. 160. *Ad frigidam podagram ... sabucum cum axungia vetere trisum et impositum.* H.

e. *Boa*) Hispani morbi Gallici papulas adhuc vocant boas. *Dal.*

Boa) Graeci τὰ τῶν βρεφῶν ἐξανθήματα vocant: Galli, *la Rougeole.* Latini rubentes papulas. Etiam tumorem crurum viae labore collectum, appellari *boam* Festus est auctor: et vetus

XXXVI. Iuniperus *f.* vel ante cetera omnia excalfacit *g.*, extenuat, cedro *h.* [1] assimilis. Et *i.* eius duo genera: altera maior, altera minor. Vtraque *k.* accensa serpentes fugat. [2] Semen *l.* stomachi, pectoris, lateris doloribus vtile. Inflationes *m.* algoresque discutit, tusses concoquit et duritias. Illitum *n.* tumores sistit: item *o.* aluum, baccis ex vino nigro potis: item ventris tumores illitis. Miscetur *p.* et antidotis [3] oxyporis. *q.* Vrinas

1. *alias similis. Et huius.* Ch. 2. *Fructus.* Dal.
3. *et oxyp.* V.

vetus Glossarium: Βόα, ὁ τὰς πόδας φλεγμαίνων. Et boum morbum, ibidem: Βόα, νόσος βοῶν. H.

f. Iuniperus) Ita Diosc. I. 103. H.

g. Excalfacit, extenuat, cedro assimilis) Verbum *extenuat*, codex antiquus non agnoscit. Scio tamen haberi in Dioscoride Latino ex tralatione Marcelli, sed in Graecis exemplaribus desideratur. Cetera in eodem exemplari sic leguntur: *excalfacit cedro alias similis: et huius duo genera.* Pint.

h. Cedro assimilis. Et eius duo genera) Voss. et Chifl. et Pintiani: *cedro alias similis. Et huius duo gen.* Plinii fuit, *cedro alia similis.* vt, *Omnia Mercurio similis.* Voss. quoque, *altera minuta.* Acad. et Gud. *cedri desimilis.* Andegau. *cedro alia similis.* Menap. *cedride similis.* Gron.

Cedro) Galen. de fac. simpl. med. VII. 187. Auct. Geop. XI. 1. aliique. H.

i. Et) Ad verbum haec quoque Diosc. l. c. cuius verba restituit Anguillara P. 2. p. 46. H.

k. Vtraque) Diosc. l. c. H.

l. Semen) Bacca, fructus, ἀρκευθὶς dictus a Graecis: Diosc. pariter attestante, εὐστόμαχος, ποιῶν πρὸς τὰ ἐν θώρακι etc. H.

m. Inflationes) Diosc. l. c. H.

n. Illitum) Plin. Val. III. 25. H.

o. Item) Marc. Emp. ad verbum, c. 27. p. 196. et Plin. Val. II. 27. H.

p. Miscetur) Laudat Galenus medicamentum aduersus venena, quod quia iuniperi fructum adsciscebat, διὰ τῶν ἀρκευθίδων voca-

nas *r.* ciet. Illinitur *s.* et oculis in epiphoris. Datur *t.* conuulsis, ruptis, torminibus, vuluis, ischiadicis *v.* cum vino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui et perungant corpus [1] e semine eius in serpentium [2] metu.

XXXVII. (IX.) Salicis *x.* fructus ante maturitatem in araneam abit: sed si prius colligatur, sanguinem *y.* reiicientibus prodest. Corticis *z.* e ramis primis cinis, clauum et callum [3] aqua mixta

1. *oleo e sem. Al.* 2. *ictus. Cb.* 3. *aceto mixto. Diosc.*

vocabatur, de fac. simpl. med. IX. p. 248. H.

q. Oxyporis) Si haec coniunctim legas, *antidotis oxyporis*: sunt ea antidota quasi a celeritate dicta penetrandi, ὀξύπορα. Si diuisim, *antidotis, oxyporis*: hoc est, et oxyporis: medicamenta intellige ad facilem concoctionem vtilia. Et sane in eiusmodi oxypora, ad digestionem parandam, iuniperi baccas adhibet Marcellus Emp. c. 20. p. 145. sq. H.

r. Vrinas) Diosc. I. 103. H.

s. Illinitur et oculis in epiphoris) Rectius in eodem, *Illinitur et oculorum epiphoris.* Pint.

t. Datur) Diosc. l. c. Καὶ σπάσμασι, καὶ ῥήγμασι, καὶ ὑστερικαῖς πνιγομέναις (vel πινόμενος) ἁρμόζει. H.

v. Ischiadicis) Cato de R. R. c. 123. p. 66. H.

x. Salicis) In araneosa fila: idcirco florem alii, non semen vocant. Vide quae dicta sunt de salice, XVI. 46. H.

y. Sanguinem) Diosc. I. 136. de salice: Ὁ δὲ καρπὸς ποθεὶς αἱμοπτοικοὺς ὠφελεῖ. Marc. Emp. c. 15. p. 120. *Semen salicis tritum, et ex vino austero sumptum, sanguinem tussientes sistit, et vitium potenter emendat.* Q. Serenus, c. 22. p. 139. *Aut mansus salicum fructus prodesse putatur, Aut platani pilulas acri infundemus aceto: Nullus erit sanguis quem non cibus iste moretur.* H.

z. Corticis) Marc. Emp. c. 34. p. 237. *Salicis ramorum primorum vel summorum cortices exuruntur: eorum cinis cum aqua impositus clauellis*

mixta sanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admixto succo suo. Est autem hic trium generum. Vnum arbor ipsa exsudat [1] cummium modo. Alterum *a.* manat [2] in plaga, quum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine. [3] Hic *b.* ad expurganda, quae obstent oculis: item ad spissanda quae opus sunt, ciendamque vrinam, et ad omnes collectiones *c.* [4] intus extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramorum a [5] falce distillans. Ex *d.* his ergo aliquis cum rosaceo in *e.* calyce [6] Punici calfactus auribus infunditur: vel folia cocta, et cum cera trita imponuntur: item podagricis. Cortice *f.* et foliis in vino decoctis foueri

1. Sic ex MSS. H. et Cb. gummium Gr. et Al. 2. e plaga. V. 3. Hic valet ad purg. quae obstant. M. obsistunt. V. 4. illitus. V. interiores. Alii. 5. salice. Dal. 6. Punico. Cb.

lis confestim medetur. Plin. Val. II. 52. *Salicis ramorum prunorum cortices* etc. Lege *primorum.* Diosc. I. 136. pro aqua acetum adhibet. H.

a. Alterum) Manat arbor e plaga succum alterum. Ita libri omnes. H.

b. Hic) Diosc. pariter l. c. de eo succo, qui cortice inciso manat: Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτέντων ταῖς κόραις. *Vim habet ea expurgandi quae pupillis offundunt caliginem.* Sic etiam Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 180. H.

c. Collectiones) Pituitae vel sanguinis collectiones, quae intus sunt. H.

d. Ex) Ex his nullum Diosc. l. c. Sed e cortice foliisque tusis succum ad eadem prorsus remedia adhibet: Ὁ δὲ ἐκ τῶν Φύλλων, inquit, καὶ τοῦ Φλοιοῦ χυλὸς ἐν κελύφῳ ῥοᾶς θερμανθεὶς μετὰ ῥοδίνου, ὠταλγίας ἀρήγει· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν, κατάντλημα ποδάγρας ἄριστον. Succum foliorum appellant Marc. Emp. c. 9. p. 80. et Plin. Val. I. 10. H.

e. In) Punici, pro Punici mali, familiaris Plinio loquutio. H.

f. Cortice) Sic Diosc. l. c. Q. Seren. c. 43. p. 152. *Quaedam sunt rabidae medicamina*

ueri neruos vtilissimum. Flos *g.* tritus cum foliis furfures purgat in facie. Folia *h.* contrita et pota intemperantiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt vsum saepius sumpta. Amerinae *i.* nigrae [1] semen cum spuma argenti pari pondere, a [2] balneo illitum, psilothrum est.

XXXVIII. Non multum a salice vitilium vsu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Graeci *k.* lygon vocant, alii *l.* agnon, quoniam *m.* matronae Thesmophoriis Atheniensium

Ll 2

1. *fructus.* *Diosc.* 2. *balineo.* *Cb.*

camina digna podagrae. Ergo age, et arreptam salicis frondemque, librumque, Cum vino tere, sic contractos perline neruos. H.

g. Flos) Q. Seren. c. 12. *Inuida si maculat faciem lentigo decoram, Frons salicis cum flore suo contrita medetur.* Non flori, sed cortici trito cum foliis Diosc. l. c. hanc vim adscribit: sed is multa miscet. H.

h. Folia) Diosc. l. c. de salicis foliis. Καθ' ἑαυτὰ δὲ σὺν ὕδατι ληφθέντα, ἀσυλληψίαν κατεργάζεται. *Folia per se sumpta cum aqua conceptum impediunt.* Hoc ipsum Plinius de semine dixit ante XVI. 46. H.

i. Amerinae) Totidem verbis ac syllabis haec Plin. Val. IV. 52. H.

k. Graeci lygon vocant, alii agnon) Scribe, *Graeci lygon vocant, alias agnon,* ex vetere codice. *Pint.*

l. Alii) Hoc est, *castum.* Vnde herbarii *agnum castum* appellant, vtraque voce idem significante. Ἁγνὸς vero dicitur, quod auctore Galeno, de fac. simpl. med. VI. p. 148. castitatem conseruet iis, quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur. Idcirco ἄγνον dici, quasi ἄγονον contendit Eustath. in Iliad. λ'. p. 834. Pingitur a Matthiolo, in Diosc. I. p. 196. H.

m. Quoniam) Haec totidem verbis Diosc. I. 135. et Galen. l. c. Aelian. item H. A. IX. 26. Sunt autem Θεσμοφόρια sacra Cereris, quibus nomen est a ferendis legibus: nam post inuentas fruges, mores quoque hominum ea excoluisse creditur, et a siluestri vita ad hu-

nienfium caftitatem cuftodientes, his foliis cubitus fibi fternunt. Duo *n.* genera eius: maior in arborem falicis modo affurgit: minor ramofa, foliis candidioribus lanuginofis. Prima *o.* album florem mittit cum [1] purpureo, [2] quae candida vocatur: nigra, quae tantum purpureum. Nafcuntur *p.* in paluftribus campis. Semen potum vini quemdam faporem habet, et dicitur febres foluere: et quum [3] vnguntur oleo admixto, fudorem facere: fic et laffitudines diffoluere. Vrinam cient, et *q.* menfes. Caput *r.* tentant vini modo: nam et odor [4] fimilis eft. Inflationes pellunt in inferiora. Aluum fiftunt: hydropicis *s.*, et lienibus perquam vtiles. Lactis *t.* vbertatem faciunt. Aduerfantur venenis ferpentium, [5] maxime quae frigus inferunt,

1. *purpurafcente. Diofc.* 2. *quae et cand. Gr.* 3. *Sic ex MSS. H. vngantur, oleo admixtum Gr. et Al.* 4. *fimilis, et inflationes. Ch.* 5. *maximeque frigus. Ch.*

ad humanitatem datis legibus reuocaffe: itaque mortales tanti beneficii memores, haec facra inftituiffe, et Θεσμοφόρια vocaffe. Diod. Sic. Bibl. I. Plin. VII. 57. de Cerere: *Eadem prima leges*, etc. Hinc Θεσμοφόρος Ceres appellata apud Paufan. Attic. I. p. 79. et apud Gruter. in vetufto lapide p. 309. ΤΗΣ. ΜΕΓΑΛΗΣ. ΘΕΑΣ. ΔΕΣΜΟΦΟΡΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. H.

n. Duo) Haec pariter Diofc. l. c. H.

o. Prima) Diofc. l. c. Τὸ δὲ ἄνθος, ἡ μέν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι· ἡ δὲ πορφυροῦν φέρει· σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. Habet his affinia Theophr. Hift. III. 17. H.

p. Nafcuntur) Diofc. l. c. Et idcirco inter aquarum notas vitex cenfetur, XXXI. 27. H.

q. Et) Diofc. l. c. de fructu, feu femine: Ἔμμηνα ἄγει πινόμενος ὅσον < ά πλῆθος σὺν οἴνῳ. H.

r. Caput) Diofc. l. c. H.

s. Hydropicis) Diofc. l. c. et Galen. de fimpl. med. fac. VI. p. 148. H.

t. Lactis) Diofc. l. c. H.

runt. Minor *v.* efficacior ad ferpentes: bibitur *x.* feminis drachma in vino vel pofca, aut [1] duabus foliorum tenerrimorum. Et *y.* illinuntur vtraque aduerfus araneorum [2] morfus: vel perunctis tantum, fuffitu *z.* quoque aut fubftratu fugant venenata. [3] Ad *a.* Venerem impetus inhibent: eoque maxime phalangiis aduerfantur, quorum morfus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate fedant cum rofaceo flos, tenerique cauliculi. Seminis *b.* decoctum vehementiorem capitis dolorem diffoluit [4] fotu: et *c.* vuluam etiam fuffitu vel [5] appofitu

1. *duae. V.* 2. *morfus vtili remedio vel perunctis. V.* 3. *At Venereae rei. M.* 4. *potu. Ch.* 5. *adpofita. Ch.*

v. Minor) Aelian. H. A. IX. 26. H.

x. Bibitur) Diofc. l. c. Sed medicamenti modum non ftatuit. H.

y. Et) Diofc. Καταπλασσόμενα ἐπὶ τῶν θηριοδήκτων βοηθεῖ. H.

z. Suffitu) Diofc. l. c. H.

a. Ad Venerem impetus inhibent) Ideo matronae Athenienfes in Thefmophoriis, quae caftiffime celebrabantur, eius foliis cubile fubfternebant. Eodem confilio quidam e pifcibus laeuibus ac non fquamofis vtebantur: Hierophantae vero pontificatum adepti cicuta fe caftrabant. Sacra enim maxima caftimonia tractanda effe oftendunt Myfi et Effeni ἄβιοι καὶ ἄνυμφοι, Galli matris facerdotes, qui virilitatem fibi adimunt, Gymnofophiftae pomis, oryza, farina contenti, Indorum magi carnibus abftinentes, Iouis in Creta facrifici in cibum nihil admittentes quod coctum fit, et quod iure pontificio cautum erat, *Ad diuos cafte adeunto, pietatem adhibento, opus amouento, qui fecus faxit, Deus vindex erit.* Alex. ab Alex. cap. 17. L. IV. *Dalec.*

b. Seminis) Diofc. l. c. Λύει δὲ καὶ κεφαλαλγίαν καταπλασσόμενον. H.

c. Et) Diofc. l. c. Τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς πόας καὶ τοῦ σπέρματος, εἰς ἐγκαθίσματα ταῖς περὶ ὑστέραν διαθέσεσι καὶ φλεγμοναῖς ἀρήγει. *Herbae ac feminis*

poſitu purgat: aluum *d.* cum pulegio et melle potum. Vomicas *e.* panoſque [1] difficile *f.* concoquentes, cum farina hordeacea [2] mollit. Lichenas et lentigines cum aphronitro et aceto ſemen ſanat: et oris hulcera, et [3] eruptiones cum melle: [4] teſtium *g.*, cum butyro et foliis vitium: rhagadas ſedis, cum aqua illitum: luxata cum ſale, et nitro, et cera. Et ſemen, et folium, additur in malagmata neruorum, et podagras. Semen *h.* inſtillatur in [5] oleo decoctum capiti in [6] lethargia, et phreneſi. Virgam *i.* qui in manu habeant, aut in [7] cinctu, negantur intertriginem ſentire.

XXXIX. Ericen *k.* Graeci vocant fruticem non

1. *facile concoquit tuſum, cum. M. Sic et Dioſc.* 2. *et mollit. M.* 3. *eruptionum. Ch.* 4. *teſtium duritias cum. Dioſc.* 5. *oleo et aceto decoctum. Dioſc.* 6. *lethargo. Ch.* 7. *Sic ex MSS. H. et Ch. aut cinctu Gr. et Al.*

minis decoctum ad inſeſſus, vuluae affectibus et inflammationibus opitulatur. H.

d. Aluum) Totidem verbis Dioſc. l. c. H.

e. Vomicas) Vomica tumor eſt excreſcens cum ſanie, ſiue ſuppuratione Celſus, IV. 8. Sunt etiam vomicae internae collectiones, quas Graeci ἐμπυήματα vocant, vt ait Cael. Aurel. V. 10. Fiunt autem eae in pulmone, in membrana, quae latera cingit, in liene, in renibus, in inteſtinis, in veſica, aliiſque partibus. H.

f. Difficile) Qui haud facile concoquuntur, maturantur. H.

g. Teſtium) Subintellige, eruptiones, ex antecedente ſententia: quas et teſtium dixit Dioſc. I. 135. Σκληρίας δὲ διδύμων μετὰ βουτύρου καὶ φύλλων ἀμπέλου μαλάττει. Ῥαγάδας τε τὰς ἐν δακτυλίῳ σὺν ὕδατι ἐπιπλασθὲν τὸ σπέρμα πραΰνει· σὺν τοῖς φύλλοις στρέμματά τε καὶ τραύματα ἰᾶται. H.

h. Semen) Cum oleo et aceto. Dioſc. l. c. H.

i. Virgam) Dioſc. l. c. Idem de populo Plinius ſupra ſ. 32. H.

k. Ericen) Dioſc. I. 117. Ἐρείκη, δένδρον ἐστὶ θαμνῶδες, ὅμοιον μυρίκῃ, μικρότε-

non *l.* multum a myrice differentem, colore rorismarini, et paene folio. Hoc *m.* aduersari serpentibus tradunt.

XL. Genista *n.* quoque vinculi vsum praestat. Flores *o.* apibus gratissimi. Dubito an haec sit, quam Graeci auctores sparton appellauere, quum *p.* ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim *q.*: et numquid hanc designauerit Homerus *r.*, quum

Ll 4 dixit

κρότερον δὲ πολλῷ etc. Sic etiam Oribas. L. XI. f. 196. Diximus de eo XIII. 35. H.

l. Non multum a myrice differentem) In vetusto ex emplari, *non multum bulice differentem.* scribendum forte, *non multum ab vlice differentem.* De frutice, qui vlex dicatur, supra disseruimus ex auctoritate Plinii L. XXXIII. c. 4. *Pint.*

m. Hoc) Diosc. Orib. et Plin. ipse ll. cc. H.

n. Genista) Genista haec scoparia vulgi, *du Genest*, cuius iconem Lobelius exhibet, in Obs. p. 531. Diosc. IV. 158. Σπάρτιον. Plinius supra XVI. 69. *Siquidem et Genista ... alligant.* Mart. I. 44. *Non pira, quae lenta pendent religata genista.* H.

o. Flores apibus gratissimi) Opt. *floris.* et suauius sonat: *Genista quoque vinculi vsum praestat. floris apibus gratissimi.* Gron.

p. Quum) L. XVI. 2. extrema: *Asia e genista facit lina ad retia praecipua, in piscando durantia, frutice madefacto decem diebus.* Nunc vero id Plinius iure miratur: est enim genista nostra quidem ad vinculorum vsum apta: eadem nectendis retibus minus idonea. Sed σπαρτὸν, non σπάρτον Graeci dixere de herbis omnibus, atque adeo de lino, et cannabi, aliisque ad vitilia textiliaque idoneis. H.

q. Docuerim) Supra c. 1. L. XIX. Vide et cap. 2. L. eiusd. *Dal.*

r. Homerus) Locus est Iliad. β. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται. de quo Varro apud Gellium: *Ego*, inquit, *apud Homerum sparta non plus spartum significare puto, quam σπαρτοὺς, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Graecia sparti copia modo cepit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate vsi Liburni, sed hi plerumque loris naues sue-*

dixit nauium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse [1] Africanum vel Hispanum spartum in vsu, certum est: et quum sutiles fierent naues, lino [2] tamen, non sparto, vmquam sutas. Semen *s.* eius, quod Graeci *t.* eodem nomine appellant, in folliculis, phaseolorum modo, nascens, purgat *v.* ellebori vice, drachma et dimidia pota in aquae mulsae cyathis quatuor ieiunis. Rami *x.* similiter cum *y.* fronde

1. *Hispanum Africanumue.* *Ch.* 2. *tamen, et nunquam sparto sutas.* *V.*

suebant, Graeci magis cannabe et stupa, ceterisque satiuis rebus, a quibus σπαρτὰ appellabant. Eustathius funes e sparto, id est, genista compactos interpretatur, de quibus prouerbium vetus iactatum est, τὸν λίθον ποτὲ τὸν σπάρτον ἄγειν. *Guillandin.* cap. 9. *in Plinium.* Quod Varro σπαρτὰς in agro Thebano genitos memorat, serpentis dentibus a Cadmo disseminatis, γηγενεῖς vocat Aristoteles primo ποιητικῆς, σπαρτὸν γένος. Aeschylus in Tragoedia ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Ei familiae signum affixum natiuumque fuisse lanceae figuram tradit Plutarchus libro, De iis, qui feras poenas luunt. Dion. IV. sermone de regno. Idem Aristoteles citato loco. Victorius c. 16. IV. Apollodorus id fuse narrauit, Ouid. quoque tertio Metamorph. *Canterus* c. 5. I.

Homerus) Loco a nobis allato, XIX. 6. vbi vide quae in Not. diximus. H.

s. Semen) Haec Diosc. fere totidem verbis IV. 158. sed σπάρτιον vocat. Galeno de fac. simpl. med. VIII. 231. Σπάρτη, ᾧ τὰς ἀμπέλους παρ' ἡμῖν δεσμοῦσιν. etc. Ex Aetio I. lege σπάρτον. Aetii interpres p. 18. *Genista qua vites apud nos necti solent*, etc. H.

t. Graeci eodem nomine appellant) Fallitur Plinius. Graeci non σπάρτον vocant, sed σπάρτιον. *Dal.*

v. Purgat) Haec totidem verbis Diosc. IV. 158. H.

x. Rami) Cum foliis minutis. Vide N. et Em. N. XIII. (hic consp.) *Rami)* De genista loquitur, cui minuta sunt folia. Tamen hoc inepte a Plinio dici Dalecampius asseuerat: quod foliis carere σπάρτιον auctores testantur. Qui tandem? Dioscorides, credo, cuius

fronde in aceto macerati pluribus diebus, et tuſi, ſuccum dant iſchiadicis vtilem, cyathi vnius potu. Quidam z. marina aqua macerare malunt, et infundere clyſtere. Perunguntur eodem ſucco iſchiadici addito oleo. Quidam [1] ad ſtranguriam vtuntur ſemine. Geniſta *a.* tuſa cum axungia, genua dolentia ſanat.

XLI. Myricen *b.*, [2] quam aricen vocat Lenaeus,

1. et ad. Cb. *2. camericam vocat. Cb. quam et tamaricen. Gr. et Al.*

cuius haec verba IV. 158. *Σπάρτιον θάμνος ἐςι φέρων ῥάβδους μακράς, ἀφύλλους*, etc. Verum dictionem eam *ἀφύλλους* in vetuſtioribus libris abeſſe iam dudum monuit Saracenus. Et folia ineſſe geniſtae, non modo res ipſa clamat, ſed et ipſe Dioſc. perſpicuis verbis Εὐπορ. I. 237. Ἰσ*χιαδικοὺς δὲ ὠφελεῖ πινόμενα ... σπαρτίου τὰς ῥάβδους σὺν τοῖς φύλλοις ἐν ὄξει βρέχων πλείονας ἡμέρας, ἔπειτα κόψας καὶ χυλίσας, καὶ πιεῖν ἕνα κύαθον.* Quae Plinianis plane paria ac gemina. Neque vero ſum neſcius a Marc. Emp. c. 25. p. 174. et a Plin. Val. II. 45. haec totidem verbis exſcribi: voculas tamen eas *cum fronde* ab vtroque praetermitti: id vero factum ab iis eo conſilio reor, non quod fronde carere geniſtam putarint, ſed quod eam in medicos vſus adhiberi haud operae pretium eſſe fortaſſe cenſuerint. H.

y. Cum fronde in aceto) Ineptum hoc, cum foliis carere auctores teſtentur, *Dal.*

z. *Quidam*) Ad verbum Dioſc. l. c. et Εὐπορ. I. 137. H.

a. Geniſta) Marc. Emp. c. 36. p. 246. H.

b. Myricen, quam et tamaricen vocat) In apographo noſtro, *Myricem camericen vocat Lenaeus.* ſcribo, *Myricen chamericen vocat Lenaeus.* Nam erice fruticoſa eſt arbor, tamarici ſimilis, multo tamen breuior, auctore Dioſcoride L. I. capite de Erice: *Vocabat igitur Lenaeus myricen propter hanc ſimilitudinem cum erice*, et alludens ad ipſum myrices nomen, non myricen, ſed chamericen, hoc eſt, ſecundariam

naeus, ſimilem *c.* ſcopis [1] Amerinis dicit. Sanari ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illita. [2] Arbitrantur *d.* quidam hanc eſſe tamaricen: ſed *e.* ad lienem praecipua eſt, ſi ſuccus eius expreſſus in vino bibatur. Adeoque *f.* mirabilem eius antipathiam contra ſolum hoc viſcerum faciunt, vt affirment, ſi ex ea alueis factis bibant ſues, ſine liene inueniri. Et *g.* ideo homini quoque [3] ſplenico cibum potumque dant in vaſis ex ea factis. [4] Grauis *h.* auctor in medicina, virgam ex

1. *et amerinis. V.* 2. *Eandem eſſe arbitrantur quidam tamaricen. Ch.* 3. *Sic et Ch. ſplenetico. Gr.* 4. *Graui autem auctor. Ch.*

dariam ericen, et imitatricem erices. *Pint.*

Myricen) Diximus de ea, XIII. 37. Vide N. et Em. N. XIV. (hic app.) *Myr.*) MSS. R. Colb. Ch. *Myrice camericam Lenaeus.* Libri hactenus editi, *Myrice, quam et tamaricen.* Perperam: nam de hac altera appellatione dicetur inferius. A Pompeio Lenaeo ericen vocatam et illam, ob ſimilitudinem innuit: recte, an ſecus, non definit. Plinius, ſ. 39. huius libri: *Ericen Graeci vocant fruticem non multum a myrice differentem.* Inde orta perturbatio nominum. H.

c. *Similem ſcopis*) Eumdem vſum praebere ad domos conuerrendas, et inquinamentis purgandas. *Dalec.*

d. *Arbitrantur*) Et ii quidem recte. H.

e. *Sed*) Dioſc. totidem verbis I. 116. Marc. Emp. c. 23. p. 166. et Q. Serenus, cuius verba referemus ſ. 47. H.

f. *Adeoque*) Marc. Emp. l. c. H.

g. *Et*) Dioſc. l. c. Κατασκευάζουσι δὲ ἔνιοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου, αἷς ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτηρίων, ὡς τοῦ δι' αὐτῶν πόματος ὠφελοῦντος. *Sunt qui et e caudice calyces parent, quibus poculorum vice ſplenici vtantur, ceu datus in eiuſmodi vaſis potus lieni conferat.* Cael. Aurel. III. 4. *Item cibum vel potum ſumere iubent aegrotantes in vaſculis tamarici ligno confectis.* H.

h. *Grauis*) Sic etiam Q. Se-

[1] ex ea defractam, vt [2] neque ferrum attingeret, sedare ventris dolores [3] asseuerat impositam, ita vt tunica cinctuque corpori apprimeretur. Vulgus *i.* infelicem arborem eam appellat, vt diximus, quoniam nihil ferat, nec *k.* seratur vnquam.

XLII. Corinthus *l.*, et quae circa est [4] regio, bryam *m.* vocat, eiusque duo genera facit: Siluestrem plane sterilem: alteram mitiorem. Haec fert in Aegypto Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, maiorem galla, [5] asperum gustu, quo *n.* medici vtuntur vice gallae, [6] in compositionibus,

1. *ex eadem factam.* *Ch.* 2. *vt neque terram, neque ferrum Gr. et Al.* 3. *asseuerauit Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. bryoniam Gr. et Al.* 5. *austerum. V. et asp. Gr. et Al.* 6. *Sic ex MSS. H. et M. vice gallae et in Gr. et Al.*

Q. Seren. c. 27. de ventris dolore mitigando, p. 142. *Nec non iungenda est vtero noua virga myricae: Illaesa haec ferro terraque intacta teretur.* H.

i. Vulgus) L. XVI. 45. H.

k. Nec seratur vnquam) Apud nos, sed in Aegypto et Syria tantum. *Dal.*

l. Corinthus, et quae circa est regio, bryoniam vocat) Lego, *Corinthus et quae circa est Graecia bryam eam vocat*, tum ex citato semper exemplari, tum ex ipso Plinio L. XIII. c. 21. *Myricen*, inquit, *et Italia, quam alii tamaricem vocant, Achaia autem bryam.* Pint. *Corinthus, et quae circa est regio, etc.*) Bryan, vt c. 21. L. XIII. quoniam, vt Dioscorides ait, et florem et fructum gignit βρυοίδη, muscosum. *Dal.*

m. Bryam) De ea egimus XIII. 37. Vide N. et Em. N. XV. (hic pos.) *Corinthus*) Libri editi, *bryoniam*, male. MSS. omnes, R. Colb. aliique tum hoc loco, tum in Indice *bryam* scribunt. Ipsa est, de qua idem Plinius, XIII. 37. *Achaia fert bryam siluestrem: insigne in ea, quod satiua tantum ferat gallae similem fructum.* In Achaia Corinthum esse nemo ignorat. H.

n. Quo) Ita quidem fieri Galenus praecipit de fac. simpl. med. VII. p. 21. Χρῆσασθαι μέντοι τις αὐτῷ

tionibus, quas antheras *o.* vocant. Et lignum autem, et flos, et folia, et *p.* cortex in eosdem vsus adhibentur, quamquam remissiora. Datur *q.* sanguinem reiicientibus cortex tritus, et contra profluuia feminarum, coeliacis quoque. Idem *r.* tusus impositusque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur succus ad haec eadem. Et in vino [1] decoquuntur: ipsa vero adiecto melle gangraenis [2] illinuntur: decoctum *s.* eorum in vino potum, vel imposita cum rosaceo et cera sedant. Sic et epinyctidas sanant. [3] Ad dentium dolorem aurium.

1. *decoquuntur ipsa adiecto vero melle. V.* 2. *illinuntur, vel imponuntur cum rosaceo et cera. Sedat et decoctum eorum in vino potum. Sic et ep. V.* 3. *dentium dolore. Ch.*

τῷ (καρπῷ) δύναται, μὴ παρέσης κηκίδος, εἰς ὅσαπερ ἐκείνη. *Vbi galla ad manum non erit, vti eo* myricae semine *licebit, ad ea omnia ad quae illa vtimur.* H.

o. Antheras) Ἀνθηραὶ compositiones sunt ita dictae, vel a colore florido, vel a florum mixtione, quae praecipue adhibentur aduersus oris hulcera. Galen. κατὰ τόπ. IV. 8. p. 437. et alibi ἀνθηρὰς vocat: idem κατὰ γένη V. 15. p. 801. ἀνθιζέσας. H.

p. Et) Diosc. I. 116. H.

q. Datur sanguinem) Haec de fructu Diosc. cui tamen facultate similem esse corticem mox subiungit. *Dal.*

Datur) Diosc. l. c. haec totidem verbis. H.

r. Idem) Diosc. l. c. Οἰδήματα δὲ στέλλει καταπλασθείς. H.

s. Decoctum) Mutila haec visa nonnullis oratio: sed nihil MSS. praeterea habent. Voce postrema superioris sententiae fere repetita, erit fortasse qui legat, *lienem decoctum eorum,* etc. Nam Diosc. l. c. Τῶν δὲ φύλλων τὸ ἀφέψημα σὺν οἴνῳ ποθὲν σπλῆνα τήκει· καὶ ὀδονταλγίαις βοηθεῖ διακλυζόμενον. *Foliorum decoctum in vino potum lienem absumit: et ore collutum ad dentium dolores salutare est.* Sed *collectiones* potius ex antecedente sententia putem subintelligi oportere. H.

auriumque, decoctum eorum ſalutare eſt: radix *t.* [1] ad eadem ſimiliter. Folia hoc amplius, ad ea quae ſerpunt imponuntur cum polenta. [2] Semen *v.* drachmae pondere aduerſus phalangia et araneos bibitur. Cum altilium vero pingui furunculis imponitur. Efficax et contra ſerpentium ictus, praeterquam aſpidum. Nec *x.* non morbo regio, phthiriaſi, lendibuſque [3] decoctum infuſum prodeſt, abundantiamque *y.* mulierum ſiſtit. Cinis *z.* arboris ad omnia eadem prodeſt. Aiunt, ſi [4] bouis caſtrati vrinae immiſceatur, [5] in potu, vel in cibo, Venerem finiri. [6] Carboque ex eo genere vrina ea reſtinctus in vmbra conditur: idem quum libeat accendere, [7] reſoluitur. Magi [8] id et ex ſpadonis vrina fieri tradiderunt.

XLIII. (X.) Nec *a.* virga ſanguinea felicior habe-

1. Sic ex MSS. H. et M. radix ad eadem ſimiliter et folia. Haec amplius Gr. et Al. 2. *Fructus. Dal.* 3. *decoctum foliorum infuſum. Dioſc.* 4. *hominis. M.* 5. *et vel in potu, vel in cibo detur. M. vel in potu, v. Gr. et Al.* 6. *Carbo extincta Venere vrina. V.* 7. *rurſum vritur. V.* 8. *et id ſpad. Gr.*

t. Radix) Hoc eſt, decocta. H.

v. Semen) Dioſc. l. c. H.

x. Nec) Dioſc. l. c. H.

y. Abundantiamque) Vuluae profluuium: ἁρμόζει ῥοϊκαῖς γυναιξὶ Dioſc. l. c. H.

z. Cinis) Ligni e caudice. Dioſc. l. c. Καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ξύλων τέφρα προστεθεῖσα, ῥεῦσιν ἐκ μήτρας ςέλλει. *Sed et ligni cinis appoſitus fluxionem ex vtero ſiſtit.* H.

a. Virga ſanguinea) Modeſtinus *in L. penult. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* antequam ſacco parricidae inderentur, oſtendit in more fuiſſe poſitum, vt virgis ſanguineis caederentur, nempe ex hac arbore ſumptis, non, vt quidam legunt, *ſagmineis*, aut, vt alii interpretantur, *ſanguine rubentibus, ac rorantibus,* quoniam hoc lignum infeliciſſimum haberetur, ac maxi-

habetur. Cortex eius interior [1] cicatrices, quae *b.* praesanauere, aperit.

XLIV. Sileris *c.* folia illita fronti capitis dolores sedant. Eiusdem semen tritum, in oleo phthiriases coërcet. Serpentes et hunc fruticem refugiunt: baculumque rustici ob id ex eo gerunt.

XLV. [2] Ligustrum *d.* si eadem arbor est, quae in oriente cypros, suos in Europa vsus habet. Succus

1. cicatrices vlcerum, quae coaluere. V. cicatrices vlcerum, quae praesanauere. Alii V. 2. Ligustrum ead. Gr. et Al.

maxime infame. Magius c. 8. IV. Sanguineum fruticem vocat auctor c. 18. L. XVI. *Dal.*

Nec) Quam myrice, quam l. 41. censeri dixit inter infelices arbores. Tarquitius Etruscus in Ostentario arborario apud Macrobium Sat. II. 16. p. 378. (vbi perperam *Tarquinius Priscus* scribitur) sic ait: *Arbores, quae inferûm Deorum auertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant: Alaternum, sanguinem, etc.* Modestin. dig. 48. tit. 9. L. IX. *Poena parricidii more maiorum haec instituta est, vt parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culleo insuatur.* Sanguineus frutex, et sanguinea virga, idem. Egimus de eo XVI. 30. H.

b. Praesanauere) Celerius quam opus esset, sanatae sunt. *Dal.*

Quae.) Hoc est, quae prius sunt sanatae, quam opus esset. Sic s. 38. *panos difficile concoquentes*, dixit, hoc est, qui difficilius concoquuntur: s. 69. *genitalia carbunculantia*, hoc est, quae carbunculantur. H.

c. Sileris folia) Siler Aloisius esse putat salicem latifoliam, candido folio, e cuius cinere, sulphure, et aphronitro fit puluis excutiendis machinis bellicis vtilis. Vide supra c. 18. L. XVI. *Dal.*

d. Ligustrum eadem arbor est) Legend. *Ligustrum, si hic eadem arbor est quae in Oriente Cypros, suos in Europa vsus habet.* Vide Salmas. c. 1001. b.

Ligustrum) In R. et Colb. cod. *si ex eadem.* Forte, *si haec eadem.* Hac loquendi forma vsus inferius, s. 91. *Dracontium, si modo hic est, qui*

Succus eius neruis, articulis, algoribus; folia [1] vbique veteri hulceri cum salis mica, et oris [2] exhulcerationibus prosunt. Acini contra phthiriasin: item contra intertrigines, foliaue. Sanant et gallinaceorum pituitas acini.

XLVI. Folia *e.* alni ex feruenti aqua certissimo remedio sunt tumori.

XLVII. Ederae *f.* genera viginti demonstrauimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentem *g.* turbat, et caput [3] purgat largius pota. Neruis *h.* intus nocet. [4] Iisdem *i.* neruis adhibita foris prodest. Eadem natura, quae aceto, ei est. Omnia genera eius [5] refrigerant. Vrinam *k.* cient potu: capitis *l.* dolorem sedant, praecipue cerebro, continentique cerebrum membranae, vtiliter mollibus impositis foliis: cum *m.* aceto [6] et rosaceo

1. *vtique. V.* 2. *exhulceratione. Ch.* 3. *purgat. Largius pota neruis. M.* 4. *hisdem neruis in V. d.* 5. *acria sunt, et adstringentia. Diosc.* 6. *Haec et rosaceo, vocant. Dal.*

qui apud nos dracunculus vocatur. Plin. XII. 51. *Quidam hanc esse dicunt arborem, quae in Italia Ligustrum vocetur.* At non est sane ligustrum Cypros, vt eo loci diximus: nec Plinius sibi, sed quibusdam ignotis auctoribus, ita videri ait. H.

e. Folia) Ad verbum M. Emp. c. 19. p. 132. H.

f. Ederae) L. XVI. 62. H.

g. Mentem) Diosc. II. 210. Τῦ δὲ μέλανος κισσῦ ὁ χυλὸς, καὶ οἱ κόρυμβοι ποθέντες ... ταράσσουσι τὴν διάνοιαν πλεονασθέντες. *Nigrae ederae succus, et corymbi epoti ... mentem turbant largius sumpti.* H.

h. Neruis) Diosc. II. 210. de edera: τῦ νευρώδους ἅπτικός, *neruosum genus tentat.* H.

i. Iisdem) Marc. Emp. c. 36. p. 246. H.

k. Vrinam) Q. Seren. laudatus a nobis s. 35. H.

l. Capitis) Q. Seren. c. 4. inter remedia capiti medendo, p. 126. *Profuit, aut edera ex oleo decocta vetusto.* H.

m. Cum) Diosc. l. c. Πρὸς

ceo tritis et decoctis, addito postea rosaceo oleo. Illinuntur autem fronti: et decocto eorum fouetur os, caputque perungitur. Lieni *n.* et pota et illita prosunt. Decoquuntur et contra horrores febrium, eruptionesque pituitae, aut *o.* in vino teruntur. Corymbi *p.* quoque poti vel illiti lienem sanant: iocinera autem illiti. Trahunt *q.* et menses [1] appositi. Succus *r.* ederae taedia narium graueolentiamque emendat, praecipue albae satiuae. Idem

1. *apposizu.* V.

Πρὸς τὰ χρονία τῆς κεφαλῆς ἀλγήματα ἁρμόζει, καὶ ἐπιβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ. *Contra veteres capitis dolores ... perfunditur eo caput cum aceto et rosaceo.* Apul. c. 98. t. 2. *Ad capitis dolorem: ederae succo cum vino, tempora vel frontem perfricabis: sedat dolorem.* H.

n. Lieni) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 191. Q. Seren. c. 24. *de splene curando*, p. 140. *Aut ederae succus potu, appositque iuuabit: Siue myrica potens, seu ros cum pane marinus.* Marc. item Emp. c. 23. p. 166. et Plin. Val. II. 18. H.

o. Aut) Cum melle teri et illini ad exanthemata, hoc est, ad eruptiones pituitae, praecipit Theod. Prisc. I. 16. H.

p. Corymbi) Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) *Corymbi*) Hinc Plinium alterum Valerianum obiter emendabis II. 18. *Spleni quomodo succurrendum: Gummi ederae*, inquit, *poti vel illiti prosunt.* Scribe, *corymbi ederae.* H.

q. Trahunt) Diosc. l. c. Κινοῦσι δὲ καὶ καταμήνια ὑποτεθέντες οἱ κόρυμβοι λεῖοι *Mouent et menses et corymbi triti ac subditi.* Καταμήνια menses, menstrua: quod mulieribus per singulos menses solet accidere profluuium. H.

r. Succus) Marc. Emp. c. 10. p. 86. *Nares grauiter olentes emendat succus ederae frequenter infusus.* Apul. c. 98. tit. 5. *Ad nares graueolentes: Herbae ederae succus colatus in nares infunditur, et nares male olentes emendat.* Diosc. quoque l. c. Ὁ δὲ χυλὸς ἐνσταζόμενος τὰς ἐν τοῖς ῥώθωσι δυσωδίας ... ἐκκαθαίρει. H.

Idem *s.* infusus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur *t.* etiam purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus *v.* quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albae est, ferro calefactus: satisque est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini *x.* quoque ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, [1] tineas pellunt, in qua curatione ventri quoque imposuisse eos vtile est. Ederae *y.*, quam [2] chrysocarpon appellauimus, baccis aurei coloris viginti, in vini sextario tritis, ita vt terni cyathi potentur, aquam quae cutem subierit, [3] vrina educit Erasistratus. Eiusdem *z.* acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosque in cortice [4] Punici, instillauit dentium dolori a contraria aure. Acini, qui croci succum habent,

1. *taenias. Dal.* 2. *chrysalarion vocant alii ellauimus. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. per vrinam Gr. et Al.* 4. *Punico. Ch.*

s. Idem) Haec totidem verbis Diosc. et Gal. ll. cc. Q. Seren. c. 8. de capite purgando, p. 129. *Expressusque ederae mandatur naribus humor.* Marc. Emp. c. 5. p. 44. pro nitro florem aeris adsciscit. *Aeris floris*, inquit, *scripulus vnus, et de succo ederae idem pondus in vnum mixtum, et naribus infusum, euocant pituitam, et defluere compellunt.* Scrib. Larg. comp. 12. *Per nares purgatur caput iis rebus infusis per cornu* ... *Ederae succo per se, vel betae succo cum exiguo flore aeris*, etc. H.

t. Infunditur) Diosc. et Gal. ll. cc. Apul. c. 98. t. 6. H.

v. Cicatricibus) Q. Seren. c. 45. p. 154. *Vt succis ederae pulcrescit foeda cicatrix.* Adde Galen. l. c. H.

x. Acini) Ad verbum haec Marc. Emp. c. 28. p. 200. et Plin. Val. II. 21. H.

y. Ederae) L. XVI. 62. Haec verbis fere totidem Plin. Val. III. 12. *Est edera*, inquit, *quae chrysocarpos appellatur, propterea quod fert grana aurei coloris* etc. Apul. item. c. 119. t. 1. H.

z. Eiusdem) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

habent, praeſumpti potu a crapula tutos praeſtant; item ſanguinem exſcreantes, aut torminibus laborantes. Ederae *a.* [1] nigrae candidiores corymbi poti, ſteriles etiam viros faciunt. Illinitur *b.* decocta [2] quaecumque in vino omnium hulcerum generi, etiamſi cacoëthe ſint. Lacryma *c.* ederae pſilothrum *d.* eſt, phthiriaſinque tollit. Flos *e.* cuiuſcumque generis trium digitorum captu, dyſentericos et aluum etiam emendat, in vino auſtero bis die potus. Et *f.* ambuſtis illinitur vtiliter cum cera. Denigrant *g.* capillum corymbi. Radicis *h.* ſuccus in aceto potus, contra phalangia prodeſt. Huius *i.* quoque ligni [3] vaſe ſplenicos bibentes ſanari inuenio. Et acinos terunt, moxque comburunt, et ita illinunt ambuſta, prius perfuſa

1. *candidioris nigri. M. decocta in vino Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. quocum conſentit Ch. ſpleneticos Gr. et Al.*

a. Ederae) Dioſc. l. c. Τᾶ δὲ μέλανος κισσᾶ ὁ χυλὸς καὶ οἱ κόρυμβοι ποθέντες ἀγονίαν ποιᾶσι. H.

b. Illinitur) Folia illini Dioſc. dixit l. c. Καταπλάσσεται δὲ τὰ φύλλα πρὸς πᾶν ἕλκος, ἑψηθέντα σὺν οἴνῳ. Item Plin. Val. III. 22. et Marc. Emp. c. 4. p. 42. H.

c. Lacryma) Dioſc. et Gal. ll. cc. et Q. Serenus, c. 6. p. 128. H.

d. Pſilothrum eſt phthiriaſinque tollit) *Pſilothrum eſt. Phthiriaſin aeque tollit*, vetus codex legit. *Pint.*

e. Flos) Totidem verbis Dioſc. l. c. Marc. Emp. c. 27. p. 193. et Plin. Val. I. 28. H.

f. Et) Dioſc. et Galen. ll. cc. et Plin. Val. III. 36. *Cum cera* pro more Plinius, pro cerato, dixit: Dioſc. σὺν κηρωτῇ. H.

g. Denigrant) Dioſc. l. c. Μελαίνᾶσι δὲ καὶ τὰς τρίχας οἱ κόρυμβοι. H.

h. Radicis) Dioſc. l. c. et Apuleius c. 89. t. 4. H.

i. Huius) Plin. Val. I. 18. Q. Seren. c. 24. p. 140. *Quando lien tumido circumligat ilia vinclo, Et plenum ſplenis demonſtrant membra rigorem, mollibus ex edera tornan-*

fusa aqua calida. Sunt *k.* qui et incidant succi gratia, eoque vtantur ad dentes erosos: frangique *l.* [1] tradunt, proximis cera munitis, ne laedantur. Gummi *m.* etiam in edera quaerunt, [2] quod ex aceto vtilissimum dentibus promittunt.

XLVIII. Graeci *n.* vicino vocabulo cisthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi. Duo *o.* eius genera. Flos masculo rosaceus, feminae albus. Ambo *p.* prosunt dysentericis et solutionibus ventris, in vino austero, [3] ternis digitis flore

1. *tradant.* Dal. 2. *quam ex ac. vtilissimam.* Ch. 3. *trinis dig. fl. carpto.* V. et M.

tornantur pocula lignis: Hinc trahet assuetos aeger quoscumque liquores. H.

k. Sunt) Sunt et qui *ederam* incidant, succi *eliciendi* gratia, eoque *succo* vtantur ad dentes erosos: frangique *eos dentes* tradunt, proximis *dentibus interim* cera munitis, ne laedantur. H.

l Frangique) Cels. VI. 9. *Quod si dolor eximi dentem cogit, bacca ederae coniecta in id foramen, dentem findit.* H.

m. Gummi) Marc. Emp. c. 12. p. 94. *Ad dentes cauos*, inquit, *et exesos ne penitus exedantur, aut excidant, facies hoc: Gummi quod in edera nascitur, cauo denti inserito.* H.

n. Graeci) Nam ederam Graeci κισσὸν, fruticem hunc κισθὸν, vocant. Sic propter solam cognationem nominis, chamaepityos et pityusae tractationem instituit, vna cum larice, piceaque, s. 20. sq. huiusce libri: sic herbam erineon, cum caprifico connectit, propter gentilitatem, vt dictum est sup. libro s. 65. Idque ipse aperte praefatur, ne quemquam falleret similitudo nominis, ne quis eiusdem generis ea esse existimaret, quae essent eiusdem fere appellationis. H.

o. Duo) Diosc. I. 126. Ἄνθη ἄῤῥενος, ὥσπερ ῥοιᾶς· ἐπὶ δὲ τῆς θήλεως, λευκά. *Flores masculo, veluti mali Punicae: feminae, albi.* Vtriusque generis icones habet Clusius hist. rar. pl. I. p. 68. 70. quales in horto regio vidimus. H.

p. Ambo) Diosc. l. c. et Gal. de fac. simpl. med. VII. p. 190. H.

flore capto, et *q.* similiter bis die poto: hulceribus veteribus et ambustis cum *r.* [1] cera: et per se oris hulceribus. Sub *s.* his maxime nascitur hypocisthis *t.*, [2] quam *v.* inter herbas dicemus.

XLIX.

1. *cerato. Diosc.* 2. *ederas diximus Gr. et Al.*

q. Et) Vt de edera dictum est sect. sup. H.

r. Cum) Hoc est, cum cerato. Diosc. l. c. Καθ' αὑτὰ δὲ καταπλασθέντα, νομὰς ἐπίσχει· σὺν κηρωτῇ δὲ πυρίκαυστα, καὶ παλαία ἕλκη ἰᾶται. H.

s. Sub his maxime nascitur hypocisthis) Lege: *Sub his maxime nascitur hypocisthis; iam inter hederas diximus cisson Erythranos ab his appellatur similis hederae.* Cissos Plinio proprie dicitur genus hederae, quae riget et sine adminiculo stat. *Salmas.* p. 367.

t. Hypocisthis quam inter hederas diximus) Memoriam Plinii requirit Dalecampius. Sed forte librariorum culpa est, non Plinii. Vt Salmasius tentauerit, videre licet ad Solin. p. 367. Vossianus, *inter herbas.* Scribas igitur censeo: *quas inter herbas dicemus.* et praestitit L. XXVI. 8. sic L. XXIX. 6. *Stibis quid sit, dicemus in metallis.* Gron.

v. Quam inter ederas diximus) Obliuiose citat hoc Plinius. Nullam enim hypocistidis prorsus mentionem fecit in ederarum historia et descriptione c. 34. L. XVI. *Dal.*

Quam) L. XXVI. Vide N. et Em. N. XVII. (hic consp.) *Sub his*) Prius legebatur, *quam inter ederas diximus.* Qua lectione perculsus Dalecampius, Plinii memoriam desiderat, qui nullam hypocisthidis mentionem in ederarum historia fecerit. Amanuensium potius fidem desideraret, non scriptoris sane perquam diligentis et accurati. In R. 1. cod. *quam inter ederas dicemus.* In R. 2. totidem plane apicibus, quot repraesentamus, *quam inter herbas dicemus;* nempe XXIV. 31. quo volumine pertractantur herbae, vt ipse in fine L. XXIV. praestiturum se his verbis pollicetur: *Nunc ipsa claritas herbarum dicetur.* Eo enim libro et sectione mox citata de hypocysthide: *Nascitur:* inquit, *vt diximus, sub cistho, vnde nomen,* etc. Hunc locum restituere ita Salmasius tentabat, in Solin. p. 367.

XLIX. [1] Ciſſos *x.* erythranos ab iiſdem appellatur ſimilis [2] ederae, coxendicibus vtilis e vino potus: item lumbis. [3] Tantam *y.* vim acini aiunt, vt ſanguinem vrina detrahat. Item *z.* chamaeciſſon appellant ederam, non attollentem ſe a terra. Et haec contuſa in vino acetabuli menſura lieni medetur. Folia ambuſtis cum axungia. Smilax

1. Ciſtos erythrodanon. Dal. erytianos. Ch. 2. ciſto. Th. 3. Tantamque vim accipiant ... detrahant. Gr. et Al.

367. *Sub his maxime naſcitur hypociſthis. Iam inter ederas diximus ciſſon. Erythranos* etc. Ioſ. Scaliger I. ep. 18. ad Frc. Vertunnum in hunc modum: *Sub his... hypociſthis. Quam inter ederas diximus, ciſſon erythranos*, etc. Angelum Politianum ſequutus. Hinc factum eſt, vt in indicibus Plinianis, qui hactenus concinnati exſtant, *hypociſthis ederae genus* appelletur: falſo. H.

x. Ciſſos erythranos) Legendum, *Ciſtos erythrodanon.* Haec ex Theophr. c. 14. L. IX. hiſt. quo tamen loco non ait Theophraſtus erythrodanon Ciſtum aut eſſe aut vocari, ſed folium habere ciſto ſimile, rotundius. Vide ſupra c. 34. L. XVI. *Dal.*

Ciſſos) De ciſſo erythrano, et chamaeciſſo diximus XVI. 62. de ſmilace 63. H.

y. Tantamque vim accipiunt) Scribendum arbitror, *tanta vi vt ſanguinem vrina detrahant.* Reliqua ſuperuacanea puto. *Pint.*

Tantamque vim accipiunt, vt ſanguinem vrina detrahant) Quatuor exarati manu: *tantam vim accipiunt.* Voſſ. *tantam vim accipi, vt ſanguinem vrina detrahat.* Belle, modo corrigas, *tantam vim acini.* Supra: *Acini quoque ex eadem alba terni.* et, *Eiuſdem acinos quinque tritos.* De vrina et ſic ſupra: *Aquam, quae inter cutem ſubierit, vrina educit Eraſiſtratus.* Sic enim et Voſſianus. Pintianus ſcribendum arbitrabatur: *tanta vi vt ſanguinem.* Gron.

Tantam) Nos ita ex coniectura emendauimus, quum prius inſulſe legeretur, *Tantamque vim accipiunt.* H.

z. Item chamaeciſſon) Error hic Plinii animaduerſus et ca-

lax quoque, qui et [1] nicophoros cognominatur, similitudinem ederae habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixere. Alterum *a.* immortalitati proximum, in conuallibus opacis, [2] scandentem arbores, comantibus *b.* acinorum corymbis, contra *c.* venenata omnia efficacissimis, in *d.* tantum, vt acinorum succo infantibus saepe instillato, nulla postea venena nocitura sint. Alterum *e.* genus culta [3] amare, et in his gigni, nullius effectus. [4] Illam *f.* esse smilacem priorem, cuius lignum ad aures sonare diximus. Similem *g.* huic aliqui clematida appellauerunt, repentem per arbores, geniculatam et ipsam. Folia *h.* eius [5] lepras purgant.

1. *athophoros. Ch.* 2. *scandentis in arbores. V. scandentem arborum. Ch.* 3. *amat et in his gignitur. V.* 4. *Illa est smilax prior. V.* 5. *lepram. Gr.*

et castigatus est c. 34. vltimo L. XVI. Alia est chamaecissos descripta infra c. 15. huius libri. *Dal.*

a. Alterum immortalitati proximum) Scribendum reor, *Alterum in montanis ali aut proxime*, etc. quoniam sequitur, *Alterum genus culta amare.* Pint.

Alterum) Haec smilax aspera, de qua XVI. 65. et Diosc. IV. 144. H.

b. Comantibus) Obserua, *comare*, quod foliorum et frondis proprium est, dictum de racemo: praeterea corymbum de acino. *Dal.*

c. Contra) Diosc. l. c. H.

d. In) Diosc. l. c. totidem verbis. H.

e. Alterum) Smilax laeuis Dioscoridi appellatur, IV. 145. Σμίλαξ λεία. H.

f. Illam) L. XVI. 63. H.

g. Similem) Κληματῖτις dicta Diosc. IV. 182. smilacem in morem sese arboribus circumuoluens. Περιελίττεται δὲ τοῖς δένδροις ὡς σμίλαξ. Haec Viorna vulgi, Dodonaei Vitalba, p. 399. Nostris, *l'herbe aux Gueux.* H.

h. Folia) Diosc. l. c. Τὰ δὲ φύλλα καταπλασθέντα, λέπρας ἀφίστησι. H.

gant. Semen *i.* aluum ſoluit acetabuli menſura, in aquae hemina aut aqua mulſa. Datur ex eadem cauſa et decoctum eius.

L. (XI.) Arundinis *k.* genera [1] XXIX. demonſtrauimus, non aliter euidentiore illa *l.* [2] naturae vi, quam continuis his voluminibus tractamus. Siquidem *m.* arundinis radix contrita et impoſita, filicis ſtirpem corpore extrahit: item arundinem filicis radix. Et quoniam plura genera fecimus, illa quae in *n.* [3] Iudaea Syriaque naſcitur odorum vnguentorumque cauſa, vrinam *o.* mouet cum gramine aut apii ſemine decocta. [4] Ciet *p.* menſtrua

1. *XXXIX. Ch.* 2. *natura vt. Ch. Lego naturae vi. natura quam Gr.* 3. *Sic et Ch. Iudaea Syr. naſc. odore vnguentorum vrinam mouet. M. India Gr. et Al.* 4. *Ciet et men. Ch.*

i. Semen) Dioſc. totidem verbis l. c. H.

k. Arundinis) L. XVI. 64. ſqq. H.

l. Illa) Antipathia, et ſympathia. H.

m. Siquidem) Totidem verbis Marc. Emp. c. 34. p. 233. et Plin. Val. III. 49. Hauſere ambo a Celſo V. 26. ſub finem: *Vbi ſurculus corpori infixus eſt ... Surculum ſi fieri poteſt, oportet vel manu, vel ferramento eiicere. Si vel praefractus eſt, vel altius deſcendit, quam vt ita fieri poſſit, medicamento euocandus eſt. Optime autem educit ſuperimpoſita arundinis radix, ſi tenera eſt, protinus contrita: ſi iam durior, ante in mulſo decocta: cui ſemper mel adiiciendum eſt, aut ariſtolochia, cum eodem melle. Peſſima ex ſurculis arundo eſt, quia aſpera eſt: eademque offenſa in filicis haſtula eſt. Sed vſu cognitum eſt vtramque aduerſus alteram medicamentum eſſe, ſi contrita ſuperimpoſita eſt.* H.

n. In) Ita MSS. omnes. Tolerabilis tamen vulgata quoque lectio, *In India Syriaque.* Nam de calamo aromatico agit, quem Indis Syriaeque communem eſſe dixit XII. 48. cum Dioſc. V. 17. H.

o. Vrinam) Dioſc. V. 17. haec totidem verbis de calamo aromatico: Δύναται δὲ οὖρα κινεῖν ποθείς· ὅθεν ἁρμόζει

ſtrua admota. Medetur conuulſis duobus obolis pota, iocineri, renibus, hydropi, tuſſi *q.* etiam ſuffitu, magiſque cum reſina. Furfuribus hulcerumque manantibus [1] cum myrrha decocta. Excipitur et *r.* ſuccus eius, fitque [2] elaterio ſimilis. Efficaciſſima autem in omni arundine quae proxima [3] radici. Efficacia et genicula. Arundo *s.* Cypria, quae donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat: item putreſcentia hulcera. Foliis *t.* eius ad extrahendos aculeos vtuntur: [4] efficacibus *v.* et contra ignes ſacros, collectioneſque omnes. Vulgaris *x.* arundo extractoriam vim habet, [5] et recens tuſa, non in radice tantum. Multum *y.* enim et ipſam arundinem valere tradunt. Medetur *z.* luxatis, et ſpinae doloribus radix in aceto illita. Eadem

1. *cum vino radix dec. M.* 2. *alteri. M. poterio. V.* 3. *radice efficaciora gen. Ch.* 4. *efficacius. Gr.* 5. *et in M. d.*

ἁρμόζει μετὰ ἀγρώστεως ἢ σελίνου σπέρματος ἀφεψηθεὶς καὶ ποθεὶς, ὑδρωπικοῖς, νεφριτικοῖς, etc. H.

p. Ciet) Dioſc. l. c. H.

q. Tuſſi) Dioſc. l. c. Βῆχάς τε ἰᾶται ὑποθυμιώμενος καθ' ἑαυτὸν, καὶ σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ. H.

r. Et ſuccus eius fitque elaterio) Abſurdum hoc, neſcio e quo petitum. *Dal.*

s. Arundo) Haec totidem verbis Dioſc. I. 114. et Alexand. Iatroſ. I. 4. H.

t. Foliis) Dioſc. l. c. radice. H.

v. Efficacibus) Subintellige, foliis. Ita MSS. non *efficacius.* Plinius, *ignes ſacros*: Dioſcorides, vt ſaepe monuimus, ἐρυσιπέλατα; ille *collectiones:* Φλεγμονὰς iſte dixit. Τὰ δὲ φύλλα χλωρὰ κοπέντα καὶ ἐπιτεθέντα, ἐρυσιπέλατά τε καὶ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἰᾶται. H.

x. Vulgaris) Dioſc. l. c. H.

y. Multum enim et ipſam barundinem) Aliter in vetuſto codice, *multa enim de ipſa barundine tradunt.* cetera ſuperfluunt. *Pint.*

z. Medetur) Dioſc. l. c. Σὺν ὄξει δὲ στρέμματα καὶ ὀσφύος ἀλγήματα παρηγορεῖ. H.

Eadem recens trita in vino pota, Venerem concitat. Arundinum *a.* lanugo illita auribus, obtundit auditum.

LI. [1] Cognata in Aegypto res est arundini papyrus, praecipuae *b.* vtilitatis, quum *c.* [2] inaruit, ad *d.* laxandas siccandasque fistulas, et intumescendo ad

Mm 5

1. *cognita. Aeg. res har. ipsarum. Ch.* 2. *inaruerit. M.*

a. Arundinum) Diosc. l. c. Ἡ δὲ ἀνθήλη τῶν καλάμων ἐμπεσοῦσα εἰς τὰς ἀκοὰς, κώφωσιν ἐργάζεται. *Paniculae flos, si aures intrauerit, exsurdat.* H.

b. Praecipuae) Diosc. I. 115. Εὐχρηστεῖ δὲ εἰς τὴν ἐν ἰατρικῇ χρῆσιν πρὸς ἀναστόμωσιν συρίγγων, σκελετευθεῖσα διάβροχος, περιειλημένη λίνῳ ἄχρι ξηρασίας. Στεγνουμένη γὰρ καὶ καθιεμένη ἐμπίπλαται ὑγρασίας, καὶ ἐξοιδοῦσα διανοίγει τὰς σύριγγας. *Praecipuae in medicina vtilitatis est, ad laxanda fistularum orificia, si arefacta fuerit, mox macerata liquore, lino fuerit obuoluta, donec inaruerit. Ita enim madida atque immissa, humore completur, et intumescendo fistulas aperit.* H.

c. Cum inaruit) Ad eum vsum papyri caulem aduectum Aegypto, iam exsuccum et aridum aqua mergebant, madefactumque et in oblongam cylindri formam arcte vinculo ligatum siccari permittebant, deinde cum opus esset exsolutum fistulis indebant, vt intumescens earum os aperiret: qua ratione cheirurgi nostra tempestate medullam Indici milii, Gentianae radicem, spongiam cera imbutam immittunt. Alexandro problemate 93. Lib. I. papyrus σφαιρωθεῖσα aluo suppressa, balani modo subiicitur in sedem, vt diductis sedis musculis, feces exeant, σκευασθεῖσαν ad recludendas fistulas Dioscorides poscit, id est, qua industria diximus, paratam, quo loco Marcellus et Cornarius legendum putant, σκελευτεῖσαν, arefactam et siccatam ὡς σκελετὸν. *Guillandinus.*

d. Ad laxandas siccandasque fistulas et intumescendo) Verba praepostere locata, legendaque vt sentio sic: *ad laxandas aperiendasque fistulas ad introitum medicamentorum, siccandasque intumescendo.* Pint.

do ad introitum medicamentorum aperiendas. Charta *e.* quae fit ex ea, cremata, inter *f.* caustica est. Cinis *g.* eius ex vino potus somnum facit: ipsa ex aqua imposita callum sanat.

LII. Ne in Aegypto quidem nascitur ebenus, vt *h.* docuimus: nec tractamus in medicina alienos orbes: non omittetur tamen propter miraculum. Scobem eius oculis vnice mederi dicunt: lignoque ad cotem trito cum passo, caliginem discutit. Ex aqua vero radice, albugines *i.* oculorum. Item tussim, pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle. Ebenum medici et inter erodentia assumunt.

LIII. Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum: rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum *k.*, folia eius quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes praesidium

e. Charta quae fit ex ea) Apud Galenum et Paulum Pastillus διὰ χάρτȣ describitur ad oris nomas et naturalium insignes. *Dal.*

Charta) Diosc. I. 115. Papyrus vsta, inquit, dum in cinerem redacta fuerit, depascentia hulcera cohibet: id vero charta combusta melius efficit: Βελτίον δὲ ὁ χάρτης δρᾷ τὸ τοιȣ͂τον. Meminit huius medicamenti, διὰ τȣ͂ κεκαυμένȣ χάρτȣ, ad pudendorum affectus et hulcera Galen. κατὰ τόπ. IX. 8. p. 624. Et ad ἀχῶρες sanandos, hoc est, manantia capitis hulcera, *chartae combustae cinis cum aceto medetur*, inquit Theod. Prisc. I. 5. *de achoribus.* H.

f. Caustica) Καυςικὰ medicamenta sunt quae adurendi et exedendi vim habent. H.

g. Cinis) Q. Seren. c. 56. de somno aegris adsciscendo, p. 160. *Charta igitur, variis quam pinxit littera verbis, Vritur: inde cinis calido potatur in amni.* H.

h. Vt) L. XII. 8. H.

i. Albugines) Diosc. I. 129. H.

k. Mirum) Vide quae diximus XVI. 33. H.

dium, ruta addita e vino pota. Pecus etiam, et caprae, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

LIV. Nec rhus Latinum nomen habet, quum *l.* in vsum pluribus modis veniat. Nam *m.* et herba est siluestris, foliis *n.* myrti, cauliculis breuibus, [1] quae *o.* tineas pellit: et *p.* frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali: cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Medici *q.* autem rhoicis vtuntur ad contusa: item *r.* coeliacos, et sedis [2] hulcera, aut

1. *Sic ex MSS. H. taenias Ch. venena et tineas Gr. et Al.*
2. *hulcera. At quae phag. vocant, folia trita, etc. cum aceto sanant. Decoctum. V.*

l. Quum) Quum in vsu medicinae pluribus rebus id nomen accommodetur: et frutici nimirum, fructuique Syriaco, de quo XIII. 13. et herbae siluestri, quae tineas pellit: et frutici coriario, de quo mox dicetur. H.

m. Nam) Chamelaeagnus Dodonaei haec est, Pemptade 6. L. II. 28. p. 768. Aliis Rhus myrtifolia Belgica, aliis myrtus Brabantica: Gallis *Pigment royal.* Vidimus in horto Regio. Viri docti hodie censent eamdem esse cum ea quam vulgo *Thé* Sinarum vocant: neque ab ea, vel forma, vel viribus discrepare. Vide Commentarium Simonis Pauli, de abusu Tabaci, et herbae *Thé.* H.

n. Foliis myrti, cauliculis breuibus) His verbis describere Plinius videtur Rhum Monspessulanam, cuius historia traditur in silua vniuersae historiae plantarum. *Dal.*

o. Quae) Et glires abigi, et pediculos necari ea scimus: nec serpentes in saltibus iis, in quibus ea frequens est, posuere cubilia. H.

p. Et) Hoc est, quo coria perficiuntur, vt est alias dictum saepius. Haec rus myrtifolia Lobelii, in Aduu. p. 412. quam et nos in Regio horto vidimus. H.

q. Medici) Subintelligitur, foliis: rhois illius videlicet quae Syriaca dicitur, expedita a nobis XIII. 13. non myrtifoliae. H.

aut quae phagedaenas vocant, [1] trita cum melle, et [2] illita cum aceto. Decoctum *s.* eorum instillatur auribus purulentis. Fit *t.* et stomatice decoctis ramis ad eadem, quae ex moris: sed efficacior admixto alumine. [3] Illiniturque eadem hydropicorum [4] tumori.

LV. Rhus *v.*, [5] qui erythros appellatur, [6] semen est huius fruticis. Vim *x.* habet astringendi refrigerandique. Aspergitur *y.* [7] pro sale

1. *tritis cum melle, et illitis. Alii V.* 2. *intrita. Ch.* 3. *illinitur. Ch.* 4. *tumoribus. Gr.* 5. *Sic et Ch. Rhus quae erythros appellatur, frutex est, et huius fruticis semen vim habet. Gr. et Al.* 6. *huius fruticis semen est. Vim. V.* 7. *cum sale. V.*

r. Item) Diosc. I. 147. Monspelii, vbi rhus illa fruticat, panem conficiunt ex iure huius seminis, et farina, ad dysenteriam accommodatissimum. H.

s. Decoctum) Diosc. l. c. H.

t. Fit) De stomatice, quae fit ex moris, eiusque dotibus, dictum est, XXIII. 71. H.

v. Rhus, quae erythros appellatur) Inepte Plinius Rhun erythron differre putat ac distinguit a rhoë coriariorum. *Dal.*

Rhus) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Rhus*) Prius legebatur: *Rhus, quae erythros appellatur, frutex est: et huius fruticis semen vim habet*, etc. Quae lectio Dalecampium impulit, vt Plinium diceret rhun erythron a rhoe coriariorum, ceu diuersos frutices, inepte discriminare. Sed librariorum ille, non Plinii omnis error est. Quid ille senserit, scripseritque, sincera scriptura exhibet, quam totidem syllabis apicibusque repraesentamus, quod sunt in R. 2. codice. Et sane si fruticem diuersum putaret, formam, vt solet, ob oculos poneret: neque tantum fruticem esse admoneret, quae ipsi cum rhoe altero communis appellatio est. Sed de semine eius fruticis, non de toto frutice agit. H.

x. Vim) Galen. de fac. simpl. VIII. p. 225. H.

y. Aspergitur) Diosc. l. c. H.

ſale [1] obſoniis. Aluos *z.* ſoluit, omneſque carnes cum ſilphio ſuauiores facit. Hulceribus medetur manantibus cum melle: aſperitati *a.* linguae, percuſſis, liuidis, deſquamatis eodem modo. Capitis [2] hulcera ad cicatricem celerrime perducit: et *b.* feminarum abundantiam ſiſtit cibo.

LVI. [3] Alia *c.* res erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanae, pelleſque perficiuntur: in medicina vrinam *d.* ciet: morbum *e.* regium ſanat ex aqua mulſa, et lichenas ex aceto illita: et *f.* iſchiadicos, et paralyticos, ita vt bibentes lauentur quotidie. Radix *g.* ſemenque trahunt menſes, aluum ſiſtunt, et collectiones diſcutiunt. Contra *h.* ſerpentes rami *i.* cum foliis imponuntur. Folia et capillum infi-

1. obſoniis aluo ſoluta. Corn. et Ch. *2. vulnera. Ch.* *3. Sic ex MSS. H. et Ch. alia eſt er. Gr. et Al.*

z. Aluos) Marc. Emp. c. 27. p. 191. H.

a. Aſperitati) Dioſc. l. c. H.

b. Et) Dioſc. l. c. Καὶ λευκὸν ῥοῦν ἵστησιν. H.

c. Alia) Alia nimirum ab erythro rhoe, cum quo nominis aliquam cognationem habet. Egimus de ea XIX. 17. Cael. Aurel. Chron. III. 5. *Rubea, quam Graeci erythrodanon vocant.* Vide et Dioſc. III. 160. Galli vocant, *de la Garance, berbe aux teintures.* H.

d. Vrinam) Dioſc. l. c. H.

e. Morbum) Dioſc. l. c. Ἰκτερικοῖς μετὰ μελικράτου πινομένη βοηθεῖ. Plinius quoque Valer. II. 59. Q. Seren. c. 59. de morbo regio, p. 161. *Huic rubia ex mulſa fertur conducere lympha.* H.

f. Et) Dioſc. l. c. Ἰσχιαδικοῖς τε καὶ παραλελυμένοις; et Galen. de fac. ſimpl. med. VI. p. 175. Sic etiam Marc. Emp. c. 25. p. 174. Plin. Val. II. 45. et Q. Seren. c. de iſchia, et articulari morbo. H.

g. Radix) Dioſc. l. c. totidem verbis, et Galen. l. c. poſt Hippocr. de nat. mul. text. 29. p. 379. H.

h. Contra) Dioſc. l. c. H.

i. Rami cum foliis imponuntur) Succus cum foliis bibi-

[1] inficiunt. Inuenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiamsi adalligatus spectetur tantum.

LVII. Distat *k.* ab eo, qui alysson vocatur, foliis tantum et ramis minoribus: nomen accepit, quod *l.* a cane [2] morsos rabiem sentire non patitur, potus ex aceto adalligatusque. Mirum *m.* est

1. Sic ex MSS. H. et Ch. tingunt Gr. et Al. 2. Sic ex MSS. H. et Ch. commorsos Gr. et Al.

bibitur. Θηριοδήκτοις βοηθεῖ χύλος μετὰ τῶν Φύλλων ποθείς. Plinius legisse videtur, βοηθεῖ ναυλὸς μετὰ Φύλλων ἐπιτιθείς. *Cornar.*

k. Distat) Nec Galeni istud, nec Dioscoridis ἄλυσσον, etsi eadem vtrobique originatio nominis, et geminae vires. Neutrum enim ex iis folia habet, ramosque rubiae seu erythrodano pares. H.

l. Quod) Et de suo pariter alysso id Diosc. III. 105. Ἀπὸ τῦ λύσσαν κυνὸς ἰᾶσθαι. H.

m. Mirum est quod additur) Plutarchus tertio Symposiacôn scribit alysson, si manu teneatur, vel omnino aspiciatur, singultu liberare: quo loco pro λυσμῦ quidam legendum putant λύσσης. Est apud Pausaniam in Arcadicis Alysson fons, oppido Cinaethaensium vicinus, cuius aqua potu sanat a cane rabioso commorsos. Alysson hoc Plinii, Dioscoridis historiae nihil conuenit, vt ii prorsus reiiciendi non sint, qui alysson Plinii, herbariorum asperulam esse putant. Alysson Galeno est folio prasii, flore cyaneo, L. II. de antidotis. *Dal.*

Mirum) Pus videlicet quod in hulcere est, a morsu canis. Vide N. et Em. N. XIX. (hic pos.) *Mirum*) De sanie quae fluat ab hulcere ex morsu canis nunc agi, commonstrat ipsa per se orationis series. Et *saniem* quidem, et *siccari*, prae se ferunt MSS. omnia exemplaria: praeter R. 2. in quo *insaniam* manifesto errore legitur: quid enim est, *insaniam siccari?* Non placet tamen Saraceno ea lectio: sed *singultum*, non *saniem*: moxque *sanari*, non *siccari* scribi contendit oportere in Nott. ad Diosc. Plinii

est quod [1] additur, [2] saniem *n.* conspecto omnino frutice eo siccari.

LVIII. Tingentibus *o.* et radicula lanas praeparat, quam struthion a Graecis vocari diximus. Medetur *p.* morbo regio [3] et ipsa decocto eius poto, item pectoris vitiis. Vrinam *q.* ciet, aluum soluit, et vuluas purgat. Quamobrem aureum [4] poculum medici vocant. Ea *r.* et ex melle prodest magnifice ad tussim, [5] orthopnoeae cochlearis men-

1. *traditur. M.* 2. *insaniam consp. om. fr. eo sanari. V.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. et ipsa decocta, et ius potum. V. decocti eius potu Gr. et Al.* 4. *petition. Ch.* 5. *et orthopnoeam. V.*

Plinii porro si refingendi mentem Dioscorides primum iniecit: Sic enim ille III. 105. de alysso: Ταύτης τὸ ἀφέψημα ποθὲν, λυγμὲς τὲς δίχα πυρετῦ λύει, καὶ κρατηθὲν δὲ ἢ ὀσφρανθὲν, τὸ αὐτὸ δρᾷ. *Huius decoctum potu soluit singultus, qui sunt citra febrem: idem praestat, si teneatur, vel olfiat.* Mox etiam Plutarch. Symp. III. vbi in eodem argumento habitat: Τὴν δὲ ἄλυσσον καλεμένην βοτάνην, καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες, ἀπαλλάττονται λυγμῦ. Sed quidquid illi demum scripsere, nec dici a Plinio necesse est omnia ea quae illi commemorarint: nec tractare nefas miraculum naturae aliquod, quod illi non attigerint. H.

n. Saniem conspecto omnino frutice eo siccari) Posset legi, *Sanitatem suspenso omnino frutice conciliari.* vel sic, *fascino suspenso omnino frutice occursari.* Dioscorides libro tertio capite de alysso: *Quinetiam domi suspensam sanitatem creditur facere; fascinationesque omnes ab hominibus pecoreque omni auertere.* Pint.

o. Tingentibus) L. XIX. 18. H.

p. Medetur morbo regio et ipsa decocti eius potu) Pintianus e suo, *et ipsa decocta et ius potum.* Voss. *decocta eius poto.* Lege, *decocta eius pota.* Gron.

q. Vrinam) Haec pariter Diosc. II. 193. H.

r. Ea) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

mensura. Cum *s.* polenta vero et aceto lepras tollit. Eadem *t.* cum panace et capparis radice calculos frangit, pellitque. [1] Panos *v.* discutit, cum farina hordeacea et vino decocta. Miscetur *x.* et malagmatis, et collyriis, claritatis causa: [2] sternutamento vtilis inter pauca: lieni quoque ac iocineri. Eadem pota denarii vnius pondere ex mulsa aqua, suspiriosos sanat. Sic *y.* et pleuriticos, et omnes lateris [3] dolores, apocyni semen ex aqua. Frutex *z.* est folio ederae, molliore tamen, et minus longis viticulis *a.*, semine *b.* [4] acuto, lanuginoso,

1. *Phymata. Diosc.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. Sternutamentum. Ch. ad sternutamenta Gr. et Al.* 3. *dolores semen ex aqua Apocynon frutex est. V.* 4. *semine acuto, diuiso, lan. Gr. et Al.*

s. Cum) Diosc. l. c. H.

t. Eadem) Diosc. ad verbum. l. c. H.

v. Panos) Diosc. l. c. Διαφορεῖ καὶ τὰ φύματα σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ, καὶ οἴνῳ ἑψηθέν. H.

x. Miscetur) Diosc. l. c. Μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις ὀξυδερκέσι, καὶ μαλάγμασι. H.

y. Sic) Hoc est, ex aqua mulsa pota vnius denarii pondere. Vide N. et Em. N. XX. (hic adi.) *Sic*) Sic MSS. omnes, editique libri. An igitur ἀπόκυνον Galeni, de fac. simpl. med. VI. p. 15. quod ait esse homini quoque venenum, ἔστι δὲ ἀνθρώπων δηλητήριον, nihil a Plinio discrepet: an legendum hic potius, *sic et pleuriticos, et omnes lateris dolores semen ex aqua*: vt ad radiculam, de qua proxime antea legitur, ista referantur: mox, *Apocynon frutex est*, etc. quod iam visum est non nemini satius: amplius considerandum censeo. H.

z. Frutex) Totidem verbis describitur a Dioscoride IV. 81. Ἀπόκυνον, οἱ δὲ κύναγχον, etc. Pingitur a Dodonaeo, Periplocae prioris nomine, p. 403. et a Clusio hist. rar. pl. I. p. 125. quo Apocynum tertium latifolium appellatur. H.

a. Viticulis) Virgultis, cauliculis, sarmentis. H.

b. Semine) Semine acuto, in siliqua fabarum instar discreto, molli intus, candidaque

nofo, graui *d.* odore. Canes *e.* et omnes quadrupedes necat in cibo datum.

LIX. Eſt *f.* et roſmarinum. Duo genera eius. Alterum ſterile, alterum cui et caulis, et ſemen reſinaceum, quod *g.* cachrys vocatur. [1] Foliis *h.* odor thuris. [2] Radix *i.* vulnera ſanat viridis impoſita, et ſedis procidentia, condylomata, et haemorrhoidas. Succus *k.* et fruticis et radicis morbum regium, et ea quae repurganda ſunt. Oculorum *l.* aciem exacuit. Semen *m.* ad vetera pectoris vitia datur potui. Et *n.* ad vuluas cum vino

1. *radici. Dioſc.*   2. *Herba. Dioſc.*

daque lanugine, quae tomento ſimilis, incluſo. H.

c. Lanuginoſo) Siliqua folliculari concluſo; quae lanugine plena eſt. *Dal.*

d. Graui) Dioſc. l. c. Φύλλα βαρύοσμα. H.

e. Canes) Dioſc. l. c. H.

f. Eſt) Diximus de eo XIX. 62. Λιβανωτὶς eſt Dioſcoridis; III. 87. a quo haec duo pariter genera totidem verbis delineantur. H.

g. Quod) Dioſc. l. c. Κάγχρυς; et Apuleio *Canchrys.* Theophr. qui ſimilia tradit Hiſt. IX. 12. Κάχρυς. H.

h. Foliis) Dioſc. l. c. Φύλλα δὲ ... εὐώδη. At de radice mox: Ῥίζα δὲ ... ὄζουσα λιβάνου. Sic Theophr. Hiſt. IX. 12. Ῥίζαν δὲ μεγάλην, καὶ παχεῖαν, λευκὴν ὄζουσαν ὥσπερ λιβανωτοῦ. Idcirco teſte Apuleio de virt. herb. c. 79. de roſmarino, *antequam thus ſciretur, hac herba homines Deos placabant.* H.

i. Radix) Herbae ipſi Dioſc. has vires adſcribit: ἡ πόα καταπλασθεῖσα λεία etc. At Theophr. l. c. radici: χρησίμη δὲ ἡ μὲν ῥίζα, πρός τε τὰ ἕλκη. H.

k. Succus) Hoc vero Dioſc. l. c. poto ſemini: idem c. 89. decocto radicis adiudicat. H.

l. Oculorum) Dioſc. l. c. Ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πόας, ὀξυδερκὴς, μιγνύμενος μέλιτι, καὶ ἐγχριόμενος. Galen. item de fac. ſimpl. med. VII. p. 203. et Apulei. c. 79. tit. 7. H.

m. Semen) Dioſc. l. c. H.

n. Et) Vide N. et Em. N. XXI. (hic conſp.) *Et*) An Plinius hoc loco ex Dio-

vino et pipere. Menses o. adiuuat. Podagris p. illinitur cum [1] aerina farina. Purgat q. [2] etiam [3] lentigines, [4] et quae excalfacienda [5] sunt, aut quum sudor quaerendus, illitum: item conuulsis. Auget r. et [6] lac in vino potum: item radix. Ipsa s. herba strumis cum aceto illinitur: ad t. tussim cum melle prodest.

LX. Cachrys v. multa genera habet, vt diximus. Sed x. haec, quae ex [7] rore supra dicto nascitur,

1. *eruina.* M. 2. *Sic ex MSS.* H. *et* Ch. *et* Gr. *et* Al. 3. *vitiligines.* Diosc. 4. *prodest iis quae.* V. 5. *sint.* Ch. 6. *lacte.* Ch. 7. *Rosmarino.*

Dioscoride: an, quod verius puto, ex Plinio Dioscorides emendandus sit, eruditi diiudicent. Scripsit ille III. 87. de libanotide seu rore marino: Ὁ δὲ καρπὸς πινόμενος ... βοηθεῖ ... ἰκτερικοῖς τε, μετὰ πεπέρεως καὶ οἴνου διδόμενος. *Semen potum ... auxiliatur ictericis, hoc est, regio morbo laborantibus, cum pipere ac vino exhibitum.* Legisse Plinium ὑστερικαῖς, non ἰκτερικοῖς plane apparet: hoc est, *mulieres vuluae malo opportunas*: non *morbum arquatum*, seu *regium*. H.

o. *Menses*) Diosc. l. c. De radice hoc Theophr. l. c. H.

p. *Podagris*) Hoc est, loliacea. Diosc. l. c. Ποδάγραις τε καταπλασσόμενος λεῖος σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει. Frustra igitur *eruina* hic nonnulli reponunt. H.

q. *Purgat*) Ἀλφούς τε σμήχει. Diosc. l. c. H.

r. *Auget*) Hoc de semine seu fructu pariter Theophr. l. c. H.

s. *Ipsa*) Diosc. l. c. Καὶ χοιράδας συμπέπτει. H.

t. *Ad*) Apulei. c. 79. t. 5. ad tussim: *Herbam rosmarinum cum piperis granis centum, mellis vnciis duabus teres, et facies pastillos, et dabis vnum mane et vnum sero, quum dormitum vadit, tussim sedat.* H.

v. *Cachrys*) L. XVI. 11. H.

x. *Sed*) Hoc est, e rosmarino, siue libanotide, de qua proxima sect. dictum est. Hanc libanotidem cachryferam aduersus serpentes et scorpiones commendat

nascitur, si fricetur, resinosa est. Aduersatur venenis et venenatis, praeterquam anguibus. [1] Sudorem mouet, tormina discutit, lactis vbertatem facit.

LXI. Herba *y*. Sabina, brathy appellata a Graecis, duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. [2] Quare *z*. quidam Creticam cupressum dixerunt. A *a*. multis in suffitus pro *b*. thure assumitur: in *c*. medicamentis vero duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Collectiones *d*. minuit, et

 nomas

1. *Sudores. Ch.* 2. *Qua ex re quidam. V.*

dat Nicander in Theriac. p. 60. Ἄμμιγα καγχρυφόρῳ λιβανώτιδι. H.

y. *Herba*) Diosc. I. 104. Βράθυς, ἔνιοι βάραθρον καλοῦσι. Ἔστι δὲ τούτου εἴδη δύο· τὸ μὲν γάρ ἐστι τοῖς φύλλοις ὅμοιον κυπαρίσσῳ ... τὸ δὲ ἕτερον μυρίκῃ etc. Sic et Oribas. XI. p. 193. Diuersa haec ab arbore peregrina brato, de qua XII. 39. Nunc *Sabine* et *Savinier* Galli vocant. Myricae seu tamaricis folio pingitur a Matthiolo in Diosc. I. p. 124. sine baccis illa quidem, seu sterilis. Altera cupressi folio, siue baccifera, a Lobelio in Aduu. p. 447. Vtraque visa nobis in horto Regio. H.

z. *Quare*) Sabinam cupressum nominat Apuleius c. 85. Neophytus in Glossis Iatricis: Βραθὺ, κυπάρισσος Κρητικός. H.

a. *A multis*) Diosc. et Orib. ll. cc. Hesychius: Βραθὺ, πόα τις θεοῖς θυομένη. Ouid. Fast. I. 341. de vetustioris aeui moribus: *Thura nec Euphrates, nec miserat India costum, Nec fuerant rubri cognita fila croci. Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis, Et non exiguo laurus adusta sono.* Virgil. quoque laudatus a nobis XVI. 33. H.

b. *Pro thure assumitur*) Virgilius in Culice: *Herbaque thuris opes priscis imitata Sabina.*

c. *In*) Haec totidem verbis Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 165. H.

d. *Collectiones*) Diosc. pariter l. c. Τὰ φύλλα ἵστησιν νομὰς, καὶ φλεγμονὰς κατα-

nomas compescit. Illita *e.* hulcera purgat. Partus *f.* emortuos apposita extrahit, et [1] suffitu. Illinitur *g.* igni sacro et carbunculis. Cum *h.* melle et vino pota, regio morbo medetur. Gallinacei *i.* generis pituitas fumo eius herbae sanari tradunt.

LXII. Similis *k.* herbae huic Sabinae est selago appellata. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, [2] qua sinistra exuitur velut a furante, candida veste vestito, [3] pureque [4] lotis nudis pedibus, sacro *l.* facto prius quam legatur, [5] pane *m.* vinoque. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidae Gallorum, et contra omnia oculorum vitia fumum eius prodesse.

LXIII.

1. *suffita.* Ch. 2. *quae.* M. 3. *puraque.* D. *sub aqua.* 4. *lautis.* Ch. 5. *ex pane.* D.

καταπλαττόμενα πραΰνει. H.

e. Illita) Diosc. et Gal. ll. cc. H.

f. Partus) Diosc. l. c. *Et viuos necat, et mortuos extrahit,* καὶ τὰ ζῶντα τῶν ἐμβρύων διαφθείρει, τὰ νεκρὰ δὲ ἐκβάλλει, inquit Galen. l. c. H.

g. Illinitur igni sacro et carbunculis) Aliter, vt opinor distinguenda verba et scribenda: *Illinitur igni sacro et carbunculis ex vino. Cum melle pota regio morbo medetur.* Dioscorides libro primo capite de herba Sabina. *Pint.*

Illinitur) Diosc. l. c. Plin. Val. III. 30. et 34. H.

h. Cum) Plin. Val. II. 59. *Regio morbo pellendo: Herba Sabina, quae habet folia quasi cupressus, trita ex vino potui datur.* Apul. c. 85. t. 1. *Ad morbum regium ... Herba Sabina cum melle et vino pota auriginem discutit,* etc. H.

i. Gallinacei) Vide quae diximus X. 78. H.

k. Similis) Herbariis hodie incognita Nic. Chorier, hist. Delph. II. p. 90. existimat esse Chamaepeucen, de qua dicemus f. 86. H.

l. Sacro facto priusquam legatur pane vinoque) Voss. *pare vinoque.* Forte, *thure vinoque.* Gron.

m. Pane) Ita MSS. omnes. H.

LXIII. Iidem *n.* [1] samolum herbam nominauere nascentem in humidis; et hanc sinistra manu legi a ieiunis contra morbos suum boumque, nec respicere legentem: [2] nec alibi, quam in canali, deponere, ibique [3] conterere poturis.

LXIV. [4] Gummium *o.* genera diximus. [5] Ex his maiores effectus melioris cuiusque erunt. Dentibus [6] inutiles sunt. [7] Sanguinem coagulant, et ideo [8] reiicientibus *p.* sanguinem prosunt: item *q.* ambustis, [9] arteriae *r.* vitiis. [10] Inutilem vrinam

 cient,

1. *samosum.* Ch. 2. *nequaquam in.* Ch. 3. *congerere.* V. *ibi continere.* Ch. 4. *Gummi.* M. 5. *In.* Ch. 6. *inutilia.* Dal. 7. *Haec, Sang. coag. et ideo, in* M. d. 8. *eiicientibus.* Ch. 9. *et arteriae.* Ch. 10. *inutiles vrinas.* Ch.

n. Samolum) Samolum Pulsatillam esse puto, quam etiamnum hodie Bononienses vocant *Samiolo*, vt ait Anguillata L. XI. *Dal.*

Iidem) Sic etiam in Indice. At hoc loco MSS. quidam *samosum* habent. Bononiensibus *Samiolo*, teste Anguillara P. XI. p. 197. Nostris *Pulsatilla* dicitur. Pingitur a Dodonaeo p. 430. H.

o. Gummium) L. XIII. 20. In MSS. *cummium.* Veteres *cummim* dixere, femineo genere: vt diximus XIII. 20. H.

p. Reiicientibus) Plin. Val. I. 64. cui lemma inscriptum, *sanguinem reiicientium curatio*: *Gummi optimum*, inquit, *cum vino soluitur, et datur: et si fieri potest, gummi ex amygdalis sit.* Iterumque c. 66. cui titulus: *Ad eos qui sanguinem de stomacho vel vena satis emittit. Gummi optimum in ore soluatur: sic paulatim glutiatur: multoque melius, si id amygdalinum fuerit.* Ita fere etiam Marc. Emp. c. 16. p. 120. H.

q. Item ambustis arteriae vitiis) Lego alia distinctione, *Item ambustis, arteriae vitiis inutiles. Vrinam cient.* Nam quoniam praecesserat, dentibus inutiles esse, interpositis his quibus prosunt, redit rursus ad incommoda, atque inutiles esse ambustis et arteriae vitiis. *Pint.*

r. Arteriae) Galen. de fac.

cient, amaritudines *s.* hebetant aſtrictis *t.* ceteris. Quae ex amygdala amara eſt, [1] ſpiſſandique *u.* viribus efficacior, habet excalfactorias vires. Praeponuntur *x.* [2] autem prunorum, et ceraſorum, ac vitium. Siccant [3] illitae et aſtringunt: ex aceto vero infantium lichenas ſanant. Proſunt et tuſſi veteri, quatuor obolis in *y.* [4] mixto potis. Creduntur et colorem gratiorem facere, ciborumque appetentiam, et *z.* calculoſis prodeſſe cum paſſo potae. Oculorum et vulnerum vtilitatibus maxime [5] conueniunt.

LXV. [6] Spinae *a.* Aegyptiae, ſiue (XII.) Arabicae

1. adſtringendi: Dioſc. 2. *Sic ex MSS. H. et M. Proponuntur prunorum autem. Ch. praeponuntur aut Gr. et Al.* 3. *illita. V.* 4. *muſto. V.* 5. *conueniunt e ſpina Aegyptia (XII) Spinae Arabicae Gr. et Al.* 6. *In M. d. baec vltima.*

fac. ſimpl. m. VII. 193. Τραχυτήτων ἰατικὴ, *medetur aſperitatibus* faucium ſcilicet. H.

s. Amaritudines hebetat) Medicamentorum acrimoniam hebetat, quibus admiſcetur. Dioſc. de gummi Aegyptiae ſpinae. *Dal.*

t. Aſtrictis ceteris. Quae ex amygdala amara eſt) Scribendum arbitror, *Aſtringit plus ceteris quae ex amygdala amara eſt, ſpiſſandique viribus efficacior.* vt in initiis capitis ſequentis: *et ipſa ſtringit ſpiſſatque.* ſic enim legitur in ſcripto exemplari. *Pint.*

Adſtrictis) Ceteris conglutinatis, ſpiſſatiſque humoribus. H.

v. Spiſſandique) Dioſc. adſtringendi I. 176. Τὸ δὲ κόμμι αὐτῆς ςύφει καὶ θερμαίνει, καὶ βοηθεῖ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενον. *Gummi ex amygdala adſtringit, calfacit, et contra ſanguinis reiectionem potum auxilio eſt.* H.

x. Praeponuntur) De his gummium generibus diximus, XIII. 20. H.

y. In) Ita enim MSS. Forte ſincerius, *in muſto.* H.

z. Et) His ceraſorum inprimis gummi prodeſſe ſcribit Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 189. H.

a. Spinae) L. XIII. 19. Acacia

bicae *b*. laudes in odorum loco [1] diximus: et *c*. ipſa [2] ſpiſſat ſtringitque diſtillationes omnes, et ſanguinis exſcreationes, menſiumque abundantiam, etiamnum radice valentior.

1. *diximus Arabica ſpiſſat*, etc. 2. *ſtringit ſpiſſatque*. Ch.

Acacia eſt, ſeu ſpina Aegyptia, cuius iconem exhibet Dalecampius hiſt. pl. rar. II. p. 161. et Bellonius Obſſ. I. 56. Et nunc in Gallia prouenit: ſed propter ſoli caelique mutationem ab Aegyptiaca degener. Vide N. et Em. N. XXII. (hic coll.) *Spinae)* Diuulſa haec ad hunc diem ſententia, diſtractaque in partes duas, impeditum habet intellectum. Sic enim legebatur: *e ſpina Aegyptia*, quae verba ſuperiori adnectebantur lectioni. Mox ducto a ſequentibus verbis initio capitis alterius, *Spinae Arabicae laudes*, etc. quod incogitanter et obliuioſe ſcriptum a Plinio Dalecampius exclamat. At ſinceram eſſe, quam repraeſentamus, ſcripturam, vel ex ipſo huius loci indice perſpicuum eſt: ſic enim habet, *ſpina Aegyptia, ſiue Arabica*. Et ſuffragatur etiam Galen. de fac. ſimpl. m. VI. 17. p. 152. Ἄκανθος Αἰγυπτία· ἔνιοι δὲ Ἀραβικὴν ὀνομάζουσιν. H.

b. Spinae Arabicae laudes, etc.) Duo poſteriora verba capitis praecedentis his adiungenda, et legend. *Spinae Aegyptiae ſiue Arabicae laudes in odorum loco diximus*. Et paulo poſt legend. *Eſt et acacia ſpina, fit in Aegypto alba nigraque arbore, item viridi, ſed longe melior eſt prioribus*. Salmaſ. p. 530. a.

Spinae Arabicae laudes in odorum) De Aegyptia ſpina tractatum eſt c. 9. et 11. L. XIII. De Arabica nuſquam. Incogitanter et obliuioſe hoc Plinius. Lego, *Spinae Aegyptiae laudes in odorum loco diximus. Arabica ſpiſſat*, etc. Dal.

c. Et) Dioſc. V. 15. Ἄκανθα Ἀραβικὴ ἐοικυῖα τὴν φύσιν εἶναι δοκεῖ τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, στύφουσα· καὶ πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον, καὶ πρὸς ἀναγωγὴν αἵματος, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ῥευματισμοὺς, ἡ ῥίζα παραπλησίως εὐθετεῖ. *Spina Arabica natura ſpinae albae ſimilis eſſe creditur: ſiquidem adſtringit: et ad fluxum muliebrem, ſanguinis reie-*

LXVI. Spinae *d.* albae semen contra scorpiones auxiliatur. Corona ex ea imposita, capitis dolores minuit. Huic *e.* similis est spina illa, quam Graeci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis *f.* per extremitates, et araneosa lanugine obductis: qua collecta, etiam *g.* vestes quaedam bombycinis similes fiunt in Oriente. Ipsa *h.* folia vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur.

LXVII.

reiectionem, ceterasque fluxiones radix simili modo valet. Galen. quoque de fac. simpl. m. VI. Στυπτικωτέρα δὲ καὶ ξηραντικωτέρα τὴν δύναμίν ἐστι. Ex ea spina gummi fit, laudatum iam ante a Plinio, XIII. 20. quod *gummi acanthinum* Celsus vocat V. 2. atque inter ea adnumerat, quae vulnus glutinent. H.

d. Spinae) Diosc. III. 14. H.

e. Huic) Diosc. III. 18. Ἀκάνθιον ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ· ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχάς, καθ' ἃς ἀραχνοειδής ἐστι χνοῦς· τοῦ συλλεγομένου etc. *Acanthium folia gerit spinae albae similia, in summo vero aculeatas eminentias, araneosa lanugine obductas, e qua collecta vestes bombycinis similes fieri aiunt.* Ignota haec nobis, ut et Aloisio Anguillarae, ipso fatente, P. VIII. p. 148. H.

f. Aculeatis) Diosc. l. c. ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχάς, *in summitate eminentias aculeatas*, quales nimirum cernimus in carduis, et congeneribus acanthi spinis, quae summum capitulum floris instar habent, qui quum senescit, in pappos lanuginosos abit. Verum Plinius non in summitate caulis ac spinae, sed in foliorum extremis marginibus hanc lanuginem inesse ait, indeque depecti vesti texendae, ut ex foliis arborum Sericarum fieri diximus, VI. 20. Quod ut in orientali acanthio verum sit, (neque enim scire id certo licet,) de nostro certe acanthio, quale in horto regio contemplati sumus, pictum a Lobelio in Obss. p. 476. accipi utique non potest. H.

g. Etiam) Acanthinae inde appellatae: de quibus Vossium vide in Etym. verbo, *Acanthium*. H.

h. Ipsa) Diosc. l. c. H.

LXVII. [1] Est *i*. et acacia e spina. Fit *k*. in Aegypto alba nigraque arbore, item viridi, sed longe melior prioribus. Fit et in [2] Galatia [3] teterrima, spinosiore *l*. arbore. Semen *m*. [4] omnium

 lenti-

1. Est et acacia spinae succus. Fit in Aegypto ex alba. V. Est et acaciae spina Gr. et Al. *2. Ponto et Cappadocia, Diosc.* *3. teterrima. M. deterrima. V. et Ch. teneriore spinosaque. Diosc.* *4. huius. Diosc. nam Aegyptiae lupino simile.*

i. Est et acaciae spina. Fit in Aegypto alba) In vetusto codice, *Et acaciae spina fit in Aegypto alba nigraque arbor. Est itidem viridis, sed longe, etc.* Pint.

Est) Ex Aegyptia quidem, Arabicaque spina, de qua s. 65. quam esse acaciam Dioscoridis III. 133. docuimus apertissime XIII. 19. sq. Sed et acaciae nomen ei succo haesit, qui ex ea arbore premeretur. Vide N. et Em. N. XXIII. (hic adi.) *Est*) Prius legebatur, *Est et acaciae spina*, litterulas *a* et *e* in vnam peruerse conflatis, perturbataque eam ob rem sententia. Acaciae nomen inditum semini ipsi fructuique arboris, succoque qui inde exprimitur, scriptores plurimi contestantur. In quibus auctor libri de simpl. med. ad Pater. T. XIII. Opp. Galeni, p. 984. *Acacia fructus est arboris spinosae, quae maxime in Aegypto nascitur: Hic igitur fructus velut oliua exprimitur, et succus in Sole siccatur, et in glebam redigitur,* etc. Galenus ipse de antidoris, I. 14. p. 889. ad hunc versiculum Andromachi senioris, eius qui Neronis medicus fuit: Δάκρυον ἐῢ μίσγιο βαλὼν κυανωπὸν ἀκάνθης. Δηλοῖ γὰρ, inquit, τὴν ἐκ τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης γενωμένην ἀκακίαν. *Lacrymam misceto caeruleae spinae. Innuit acaciam ex Aegyptia spina factam.* H.

k. Fit) Plin. XIII. 19. *Nec minus spina celebratur in eadem gente,* (Aegypto) *dumtaxat nigra ... candida facile putrescit,* etc. Qui color ei succo est, Dioscorides attigit, l. c. nempe ex fructu maturo, niger: subfuluus ex immaturo. Quis color arborum praestantissimus, non expressit. Album nigrumque Aegyptiacae spinae genus et Theo-

lenticulae ſimile: minore eſt tantum et grano et folliculo. Colligitur *n.* autumno: ante collectum nimio *o.* [1] validius. Spiſſatur ſuccus ex folliculis aqua caeleſti perfuſis: mox *p.* in pila tuſis exprimitur organis: tunc *q.* denſatur in ſole mortariis in paſtillos. Fit *r.* et ex foliis minus efficax. Ad coria perficienda ſemine pro galla vtuntur. Foliorum ſuccus et [2] Galaticae acaciae nigerrimus improbatur: item qui *s.* valde rufus. Purpurea *t.* aut leucophaea, et quae facillime diluitur, vi ſumma ad ſpiſſandum refrigerandumque eſt, oculorum medi-

1. *Validius ſpiſſat. Succus. V.* 2. *Sic et. Ch. Galatiacae Gr. et Al.*

Theophraſtus agnoſcit Hiſt. IV. 3. H.

l. Spinoſiore) Cui et acaciae pariter nomen eſt inditum. Deſcribitur a Dioſc. l. c. Φύεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ, παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ, ἐλάττων μέντοι παραπολὺ καὶ χαμαίζηλος, καὶ τρυφερωτέρα· περίπλεως δὲ ἀκάνθης σκολοποειδοῦς, etc. Minor, quam Aegyptiaca, dicitur, humilis, ac tenerior, aculeis vallorum in modum obſita. H.

m. Semen) Mole lenticulae ſimile, ſiliquis incluſum. Σπέρμα ἐν θυλάκοις ... ἔλαττον φακοῦ, inquit Dioſc. de acacia Pontica: ἐν λοβοῖς, de Aegytia. H.

n. Colligitur) Dioſc. l. c. H.

o. Nimio validius) Quia aeſtate fructus immaturus acerbiſſimus eſt. *Dal.*

p. Mox) Mox in mortario tuſis folliculis, ſuccus exprimitur machinis. De hac voce organi Vitruuium vide X. 1. quid nempe diſtet a machina: haec pluribus operis aut vi maiore agitur: iſtud vnius operae prudenti tractu perficit, quod propoſitum eſt. H.

q. Tunc) Dioſc. l. c. Ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ. Legit tamen et Oribaſius, cum Plinio, ἐν ἡλίῳ, *in ſole.* H.

r. Fit) Dioſc. l. c. H.

s. Qui valde rufus) Quoniam acerbior fructus e quo extrahitur. *Dal.*

t. Purpurea) Subintellige, acacia, ſeu ſuccus arboris. Λευκόφαιος color fuſcus

medicamentis ante [1] alias [2] vtiles. Lauantur *v.* in eos [3] vſus paſtilli ab aliis, torrentur ab aliis. Capillum *x.* tingunt. Sanant *y.* ignem ſacrum, hulcera quae ſerpunt, et *z.* humida vitia corporis; collectiones, articulos contuſos, perniones, pterygia. Abundantiam menſium in [4] feminis ſiſtunt, vuluamque, et ſedem, procidentes. Item oculos, oris [5] vitia, et genitalium.

LXVIII. (XIII.) Vulgaris *a.* quoque haec ſpina,

1. *alia.* *Cb.* 2. *vtilis.* *Dal.* 3. *vſus ab aliis et paſtilli fiunt: torrentur.* *V.* 4. *Sic et menſium feminis Gr. et Al.* 5. *vlcera.* *M.*

fuſcus eſt, hoc eſt, mixtus ex albo nigroque. H.

v. Lauantur) Dioſc. l. c. Πλύνεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ... καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς τροχίσκους ... Ὀπτᾶται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐκφυσσωμένη. *Lauatur et ad oculorum medicamenta ... atque ita in paſtillos cogitur ... Torretur et ſuper carbonibus: igne follibus ventilato.* H.

x. Capillum) Dioſc. de ſucco Aegyptiae acaciae: μελαίνει δὲ καὶ τρίχας. H.

y. Sanant) Reliqua deinceps exſtant et apud Dioſc. l. c. qui has eſſe dotes Aegyptiae acaciae proprias innuit. H.

z. Et) Hulcera, quae ſunt in humidis, vt dictum eſt, XXII. 19. H.

a. Vulgaris quoque haec ſpina) Legend. *Vulgaris quoque haec ſpina, ex qua iniae fullonicae implentur, radices vſus habet, praeter ſpinas quidem multi. Inter odores, et ad vnguenta vtuntur alia, aſpalathum vocantes. Eſt ſine dubio hoc nomine ſpina ſilueſtris in Oriente.* Tribus illis totis capitibus tractat vtilitates et medicinas, quae ex variis ſpinis capiuntur. Vulgaris, inquit, ſpina, quae fullonibus inias praebet ad veſtimenta polienda praeter ſpinas, vtiles fullonibus, radices etiam habet multi vſus. Vide Dioſcoridem. *Salmaſ.* p. 391. b. 392. a. 395. b. 396. b. et 397. a. dicit apud Plinium etiam in vetuſtiſſimis exemplaribus *Hiſpaniam* et *Hiſpanam* reperiſſe ſcriptum pro *Spina.* *Vulgaris quoque haec ſpina, etc.*) Spinam fulloniam hic intel-

ſpina, ex qua cortinae *b.* fulloniae implentur, radicis *c.* vſus habet. Per Hiſpanias quidem multi, et inter odores, et ad vnguenta vtuntur *d.* [1] illa, aſpalathum *e.* vocantes. Eſt ſine dubio hoc nomine ſpina ſilueſtris in Oriente (vt *f.* diximus) candida, magnitudine arboris iuſtae.

LXIX. Sed *g.* et frutex humilior, [2] aeque ſpino-

1. *alia.* V. 2. *atque.* M.

intelligo hippophaeſton, quemadmodum et cap. vlt. L. XVI. Dioſcorides certe et Hippophaës et Hippophaeſton ſpinas eſſe fullonias tradidit. Vide infra cap. 10. L. XXVII. *Dal.* *Vulgaris quoque haec ſpina.*) Potior lectio, *Vulgaris quoque ſpina eſt, qua cortinae fulloniae implentur.* Nec *cortinae* habet noſtrum exemplar, ſed *lanae.* Pint. *Radicis vſus habet*) Struthii, ad lanas purgandas, molliciemque ac candorem conciliandum. *Dal.*

Vulgaris) Hippophaeſton intelligit, qua de ſpina dicetur XXVII. 66. H.

b. Cortinae) Cortinae eae vaſa ſunt, in quibus fouentur aqua calida, curantur, poliunturque veſtes. In MSS. non *cortinae*, ſed *vnae* legitur: forte, *aeneae*, vt L. XXVII. 66. *Hippophaeſton naſcitur in ſpinis, ex quibus fiunt aeneae fulloniae.* etc. H.

c. Radicis) Radiculae, qua diximus lanas lauari, vtilitates repraeſentat. De radicula, quae lanis lauandis eſt vtilis, diximus XIX. 18. H.

d. Vtuntur) Vtuntur ſpina vulgari, quam aſpalatum, ſed forſan male, nuncupant. H.

e. Aſpalathum vocantes) Oſcitanter Plinius aſpalathum orientalem alium eſſe putat, quam Rhodium. *Dal.*

f. Vt) L. XII. 52. H.

g. Sed) Aſpalathi quoque nomine donatus, etiam a Dioſcoride, a quo deſcribitur I. 19. diuerſus ab eo, quem dixit Plinius XII. 52. aſſurgere in magnitudinem arboris modicae. Officinae retinent nomen, *l'Aſpalath.* Vis ligno eadem quae aloes. Deſcribitur a Charaſio, in Pharm. p. 382. In inſula Rhodo naſci ait Anguillara p. 36. et aloe Rhodium appellari. Ruellius, lignum Rhodium, de nat. ſtirp. I. p. 113. H.

ſpinoſus, in *h.* Niſyro, et Rhodiorum [1] inſulis, quem *i.* alii eryſiſceptrum, alii *k.* adipſatheon, [2] ſiue *l.* diacheton vocant. Optimus *m.*, qui minime ferulaceus, rubens, [3] et in purpuram vergens, detracto cortice. Naſcitur pluribus locis, ſed non vbique odoratus. Quam *n.* vim haberet caeleſti arcu in eum innixo, diximus. Sanat *o.* tetra

1. *inſula. V.* 2. *Sic ex MSS. H. alii adipſatheon, ſiue dipſacon Gr. et Al. Syradiariton. (leg. diareton) vocant. M. Sirin diauron. M. alterum.* 3. *aut. Dioſc.*

h. In Niſyro et Rhodiorum inſulis) Sincerior lectio; *in Niſyro et Rhodo inſulis*, ex Dioſcoride libro primo capite de Aſpalatho: *Naſcitur*, inquit, *ad Iſtrum et Niſyrum: in Syria quoque ac Rhodo.* Pint.

In) Dioſc. I. 19. Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐςὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος, γεννώμενος ... ἐν Νισύρῳ, καὶ Ῥόδῳ, etc. H.

i. Quem alii eryſiſceptrum) Legend. *Quem alii iriſceptron, alii diathoon, Syri diaxyron vocant.* ἰρισκηπτὰ dicebantur loca et frutices, quibus iris innitebatur atque incumbebat, quae et odoratiora fieri exiſtimabantur. *Salmaſ.* p. 397. b.

k. Alii adipſatheon, ſiue dipſacon, ſiue diacheton) Scribi poſſet, *Alii ſphagnon ſiue phaſganon, ſiue diaxylon*, ex Dioſcoride libro primo, cap. de Aſpalatho. *Pint.*

l. Siue) In indice huius loci: *Eryſiſceptro, ſiue adipſatheo, ſiue diatiron.* In R. 1. cod. hoc loco: *alii ſyriſceptrum, at ipſi phoeſyri diatiron vocant.* Forte, *at ipſi Phoenices Syri diatiron vocant.* Dioſc. in Noth. p. 441. a Syris *diaxylon* vocari ſcribit: Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ σφάγνον, οἱ δὲ φάσγανον, Σύροι δὲ διάξυλον καλᾶσι. H.

m. Optimus) Non medulloſus, vt ferula ſed lignoſus: ξυλώδης a Dioſc. inprimis laudatur, l. c. καὶ βαρὺς ὑπέρυθρος ἢ πορφυρίζων, πυκνὸς, εὐώδης, etc. H.

n. Quam) L. XII. 52. H.

o. Sanat) Dioſc. l. c. Πρός τε τὰς ἄφθας ἑψηθεὶς μετ᾽ οἴνε, καὶ διακλυζόμενος ἁρμόζει, καὶ πρὸς τὰς

tetra oris hulcera et ozaenas, genitalia exhulcerata aut carbunculantia: item [1] rhagadia: [2] inflationes *p.* potu discutit, et strangurias. Cortex sanguinem *q.* reddentibus medetur. Decoctum *r.* eius aluum sistit. Similia praestare siluestrem quoque putant.

LXX. Spina *s.* est appendix *t.* appellata, quoniam

1. *rhagadia. Inflationes potu discutit.* D. 2. *Sic ex MSS.* H. *Inflationes potu. Discutit et strangurias cortex. Sanguinem reddentibus medetur decoctum eius. Aluum sistit cortex. Similia etc.* Gr. et Al.

τὰς ἐν αἰδοίοις νομὰς καὶ ἀκαθαρσίας ἐγκλυζόμενος, καὶ πρὸς τὰς ὀζαίνας. *Ad tetra oris hulcera in vino decoctus, collutusque conuenit: atque etiam ad genitalium nomas, immundamque illuuiem: nec non ad ozaenas commode infunditur.* Quid sit ozaena, Celsus aperit, VI. 8. *Sin autem ea hulcera,* inquit, *circa nares sunt, pluresque crustas et odorem foedum habent, quod genus Graeci ὄζαιναν appellant, sciri quidem debet, vix ei malo posse succurri.* Scrib. Larg. *ὄζαιναν grauem odorem narium interpretatur.* H.

p. Inflationes) Potu decocti eius reiectionem sanguinis cohiberi, vrinae difficultatem, inflationesque discuti, ait etiam Diosc. l. c. H.

q. Sanguinem reddentibus medetur decoctum eius) Vocabulum *cortex*, non est in antiquo exemplari. Ego vero et paulo ante superfluere puto. Dioscorides loco ante allegato: *Sistit aluum et sanguinis exscreationes potum decoctum eius. Soluit praeterea inflationes et strangurias.* Pint.

r. Decoctum) Diosc. l. c. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ κοιλίαν ἵστησι. H.

s. Spina) Hadr. Iunius eam esse existimat, quae in officinis hodie Berberis dumetorum vocatur: in Gallia vulgo *Espine Vinette.* A Clusio pingitur hist. rar. plant. I. p. 121. Ego magis esse censuerim, quam vulgus officinarum oxyacantham, Gallia *Aubépine* nuncupat. Delineatur a Dodonaeo, p. 738. Oxyacanthi: seu spinae acutae nomine. H.

t. Appendix) Vulgo *Berberis.* Dal.

niam baccae *v.* puniceo colore in ea appendices vocatur. Hae crudae per se, et aridae in vino decoctae, aluum *x.* [1] citam, ac tormina compescunt. Pyracanthae *y.* [2] baccae contra serpentium ictus bibuntur.

LXX. Paliurus *z.* quoque spinae genus est. Semen *a.* eius [3] Afrizuram vocant, contra *b.* scorpiones efficacissimum: item calculosis et tussi. Folia

1. *citant. Ch.* 2. *Pyxacanthi Gr. et Al.* 3. *zuiron. M. aprizaram. Ch.*

v. Baccae) Oxyacanthae, de qua intelligenda quae sequuntur. *Dal.*

x. Aluum) MSS. omnes, R. Colb. Ch. *Aluum citant.* H.

y. Pyracanthae) Dioscoridis haec Ὀξυάκανθα est, seu spina acuta I. 122. piri folio, myrti baccis, spinis asperrima. Pingitur a Lobelio in Aduu. p. 438. Galli vocant rubum ardentem, *Buisson ardent.* Vide N. et Em. N. XXIV. (hic pos.) *Pip.*) Ita rescripsimus admonitu codicum MSS. tum hoc loco, tum vero in Indice: quum prius legeretur, *pyxacanthi.* At de pyxacantho sermo instituitur, s. 77. De pyracantha nunc agi et Nicander probat, qui in Ther. p. 60. commendat inprimis aduersus serpentes et scorpiones: Λάζεο καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄῤῥενος ἄνθην. Πυράκανθα quasi ignea dicitur spina, id est, valde vrens, pungensque. Diosc. I. 122. oxyacantham vocat, et a nonnullis πυρίναν appellari, et πυτυάνθην ait: lege πυρακάνθην, quod nempe vrentes, pungentesque spinas habet. H.

z. Paliurus) Geminum est paliuri genus: vulgare alterum, de quo Diosc. I. 21. alterum Africanum, de quo Plinius XIII. 33. Vulgare a Dodonaeo pingitur, p. 744. Africanum a vulgari fructus forma discrepat, magnitudine ea qua cedri bacca est. H.

a. Semen) Eius nempe spinae, quam Afri paliurum vocant. H.

b. Contra) Et hae paliuro quoque vulgari communes sunt dotes atque vires. Diosc. l. c. Τὸ σπέρμα πινόμενον βῆξιν ἀρήγει, καὶ τοὺς ἐν κύσει λίθους θρύπτει,

Folia c. astrictoriam vim habent. Radix d. discutit panos, collectiones, vomicas: vrinas e. trahit pota. Decoctum f. eius potum in vino aluum sistit: serpentibus aduersatur. Radix praecipue datur in vino.

LXXII. [1] Agrifolia g. contusa addito sale, articulorum morbis prosunt: baccae purgationi h. semi-

1. *Aliqui folia . . . morbis imponunt. Prosunt etc.* Gr. et *Al.*

πτει, καὶ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα ποιεῖ. H.

c. *Folia)* Diosc. l. c. Τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα ςυπτικά. Galenus quoque de fac. simpl. m. VIII. p. 217. H.

d. *Radix)* Diosc. et Gal. ad verbum ll. cc. H.

e. *Vrinas)* Diosc. l. c. H.

f. *Decoctum)* Dioscorid. l. c. H.

g. *Agrifolia)* Agrifolium frutex est, cui et paruae ilicis aquifoliae nomen, vt diximus XVI. 12. Vide N. et Em. N. XXV. (hic coll.) *Agrifolia)* Prius legebatur: *Aliqui folia contusa . . . articulorum morbis imponuant: Prosunt baccae*, etc. Vt ad paliurum haec spectare viderentur, de quo proxime antea legebatur. At vocem *imponunt* MSS.codices, R. Colb. nullus denique vnus agnoscit. Baccas paliurus nullas habet: habet aquifolium quales describuntur, XV. 29. Et agrifolio sermonem hoc loco institui vel ex eo credibile fit, quod statim ob affinitatem hominis, vt fere Plinio familiare est, hac ipsa sectione ad aquifoliam arborem transfertur oratio. Sed rem plane decidit, emendationemque n o s t r a m egregie constabilit Plinius alter Valerianus, qui suum fere opus ex scriptoris nostri sententiis verbisque concinnauit. Is enim de re med. III. 15. *Ad neruos, articulos, arthriticos*, hunc ipsum locum exscribens: Agrifolium *tusum*, inquit, *addito sale et oleo prodest.* Idem II. 25. *cholerae succurritur: Baccae agrifolii tritae et vino datae prosunt.* Denique III. 49. *Ad extrahenda ea quae corpori infixa sunt: R a d i x etiam agrifolii coquitur, et teritur, et sic imponitur.* Quae totidem plane verbis noster hic habet: qui quum *agrifolia contusa* multitudinis numero dixit, folia fruticemque simul intellexit. H.

h. *Purgationi)* Sistendae. *Dal.*

feminarum, coeliacis, dysentericis, ac cholericis. In vino potae aluum sistunt. Radix decocta et illita extrahit infixa corpori. Vtilissima est et luxatis, tumoribusque. Aquifolia *i.* arbor in domo aut villa sata, veneficia arcet. [1] Flore *k.* eius aquam glaciari Pythagoras tradit: [2] item baculum ex ea factum, in quoduis [3] animal emissum, etiamsi citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu *l.* propius adlabi: tam praecipuam naturam inesse arbori. Taxi *m.* arboris fumus mures necat.

LXXIII. Nec *n.* rubos ad maleficia tantum genuit natura: ideoque *o.* et [4] mora his, hoc est, vel hominibus

1. *Florem eius aqua V.* 2. *Sic ex MSS. H et Ch. itemque Gr. et Al.* 3. *animale missum. Ch.* 4. *Sic ex MSS. H. Ideoque ex eis mora vel hominibus Gr. et Al. mora bestiis vel. M.*

i. Aquifolia) Eademque ilex, de qua XVI. 8. Hoc etiam de rhamno prodidit Diosc. I. 119. Λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς θύραις ἢ θυρίσι προστεθέντας ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας. *Feruntur et huius rami, ianuis fenestrisue appositi, veneficorum maleficia depellere.* Sic et Laert. in vita Bionis et Nicand. in Ther. De aquifolia puto loquutum esse Theophr. Hist. VII. 19. Λέγουσι γὰρ ἄκανθάν τινα εἶναι, ἣ πηγνῦσι τὸ ὕδωρ ἐμβαλλομένη. *Spinam enim quamdam enarrant, quae aquam iniectam congelet.* H.

k. Flore eius aquam glaciari) Ex eius certe cortice viscum fit. *Dal.*

l. Recubitu propius adlabi) Quid si legas, non *recubitu*, sed *rei petitae.* Pint.

m. Taxi) Venenosam arborem leuiter sane perstringit: nos corollarii vice et ad viperae morsum prodesse taxum adiicimus: vademque praebemus Tranquillum in Claudio c. 16. H.

n. Nec) Βάτους, *les Ronces.* H.

o. Ideoque ex eis mora vel hominibus cibos) Acad. *Ideoque et moracis bestiis vel hominibus.* Voss. duo et Gud. *et ex moratis bestiis vel hominibus. Bestiis* et editum inueniebat Hermolaus, qui delet.it.

nibus cibos dedit. Vim *p.* habent ſiccandi, adſtringendique: gingiuis, tonſillis, genitalibus [1] accommodatiſſimi. Aduerſantur *q.* ſerpentium ſceleratiſſimis, [2] haemorrhoidi et preſteri, flos, aut mora. *r.* Scorpionum vulnera ſine collectionum periculo [3] inunguut, vrinam cient. Caules *s.* eorum tunduntur teneri, exprimitur ſuccus, mox Sole cogitur in craſſitudinem mellis, ſingulari remedio contra mala oris, oculorumque, ſanguinem exſcreantes, anginas, vuluas, ſedes, coeliacos, [4] potus aut illitus. Oris *t.* quidem vitiis etiam folia commanducata proſunt, et hulceribus manantibus, aut qui-

1. *accommodatiſſimam. V.* 2. *mora ſcorpionibus. Vulnera ſine. Ch. haemorrhoidi, preſteri, et ſcorpioni. Flos et mora vulner. Alii.* 3. *iungunt. V.* 4. *intelligitur potus. Ch.*

deleuit. Opt. *Ideoque et mora his, hoc eſt, vel hominibus cibus, dedit.* Pulchrius vtique, non tantum plenius. *Gron.*

o. Et) Et mora rubis, hoc eſt, *non aſinis tantum, qui rubos ac ſentes rodunt*, ſed hominibus quoque cibos dedit. H.

p. Vim) Etiam et neruos praeciſos, ac vulnera colligendi, glutinandique, teſte Th. Priſc. I. 19. *Rubus elixa, et trita, hoc facit.* H.

q. Aduerſantur) Hanc vim foliis Dioſcorides adſcribit, IV. 37. et Apulei. c. 87. tit. 9. Nicander in Ther. pag. 60. aduerſus ſerpentes commendat ἄνθεα φαιὰ βάτοιο, *florida ſerta ruborum.* H.

r. Mora) Τὰ βάτια, des mûres. H.

s. Caules) Haec totidem verbis Marc. Emp. c. 15 p. 106. et c. 16. p. 120. et Plin. Val. I. 45. et 64. Dioſc. item l. c. H.

t. Oris) Plin. Val. I. 29. Dioſc. IV. 37. Κρατύνει δὲ καὶ οὖλα, καὶ ἄφθας ὑγιάζει διαμασσώμενα τὰ φύλλα. *Firmant gingiuas, oriſque hulcera ſanant commanducata folia.* Q. Seren. c. 15. p. 134. *Manditur apta rubus gingiuis, et bona labris* Et c. 37. *Omnibus obſcenis medendis: Obſcenos ſi forte locos noua vulnera carpent, Horren-*

quibuſcumque in capite illinuntur. Cardiacis *v.* vel ſic [1] per ſe imponuntur [2] a mamma ſiniſtra: item *x.* [3] ſtomachi doloribus, oculiſque procidentibus. Inſtillatur *y.* ſuccus eorum et auribus. Sanat *z.* condylomata cum roſaceo cerato. Cauliculorum *a.* ex vino decoctum, [4] vuae praeſentaneum

 reme-

1. *vel per V.* 2. *super mamma. V.* 3. *ſtomacho in doloribus. Ch.* 4. *vel praeſ. Gr. et Al.*

Horrendum manſa curantur fronde ruborum. H.

v. Cardiacis) Hoc eſt, trita vel commanducata. Apul. c. 86. de eruſco, ſiue rubo, t. 4. *Ad cardiocos: Eruſci folia per ſe trita imponuntur mamillae ſiniſtrae: et ſic dolori reſiſtunt.* Plin. Val. III. 11. *Cardiacis ſanandis: Mammae ſiniſtrae... folia rubi in quo mora naſcuntur trita per ſe imponuntur.* H.

x. Item) Dioſc. IV. 37. θεραπεύει καὶ ὀφθαλμοὺς προπτώσεις . . . καὶ ἐπὶ στομαχικῶν. etc. H.

y. Inſtillatur) Plin. Val. I. 9. *Foliorum rubi, in quo mora naſcuntur, ſuccus tepidus inſtillatus, medetur auricularum fracturis.* Item Apul. c. 87. tit. 1. *ad aurium dolorem.* H.

z. Sanat) Apul. c. 87. tit. 9. et Dioſc. l. c. H.

a. Cauliculorum ex vino decoctum) In aliis exemplaribus *calculorum* ſcriptum inuenias, non *cauliculorum*; haud omnino ſpernenda lectione, nam in fine capitis alterum genus rubi tradit, qui gignit pilulam caſtaneae ſimilem, praecipuo remedio calculoſis. Sed quoniam Dioſcorides ſuccum ex foliis cauliboſque expreſſum, mox in Sole denſatum, multos in medicina vſus habere tradit, quod et Plinius paulo ante dixit, rem in medium relinquo. *Pint.*

Cauliculorum) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic poſ.) *Caulic.*) Prius legebatur, *vel praeſentaneum:* vt ad ſananda condylomata, de quibus prius agebatur, ſpectare id quoque remedium videretur. In R. 1. cod. *ve praeſentaneum.* Nos *vuae* reſcripſimus, indubitata coniectura. Auctor ita coniiciendi primum exiſtit Marc. Emp. c. 14. p. 99. *Rubi*, inquit, *cauliculi teneri diſcoquuntur ex vino: idque vinum gargarizatur, quod confeſtim vuam prominentem coercet. Folia rubi arefacta in vmbra in ci-* nerem

remedium eſt. Iidem *b.* per ſe in cibo ſumpti cymae modo, aut decocti in vino auſtero, labantes dentes firmant. Aluum *c.* ſiſtunt, et *d.* profluuia ſanguinis: dyſentericis proſunt. Siccantur *e.* in vmbra, vt cinis crematorum vuam reprimat. Folia quoque arefacta et contuſa, iumentorum hulceribus vtilia traduntur. Mora, quae in his naſcuntur, [1] vel efficaciorem ſtomaticen *f.* praebuerint, quam [2] ſatiua morus. [3] Eadem compoſitione, vel cum hypociſthide tantum et melle bibuntur in cholera, et *g.* a cardiacis, et contra araneos. Inter medicamenta, quae *h.* ſtyptica vocant, nihil efficacius

1. *Sic ex MSS. H. vel cum effic. Gr. et Al.* 2. *ſatiuae mori V.* 3. *Sic ex MSS.* H. *et Ch. eodemque* Gr. *et Al.*

norem concremantur: is cinis in cochleari vuae ſubiectus, praeſentaneo remedio eam contrahit. Et Plin. Val. de re med. I. 45. cuius lemma eſt: *ad vuam diſtillantem: Rubi,* inquit, *in quibus mora naſcuntur, cauliculi decoquantur ex vino, et eo ipſo vino gargarizetur.* Et Pintiani inde coniectura exploditur, *calculorum* ſcribere euitentis, pro *cauliculorum.* H.

b. Iidem) Marc. Emp. c. 12. p. 93. et 95. H.

c. *Aluum*) Dioſc. IV. 47. Galen. de fac. ſimpl. med. VI. p. 163. Plin. Val. II. 27. H.

d. Et) Fluorem muliebrem Dioſc. intellexit et Galen. ll. cc. et Apul. c. 87. tit. 3. Haemorrhoidum ſanguinem Marc. Emp. c. 31. p. 222. Sanguinis reiectionem ex ore Plin. Val. I. 64. cuius lemma eſt: *ſanguinem reiicientium curatio. Ruborum,* inquit, *in quibus mora naſcuntur, caules ex vino auſtero decocti eduntur, idque vinum bibitur in potione.* H.

e. Siccantur) Apul. c. 87. de eruſco, ſiue rubo, tit. 6. *Ad vuam remedium: Eruſci herbae folia areſiant in vmbra: crematorum cinere in cochleario tacta reſiliet.* Marc. item Empir. c. 14. p. 99. H.

f. Stomaticen) Stomatica medicamenta ſunt, vt diximus XXIII. quae ad vuas, tonſillas, faucium tumores, et oris vitia accommodantur. H.

g. Et) Plin. Val. III. 11. H.

h. Quae) Στυπτικὰ, adſtrictoria

cacius ruri mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partes, vt colluantur eo oris hulcera, [1] et sedis foueantur: tantaque vis est, vt spongiae ipsae lapidescant.

LXXIV. Alterum *i.* genus rubi est, in quo rosa [2] nascitur. Gignit *k.* pilulam castaneae similem, praecipuo remedio calculosis. Alia *l.* est cynorrho-

1. et sedes foueantur. V. sedes foueantur. Alii V. et sedis, foueanturque. Ch. 2. *nascitur. Cynosbaton vocant, alii Cynospaston, Folium habet vestigio hominis simile. Gignit pilulam cast. sim, pr. rem calculosis. Alia est cynorrhodos quam prox. dic. volumine. Fert et chamaebatos vuam nigram. V.*

strictoria: adstringendi, spissandique vim habentia. H.

i. Alterum genus rubi est) Haec omnino sic euoluenda et restituenda sunt: *Alterum genus rubi est, in quo rosa nascitur. Cynosboton vocant, alii cynospaston. Folium habet vestigio hominis simile. Gignit pilulam castaneae (eius echino) similem praecipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhodos, quam proximo dicemus volumine. Fert et chamaebatos vuam nigram, etc.* Dal.

Alterum) Nunc, vt opinor herbariis incognitum. Rubum rosarium vocat Marc. Emp. mox citandus. Cynosbatos ipse est de quo mox dicetur: quem similitudinemque rosae noster ferre dixit, XVI. 72. H.

k. Pilulam) Eam in rosa siluestri spongiolam vocat c. 2. Lib. proximi. *Dal.*

Gignit) Spongiam vocat Marc. Emp. c. 26. p. 181. *Spongia*, inquit, *ex rubo rosario agresti sumta, et aqua frigida, donec madescat, macerata, ac deinde, trita, et ex aqua per triduum potui data, efficaciter calculosos emendat.* Et c. 27. p. 196. *Spongia, quae ex pruno siluestri, vel in spina aut in rosa siluestri nascitur, etc.* Sed is rosam siluestrem, seu Eglenterium, cum hoc genere rubi miscuisse, de quo nunc sermo est, nobis videtur. *Spongias* pariter, et *spongiolas* Colum. XI. c. vlt. radiculas asparagorum vocat illigatas, implexasque mutuo, atque connexas. H.

l. Alia) Quae Eglenterii cognomine apud nos venit, *Eglan-*

norrhoda, quam proximo dicemus volumine. (XIV.) Cynosbaton *m.*, alii *n.* cynospaston, alii neurospaston vocant: folium *o.* habet vestigio *p.* hominis simile. Fert *q.* et vuam nigram, in cuius acino [1] neruum habet, vnde neurospastos [2] dicitur. Alia *r.* est a cappari, quam medici [3] *s.* cynosbaton

1. *neruus habetur. M.* 2. *dicitur tota. Ch.* 3. *cynosbaton quoque appellauerunt. V.*

Eglantier. De ea libro sequente, sect. 6. H.

m. Cynosbaton) Latine, *sentem canis* recte appellaueris. H.

n. Alii) R. 1. et 2. ac Colb. *cynapanxin.* H.

o. Folium) Theophr. Hist. III. 18. Τὸ δὲ φύλλον ἀχνῶδες Plinius legit, ἰχνῶδες, vt videtur, sincerius. H.

p. Vestigio hominis simile) Ἀγνῶδες. Theophr. c. 18. Lib. III. Hist. Plinius legisse videtur ἰχνῶδες. Athenaeus legit ἀγνῶδες: Hermolaus γλειῶδες: Milletus ἀγριῶδες. Plinium recte legisse arbitror. *Dal.*

q. Fert et vuam nigram) Plinius Cynosbati historiam, cuius fructus subruber est foliumque ἰχνῶδες, miscet ac confundit cum chamaebato, quod vuam nigram fert, siue morum vuae simile, eius rubi modo, quem erectum, ac procerum ὀρθοφυῆ vocat Theophr. Legendum porro sic est: *Fert Chamaebatos et vuam nigram, in cuius acino, etc.* vt diximus superiori capite. *Dalec.*

Fert) Hoc nemo praeter Plinium, quod sciam, confirmat. H.

r Alia) Diosc. in Noth. p. 448. Κάππαρις, οἱ δὲ κυνόσβατος, οἱ δὲ καπρία, etc. H.

Alia est a cappari quam medici) Quatuor scripti: *Alia est capparin quam.* Hermolaus addidit praepositionem. Voss. *tota alia quam cappari quod medici cynosbaton appellant.* Sic Lib. XX, 15. *De cappari satis diximus inter transmarinos frutices. Non vtendum transmarino, innocentius Italicum est.* Lib. XXV, 8. *Ferunt bacculas paruas, vt cappari.* Sic Voss. et Chiflet. *Gron.*

s. Cynosbaton) Rubus 1. qui morum fert. 1. excelsus, βάτος: 2. humi stratus χαμαίβατος, νευρόσπαστος, 2. qui rosam gignit. 1. cynosbatos, *Eglantier.* 2. cynorrhodos. *Rosier sauuage.* 3. Idaeus

baton appellauerunt. Huius *t.* thyrſus, ad remedia ſplenis et inflationes, conditus ex aceto manditur. Neruus eius cum maſtiche Chia commanducatus os purgat. Ruborum roſa alopecias cum axungia emendat. Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori [1] per meſſes colligitur. Candidus pleuriticis praecipuus ex vino potus, item coeliacis. Radix ad tertias decocta, aluum ſiſtit, et ſanguinem: item dentes collutos decocto. Eodem ſucco fouentur ſedis atque genitalium hulcera. Cinis *v.* e radice [2] deprimit vuam.

LXXV. Idaeus *x.* rubus appellatus eſt, quoniam *y.* in Ida non [3] alius naſcitur. Eſt autem tenerior ac minor, rarioribus *z.* [4] calamis innocen-

 tioribuſ-

1. *meſſe. Ch.* 2. *reprimit. V. et Ch.* 3. *aliis Ch. alias Gr. et Al.* 4. *hamis. Ex Dioſcorid.*

Idaeus *Framboiſier.* 1. ſpinoſus 2. non ſpinoſus. *Dal.*

t. Huius) Cynoſbati ſcilicet, qui diuerſus a cappari. H.

v. Cinis) Tumentem vuam. H.

x. Idaeus rubus appellatus eſt) Dioſcorides Idaeum dictum vult, non quod ibi copioſiſſime proueniat. *Dal.*

Idaeus) Vulgus apud nos Frambosiam nominat, *Framboiſier.* Iconem vide apud Dodon. p. 731. H.

y. Quoniam) Idaeus appellatus eſt, inquit Dioſc. IV. 38. quod in eo monte copioſius naſcitur. Nullum praeter id genus, naſci rubum ibi Plinius adiicit. Ita porro R. 2. cod. Olim *non alias*, perperam legebatur. H.

Quoniam in Ida non alias naſcitur) Salmaſius in Epiſt. de Cruce pag. 461. Plinio Dioſcoridem opponit, qui πολλὴν ἐν Ἴδῃ γίγνεσθαι tradat, quum Plinius, ibi tantum naſci. Sed non tradidit hoc Plinius. nam Chifl. *aliis.* Lege: *quoniam in Ida non alius naſcitur*, vt Voſſianus. *Gron.*

z. Rarioribus calamis innocentioribuſque) Non *calamis* habet noſtrum exemplar, ſed *foliis.* Neutra lectio placet. verior eſſet, *rarioribus aculeis innocentioribuſque.* Dioſcorides L. IV. cap. de rubo Idaea: *Spina habet*

tioribusque, sub arborum vmbra nascens. Huius *a.* flos cum melle epiphoris illinitur, et ignibus sacris: [1] stomachicisque *b.* ex aqua bibendus datur. Cetera eadem praestat, quae supra [2] dicta.

LXXVI. Inter *bb.* genera ruborum rhamnos *c.* appellatur a Graecis, candidior *cc.* et fruticosior.

1. Sic et M. et Diosc. id est, aluinis, coeliacis stomaticisque Gr. et Al. 2. dicta genera ruborum. Inter spinosas rhamnus app. a Graecis. Candidior alter et fruticosior in sepib. viret. ramos. V.

habet breues. Inuenitur et sine spinis aliquando. Pint.

Rarioribus) Aculeis. *Minoribus spinis, ac minus aduncis* dixit ipse Plinius, XVI. 71. Diosc. l. c. ἀκάνθας μικράς. H.

a. Huius) Oculorum videlicet inflammationibus. Plinius ipse XVI. 71. *Flos eius contra lippitudines illinitur ex melle, et igni sacro.* Diosc. IV. 38. Τὸ αὐτῆς ἄνθος σὺν μέλιτι λεάνθὲν ὀφθαλμικαῖς φλεγμοναῖς περιχριόμενον βοηθεῖ καὶ ἐρυσιπέλατα σβέννυσι. H.

b. Stomach.) Vide N. et Em. N. XXVII. (hic coll.) *Stomach.*) Ita restituimus, tum admonitu codicum MSS. R. Colb. etc. tum ipsius Plinii, qui L. XVI. 71. de eodem rubo Idaeo agens, *Contra stomachi quoque vitia*, inquit, *bibitur ex aqua.* Dioscoridis quoque IV. 38. ita scribentis: Στομαχικοῖς τε μεθ᾽ ὕδατος ἐν ποτῷ δίδοται. Prius *stomaticis* legebatur. H.

bb. Inter) Latius accepta significatione vocis eius, *rubus*: alias in ruborum genere censeri rhamnus non debet. Rhamni genera duo similiter Theophrastus agnoscit Hist. III. 17. nigrum et candidum: Nicandri quoque Scholiastes: ἐςὶ δὲ λευκὴ καὶ μέλαινα. Rhamni varia genera delineantur a Clusio Hist. rar. pl. I. p. 109. sq. H.

c. Rhamnos) Rhamnum ἀλεξιάρην Nicander vocat, quia nocturnos incubos, lemures, striges auertit efficaci amuleto: quo argumento in parentationibus ante fores suspendebatur. Meminit et Lycophron, et Euphorion his verbis, ἀλεξίκακον φύε ῥάμνον. Spinam Ianalem hunc esse volunt celebratum ab Ouid. in Fastis: non autem spinam nuptiarum facibus auspicatam, cuius

cosior. Is *d.* floret, ramos spargens rectis aculeis: foliis maioribus. Alterum genus est silvestre, nigrius, et quadamtenus rubens. Fert veluti folliculos. Huius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod *e.* vocatur Lycium. Semen secundas trahit. Alter *f.* ille candidior astringit magis, refrigerat, collectionibus et vulneribus accommodatior. Folia *g.* vtriusque et cruda et decocta illinuntur cum oleo.

LXXVII. Lycium *h.* praestantius e spina fieri tra-

cuius mentio fit. c. 18. L. XVI. *Sic fatus spinam, qua tristes pellere posset A foribus noxas, haec erat alba, dedit.* Et rursum, *Virgaque Ianalis de spina sumitur alba, Qua lucem thalamis parua fenestra dabat.* Rhod. c. 31. XXII. *Dal.*

cc. Candidior et fruticosior) In vetusto codice, *candidior et fructuosior et ramos spargens, erectis aculeis.* Pint.

d. Is floret ramos spargens) Duo prima vocabula nescit Vossianus contentus habere: *rhamnos appellatur a Graecis, candidior, fruticosior et ramos spargens.* Quatuor alii tamen aliquid infuscatum ostendunt exhibendo: *candidior frutex is floret.* Pintiani codex: *candidior et fruticosior et ramos spargens erectis.* Gron.

d. Quod vocatur Lycium) Hoc falsum, et a nemine proditum. *Dal.*

Lycium) Graecis Λύκιον, cuius hodie in officinis vsus incognitus, vt Dodonaeus queritur p. 745. Nomen a Lycia, vnde aduehebatur optimum, vel ab ipsa spina, habet. H.

f. Alter ille candidior adstringit) Sic Pint. cum legeretur: *Alterque ille.* Menap. *aliter ille candidior.* Voss. *Ille autem candidior.* Vide ad Liuium L. XXXV. 40. *Gron.*

g. Folia) Ea hulceribus quae serpunt, erysipelatibus illini, auctor est Diosc. I. 119. H.

h. Lycium praestantius) Lycium Indi vocant. Graeci quoniam Indicum nomen non satis nouerant, pro cate, principio quidem acanthon nominarunt: et quia in Lycia et Cappadocia ea arbuscula buxi folio est, pyxacanthum appellauerunt, arboris Indicae figuram ignorantes, quae tamarisci folium habet,

tradunt, quam et pyxacanthon Chironiam vocant, [1] quales *k.* in Indicis arboribus [2] diximus, quoniam *l.* longe praeſtantiſſimum exiſtimatur Indicum. Coquuntur *m.* in aqua tuſi rami, radiceſque, ſummae amaritudinis, aereo vaſe per [3] triduum, iterumque exempto [4] ligno, donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur *n.* amaris ſuccis, etiam amurca, ac felle bubulo. Spuma *o.* eius ac flos quidam oculorum

1. *qualem. V.* 2. *diximur. Omnium longe. V.* 3. *triduum macerati. V. et Dioſc.* 4. *ligno liquor. V. et Dioſc.*

habet, alias ſpinoſiſſima. *Dal.*

i. Pyxacanthon) Quin et ipſi ſpinae, medicamenti quod ex ea fit, nomen eſt inditum: Lycii nimirum. Dioſc. I. 132. Λύκιον, ὅ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ἐςὶν ἀκανθῶδες, etc. Pyxacantham Latine buxeam ſpinam iure dixeris. Bellonius repertam a ſe in Palaeſtina ſcribit. H.

k. Quales) Tum in India, tum in Pelio monte natas. Vide XII. 15. H.

l. Quoniam) Scrib. Larg. Comp. 19. *Nulli collyriorum tantum tribuo, quantum Lycio Indico vero per ſe. Hoc enim inter initia, ſi quis hoc collyrio inungatur protinus, etc.* Sic etiam Galenus de fac. ſimpl. med. VII. 204. poſt Dioſc. l. c. H.

m. Coquuntur) Totidem verbis haec Dioſc. l. 132. H.

n. Adulteratur) Dioſc. l. c. Δολοῦται δὲ ἀμόργης ἅμα τῇ ἑψήσει μιγνυμένης, ἢ ἀψινθίου χυλίσματι, ἢ βοείᾳ χολῇ. *Adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut abſinthii ſucco, aut felle bubulo* Plinius ipſe XII. 15. *Ea ſpina* (Pyxacanthos, ſeu Lycium) *et in Pelio monte naſcitur, adulteratque meditamentum:* nempe verum, ſeu Indicum. *Item aſphodeli radix, aut fel bubulum, abſinthium, vel rhus, vel amurca.* H.

o. Spuma eius ac flos quidam medicamentis oculorum) *Quidem*, non *quidam*, in exemplari antiquo et nonnullis excuſis. Scribendum igitur commutatis verbis, *Spuma eius ac flos medicamentis quidem oculorum adduntur, etc.* Pint.

lorum medicamentis additur. Reliquo *p.* ſucco faciem purgat, et pſoras ſanat, eroſos angulos oculorum, vetereſque fluxiones, aures purulentas, tonſillas, gingiuas, tuſſim, ſanguinis exſcreationes, fabae magnitndine [1] deuoratum: aut *q.* [2] ſi ex vulneribus fluat, illitum: rhagadas, genitalium hulcera, attritus, hulcera *r.* recentia, et ſerpentia, ac [4] putreſcentia. In *s.* naribus clauos, ſuppurationes. Bibitur *t.* et a mulieribus in lacte contra profluuia. Indici *v.* differentia, glebis extrinſecus

1. *deuoratum, aut ſi. Dal. et Al.* 2. *aut ſi hulceribus Gr.* 3. *rhagadia. Ch.* 4. *putreſcentia in naribus.*

Spuma) Dioſc. l. 132. Καὶ τὸ μὲν ἐπινηχόμενον ἀφρῶδες ἐν τῇ ἑψήσει ἀφελὼν ἀπόθου εἰς τὰ ὀφθαλμικά, etc. *Quod porro ſpumoſum innatat inter coquendum* (id florem vocant) *eximito et ad oculorum medicamenta reponito.* Χυλίζεται δὲ τῶν ῥίζων (ſic enim legit Orib. non vt libri editi habent τῶν φύλλων,) σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντων, καὶ βραχέντων ἐφ᾽ ἱκανὰς ἡμέρας, εἶθ᾽ ἑψηθέντων, καὶ τῶν μὲν ξύλων ῥιπτομένων, τοῦ γὰρ ὑγροῦ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συςάσεως. H.

p. Reliquo) Haec totidem fere verbis Dioſc. l. c. Galen. item de fac. ſimpl. med. VII. p. 204. H.

q. Aut) Sanguis videlicet. Ita R. I. recte: non vt ceteri, *ex hulceribus.* H.

r. Hulcera recentia, et ſerpentia, ac putreſcentia) Verbum *recentia* non habetur in eodem. recte, Dioſcorides Lib. I. cap. de Lycio: *Reduuias idem, putreſcentiaque et quae ſerpunt vlcera ſanat.* Pint.

s. In naribus clauos, ſuppurationes) *Auribus* in eodem, non *naribus*, veriore lectione. Dioſcorides eodem loco: *Facit ad purulentas aures, tonſillas, exulceratas gingiuas, etc.* Pint.

t. Bibitur) Contra fluxum muliebrem: ἴςησι δὲ ῥοῦν γυναικεῖον . . . ποθὲν μετὰ γάλακτος. Dioſc. l. c. H.

v. Indici) Optimi Dioſc. non Indici. *Dal.*

Indici) Indicum Lycium differt a vulgari, glebis extrinſecus nigris, etc. Sic etiam Dioſc. l. c. H.

secus nigris, intus rufis, quum fregeris, cito nigrescentibus: Astringit *x.* vehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia vtile est, sed praecipue ad genitalia.

LXXVIII. Sunt *y.* qui et [1] sarcocollam spinae *z.* lacrymam putent, pollini *a.* thuris similem, cum quadam [2] acrimonia dulcem, gummosam. Cum *b.* vino tusa sistit fluxiones: illinitur infan-

1. *Sarcocollam. Alii. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. acrimonia dulcem cum Gr. et Al.*

x. Adstringit) Idcirco dysentericis *lac* prodesse, *in quo Lycium Indicum soluitur*, scribit Theod. Prisc. II. P. 2. c. 18. H.

y. Sunt) Diosc. III. 99. Ἡ δὲ σαρκοκόλλα ἐςὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Περσίδι, ἐοικὸς λιβανωτῷ λεπτῷ, ὑπόκιῤῥον, ἔμπικρον τῇ γεύσει. *Sarcocolla lacryma est arboris in Perside nascentis, thuri tenui similis, subfulua, gustui amariuscula.* Nunc incognita officinis. Habet is affinia, ac prope gemina Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 226. Vide quae dicta sunt de sarcocolla arbore XIII. 20. et de gummi, quae ex ea fit. H.

z. Spinae) Arboris in Perside nascentis. Diosc. *Dal.*

a. Pollini thuris similem) Scribo, *pollini thuris similem, cum quadam acrimonia dulcem, gumminosam. sistit fluctiones*; tum ex vetere exemplari, tum ex Dioscoride, qui L. III. de Sarcocolla, adulterari admixto gummi prodit. Plinius quoque supra L. XIII. cap. 11. inter gummi genera sarcocollam numerat. *Pint*

b. Cum vino tusa sistit fluxiones) Voss. *dulcem cumminosam sistit.* Scribebam: *cum quadam acrimonia dulcem, gummosam.* L. XIII. 11. *Fit et ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummis vtilissima pictoribus et medicis, similis pollini thuris, et ideo candida quam rufa melior.* Sic enim scribendum diximus. Confirmat quod de eadem scribit Dioscorides III, 99. δολοῦται καὶ κόμμεως αὐτῇ μιγνυμένου. Vocabulum habes L. XII. 9. *Indicum humidius et gummosum.* Vbi etiam Chifl. et Andegav. *cumminosum.* Acad. Gud. Menap. *gumminosum.* L. XXII, 9. *foliis echinatis, pin-*

infantibus. Vetuſtate et haec maxime nigreſcit: melior, quo candidior.

LXXIX. Vnum *c.* etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. Fit ad dyſentericos ſtomachique vitia, in congio muſti albi, lento vapore decoctis cotoneis quinque cum ſuis ſeminibus, Punicis totidem, ſorborum ſextario, et pari menſura eius, quod [1] rhun Syriacon vocant, croci ſemuncia. Coquitur vſque ad craſſitudinem mellis.

LXXX. His ſubtexemus ea, quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne [2] arborum eſſent. (XV.) Chamaedrys *d.* herba eſt,

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. rhu Syriacum Alii. rhus Gr. et Al.* 2. *arbores. V. amborum. Ch.*

pinguibus, tactuque gummoſis. Voſſ. *cuminoſis.* L. XXVI. 8. *virus redolens gummoſum,* a Gelenio, cum eſſet *fuminoſum.* Chifl. *gumminoſum.* Voſſ. *ſumminoſum.* Andeg. et Acad. *cumino ſub.* Quae perpetua varietas optimorum et mediocrium codicum facit, vt ipſe Plinius hoc vocabulo ſic formato vſus videatur, *gumminoſus.* nam et *gummen, gumminis* dixere. Palladius Nouembri, tit. 7. *Menſe Martio extremo prunus inſeritur, vel menſe Ianuario antequam incipiat gummine lacrimare.* Ita enim Mſſ. vbi vulgo *gummen.* Idem dixit *gumma* Octobri tit. 12. *In ceraſis hoc ſeruandum eſt, et in omnibus gummatis, vt tunc inſerantur, quando his vel non eſt vel deſinit gumma effluere. Gumminoſam* et Pintianus. Hoc etiam tacere non debui ſemper in Voſſiano, immo et in aliis, *fluctiones*, non *fluxiones*, quotieſcunque id vocabulum occurrit, conſpici. *Gron.*

c. Vnum) Ὀπωρικὴ, ſiue σκευασία δι᾽ ὀπωρῶν, confectio ex fructibus, qualem concinnat Galen. *κατὰ τόπ.* III. p. 568. ad ſtomachi ſubuerſionem, ad coeliacos, ac dyſentericos. H.

d. Chamaedrys) Dioſc. III. 112. Χαμαίδρυς, οἱ δὲ χαμαίδρωψ ... διὰ δὲ τὸ σώζειν τινὰ ἐμφέρειαν τῷ Τευκρίῳ, καὶ ταύτην τινὲς Τεύκριον

est, quae Latine [1] trixago dicitur. Aliqui *e.* eam chamaeropem, alii Teucrion appellauere. Folia *f.* habet magnitudine mentae, colore et diuisura quercus. Alii serratam, et ab ea serram inuentam esse dixere, flore *g.* paene purpureo. [2] Carpitur *h.* praegnans succo in petrosis, aduersus *i.* serpentium venena potu illituque efficacissima: item *k.* stomacho, tussi vetustae, pituitae in gula cohaerescenti, ruptis, conuulsis, lateris *l.* doloribus. Lienem *m.* consumit, vrinam et menses ciet. Ob *n.* id in-

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. trissap ... chamaedropen. Gr. et Al.* 2. *Capitur. Ch.*

κριον ἐκάλεσαν. Et in Noth. p. 457. Ῥωμαῖοι τριψάγο μίνος Chamaedrys porro, quasi coactae breuitatis quercus appellatur. Vnde et in Gallia seruat appellationem, *Chênette, ou Germandrée.* Italis, *Querciola*, et *Calamandrina*, teste Anguillara, P. XII. p. 220. Chamaedrys est vulgaris Clusii, hist. rar. pl. III. p. 351. visa a nobis in horto Regio. H.

e. Aliqui) Sic MSS. R. Colb. etc. tum in Indice. Tamen Diosc. χαμαίδρωψ. Et Marc. Emp. c. 28. p. 136. *Chamaedropis*, inquit, *quae herba simillima quercui folia habet*, etc. At Apul. c. 24. *Chamaerops: Itali trixaginem appellauere.* H.

f. Folia) Diosc. l. c. post Theophr. Hist. IX. 10. H.

g. Flore) Diosc. l. c. Ἄνθος ὑποπόρφυρον. H.

h. Carpitur) MSS. omnes, *capitur.* Diosc. l. c. Συλλέγειν δὲ αὐτὴν δεῖ ἐγκύμονα τοῦ καρποῦ. Et paulo ante Φύεται ἐν τραχέσι καὶ πετρώδεσι τόποις. H.

i. Aduersus) Diosc. l. c. et Apul. c. 24. t. 3. H.

k. Item) Diosc. totidem fere verbis l. c. Βοηθεῖ σπάσμασι, βηχὶ, σπληνὶ ἐσκιρρωμένῳ, δυσουρῦσι etc. et Marc. Emp. c. 17. p. 126. de vulsis, siue ruptis, et rheumaticis cum Theophr. l. c. H.

l. Lateris) Cels. IV. 6. de laterum doloribus: *Multa*, inquit, *a medicis praecipiuntur: vt tamen sine his rusticos nostros epota ex aqua herba trixago satis adiuuet.* H.

m. Lienem) Diosc. l. c. Ἄγει καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα· σπλῆνα τήκει σὺν ὄξει

id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis eius in tribus heminis aquae decoctae vsque ad tertias. Faciunt [1] et pastillos, terentes eam [2] ex aqua, ad *o.* supra dicta. Sanat et vomicas, et *p.* vetera hulcera, vel sordida cum melle. Fit *q.* et vinum ex ea pectoris vitiis. Foliorum *r.* succus cum oleo [3] caliginem oculorum discutit. Ad *s.* splenem ex aceto sumitur. Excalfacit *t.* [4] perunctione.

LXXXI. Chamaedaphne *v.* vnico ramulo est, cubi-

1. *et ea past. teret. ex aqua ac supra dicta. Sanat. V.*
2. *ex aqua. Ad supra dicta sanat et Gr. et Al.*
3. *caligines. Ch.*
4. *et perunct. Ch.*

ὄξει ποθεῖσα. Vide et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 240. H.

n. Ob) Et haec pariter Diosc. l. c. et Apul. c. 25. t. 3. H.

o. Ad) Ad effectus supra dictos. Vide N. et Em. N. XXVII. (hic pos.) *Faciunt*) Ad supra dicta, ad eosdem effectus qui sunt supra commemorati. Sic etiam Diosc. III. 112. Λεῖα δὲ δύναται καὶ εἰς καταπότια ἀναπλάττεσθαι πρὸς τὰ εἰρημένα. *Sed et trita in catapotia redigi potest ad supra dicta.* Mutata prius interpunctione, perturbataque sententia legebatur, *terentes eam ex aqua. Ad supra dicta sanat et vomicas.* H.

p. Et) Diosc. l. c. Ἀνακαθαίρει ἕλκη παλαιὰ σὺν μέλιτι. Sic Theophr. pariter Hist. IX. 10. H.

q. Fit) De quo dictum est XIV. 19. H.

r. Foliorum) Diosc. l. c. post Theophr. IX. 10. H.

s. Ad) Diosc. l. c. Σπλῆνα τήκει σὺν ὄξει ποθεῖσα. H.

t. Excalfacit) Diosc. Καὶ ἀλειφομένη δὲ ἐστι θερμαντική. H.

v. Chamaedaphne vnico ramulo est) Legend. *Chamaedaphne vnico ramulo est, cubitali fere, folia tenuia, lauro similia, semen rubens adnexum foliis, illinitur doloribus capitis recens.* Salmas. 404. a.

Chamaedaphne) Totidem fere verbis describitur a Diosc. IV. 149. Χαμαιδάφνη, οἱ δὲ καὶ ταύτην Ἀλεξάνδρειαν ἐκάλεσαν etc. Herbarii nostri hanc lauream vocant. H.

cubitali fere: [1] folia x. tenuiora lauri folio Semen y. rubens [2] adnixum foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardores z. refrigerat: ad tormina cum vino bibitur. Menses a. succus eius, et vrinam ciet potu, partusque difficiles in lana appositus.

LXXXII. Chamaelaea b. similitudinem foliorum oleae habet. Sunt c. autem amara, [3] odorata, in petrosis, [4] palmum altitudine non excedente. Al-

1. *Sic ex* MSS. *H. folio lauri similitudine, pallidiore, laeuiore. Semen rotundum, rubens adnexum foliis. Diosc. Folio tenui, lauri similitudine Gr. et Al.* 2. *admistum alii.* 3. *odora. In petrosis nascitur palmum. V. Ex Diosc.* 4. *palmi altitudinem non excedens. Alii. V.*

x. *Folia tenui lauri similitudine)* Voss. *Chamaedaphne vnico ramulo est, cubitale ferme, folia tenuiora lauro folia. Semen rubens adnexum foliis.* Corrige leuiter: *cubitali ferme: folia tenuiora lauri folio: semen adnexum foliis.* Acad. Gud. Menap. *tenui folio vt lauri semen.* Andeg. *folia tenui vt laurum folia.* Gron.

y. *Semen)* Ita MSS. R. Colb. etc. non, vt editi, *admixtum.* Quin et sincerius forte, *adnexum.* Diosc. l. c. τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα. H.

z. *Ardores)* Diosc. l. c. Κεφαλαλγίαις, καὶ ςομάχȢ ἐγκαύσεσιν ἀρήγει. *Capitis doloribus, inflammationibusque stomachi succurrit.* H.

a. *Menses)* Diosc. l. c. Ἐν πεσσῷ προστεθεὶς, *in pesso subditus.* H.

b. *Chamelaea)* De chamelaeae succo vide c. 7. vlt. L. XXV. et c. 7. princ. L. XV. *Dal.*

Chamelaea) Haec totidem verbis Diosc. l. 172. Χαμελαία, etc. Et Marc. Emp. c. 30. p. 211. Mezereum id Arabes appellant: Hispani, *Oliuilla:* Herbarii, *Chamelaea Tricoccos:* Narbonenses, *Garoupe:* Galli ceteri politiores, *Bois de la Dive.* A Clusio pingitur Hist. rar. plant. I. 87. et a Dalec. Hist. pl. XVI. p. 1664. Vidimus in horto Regio. H.

c. *Sunt)* Diosc. l. c. H.

te. Aluum *d.* purgat: detrahit pituitam bilemque: foliis *e.* [1] in duabus absinthii partibus decoctis, succoque eo cum melle poto. Foliis impositis et hulcera purgantur. Aiunt, si quis ante Solis ortum eam capiat, dicatque ad albugines oculorum se capere, [2] adalligata discuti id vitium: Quoquo [3] modo vere collectam iumentorum pecorumque oculis salutarem esse.

LXXXIII. Chamaesyce *f.* lentis folia habet, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. Claritati *g.* oculorum, et contra suffusiones vtilissima, et cicatrices, caligines, nubeculas in vino cocta, inuncta. Vuluae *h.* dolores sedat apposita in

1. *cum.* *V.* 2. *adalligatis.* *V.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch.* *modo collectam Gr. et Al.*

d. Aluum) Diosc. l. c. et Marc. Emp. c. 30. p. 211. Idem p. 212. hanc *restim oliuae* appellari ait, et habere alias dotes ac vires, quas eo loci enumerat. Praeiuit ambobus Scrib. Larg. c. 136. *Purgat ergo belle Chamelaea, quae herba oliuae folia similia habet, quorum quinque vel sex dare oportet, trita ex aquae mulsae cyathis ... Detrahit enim aquam largiter.* H.

e. Foliis) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 140. H.

f. Chamaesyce) Diosc. IV. 170. Χαμαισύκη ... φύλλα φακοειδῆ .. πρὸς τῇ γῇ ... φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ αὐχμηροῖς τόποις. Retinet nomen in officinis. Visa a nobis in horto Regio, qualis a Dodonaeo pingitur p. 373. H.

g. Claritati oculorum et contra suffusiones) Si Dioscoridem audimus L. IV. non *cum vino cocta inuncta*, legemus, sed *cum melle inuncta. Claritati, inquit, oculorum et contra caligines, suffusiones, incipientes nubeculas, cicatrices, litus cum melle vtilis est.* Qui locus a Marcello interprete negligenter Latine versus est. *Pint.*

Claritati) Haec totidem verbis Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 241. H.

h. Vuluae) Diosc. l. c. Δυνα-

in linteolo. Tollit *i.* et verrucas omnium generum illita. Prodest et orthopnoicis.

LXXXIV. Chamaecissos *k.* spicata est tritici modo, ramulis quinis fere, [1] foliosa: quum floret, existimari potest alba viola, radice [2] tenui: cuius *l.* bibunt ischiadici folia tribus obolis, in *m.* vini cyathis

1. *foliosis. Diosc.* 2. *tenui. Eius. Dios.*

Δύναμιν δὲ ἔχουσιν οἱ κλῶνες λεανθέντες σὺν οἴνῳ τὰς περὶ μήτραν ὀδύνας παύειν, ἀντὶ πεσσοῦ προστεθέντες. *Rami ex vino triti, et in pesso appositi, vuluae dolores sedant.* H.

i. Tollit) Diosc. et Gal. ll. cc. H.

k. Chamaecissos spicata est tritici) Alia est chamaecissos descripta cap. 10. vlt. hoc libro. *Dal. Chamaecissos spicata est, etc.*) Locus est, ni fallor, vitiatissimus. quem si ad libellam Dioscoridis exaequare velis, sic leges: *Chaemaecissos spithamaeis est ramulis, quinis fere foliis.* Lege Dioscoridem L. IV. cap. de Chamaecisso. Hac dictione *spithamaeus* pro dodrantali Plinius supra vsus est L. VII. cap. 2. *Superbos*, inquit, *extrema in parte montium spithamaei Pygmaei narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedentes.* Nec audiendus Hermolaus, qui in Dioscoridis Corollario supra dicta verba pro veris Plinianisque agnoscit. *Pint.*

Chamaecissos) De qua iam ante diximus XVI. 62. Vide Ruellium III. p. 634. qui nobiscum et cum Plinio facit. H.

l. Cuius) Folia, non radicem ischiadicis bibi vtiliter ait Diosc. IV. 126. Florem Galen. l. c. p. 240. H.

m. In vini cyathis duobus) Longe hoc a Dioscoridis placitis diuersum est; proinde non dubito quin aliqua hic verba librariorum incuria praetermissa sint. Nam in Dioscoride *tres* sunt cyathi, non *duo*: et ab ischidiacis hanc potionem insigniter amaram 40 aut 50 diebus bibendam praecipit: ab his autem qui regio morbo laborant, 5 aut 6 diebus, non 7. Verba eius subtexui ex L. IV. cap. de Chamaecisso seu terrestri hedera: *Contra coxendicis dolores trioboli pondere in aquae cyathis tribus quadraginta*

this duobus VII. *n.* diebus, admodum amara potione.

LXXXV. Chamaeleucen *o.* apud nos [1] farfarum *p.*, siue farfugium vocant. Nascitur *q.* [2] secus fluuios, folio populi, sed ampliore. Radix eius imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per *r.* [3] infurnibulum [4] imbibitur in vetere tussi.

Pp 2 LXXXVI.

1. *Sic ex* MSS. *H. farranum Gr. et Al.* 2. *Secundum Gr. et Al.* 3. *infundibulum. V. et Ch.* 4. *bibitur. M. bibitur inueteratae tussi. Ch.*

ginta quinquagintaue diebus folia eius vtiliter bibuntur. Quin etiam foliis suffusiones quinque aut sex diebus pariter pota emendant. Dal.

n. VII. diebus) Tricenis aut quadragenis diebus, Diosc. *Dal.*

o. Chamaeleuce) Χαμαιλεύκη Galeno, l. c. p. 241. In Indice huius loci: *De chamaeleuce, siue farfaro, siue farfugio.* Diosc. in Noth. p. 458. Βήχιον ... οἱ δὲ χαμαιλεύκη. Ῥωμαῖοι τρισιλλάγω, οἱ δὲ Φαρφάριαμ. Libri quidam, *farfano*, male. Meminit huius Plautus in Paenulo, act. 2. sc. 1. v. 32. *Eo praesternebam folia farfari.* Apuleius: *Folia sunt farfari, et nugae merae.* Fortasse a Farfaro amne, de quo Ouid. Metam. XIV. 330. *Et opacae Farfarus vmbrae.* Graece Βήχιον, Latini Bechion et Tussilaginem nominant. In officinis, *Farfara, Vngula caballina, Populago:* Galli, *Pas d'Ane, ou Tussilage.* Pingitur a Dodonaeo p. 486. De ea plura dicentur XXVI. 16. H.

p. Farranum) Farfarum Plautus vocat in Poenulo. Versus est: *Eo prosternebam folia farfari, ne scilicet viscus adhaeresceret.* Dal.

q. Nascitur) Manutius in editione Plinia maluit *secundum*, quam *secus* legi: tametsi constans librorum omnium ante eum consensio foret in eam vocem *secus.* Et sane Catonem meminimus de R. R. c. 21. *secus laminas* dixisse. Quinctil. VIII. 2. *secus viam.* H.

r. Per) Ita R. 1. At R. 2. et Chiffl. *infundibulum.* Instrumentum intelligit, quo in vasa liquores infundimus: *Vn entonnoir.* Refert hoc quoque Diosc. V. 126. Plin. XXVI. 16. pro infundibulo

LXXXVI. Chamaepeuce *s.* larici foliis similis, lumborum et ſpinae doloribus propria eſt. Chamaecypariſſos *t.* herba ex vino pota contra venena ſerpentium omnium ſcorpionumque pollet. Ampelopraſon *v.* in vinetis naſcitur, foliis porri, ructu grauis. Contra *x.* ſerpentium ictus efficax. Vrinam *y.* et menſes ciet: eruptiones ſanguinis per genitale inhibet potum impoſitumque. Datur et a partu mulieribus, et contra canis morſum. Ea *z.* quoque quae ſtachys vocatur, [1] porri *a.* ſimilitudinem habet, longioribus foliis pluribuſque,

1. *marrhubii. Dioſc. V. praſii Rondel.*

dibulo adſciſcit arundinem. H.

s. Chamaepeuce) Quidam aliam eſſe non putant chamaepityn. *Dal.*

Chamaepeuce) Dioſc. IV. 126. Χαμαιπεύκη ποιεῖ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα, ἐν ὕδατι λεία πινομένη. A chamaepity, de qua diximus. ſ. 20. ita herba haec diſtare videtur, vt larix a picea Fruticem eſſe ait Anguillara, inuentumque a ſe in inſula *di Vegbia*, iiſdem plane notis, quibus a Plinio delineatur par. 12. p. 202. H.

t. Chamaecypariſſos) Nondum in certi nominis apud herbarios noſtrates poſſeſſionem venit. Dodonaeum vide p. 268. H.

v. Ampelopraſon) Ἀμπελόπρασον a vitibus et natali loco nomen accepit, quaſi Porrum vitium, aut virgineum. Pingitur a Dodonaeo p. 678. Ἄγριον πράσον vocat Gal. de fac. ſimpl. med. VI. p. 154. H.

x. Contra) Dioſc. II. 180. Θηριοδήκτοις δὲ βιβρωσκόμενον ἁρμόζει. *Contra beſtiarum morſus in cibo conuenit.* H.

y. Vrinam) Dioſc. l. c. H.

z. Ea) Alia Plinii ſtachys eſt, alia Dioſcoridis. Illa porri, iſta marrubii foliorum ſimilitudinem refert. Quae Dioſcoridi ſtachys eſt, ea Plinio ſcorditis appellatur, vti dicemus XXV. 26. Pliniana ſtachys officinis incognita. H.

a. Porri, ſimilitudinem) Rondelet. legit, *praſii.* Pro voce Graeca πρασίȣ, Plinius legit πράσȣ. *Dal.*

que, et odoris iucundi, colorisque in luteum [1] inclinati. Pellit menstrua.

LXXXVII. Clinopodion *b.*, alii cleonicion, alii zopyron, alii ocymoides appellant, serpyllo *c.* [2] similem, surculosam *d.*, palmi *e.* altitudine: nascitur *f.* in petrosis, orbiculato *g.* [3] foliorum ambitu, speciem lecti pedum [4] praebens. Bibitur *h.* ad conuulsa, rupta, strangurias, serpentium ictus. Item *i.* [5] decoctae succus.

LXXXVIII. Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. [6] Centunculum *k.* vocant

1. *inclinantis. V.* 2. *simile, surculosum. Dal.* 3. *Sic et Ch. florum Gr. et Al.* 4. *praebente. M. praebenti. Ch.* 5. *decocti. V. decocta et. Ch.* 6. *Sic ex* MSS. *em. H. Itali centunculum vocant, nostratis foliis, ad similitudinem .... Graeci autem clematidem. Est eius egregius effectus Gr. et Al.*

b. Clinopodion) Diosc. in Noth. p. 456. Κλινοπόδιον, οἱ δὲ κλεώνικον, οἱ δὲ ὠκιμοειδὲς, οἱ δὲ ζώπυρον καλοῦσι. Pingitur a Matthiolo p. 814. H.

c. Serpyllo) Foliis serpyllo similibus. Diosc. III. 19. H.

d. Surculosam) Lignosam, Φρυγανῶδες. Diosc. H.

e. Palmi altitudine) Dioscorides L. III. *duorum palmorum altitudine.* Pint.

Palmi) Palmi maioris, qui duodecim digitorum. Diosc. διςπίθαμον. H.

f. Nascitur) Diosc. l. c. H.

g. Orbiculato) Ita MSS. omnes, non *florum*: etsi nihil interest: nam in singulis fere geniculis adnexi foliis flores adhaerescunt. Diosc. l. c. Καὶ τὰ ἄνθη ὅμοιά πως κλίνης ποσὶν, ἐκ διαςημάτων ἐμφερῆ πρασίῳ. *Et floribus* (orbiculato suo ambitu) *lecti pedum speciem praebentibus, ex interuallo marrubii modo dispositis.* H.

h. Bibitur) Diosc. l. c. totidem verbis. H.

i. Item) Herbae nimirum Diosc. l. c. Πίνεται δὲ ἡ πόα καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, πρὸς θηρίων δήγματα, etc. H.

cant [1] noſtri, foliis ad ſimilitudinem capitis penularum, [2] iacentem in aruis: Graeci *l.* clematidem: [3] egregii effectus ad ſiſtendam aluum in vino auſtero. Item ſanguinem ſiſtit tritus cum oxymelitis aut aquae calidae cyathis quinque, denarii vnius pondere: ſic et ad ſecundas mulierum efficax.

LXXXIX, Sed *m.* Graeci [4] clematidas et alias habent: vnam *n.* quam aliqui echiten vocant, [5] alii lagi-

1. *noſtratis. Gr.* 2. *naſcentem. V.* 3. *Eſt ei effectus ad M. Egregii effectus. Ch.* 4. *clematidem habet vnam. M.* 5. *alteram quam lygon. Alii.*

k. Itali centunculum vocant) Verbum *Itali* delendum: reliqua ſic legito: *Centunculum vocant noſtri, foliis ad ſimilitudinem, etc.* ex antiquo codice. *Pint. Itali centunculum vocant, etc.)* Aloiſio herba, quam Dodonaeus pingit pro helixine ciſſampelo: ſed vires non conueniunt. Placet magis Dodonaei iudicium, qui herbae impiae genus centunculum vocat, c. 60. L. I. *Dal.*

Centunculum) Gnaphalium videtur eſſe, de quo rurſum XXVII. 61. quum et vires ei plane ſimiles ibi adſcribantur: et in Noth. Dioſc. p. 489. Γναφάλιον, Ῥωμαῖοι κέντȣλȣμ, opinor pro κεντȣ́νκȣλȣμ,, iampridem appellarint. Pingitur a Dodonaeo p. 65. H.

l. Graeci autem clematidem. Eſt eius egregius) Tria illa verba, *Graeci autem clematidem:* in codice noſtro deſiderantur, et quidem recte. Centunculus enim *gnaphalion* a Graecis vocatur, auctore Dioſcoride, non *clematis.* Cetera ſic ſcribe, *egregii effectus ad ſiſtendam aluum,* ex eodem codice. *Dal.*

m. Sed Graeci clematidas et alias habent) Scribendum cenſeo, *Graeci clematidas duas habent,* vt reliqua deleantur, ex Dioſcoride, qui duas clematidis ſpecies agnoſcit L. IV. *Pint.*

n. Quam aliqui echiten vocant) Clematidem priorem. Echiten ſiue echion, vt legitur c. 9. libri ſequentis, ideo vocarunt, quod impoſita ſerpentium et viperarum morſibus iuuamentum praeſtet, auctore Dioſcoride. *Dal.*

Vnam) Haec clematis altera

laginem, nonnulli tenuem *o.* fcammoniam; [1] ramos *p.* habet bipedales, foliofos, non diffimiles fcammoniae, nifi quod nigriora minoraque funt folia. Inuenitur in vineis aruifque. Eftur, vt olus, cum oleo ac fale: aluum ciet. Eadem a dyfentericis cum lini femine [2] ex vino auftero forbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta, [3] fuppofito vdo linteolo. Strumas impofita ad fuppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Item [4] haemorrhoidas cum oleo viridi, phthificos iuuant cum melle. Lactis quoque vbertatem faciunt in cibis fumpta. Et infantibus illita capillum alunt. Ex *q.* [5] aceto edentium Venerem ftimulant.

1. Sic ex MSS. H. Ea viticulas foliofas non diffimiles fmilacis ramos habet. Alii. et pedales .. fcammoniae ramos habet Gr. et Al. 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. in Gr. et Al.* 3. *fuperpofito.* 4. *haemorrhoidam. Ch.* 5. *Sic ex MSS em. Hard. ex aceto dentium dolores fedant. Venerem Gr. et Al.*

tera Dodonaei, p. 402. in Noth. Diofc. p. 462. Ἑτέρα κλημάτις etc. H.

o. Tenuem fcammoniam: et pedales, foliofos) Voff. *tenuem fcammonia ramos habet bipedales foliofos non diffimiles fcammoniae nifi quod.* Lege: *nonnulli tenuem fcammoniam. Ramos habet bipedales, foliofos, non diffimiles fcammoniae, nifi quod nigriora minoraque funt folia.* Diofc. IV. 7. κλήματα δ' ἔχει μακρά· vt legit Io. Cornarius pro μικρά. Alii quoque quatuor noftri vt et Pintiani: *Ramos habet pedales.* Nempe manus fecunda τὸ *Bi* virgulis confixerat in optimo codice. L. XXV. 2. *bipedali fuit altitudine.* Gron.

p. Et pedales, foliofos) Detrahe coniunctionem *et*, cetera mutato ordine fic lege: *ramos habet pedales, foliofos, non diffimiles fcammoniae.* ex antiquo codice. *Pint.*

q. Ex aceto dentium dolores fedant) In eodem, *ex aceto edentium venerem ftimulant.* cetera fuperfunt.

Dio-

XC. Eſt et *r.* alia clematis, Aegyptia *s.* cognomine, quae *t.* ab aliis [1] daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur: folio *v.* lauri, longa *x.* tenuiſque: aduerſus *y.* ſerpentes, [2] ac priuatim aſpidas, ex aceto pota efficax.

XCI. Aegyptus *z.* hanc maxime [3] gignit, (XVI.)

1. *myrrhinoides. Gal.* *aſpides Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch.* 3 *gignit. Cap. XVI. Quae Gr. et Al.*

Dioſcorides tamen L. IV. clematidem dolores dentium mitigare prodit. Et in calce capitis, *polygonitis*, non *polygonitides*, in eodem. *Pint.*

Ex aceto dentium dolores ſedant. Venerem ſtimulant) Voſſ. *Ex acto edentium Venerem ſtimulant.* vt et Pintianus. *Gron.*

r. Eſt) Dioſc. IV. 7. Κληματὶς, οἱ δὲ δαφνοειδὲς, οἱ δὲ μυρσινοειδὲς, οἱ δὲ πολυγονοειδὲς καλᾶσι. Sic etiam Galen. de fac. ſimpl. m. VII. 192. Daphnoides, a lauri ſimilitudine, vt et myrſinoides, appellata. A crebris geniculis, polygonoides. Eſt Dodonaei clematis daphnoides, p. 401. viſa a nobis in horto regio. Vide, ſi lubet, in Adagiis, Chil. 1. Cent. 1. ad. 22. *Clematis Aegyptia.* H.

s. Aegyptia cognomine) Prior Dioſcoridis, qui huius cognominis nuſquam meminit. *Dal.*

t. Quae ab aliis daphnoides) Et myrrhinoides Galeno L. VI. ſimplic. *Dal.*

v. Folio lauri) Colore, et figura, multo minore. Dioſc. Haec omnia Plinius mire confundit et perturbat. *Dal.*

Folio) Dioſc. l. c. Πέταλον δὲ μικρὸν, δάφνῃ ἐμφερὲς τῷ τε σχήματι, καὶ τῇ χρόᾳ, μικρότερον δὲ πολλῷ. H.

x. Longa) Dioſc. Κλήματα δὲ ἔχει μακρά. *Sarmentoſas ſpargit viticulas, eaſque longas.* H.

y. Aduerſus) Dioſc. l. c. H.

z. Aegyptus hanc maxime gignit) Poſtrema illius capitis verba cum ſeq. cap. iunge, et leg. *Aegyptus hanc maxime gignit, quae et Arum, de qua inter bulbos diximus, etc. dracontium ſilueſtrem eſſe pronuntiando.* Vide Salmaſ. p. 974. a.

(XVI.) [1] quae et aron *a.*, de qua inter bulbos diximus, magnae cum dracontio litis. Quidam enim eamdem eſſe [2] dixerunt. Glaucias *b.* ſatu diſcreuit, dracontium ſilueſtrem arum pronuntiando. Aliqui *c.* radicem aron [3] appellarunt, caulem vero dracontium, in totum alium, ſi modo hic eſt, qui apud nos dracunculus vocatur. Namque *d.* aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet, multoque maiorem, [4] et qua manus impleatur. Dracunculus ſubrutilam, et draconis conuoluti modo: vnde *e.* et ei nomen.

Pp 5 XCII.

1. *Eſt et aron. M.* 2. *dixere. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. appellauerunt Gr. et Al.* 4. *quam qua. Alii.*

a. Aron) L. XIX. 30. Sed caue Aron vulgarem intelligas, aliamue quam Aegyptiacam. H.

b. Glaucias) Solo ſatu diſcreuit aron a dracontio: dracontium, aron ſilueſtrem pronunciando. Ita, credo, etiam Galenus, qui de fac. ſimpl. med. VI. p. 196. dracontion ait aro eſſe perſimile, et foliis, et radice: amarius tamen aliquanto. Dioſcoridem is ſequutus eſt, II. 197. Serapion quoque dracontii genera bina ſtatuit: alterum, quod dracontium ſimpliciter: alterum quod aron appellaretur. H.

c. Aliqui) Sic Erotian. in Onom. voc. Hipp. Opp. Gal. T. II. p. 117. Δρακόντιον βοτάνης εἶδος· οὕτω δὲ καλεῖται καὶ ὁ τοῦ ἄρου καυλὸς, παρὰ τὴν πρὸς τὸ ζῶον ὁμοιότητα. *Dracontium, herbae genus: ſic et ari caulis vocatur, ex ſimilitudine quam cum animali habet.* H.

d. Aros radicem nigram) Talis eſt ari Aegyptii, non noſtratis. *Dal.*

Namque) Aegyptiaca, vt diximus. Nam vulgari radix alba eſt, et dracunculi radici proxima, vt ait Dioſc. II. 197. H.

e. Vnde et ei nomen) Fallitur Plinius. *Dracunculum* herbarii vocant, aut quod veluti ſerpentium maculis picturatum caulem habeat, aut quod venenis anguium reſiſtat. *Dal.*

Vnde) Sic appellari aiunt hodierni, quod caulem habet anguinum more macu-

XCII. Quin *f.* et ipsi Graeci immensam posuere differentiam, semen dracunculi feruens mordaxque tradendo: [1] tantumque *g.* ei virus, vt olfactum grauidis abortum inferat. Aron *h.* miris laudibus extulere: primum in cibis feminam praeferentes, quoniam, [2] mas durior esset, et in coquendo lentior. Pectoris *i.* vitia purgare: et [3] aridum in potione inspersum, aut ecligmate, vrinam *k.* et menses ciere. Sic et in oxymelite potum stomacho: interaneisque exhulceratis ex lacte ouillo bibendum: ad tussim, in cinere coctum ex oleo dedere. Alii coxere in lacte, vt decoctum bibe-

1. *Sic ex* MSS. *H. tantumque ei inesse virus Gr. et Al.* 2. *mare dulcior. M.* 3. *aridum potioni insp. V.*

maculosum, et versicolorem, cum laeuore. Idcirco et draconteam, et colubrinam quoque Romani dixere, teste Apuleio c. 14. Recentiorum plerique maiorem serpentariam vocant, *Grande serpentaire.* Pingitur a Matthiolo in Diosc. II. p. 590. H.

f. Quin) In his Diosc. II. 196. dracunculi semen esse ait sapore mordax, *ἐπιδάκνων τὴν γεῦσιν καρπὸς*: olfactuque ipso recens conceptus fetus enecare: *Καὶ τὴν ὀσμὴν δὲ Φασὶ ... τῶν ἄρτι συνειλημμένων ἐμβρύων Φθαρτικὸν εἶναι.* H.

g. Tantumque inesse ei virus, vt olfactum) Voss. excludit *τὸ inesse*: et absque illo satis constat oratio. *Gron.*

h. Aron) Siue Aegyptiacam hoc loco intelligas, siue Graecam, nihil interest: affines enim vtrique cognataeque vires, et inuicem, et cum dracontio. Quae autem apud nos Aros appellatur, non est vllo modo edulis. H.

i. Pectoris vitia purgare) Haec omnia quae sequuntur de dracontio, non aro, Dioscorides scribit, quamuis radicem ari et folia dracunculi vires easdem habere tradat. *Dal.*

Pectoris) Hoc de dracontio Diosc. l. c. de aro quoque vulgari, c. 197. H.

k. Vrinam) Diosc. l. c. H.

biberetur. Epiphoris *l.* elixum impoſuere: item ſugillatis, tonſillis. Ex oleo haemorrhoidum vitio [1] infudere, lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophantus et pro antidoto contra venena: pleuriticis, peripneumonicis, quo tuſſientibus modo: ſemen intritum cum oleo aut roſaceo infundens *m.* aurium dolori. Dieuches *n.* tuſſientibus, aut ſuſpirioſis, et orthopnoicis, et pura *o.* [2] exſcreantibus, farina permixtum in pane cocto dedit. [3] Diodotus *oo.* phthiſicis e melle ecligmate, et pulmonis vitiis: oſſibus etiam fractis impoſuit. Partus *p.* omnium animalium extrahit, naturae circumlitum. Succus *q.* radicis cum melle Attico, oculorum caligines, ac ſtomachi vitia diſcutit, tuſſim decocti ius cum melle. Hulcera *r.* omnium generum, ſiue phagaedaenae ſint, ſiue carcinomata, ſiue ſerpant, ſiue *s.* polypi in naribus,

1. *Sic ex* MSS. *H. infundere Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *H. purulenta Gr. et Al.* 3. *Diodorus Reineſ.*

l. Epiphoris elixum impoſuere) Verbum *elixum*, redundat ex antiquo codice. *Pint.*

m. Infundens aurium dolori) *Infunditur et aurium dolori*; in eodem. *Pint.*

n. Dieuches) Et Dioſc. ll. cc. H.

o. Et purulenta exſcreantibus farina) *Pura* in eodem. vt ſit pluralis numerus a ſingulari, *pus*, non *purulenta*, et *farinae*, non *farina*. Pint.

Et) Siue purulenta. Ita MSS. a *pus*, *puris*. H.

oo. Diodotus phthiſicis e melle ecligmate, *etc.*) Vide Reineſ. Var. lect. L. II. c. 7. p. 172.

p. Partus) Affine eſt, quod Dioſcor. prodidit ll. cc. e dracontio, aroue, collyria fingi ad extrahendos partus. H.

q. Succus) Dioſc. ll. cc. et Galen. de fac. ſimpl. med. VI. 169. H.

r. Hulcera) Haec pariter Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

s. Siue) De dracontio Marc. Emp. c. 10. p. 86. *Polypum*, inquit, *emendat herba*,

bus, succus mire sanat. Folia ambustis prosunt ex vino et oleo cocta. Aluum *t.* inaniunt [1] ex sale et aceto sumpta. [2] Et luxatis cocta cum melle prosunt: item *v.* articulis podagricis cum sale, recentia vel sicca. Hippocrates *x.* [3] vtralibet ad collectiones cum melle imposuit. Ad menses trahendos seminis vel radicis drachmae duae in vini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio, si a partu non [4] purgantur, et secundas trahit. Hippocrates *y.* et radicem ipsam apposuit. Dicunt et in pestilentia salutarem [5] esse in cibis. Ebrietatem discutit. Serpentes nidore, quum crematur, [6] priuatimque aspidas fugat, aut inebriat, ita vt torpentes inueniantur. Perunctos *z.* quoque aro e laureo oleo fugiunt. Ideo et contra ictus dari potu in vino nigro putant vtile. In *a.* foliis ari caseus optime seruari traditur.

XCIII.

1. *in.* *Ch.* 2. *Sic ex* MSS. *H.* *et Ch. etiam lux Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. quaslibet Gr. et Al.* 4. *purgentur. Ch.* 5. *esse. In cibis, ebrietatem. M.* 6. *Sic et M. aspides Gr. et Al.*

herba, quae Graece dracontium appellatur, vel si succus eius naribus infundatur: vel si papyrus inde infecta, et specillo inuoluta, naribus inferatur, et postera die educatur. H.

t. Aluum inaniunt) Vrsi cum latebris exeunt, id deuorant laxandis intestinis, alioqui contritis, c. 36. L. VIII. *Dal.*

v. Item) Radicem ari cum fimo bubulo podagricis impositam auxiliari scribit Diosc. II. 197. H.

x. Hippocrates) Siue recentia folia, siue sicca. H.

y. Hippocrates et) Eam ob rem et ceruae aron a partu edunt, vt diximus VIII. 50. H.

z. Perunctos) Diosc. II. 196. *Aiunt*, inquit, *et qui manus radice perfricuerit, a viperae morsu tutum et illaesum existere.* Φασὶ δὲ ὅτι καὶ εἰ διατρίψει τις τὰς χεῖρας τῇ ῥίζῃ, ἀπὸ ἐχίδνης ἄσηπτος διαμένει. H.

a. In) Et dracontii pariter. Diosc. l. c. Τυρός τε ἐνειλού-

XCIII. Dracunculus *b.*, quem dixi, hordeo maturescente effoditur, Luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu aiunt maiorem *c.*: [1] vt *d.* et menses, si ferro non attingatur, [2] sistat. Succus *e.* eius et aurium dolori prodest. Id autem, quod Graeci dracontion vocant, triplici effigie demonstratum mihi est: foliis *f.* betae, non sine thyrso, flore purpureo. Hoc *g.* est simile aro. Alii *h.* radice longa, veluti signata articulosaque, monstrauere: tribus omnino cauliculis: folia eius ex aceto deco. qui contra serpentium ictus iubentes. Tertia *i.* demonstratio fuit, folio *k.* maiore, quam [3] cornus,

1. *et ad menses.* M. 2. *sistat, in* M. *d.* 3. *corni, radicis barundineae.* M. *cornu radicis.* M.

ἐνειλέμενος τοῖς φύλλοις ἄσηπτος διαμένει. H.

b. Dracunculus) S. 91. sub finem: *qui apud nos dracunculus vocatur.* Huius radicem effodi hordei messibus scribit Diosc. l. c. ἐν πυραμητῷ. H.

c. Maiorem) Nam et minor quidam est, in Sardinia, Corsica, et Maiorca frequens, de quo vide cap. alterum vltim. L. XXV. *Dal.*

Maiorem) Nam et alter minor dracunculus est, delineatus a Matthiolo p. 591. H.

d. Vt et menses) Parum credibile, ab herba tam acri sisti menses. *Dal.*

e. Succus) Marc. Emp. c. 9. p. 77. H.

f. Foliis betae) Hoc primum est a Matthiolo depictum. *Dal.*

g. Hoc) Ita etiam MSS. Est dracontium maius, siue dracunculus modo explicatus. H.

h. Alii radice longa) Hoc est dracontium palustre pictum a Dodonaeo. *Dal.*

Alii) Haec bistorta nunc vulgo dicitur, a radice intorta et conuoluta anguium more. *La Bistorte.* A Dodonaeo pingitur, qualem vidimus in horto regio, p. 331. H.

i. Tertia) Dracunculus aquatilis Dodonaei, p. 329. Gesneri, arum palustre: Vidimus in horto Regio. H.

k. Folio maiore) Hoc est draco-

nus, radice arundinea totidem, (vt affirmabant,) [1] geniculata nodis, quot haberet annos, totidemque esse folia. [2] Hi ea ex vino vel aqua contra serpentes dabant.

XCIV. Est et *l.* aris, quae in eadem Aegypto nascitur, similis aro, minor tantum minoribusque foliis, et vtique radice, quae tamen oliuae grandis magnitudinem implet: alba geminum caulem, altera vnum tantum emittens. Medetur vtraque hulceribus manantibus: item [3] combustis, ac *m.* [4] fistulis collyrio immisso. Nomas sistunt decoctae earum in aqua, et postea tritarum rosaceo addito. Sed *n.* vnum miraculum ingens: contacto genitali cuiusque feminini sexus, animal in perniciem agi.

XCV.

1. *genicula notis.* M. 2. *Hi ex vino, etc. dantur.* M. 3. *ambustis.* Ch. 4. *fistulis collyrio immisso. Nomas sistunt decocta folia in aqua, postea trita rosaceo addito.* V. *ac fistulis. Collyrio immisso nomas sistunt, decoctarum in aqua* Gr. et Al.

dracontium palustre pictum a Dodonaeo. *Dal.*

l. Aris) Arisaron. Diosc. Calicem illi vocat c. 8. L. XXVI. *Dal.*

Est) Ἀρίσαρον a Diosc. appellatur, a quo et verbis totidem describitur, II. 198. vt et ab Oribasio, XI. Pingitur a Lobelio in Adu. p. 260. In Italia vulgo nota, etsi nomine vulgari carens, auctor est Anguillara, P. XI. p. 176. H.

m. Ac) Vide N. et Em. N. XXIX. (hic adi.) *Ac.*) Prius legebatur, *ac fistulis. Collyrio immixto nomas sistunt, decoctarum in aqua* etc. Emendandi auctor Diosc. exstitit, qui de ari seu arisaro ita prodidit II. 198. Νομὰς ἵστησι καταπλασσομένη: κολλύριά τε πρὸς σύριγγας ἐνεργῆ ἐξ αὐτῆς γίνεται. *Illitu nomas sistit: ex eadem collyria concinnantur, ad fistulas efficacia.* H.

n. Sed) Diosc. l. c. Φθείρει δὲ καὶ αἰδοῖον παντὸς ζώου ἐντεθεῖσα. *Imposita, inditaue, cuiuslibet animalis genitale corrumpit.* H.

XCV. Myriophyllon *o.*, quod noſtri millefolium vocant, caulis eſt tener, ſimilis feniculo, plurimis foliis: vnde et nomen accepit. Naſcitur *p.* in paluſtribus, magnifici vſus ad vulnera. Cum [1] aceto bibitur ad difficultates vrinae et veſicae; et ſuſpiria, praecipitatiſque *q.* ex alto. Efficaciſſima *r.* eadem ad dentium dolores. Etruria hoc nomine appellat herbam *s.* in pratis tenuem a lateribus capilla-

1. *aqua et ſale. Dioſc.*

o. Myriophyllon) De eo pariter prodidit Dioſc. IV. 115. Μυριόφυλλον, etc. Millefolium aquaticum eſt, ſeu Feniculus aquaticus Dalecampii, hiſt. pl. IX. p. 1023. Vidimus in horto Regio. H.

p. Naſcitur) Dioſc. l. c. Φύεται ἐν ἑλώδεσι τόποις. Vide N. et Em. N. XXX. (hic poſ.) *Naſcitur*) Num ſatius ſit ita legi, *ad vulnera cum aceto. Bibitur*, etc. conſiderandum amplius. Nam Dioſc. IV. 115. de millefolio: Τȣ̃το τηρεῖ, inquit, ἀφλέγμαντα τὰ νεότρωτα τῶν ἑλκῶν, σὺν ὄξει χλωρὸν τε καὶ ξηρὸν καταπλασσόμενον. Ποτίζεται δὲ καὶ πρὸς πτώματα σὺν ὕδατι καὶ ἁλσίν. *Vulnera recentia ab inflammatione vindicat: ſeu viride, ſeu etiam ſiccum ex aceto oblinatur. Praecipitatis quoque ex alto cum aqua et ſale potui datur.* Tamen Apuleius vulgatae quoque ſcripturae ſuffragatur, c. 88. tit. 4. *Ad vrinae difficultatem. Herbae millefolii ſuccus cum aceto potus, prodeſt et ſanat.* H.

q. Praecipitatiſque) Plin. Val. I. 64. *ſi ex alto praecipitati ſunt, millefolium bibendum datur ex aceto, cruenta exſcreantibus.* H.

r. Efficaciſſima) Apul. c. 88. tit. *Ad dentium dolorem: Herbae millefolii radicem ieiunus manducet laborans dentibus.* H.

s. Herbam in pratis) Stratioten myriophyllon intelligit. *Dal.*

Herbam) *Millefolium* terreſtre purpureis foliis illud eſt, pictum a Lobelio, in Obſſ. p. 431. Militarem etiam vocant, ϛρατιωτικὴν, in Noth. Dioſc. p. 476. quia vulnera ferro facta ſanat: ideoque in militia et caſtris multus eius eſt vſus. Apul. c. 88. t. 2. *Ad vulnera ferro facta: Herba millefolium* cum

pillamenti modo foliosam, eximii vsus ad vulnera: boum neruos abscissos vomere solidari ea, rursusque iungi addita axungia affirmans.

XCVI. Pseudobunion *t.* [1] napi folia habet, fruticans palmi altitudine. [2] Laudatissima in Creta. Contra *v.* tormina atque stranguriam, laterum praecordiorumque dolores, bibuntur rami eius quini seniue.

XCVII. Myrrhis *x.*, quam alii [3] smyrrhizam *y.*, alii myrrham vocant, simillima est cicutae,

1. *bunii folia habet, frutex. M.* 2. *Laudatissimum. V.* 3. *smyrnizusam. Dal.*

cum axungia pisata et imposita, vulnera purgat et sanat. Vide et Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 211. Describitur ea rursum a Plinio XXV. 19. Lepidum est quod refert Schenkius, Obss. med. I. tit. de naribus p. 201. ex Follerio Chir. II. 5. *Cuidam decisus nasus*, inquit, *qua os in cartilaginem desinit, rusticus propendentem partem alteri digitis coniunxit, herbam tusam et e vino nigro tritam, quod millefolium appellant, impegit, rudius omnia colligauit, vnde celerrime restitit profluens sanguis, et vulnus pulcra cicatrice breui coiit.* H.

t. Pseudobunion) Diosc. IV. 125. Ψευδοβούνιον θαμνίον ἐςὶ σπιθιμιαῖον ἐν Κρήτῃ, ἔχον φύλλα βουνίῳ ὅμοια, etc. H.

v. Contra) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

x. Myrrhis, quam alii smyrrhizam) Legend. *Myrrhis quam alii myrizusam, alii myrrham vocant, etc.* Alibi cum Geranio eam confundit, ac de ea sic scribit: L. XXVI. c. 21. *Geranion aliqui myrin, aut myrrida appellant.* Vide Salm. p. 707. b.

Myrrhis) Diosc. IV. 116. Μυῤῥὶς, οἱ δὲ μύῤῥαν καλοῦσι, τῷ καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἔοικε κωνείῳ. ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη ἁπαλὴν, περιφερῆ, εὐώδη, ἡδεῖαν βρωθῆναι. Pingitur a Dodonaeo, p. 689. Galli vocant, *Cerfeuil musque*, ob odoris iucunditatem. Vidimus in horto regio. H.

y. Alii) Ita MSS. tum hoc loco: in Indice *myrizan,*

tae, caule foliisque et flore, minor tantum et exilior, cibo non insuauis. Ciet *z.* menstrua et partus cum vino. Aiunt *a.* [1] eamdem potam in pestilentia salutarem esse. Subuenit *b.* et phthisicis in sorbitione. Auiditatem cibi facit. Phalangiorum *c.* morsus [2] restringit. Hulcera quoque in facie aut capite succus eius in aqua triduo maceratae sanat.

XCVIII. Onobrychis *d.* folia habet lentis, longiora paulo, florem rubentem, radicem exiguam et gracilem. Nascitur *e.* circa fontes. Siccata *f.* in farinae modum, et inspersa vino albo, stranguriae finit. Aluum sistit. Succus *g.* eius perunctis cum oleo sudores mouet.

XCIX. (XVII. *h.*) In promisso herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere et de Magicis. Quae

1. *Sic ex* MSS. *H. et M. Aiunt quoque eamd. Gr. et Al.*
2. *restinguit. Ch.*

zan, forte, *smyrrhizusam*, vel *myrizusam*: quod odore myrrham vnguentumue referat. H.

z. Ciet) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. m. VII. p 211. H.

a. Aiunt) Arcere sic mali contagia scribit et Diosc. l. c. Ἰςορȣ͂σι δὲ ἔνιοι, πινομένης αὐτῆς δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας σὺν οἴνῳ ἐν λοιμικαῖς καταςάσεσι, βοηθεῖν πρὸς τὸ ἀνόσȣς διαμένειν. H.

b. Subuenit et phthisicis in sorbitione) Adde verbum *data*: *in sorbitione data* ex vetusto exemplari. *Pint.*

c. Phalangiorum) Diosc. Πινομένη σὺν οἴνῳ Φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖ. H.

d. Onobrychis) Haec totidem verbis Diosc. III. 170. Ὀνοβρυχὶς, etc. A Dodonaeo delineatur, p. 539. Recentioribus ἀνώνυμος est. In Paduano agro nasci tradidit Anguillara P. XIII. p. 242. H.

e. Nascitur) Diosc. l. c. H.

f. Siccata) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. m. VIII. p. 215. H.

g. Succus) Diosc. et Gal. ll. cc. H.

h. Et aliis XXIII.) In his recensendis praetermisit la-

 tacen

Quae enim mirabiliores sunt? Primi eas in nostro orbe celebrauere Pythagoras atque Democritus, consectati [1] Magos. *i.* [2] Coracesia *k.* et callicia Pythagoras *l.* aquam glaciari tradit; quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud eum [3] alia de his.

C. Idem *m.* [4] minyada appellat, nomine alio [5] corysidiam, *n.* cuius [6] decocto in aqua succo, protinus sanari ictus serpentium, si foueantur, dicit. Eumdem effusum in herba qui vestigio contigerint, aut forte resperfi fuerint, [7] insanabili leto perire, monstrifica prorsus natura veneni, praeterquam contra *o.* venena.

CI.

1. *magos, Coriacesiam et Calliciam Pythagoras, qua aquam glaciari tradit. Harum. V. magos. Coracesia et Calithia. M.* 2. *Sic ex* MSS. *H. coriacesia Gr. et Al.* 3. *aliam. M.* 4. *Mimadem. M. maenaiden. ἀπὸ τȣ̃ μαίνεσθαι. Dal. menaidem Gr. et Al.* 5. *Sic et Ch. Choriathadem Gr. et Al.* 6. *decoctae. V.* 7. *insanos. V. forte resperfos insanabili letho. Ch. insanabiles perire Gr. et Al.*

tacen memoratam c. 4. L. XXVI. *Dal.*

i. Magos) Aegyptios, Chaldaeosque intelligit, apud quos Pythagoras peregrinando vixit. H.

k. Coriacesia) Coriacesiam ἀπὸ τῶν κορῶν, a virginibus, Calliciam vero ἀπὸ τȣ̃ κάλλȣς, id est, a pulcritudine. *Dal.*

l. Aquam glaciari) In mucosum lentorem spissari, vt et tragacantho, et aquifoliae flore supra cap. 13. huius libri. *Dal,*

Aquam) Flore aquifoliae arboris id quoque fieri Pythagoras tradidit, vt dictum est supra. §. 72. H.

m. Idem) Ita MSS. R. Colb. etc. non *menaidem*, vt editi. Minyanthes autem, tum ex allusione vocum, tum ex virium proprietate singulari, intelligi oportere hoc loco censuerim: has enim facultates Galenus, Aegineta, Dioscorides, Plinius ipse XXI. 88. huic trifolii generi adscribunt. H.

n. Corysidiam) Sic MSS. non *corinthadem*, vt editi. H.

o. Contra) Contra serpentium

CI. Ab eodem Pythagora aproxis *p.* appellatur herba, cuius radix e longinquo concipiat ignes, vt naphta, de *q.* qua in terrae miraculis diximus. Idem tradit: si qui morbi humano corpori [1] acciderint florente aproxi, quamuis sanatos admonitionem eorum sentire, quoties [2] florere eam contigerit: et frumentum, et cicutam, et violam similem conditionem habere. Nec me fallit, hoc volumen eius a quibusdam [3] Cleemporo medico adscribi: [4] Pythagorae *r.* pertinax fama antiquitasque vindicant. Et *s.* idipsum auctoritatem voluminibus affert, si *t.* quis alius curae suae opus, illo viro dignum iudicauit: quod fecisse Cleemporum, quum alia suo et nomine ederet quis [5] credat?

CII. Democriti *v.* certe chirocineta *x.* esse constat.

1. *inciderint florente brassica.* C. 2. *florem cum tetigerint.* M. 3. *etiam Cleemp. m.* M. *Cleemporo.* Ch. 4. *vero esse pert. fa. an. indicant.* M. 5. *credet?* M.

tium ictus, vt dictum est proxime. H.

p. *Aproxis*) Προσίεναι, accedere. ἄπροξις, quod metu et pauore accedere propius non auderent. *Dal.*

q. *De*) L. II. 109. H.

r. *Pythagorae pertinax fama antiquitasque*) *Verum Pythagora pertinax fama antiquitasque vindicauit*, in vetusto codice. *Pint.*

s. *Et id ipsum auctoritatem voluminibus*) Non *voluminibus* in eodem legitur, sed *voluminum*, vt scribendum putem, *volumini ei.* Pint.

t. *Si*) Si quis alius scriptor industriae suae opus, illius viri nomine dignum iudicauit. H.

v. *Democriti certe chirocineta*) In eodem *hirocmeta*, quasi factos labores dixeris: nota illa Graecorum in inscribundis operibus felicitate. *Pint.*

x. *Chirocineta*) Ita editio Rom. anni 1470. aliaeque vetustae. De veneficiis tractasse hic liber videtur, quae solo manus motu fierent: τῆς χειρὸς κινήσει; inde χειροκινητὰ appellata. Alii *chirocmeta* malunt. Χειρόκμητα hoc

ſtat. At in his ille poſt Pythagoram Magorum ſtudioſiſſimus, quanto portentoſiora tradit? Aglaophotin *y.* herbam *z.*, quae [1] admiratione hominum propter *a.* eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae naſcentem Perſico *b.* [2] latere. Qua de cauſa [3] et marmaritin *c.* vocari. Magos vtique ea vti, quum velint Deos euocare. [4] Achaemenida *d.*, colore electri

1. *ob admirationem. M.* 2. *littore. V.* 3. *et Marmaritiden. M.* 4. *Sic ex* MSS. *H. et Cb. Achaemenioden. V. et c.* 4. *L. XVI. Achaemonidem Gr. et Al.*

hoc eſt, manu ipſius facta. Heſychius, χειρόκμητα, χειροποιητὰ, ἤγουν ὑπὸ χειρῶν γεγενημένα. Vitruu. IX. 3. *Multas res attendens, admiror etiam Democriti de rerum natura volumina, vt eius commentarium, qui inſcribitur, χειροκμήτων, in quo vtebatur anulo, ſignans cera molli, quae eſſet expertus.* Scripſit Zoſimus Alexandrinus Philoſophus ad Theoſebiam ſororem ſuam χειροκμήτων, id eſt Manufactorum libros XXVIII. teſte Suida, verbo Ζώσιμος. H.

y. Aglaophotin) De Aglaophotide, quam et cynoſpaſtum vocat, vide miſam hiſtoriam apud Aelianum, c. 27. et 24. L. XIV. de animalibus. *Dalec.*

Aglaophotin) De hac Aelian. Hiſt. An. XIV. 7. qui et cynonoſpaſton vocari ait, nocte ſtellae inſtar lucere, et igneo ſplendore facile internoſci. Vide et Theodorum Tarſenſem, apud Photium in Bibl. cod. 223. p. 781. Et Paeoniae id nomen eſſe inditum ſcribit Apuleius, c. 64. Ἀγλαοφωτὶς Graece dicitur, ἄλκαια φώτων, *admiratio luminum.* H.

z. Herbam) Hanc baharas nomine deſcribi volunt a Joſepho L. VII. belli Judaici, vocarique Aeliano cynoſpaſtum terreſtre, Democrito marmarida, cynocephalian, et Oſiritin Appioni, Homero Moly, Paeoniam Galeno. *Guilandinus in Plinium* c. 3. XIII. *Dal.*

a. Propter eximium) Vel potius ob lucidum ſplendorem. *Idem.*

b. Perſico) Qua Perſidem ſpectat Arabia. H.

c. Marmaritin vocari) Imo potius, ſplendentem, et nitentem, ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν. *Dalec.*

electri sine folio, nasci *e.* in [1] Tardisilis Indiae: cuius radice in pastillos digesta, in dieque pota [2] in vino, noxii *f.* per cruciatus nocte confiteantur omnia, per varias numinum imaginationes. Eamdem *g.* [3] hippophobada appellat, quoniam equae praecipue caueant eam. *h.* Theombrotion XXX. schoenis a Choaspe nasci, pauonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem a regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemque *i.* mentis: eamdem *k.* semnion a potentiae [4] maiestate appellari. Aliam *l.* deinde [5] adamantida, Armeniae Cappadociaeque alumnam. Hac admota leones resupinari cum

 hiatu

1. *Tradastilis.* *Ch.* 2. *e.* *V.* 3. *Sic ex* MSS. *H.* *hippophorbada.* *Ch.* *hippophouada* *Gr. et Al.* 4. *et iustitiae maiest.* *M.*

d. *Achaemenida)* Forte a Persis negotiatibus sic appellata, in gratiam Achaemenis, a quo Darius Hystaspae filius originem ducere, ab illo septimus, gloriabatur, teste Herod. L. Polym. p. 389. n. XI. vel gentis totius, quae Achaemenia pariter ab eo est cognominata. H.

e. *Nasci in Tardistilis Indiae)* Scribendum fortasse *in Taxilis Indiae.* de quibus Plinius lib. VI. cap. 20. et ceteri. *Pint.*

Tardisilis) MSS. *Taradastilis.* H.

f. *Noxii)* Rei criminum. H.

g. *Eamdem hippophouada appellat)* Equi non *equae,* vetus lectio. Et si inditum est ei nomen, quod equi caueant eam, *hippophobada* scribendum esse in aperto est. *Pint.*

Eamdem) Ab ἵππος et φόβος, quasi equis terrorem incutiens, ἱπποφοβάς. H.

h. *Theombrotion)* Θεωμβρώτιον, *Deorum cibus.* H.

i. *Instabilitatemque mentis)* Amentiae fatuitatisue periculum. *Dalec.*

k. *Eamdem)* A Graecis σεμνὸς *venerandus, colendus.* H.

l. *Aliam)* Ἀπὸ τοῦ α, καὶ δαμάζω, quod nulli materiae cedat. H.

hiatu [1] laxo. Nominis caussam esse, quod conteri nequeat. *m.* Arianidem in Arianis gigni, igneam colore: colligi, quum Sol in Leone sit. Huius tactu peruncta oleo ligna accendi. *n.* Therionarca in Cappadocia et Mysia nascente, omnes feras torpescere, nec nisi hyaenae vrinae aspersu recreari. Aethiopida *o.* in Meroe nasci. Ob id et [2] Meroida appellari, folio *p.* lactucae, hydropicis vtilissimam e mulso potam. Ophiusam *q.* in Elephantine eiusdem Aethiopiae, liuidam, difficilemque aspectu, qua pota terrorem minasque serpentium obuersari, ita vt mortem *r.* sibi eo metu consciscant: ob id cogi sacrilegos illam bibere. Aduersari autem ei palmeum vinum. Thalasseglen circa Indum amnem inueniri, quae *s.* ob id nomine alio [3] potamantis *t.* appellatur: hac pota lymphari homines, obseruantibus

1. *lasso.* *M.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. Meroidem Gr. et Al.* 3. *potamucyde. M. potamancis. Ch.*

m. Arianidem in Arianis gigni) *Arianida*, antiquus codex, rectius: vt paulo ante *hippophobada et adamantida.* et infra *Meroida* potius quam *Meroidem* legerem. *Pint.*

n. Therionarca) Alia est therionarca nobis familiaris, roseo flore, descripta c. 19. l. 25. *Dalec.*

Therionarca) Θηριονάρκη, quod torporem serpentibus inferat. H.

o. Aethiopida) Visa nobis in horto Regio, qualis a Dodonaeo pingitur p. 148. H.

p. Folio lactucae) Genus fortassis aliquod tithymali. *Dalec.*

q. Ophiusam) Dracontii genus aliquod. *Dalec.*

r. Vt mortem sibi eo metu consciscant) Vide Alex. ab Alex. c. 5. III. quo loco varia poenarum genera fontibus et noxiis apud diuersas gentes constituta memorat. *Dalec.*

s. Quae ob id nomine alio) Scribendum videtur *potamitis*, non *potamantis*, hoc est, fluuialis seu fluminea. *Pint.*

t. Potamantis) Vel potius ποταμῖτις, quasi fluuialis: vel vt in Indice, *potamucyde*, quasi ποταμοῦ κῦδος. H.

tibus *v.* miraculis. Theangelida in Libano Syriae, [1] Dictę *x.* Cretae montibus, et Babylone, et Susis Persidis nasci, qua pota Magi diuinent. Gelotophyllida *y.* in Bactris, et circa Borysthenen. Haec si bibatur cum myrrha et vino, varias obuersari species, ridendique finem non fieri, nisi potis nucleis pineae nucis cum pipere et melle in vino palmeo. [2] Hestiatorida *z.* a conuictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa. Eamdem protomediam, quae *a.* [3] primatum apud reges obtineant. [4] Casigneten *b.*, quoniam secum ipsa nascatur, nec cum

1. *Sic ex* MSS. *dictaeis. V. Dictae Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *H. Hestitaterida. Ch. Syssitieterlida Pint. et Gr.* 3. *Sic ex* MSS. *H. quae prim. ap. reg. obtineat. Casig. Ch. qui Gr. et A.* 4. *Acasigneten. V.*

v. Obseruantibus) Animo per noctem miras species imaginante. H.

x. Dicte) Vbi apes, teste Virgilio, Georg. IV. 152. *Curetum sonitus, crepitantiaque aera secutae, Dictaeo caeli regem pauere sub antro.* Et L. II. 536. *Ante etiam sceptrum Dictaei regis.* Hoc est, Iouis. H.

y. Gelotophyllida) Γελωτοφυλλίδα, quasi folio risum ciente, si edatur. Forte apiastrum, siue batrachion illud est, quod et herbae Sardoniae nomine vulgatius venit, de quo XV. 109. H.

z. Syssitieterida a conuictu) *Hestiaterida* in apographo nostro, non *Syssitieterida*, non minus probanda lectione. *Pint.*

Syssitieterida a conuictu in Perside nominari) Acad. et Gudianus, *besuttaterida.* Chiflet. *bestitaterida.* Voss. *haestitaterida.* Andegau. *besytitateryda.* Men. *besintarida.* Suspicor, *hestiatorida.* Ἑστιατορὶς ab ἑστιάτωρ. Vt fere et Pintianus.

Hestiatorida) Vide N. et Em. N. XXXI. (hic pos.)

Host) Prius in editis legebatur, *Syssietieterida.* In R. 1. cod. *Hesititaterida.* R. 2. *Hestitaterida.* Nos *Hestiatorida*, ἑστιατορίδα, ab ἑστιάτωρ, *conuiuator.* H.

a. Quae) Qua primum locum apud Mediae reges aulici eam edentes obtineant. H.

b. Casigneten) Forte *acasigneten*, quasi sine fratribus: nam

cum vllis aliis herbis. Eamdem Dionyſonymphadem, quoniam vino mire conueniat. [1] Helianthes *c.* vocat in *d.* Themiſcyrena regione et Ciliciae montibus maritimis, folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta, addito croco et palmeo vino, perungi Magos et Perſarum reges, vt fiat corpus aſpectu iucundum. [2] Ideo eamdem heliocallidem nominari. Hermeſias ab eodem vocatur, ad liberos generandos pulcros bonoſque, non herba, ſed compoſitio e nucleis pineae nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, poſtea admixto [3] theombrotio et lacte, bibere generaturos iubet, & a conceptu [4] puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes [5] animo et forma, atque bonos. Harum omnium *dd.* Magica quoque vocabula ponit. Adiecit his [6] Apollodorus aſſectator eius, [7] herbam aeſchynomenen *e.*, quoniam appropinquante manu folia

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. Helianthidem. V. helianthen . . in Themiſcyra Gr. et Al.* 2. *Idem autem eandem heliocallidanom. Ch.* 3. *theobratio Gr. et Al.* 4. *et puerp. Dal.* 5. *animi et formae bonis Atque harum. Ch.* 6. *Apollodotus. Ch.* 7. *arborem. Ex Th.*

nam κασίγνητος, *frater, germanus.* H.

c. Helianthes) Ἡλιανθὲς, quaſi flos Solis. H.

d. In Themiſcyra regione et Cilicia) In antiquo codice, *Themiſcyrena.* legitur, non *Themiſcyra.* Legi etiam poſſet *Themiſcyria:* ſic enim fit gentile nomen a Themiſcyra, auctore Stephano Byzantio. Item non *Ciliciae*, in eodem exemplari ſcriptum inuenies, ſed *Galatiae*; veriore lectione. multo enim minus Galatia diſtat a Themiſcyria regione, quam Cilicia. *Pint.*

dd) Magica quoque vocabula) Et non tantum Graeca, magna ex parte ab effectu ſumpta. *Dalec.*

e. Aeſchynomenen) Herbam viuam Luſitani vocant octo pedes altam, folio polypodii, flore luteo: quae contacta refugit, et ad terram velut indignabunda folia

folia contraheret. Aliam *f.* [1] crocida, cuius tactu phalangia morerentur. Crateuas *g.* [2] oenotheridem *h.*, cuius asperfu e vino, feritas omnium animalium mitigaretur. Anacampserotem *i.* celeber *k.* arte

 Gram-

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. crociden Gr. et Al.* 2. *oenotheran. Diosc. et onagram onotherinem. Ch.*

lia deiicit, accessu hominum se contrahens, discessu pandens. Eius meminit Theoph. c. 3. IV. Hist. statim post prunum Aegyptiam. Describit et Gercias ab Horto c. 22. l. II. aromatum Indicorum, Ouiedus in Americae historia, et Julius Caesar Scaliger. Eius mentio fit et c. 10. L. XIII. sed aliis verbis. Aeque mirabilis planta in insula Cimbubon reperta, Burneo propinqua: cuius delapsa folia tanquam animata repunt, moro similia, pedibus vtrinque binis, pusillis, cum tanguntur fugientia. *Guilland.*

Aeschynomenen) Αἰσχυνομένην, quasi verecundam. Ex eo genere est, atque in huius nominis possessionem venire pro suo iure potest arbos ea quae circa Memphim crescere dicitur a Theophr. Hist. IV. 9. quam es Plinius attigit, XIII. 19. vt et herba ea quae Impatiens a Dodonaeo dicitur, p. 648. a Lobelio in Obss. p. 171. Persicaria siliquosa, et in Aduu. p. 135. quae digitis appropinquantibus siliquas contrahit: Vulgus herbariorum *Noli me tangere* idcirco vocitat. Maxime vero ea quam Herbam viuam nuncupant, visam satamque a Dalecampio, ipso prodente Hist. pl. XVIII. p. 1915, vbi ea delineatur: Hanc si quis cupit apprehendere, folia contrahit: si quis assequatur, marcescit: si manum retrahat, reuirescit: Persidi haec Asiaeque familiaris est. Similis denique sensitiua Brasiliana, quam in horto Regio saepe conspeximus. H.

f. Aliam) Κροκίδα, a colore croceo. H.

g. Crateuas) De hac dicemus XXVI. 69. H.

h. Oenotheridem) Sic fortassis vulgus appellauit lathyrida, voce a Graeco detorta, et a lacteo succo. *Dal.*

i. Anacampserotem) Hesychius: Ἀνακαμψέρως, φυτόν τι, ὃ καὶ ἀρθὲν ἀπὸ γῆς ζῇ. *Herba quaedam, quae euulsa et extra terram viuit.* H.

k. Celeber arte Grammatica.) Appionem significat, artis grammaticae peritissimum,

Grammatica paulo ante, cuius omnino tactu redirent amores, vel cum odio depositi. Et abunde sit hactenus attigisse [1] insignia Magorum [2] in his herbis, alio de his aptiore dicturis loco.

CIII. (XVIII.) Eriphiam *l.* multi prodidere. [3] Scarabaeum haec in auena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hoedi, vnde *m.* et nomen accepit. Hac ad vocem nihil praestantius esse tradunt.

CIV. Herba lanaria ouibus [4] ieiunis data, lactis abundantiam facit. Aeque nota lactoris vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. Eamdem *p.* hanc aliqui *q.* esse dicunt, alii similem illi, quam *r.* militarem vocant: quoniam vulnus ferro factum, nullum non intra dies quinque sanat, ex oleo imposita.

CV.

1. *somnia. V.* 2. *in herbis, alia de his apt. dicturi loco. Ch.* 3. *scarapheam. Ch.* 4. *ieiuniis. Ch.*

mum, Pleistonicen cognominatum, quod eruditione plurimos superasset, quemadmodum ἰατρονικιτῶν Thessalus se adpellabat: cuius mentio fit in praefatione totius operis, c. 2. XXX. c. 5. XXXVII. et c. 10. XXXV. Nisi quis intelligi malit Apollodorum paulo ante dictum, Grammaticae scientia tam clarum, vt honorem Amphyctiones ei habuerint, cap. 37 L. VII. *Dal.*

Celeber) Apionem Grammaticum signat, de quo nos in Auctorum indice. Hic paulo ante Plinii tempora Tiberii principatu vixit. H.

l. Eriphiam) Nunc haud satis cognitam. H.

m. Vnde) Voce Graecae ἔριφος hoedum significante. H.

n. Herba) In Noth. Diosc. ἔρβα λαναρία Ῥωμαίοις, ςρούθιον est, siue radicula, *l'herbe au foulon*: de qua nos egimus XIX. 18. H.

o. Aeque) Forte lactuca marina, de qua XX. 24. H.

p. Eamdem) Falso H.

q. Aliqui esse dicunt) Hallucinantur ii. Stratiotes enim lacte non turget. *Dal.*

r. Quam) Millefolium terrestre, de quo egimus s. 95. H.

CV. Celebratur *s.* autem et a *t.* Graecis [1] stratiotes, [2] sed ea in *v.* Aegypto tantum et inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat *x.* mire, et vulnera sanat ex aceto illita. Item *y.* ignes sacros, ac suppurationes. Sanguinem *z.* quoque qui defluit a renibus, pota cum thure masculo mirifice sistit.

CVI. Herba *a.* in capite statuae nata, collectaque *b.* alicuius in vestis panno, et alligata in lino rufo, capitis dolorem confestim sedare traditur.

CVII. Herba quaecumque a riuis aut fluminibus

1. *Sic ex* MSS. *et Ch. stratiotis Gr. et Al.* 2. *Est et ea. M*

s. Celebratur) Haec totidem fere verbis Diosc. IV. 102. Στρατιώτης, etc. Delineatur haec Stratiotes a Prospero Alpino, αὐτόπτῃ, L. de plantis Aegypti, p. 708. Στρατιώτης etiam Galeno etc. de fac. simpl. m. VIII. p. 132. H.

t. A Graecis) Theoph. c. 9. hist. IV. hist. *Dal.*

v. In Aegypto tantum et inundatione) Hoc Plinio minime credunt herbarii. Nullius quidem scriptoris testimonio id scribit. Dioscorides ea de re tacet. *Dal.*

x. Refrigerat) Diosc. et Gal. II. cc. H.

y. Item) Καὶ ἐρυσιπέλατα Diosc. l. c. H.

z. Sanguinem quoque qui defluit a renibus) Scribendum reor permutatis syllabis, *naribus*, non *renibus.* Pint.

Sanguinem) Diosc. l. c. Ἐφιστάνον τὰς εἰς νεφρῶν αἱμοῤῥαγίας. H.

a. Herba) Haec totidem verbis Marc. Emp. c. 2. p. 39. et Plin. Val. I. 1. Theod. Pr. IV. *Herba polygono coronatus ... dolore capitis caret. Similiter etiam herba illa, quae forte inuenta fuerit in capite aenearum statuarum.* Vide Eusebii H. E. VII. vbi de herbae ignoto genere, ad pedes Christi statuae, enascente Caesareae Philippi morborum omnium medela certissima. Sed haec ei vis praeter naturam ab auctore Naturae. H.

b. Collectaque alicuius in vestis panno) Scribe, *collectaque in vestis alicuius panno et illigata.* Pint.

nibus ante Solis ortum collecta, ita vt nemo colligentem videat, [1] adalligata *bb.* laeuo brachio, ita vt aeger quid sit illud ignoret, tertianas arcere traditur.

CVIII. Lingua *c.* herba nascitur circa fontes. Radix eius combusta et trita cum adipe suis, (adiiciunt vt nigra sit et sterilis) alopecias emendat vngentium in Sole.

CIX. Cribro *d.* [2] in limite adiecto, herbae intus exstantes decerptae adalligataeque; grauidis, partus accelerant.

CX. Herba quae gignitur [3] supra fimeta ruris, contra anginas efficacissime pollet ex aqua pota.

CXI. Herba, iuxta quam canes vrinam fundunt, euulsa ne ferro attingatur, luxatis celerrime medetur.

CXII. [4] Rumbotinum *e.* arborem demonstrauimus inter arbusta. Iuxta hanc viduam vite nascitur herba, quam Galli *f.* [5] rhodoram vocant: caulem habet virgae ficulneae modo geniculatum, folia

1. *Sic ex* MSS. *H. contra tertianas adalligata Gr. et Al.* 2. *In limitem proiecto. Vet. in limite abiecto. M.* 3. *super. Cb.* 4. *Sic et. M. Rumbotinum. Colum. et Cb. Rombotinum Gr. et Al.* 5. *rodarum Cb.*

bb. Contra tertianae adalligata) Duo prima verba contra omnia exemplaria contenderim superuacanea esse. *Pint.*

c. Lingua) Quae lingulaca dicitur, XXV. 84. Vide quae ibi dicturi sumus. H.

d. Cribro) Ita enim MSS. Malim, *abiecto.* In Indice, *Herba de cribro*, subintellege, nata. H.

e. Rumbotinum) Romotinum arbustum Gallicum arboribus humilioribus et minime frondosis consitum, eaque re ab arbusto Italico differens. Supra cap. I. lib. XIV. Rompotinus in arbusto *populus* dicitur. *Dal.*

Rumbotinum) L. XIV. 3. H.

f. Galli) Nempe Galli Circumpadani. In MSS. R. et Colb. *Rhodaram.* In Indice, *Rhodarum.* H.

folia vrticae in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum: praecipua contra tumores, feruoreſque, et collectiones, cum axungia [1] veteri tuſa, ita vt ferro non attingatur: [2] qui perunctus eſt, deſpuit ad ſuam dextram [3] ter. Efficacius remedium eſſe aiunt, ſi tres quoque trium nationum homines perungant dextrorſus.

CXIII. Herba *g.* impia vocatur incana, roriſmarini aſpectu, thyrſi modo veſtita atque capitata. Inde alii ramuli exſurgunt ſua [4] capitula gerentes: ob id impiam appellauere, quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alii potius ita appellatam, [5] quod nullum animal eam attingat, exiſtimauere. Haec inter duos lapides trita feruet, praecipuo aduerſus anguinas ſucco, lacte et vino admixto. Mirum traditur, numquam ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaque et ſuibus dari: quaeque medicamentum id noluerint haurire, eo morbo [6] interimi. Sunt qui et in auium nidis [7] inſeri aliquid ex ea putent, atque ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes.

CXIV. Veneris *h.* pectinem appellant a ſimilitudine pectinum, cuius radix cum malua tuſa, omnia corpori infixa extrahit.

CXV.

1. *vero vetere.* Ch. 2. *et qui per. eſt depuat.* M. 3. *tertiam efficacius.* M. 4. *capitella.* Gr. 5. *quoniam nul. an: quod eam art. exiſtimatur viuere.* M. 6. *interire.* Veſ. 7. *inſerendum.* V.

g. Herba) Filago ea eſt, ſiue Impia Dodonaei, p. 66. viſa a nobis in horto Regio. Subſcribit etiam Anguillara P. XII. p. 203. H.

h. Veneris) Hanc eſſe Ruellius arbitratur, quam Plinius alibi ſcandicem vocat, XXII. 38. delineatam a Dodonaeo p. 689. H.

CXV. [1] Veterno liberat, quae exedum *i.* vocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota: ea *k.* mularis [2] est aliis, aliisue nominibus. Nomas curat: efficacissimamque aduersus scorpiones esse potam in vino aut posca reperio.

CXVI. Philanthropon *l.* herbam Graeci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhaerescat. Ex hac *m.* corona imposita capitis dolores [3] sedat. Nam *n.* quae canaria appellatur lappa, cum plantagine et millefolio trita ex vino carcinomata sanat, [4] ternis diebus soluta. Medetur et [5] suibus effossa sine ferro, et addita in colluuiem *o.* poturis, vel ex lacte ac vino. Quidam adiiciunt [6] et fodientem dicere

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. Veternosa curat .. vocatur. Nodia herba .. mutans dicitur aliisque nominibus Gr. et vulgg.* 2. *est aliis aliisue. Ch.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. sedentur Gr. et Al.* 4. *trinis Vet.* 5. *suibus effosa Ch.* 6. *effodientem Ch.*

i. Exedum) Exedum acris herba videtur fuisse ab exedendo dicta. *Idem.*

Quae) Fortean ab exedendo dicta. In indice huius loci, *Exedum*, siue *Nodia.* Ceteris scriptoribus incognita. H.

k. Ea) In R. 2. eod. *Ea villaris* legitur. H.

l. Philanthropon) Est Aparine Dodonaei, p. 350. et Lobelii in Obss. p. 464. Fuchsii Φιλάνθρωπος, hist. pl. c. 14. Plinii asperugo, XXVI. 65. Vulgus in Gallia *Gratteronem* vocat. H.

m. Corona) Περίαμμα. Vide quae adnotata sunt c. 11. L. XXVII. Hoc remedium ex Archigene Galenus citat lib. II. *κατὰ τόπȣς. Dal.*

n. Nam) Lappam canariam habere quamdam cum philanthropo affinitatem haud obscure innuit: prorsus vt alterum lappaginis genus esse videatur, quod mollugo a Plinio appellatur, XXVI. 6. pingiturque a Dodonaeo, p. 351. H.

o. Colluuiem) Impuram et sordidam aquam cum sero lactis, furfure, concisis oleribus mixtam, quam bibendam suibus offerunt: vulgo, *lavaille.* Dal.

In) In aquam sordidam, in qua furfur et olea mixta. Galli, *la Lauaille.* H.

dicere oportere: Haec est herba argemon, quam Minerua reperit [1] suibus remedium, qui de illa gustauerint.

CXVII. [2] Tordylon *p.* alii semen [3] silis *pp.* esse dixerunt: alii *q.* herbam per se, quam et syreon vocauerunt. Neque aliud de ea proditum inuenio, quam in *r.* montibus nasci: [4] combustam *s.* potu ciere menses, et pectoris exscreationes, efficaciore etiamnum radice: succo *t.* eius ternis obolis hausto renes sanari: addi radicem eius et in malagmata.

CXVIII. Gramen *v.* ipsum [5] est inter herbas vulgatissimum. Geniculatis serpit internodiis, crebroque ab his, [6] et *x.* ex cacumine nouas radices spar-

1. *Sic ex* MSS. *H. suibus iis. Vet. subus rem. quae de. Ch. suibus haec effossa Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *Tordin. Ch. Tordylium. Tordylon Gr. et Al.* 3. *seseleos. Vet.* 4. *decoctam. Diosc.* 5. *est, in M. d.* 6. *velut ex Dal. cacumen vocat radicis caput.*

p. Tordylon) Hoc est seselis. Diosc. IV. 164. Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σέσελι Κύπριον, etc. Et in Nothis p. 455. οἱ δὲ τόρδυλον. H.

pp. Silis) Seseleos. Imo vero Creticum seseli vocant. *Dal.*

q. Alii) Ipsum est Creticum seseli, de quo nos egimus XX. 18. et 87. Diosc. III. 63. Τορδύλιον ἔνιοι δὲ σέσελι Κρητικὸν καλοῦσι. H.

r. In montibus) Amano Diosc. *Dal.*

In) In Amano Ciliciae monte. Diosc. l. c. H.

s. Combustam) Diosc. l. c. H.

t. Succo) Diosc. l. c.

v. Gramen) Diosc. IV. 30. Ἄγρωστις κλημάτια ἔχει γονατώδη ἕρποντα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων προϊέμενα ῥίζας, γλυκείας γονατώδεις. *Gramen viticulas habet viticulatas, per terram repentes, quae a suis articulis radices spargunt dulces, internodiis seu geniculis distinctas.* Hoc gramen caninum vocant rura nostra, *Chien-dent.* Pingitur a Lobelio, qui Caninum medicatum appellat, in Obss. p. 11. H.

ſpargit. Folia eius [1] in reliquo orbe in *y.* exilitatem [2] faſtigantur. In *z.* Parnaſſo tantum ederacea ſpecie, [3] denſius, quam vſquam [4] fruticant, flore odorato candidoque. Iumentis *a.* herba non alia gratior, ſiue viridis, [5] ſiue in feno ſiccata, [6] quum detur aſperſa aqua. [7] Succum quoque eius in Parnaſſo excipi tradunt propter *b.* vbertatem. [8] Dulcis hic eſt. In *c.* vicem eius in reliqua parte terrarum ſuccedit decoctum *d.* ad vulnera conglutinanda, quod et ipſa herba tuſa praeſtat, tueturque *e.* ab inflammationibus plagas. Decocto *f.* adiicitur vinum ac mel: ab aliquibus et thuris, et piperis, myrrhaeque tertiae portiones. Rurſuſque *g.* coquitur

1. *In,* vacat. *Dal.* 2. *faſtigantur.* *Ch.* 3. *decentius.* *M.* 4. *fruticat.* *Vet.* 5. *ſiue pro foeno; vel, ſiue in foenum.* *Dal.* 6. *cum datur.* *Dal.* 7. *Succumque eius.* *Ch.* 8. *Dulcis enim hic.* *Dal.*

x. *Et*) Cum depreſſo cacumine terra obruitur, vel ſic radices agit: tam pertinacis eſt vitae. H.

y. *In*) Inſtar exilis arundinis inquit Dioſc. l. c. Φύλλα ὀξέα … ὡς καλάμου μικροῦ. H.

z. *In P.*) Dioſc. IV. 32. Ἡ δὲ ἐν τῷ Παρνάσσῳ γεννωμένη ἄγρωστις, πολυκλαδωτέρα ἐστί, *denſius fruticat*: ἄνθος λευκὸν καὶ εἰῶδες, *flore candido et odorato* etc. H.

a. *Iumentis*) Dioſc. IV. 30. et 32. H.

b. *Propter*) Ad fecunditatem. H.

c. *In vicem*) In locum Parnaſſii graminis, gramen vulgare ſuccedit in orbe reliquo. Dioſc. l. c. Ταύτης ἡ ῥίζα καταπλαττομένη λεία, τραύματα κολλᾷ. H.

d. *Ad vulnera*) Graminis vulgaris, non Parnaſſii. Dioſc. *Dal.*

e. *Tueturque ab inflammationibus*) Non *plagas* in vetuſto codice, ſed *pacata.* praeceſſit enim *vulnera.* Pint.

Tueturque) MSS. *placata,* vt ad vulnera referatur. H.

f. *Decocto*) Succo Parnaſſii. Dioſc. *Dal.*

Decocto) Parnaſſii ſcilicet graminis, vbi id ſuppetit, ita prodente Dioſc. IV. c. 32. reliquo in orbe, vulgaris. H.

g. *Rurſuſque*) In R. 2. *cogi.*

quitur in aereo *h.* vase ad dentium dolores et *i.* epiphoras. Radix *k.* decocta in vino torminibus medetur, et vrinae difficultatibus, [1] hulceribusque vesicae. Calculos *l.* frangit: Semen *m.* vehementius [2] impellit. Aluum *n.* vomitionesque sistit. Priuatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula nouem, vel vnius, vel e duabus tribusue herbis, ad hunc *o.* articulorum numerum inuolui lana succida nigra iubeant, ad remedia strumae, panorumue. Ieiunum debere esse qui colligat: ita ire in domum absentis cui medeatur, superuenientique ter dicere, ieiuno ieiunum medicamentum dare, atque ita adalligare, triduoque id facere. Quod *p.* e graminum genere

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. ad hulc. Dal. hulceribus Gr. et Al.* 2. *vrinam impellit. Gr. et Al.*

cogitur. Condi in aereo vase oportere ait Diosc. IV. 32. H.

h. Aereo vase) Aerea pyxide reconditur ad oculorum medicamenta. Diosc. *Pint.*

i. Et) Oculorum inflammationes. Diosc. l. c. Φάρμακόν ἐστιν ἄριστον πρὸς ὀφθαλμούς. ἀποτίθεται δὲ ἐν χαλκῇ πυξίδι. Apul. c. 77. t. 2. *Ad epiphoras oculorum: Herba gramen ... decrescente Luna sublata plurimum valet. Repositam habeto diligenter: exinde lippire incipientibus ad collum ligato, celeriter imminentem epiphoram discutere et sanare diximus.* H.

k. Radix) Et haec pariter de vulgari gramine Diosc. IV. 30. H.

l. Calculos) Diosc. l. c. et Gal. de fac. simpl. med. VI. 3. Vide et Marc. Emp. c. 26. p. 180. H.

m. Semen) Diosc. et Galen. ll. cc. H.

n. Aluum) Diosc. et Gal. ll. cc. H.

o. Hunc articulorum numerum) Nempe tot caules, radicesue, vt is geniculorum numerus habeatur. *Dal.*

p. Quod e graminum genere septem) Serenus in medicamentis, quae capitis doloribus medentur: *Vel quae septenis censentur gramina nodis Vtiliter nectis. Dal.*

Quod) Q. Seren. c. 2. p. 126. inter remedia capitis hoc

nere ſeptem internodia habet, efficaciſſime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter veſicae cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias a balineis bibi iubent.

CXIX. Sunt qui et aculeatum gramen vocent trium generum: [1] quum *q.* in cacumine aculei ſunt plurimum quini, [2] dactylon appellant: hos conuolutos naribus inſerunt, extrahuntque ſanguinis ciendi gratia. Altero *r.*, quod eſt aizoo ſimile, ad paronychia et pterygia vnguium, et quum caro vnguibus increuit, vtuntur cum axungia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium *s.* genus dactyli, ſed tenuis, naſcitur in parietinis, aut tegulis. Huic cauſtica vis eſt. Siſtit hulcera quae ſerpunt. Gramen capiti circumdatum, ſanguinis e naribus fluxiones ſiſtit. 3 Camelos

1. *primum cui in cacumine aculei ſunt quini: dactylos appellant. Dac.* 2. *pentadactylon. Alii.* 3. *κτηνὰ, iumenta. Dioſc.*

haec habet: *Vel quae ſeptenis cenſentur gramina nodis, Vtiliter nectes.* H.

q. Quum) Hoc primum aculeati graminis genus. Gramen aculeatum, inquit Ruellius, III. p. 563. rura noſtra etiam canarium dentem appellant: aliqui e vulgo *Capriolam*, quod capris grato ſit pabulo: multi ab effectu *ſanguinariam*, quod aculei foliorum quini ſeniue in echinatum faſtigium vna conuoluti nares farciunt, eliciendi ſanguinis gratia, quum extrahuntur. H.

r. Altero quod eſt aeizoo ſimile) Aloyſius paronychiam Dioſc. eſſe putat, quam is peplo ſimilem eſſe foliis tradit. *Dal.*

Altero) Eſt illud dactyli genus, et tertium quod ſequitur, aizoi tertiam ſpeciem, ſiue illecebram Dioſcoridis, IV. 91. ita repraeſentant, vt nulli paulum verſato non liquido conſtet, nihil diſcrepare. Vide Lobelium in Aduu. et Aloyſ. Anguill. P. V. p. 94. De hac illecebra dicemus XXV. 103. H.

s. Tertium genus dactyli) Aloiſius eſſe putat ſemperuiui

los *t.* necare traditur in Babylonis regione, id quod *v.* iuxta vias nafcitur.

CXX. Nec feno Graeco minor auctoritas, quod *x.* telin vocant, alii carphos: aliqui buceras, alii aegoceras, quoniam *y.* corniculis femen eft fimile, nos [1] filiciam: quomodo *z.* fereretur, fuo *a.* loco docuimus. Vis *b.* eius ficcare, mollire, diffoluere. Succus *c.* decocti feminarum pluribus malis fubuenit: fiue duritia, fiue tumor, fiue *d.* contractio fit vuluae, fouentur, [2] infidunt: infufum quoque

1. *Sic ex* MSS. *H. Siliquam. Colum c.* 11. *L. II. filictam. Ch. Salicam quod quomodo Gr. et Al.* 2. *et infident. V.*

uiui tertium genus, quod ἀνδράχνην ἀγρίαν, et τηλέφιον Graeci vocant, Romani illecebram. *Dalec.*

t. Camelos) Iumenta vniuerfim omnia necari illo gramine, quod fecus vias in Babylonis regione nafcitur, prodit Diofc. I. 31. H.

v. Quod iuxta viam etc.) Καλαμαγρώςιν Diofcorides vocat, id eft, arundinaceum gramen. *Dalec.*

x. Quod) Τῆλιν. Gal. in Expl. voc. Hipp. T. II. p. 89. Βουκέρας, ἡ τῆλις Et κατὰ τόπ. l. 2. p. 335. Ὀνομάζεται δὲ παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ τοῦτο τὸ Φυτόν, αἰγοκέρως. Diofc. in Noth. p. 444. Τῆλις, οἱ δὲ κάρφος, quae vox paleam et feftucam fonat. H.

y. Quoniam corniculis) Imo potius, quod femen longis filiquis veluti corniculis includitur. *Dalec.*

Quoniam) Quoniam filiqua quae femen continet, in cornus fpeciem eft falcata. H.

z. Quod quomodo fereretur, fuo loco docuimus) Pronomen *quod* eft a manu male fedula: certe quinque noftri confenfu id condemnant. Voffiani enim ambo: *docuimus fuo loco.* Gron.

a. Suo) L. XVIII. 30. H.

b. Vis) Diofc. I. 124. hoc tantum: μαλακτικὴν καὶ διαχυτικὴν ἔχει δύναμιν, molliendi ac difcutiendi vim habet. H.

c. Succus) Haec totidem verbis Diofc. l. c. H.

d. Contractio) Μύσις. Diofc. aditus et ofculi veluti conniuentis praeclufio. *Dal.*

Siue) Praeclufio oris vuluae, μύσις Diofc. l. c. H.

que prodeſt. Furfures *e.* in facie extenuat. Spleni *f.* addito nitro [1] decoctum impoſitum medetur. Item ex aceto. Sic et jocineri decoctum. Diocles difficile parientibus *g.* ſemen eius dedit acetabuli menſura tritum in nouem cyathis ſapae, vt quum tertias partes biberint, [2] calida lauarentur: et in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox [3] a balneo reliquum pro ſummo auxilio. Farinam [4] feni Graeci cum hordeo, aut lini ſemine decoctam aqua mulſa contra vuluae cruciatus [5] ſubiecit. [6] Item impoſuit imo ventri. Lepras, lentigines, ſulphuris pari portione mixta farina curauit, nitro ante praeparata cute, ſaepius *h.* die illinens, perungique *i.* [7] prohibens. Theodorus *k.* [8] feno miſcuit quartam partem purgati naſturtii acerrimo aceto ad lepras. [9] Damon *l.* ſemen feni acetabuli dimidii menſura cum ſapae et aquae nouem cyathis ad menſes ciendos dedit [10] potu. Nec *m.* dubitatur, quin decoctum eius

1. *decoctum et imp. Gr. et Al.* 2. *dein cal. lau. et in balineo. Ch.* 3. *a balineo Ch.* 4. *foeni. Ch.* 5. *obiecit item impoſuitque. Ch.* 6. *itemque. M.* 7. Sic ex MSS. *H. et M. praecipiens Gr. et Al.* 8. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. feno Graeco miſcuit Gr. et Al.* 9. *Timon Ch. feni Graeci ſemen Gr.* 10. *potus. Ch.*

e. Furfures) Dioſc. l. c. H.

f. Spleni) Dioſc. l. c.

g. Parientibus) Inſtante partus tempore. *Dal.*

h. Saepius die illinens) In vetuſto Codice, *prohibens* non *praecipiens*, et paulo poſt *acetabuli dimidii* non *dimidia.* Pint.

i. Perungique) Ita MSS. omnes: non, vt vulgati libri, *praecipiens.* H.

k. Theodorus) Feno Graeco ſcilicet. Ita MSS. H.

l. Damon) Qui et Damion. Vide Auctorum Indicem. In MSS. *Timon*, mendoſe. H.

m. Nec) Dioſc. l. c. H.

eius vtilissimum sit vuluis, interaneisque exhulceratis: sicuti semen articulis atque praecordiis. Si vero cum malua decoquatur, postea addito mulso [1] potus, ante cetera vuluis interaneisque laudatur: quippe, quum vapor quoque decocti plurimum prosit: alarumque etiam graueolentiam decoctum *n.* [2] feni emendat. Farina porrigines capitis furfuresque cum vino et nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia genitalibus *o.* medetur: item pano, parotidi, podagrae, chiragrae, articulis, carnibusque, quae recedunt ab ossibus: aceto vero subacta luxatis. Illinitur et lieni decocta in aceto et melle tantum. Carcinomata subacta ex vino purgat: mox addito melle persanat. Sumitur *p.* et sorbitio e farina ad pectus exhulceratum, longamque tussim. Diu decoquitur, donec amaritudo desinat. Postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum dicetur.

1. *potui. Vet.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. Decoctum feni Graeci semen emendat Gr. et Al.*

n. Decoctum foenigraci semen emendat) Verbum *semen* redundat ex eodem. Et sane Dioscorides L. II. cap. de foenograeco, graueolentiam excrementorum in intestinorum torminibus decocto foenigraeci emendari prodit. *Pint.*

o. Genitalibus) Tumentibus, inflammatis. *Dal.*

p. Sumitur) Plin. Val. I. 58. *Feni Graeci farina*, inquit, *cum aqua decocta, donec amaritudinem amittat: adiecto melle iterum coques: et deuorata tantum tussim sedat, et pectoris hulcera expurgat.* H.

q. Claritas) Herbae clariores et insigniores. Qua forma loquendi saepius abutitur. Sic *vetustatem adipis* pro *adipe vetusto* alibi dixit. Locum autem nunc respicit f. 88. vbi haec praefatus erat: *Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis.* H.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXV.

Ipsa quae nunc dicetur herbarum claritas, medicinae tantum gignente eas tellure, in admirationem curae priscorum diligentiaeque animum agit. Nihil ergo intentatum inexpertumque illis fuit: nihil deinde occultatum, [1] quodque non prodesse posteris vellent. At nos elaborata [2] iis abscondere atque supprimere cupimus, et *a.* fraudare vitam etiam alienis bonis. Ita certe recondunt, qui pauca aliqua nouere, inuidentes aliis: et neminem docere, in *b.* auctoritatem scientiae est. Tantum ab excogitandis nouis, [3] ac iuuanda vita mores absunt, summumque opus ingeniorum diu iam hoc fuit, vt intra vnumquemque recte facta veterum perirent. At *c.* hercules [4] singula quosdam in-

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. quod non pr. Gr. et Al.* 2. *his.* Ch. 3. *ad adiuuandam vitam. M.* 4. *singulares quidam quos.*

a. Et) Et fraudare homines qui viuunt, bonis quae alii inuenere. H.

b. In) Id auctoritatem conciliare scientiae videtur. H.

c. At) Quae singuli homines inuenerunt, quosdam e suis inuentoribus in Deorum numerum addidere: omnium certe, qui in eo elaborarunt vitam clariorem fecere, cognomine herbis indito. H.

inuenta Deorum numero addidere: [1] omnium *d.* vtique vitam clariorem fecere cognominibus herbarum, tam benigne gratiam memoria referente. Non aeque haec cura eorum [2] mira in his, quae ſatu blandiuntur, aut cibo inuitant: [3] culmina *e.* quoque montium inuia et ſolitudines abditas, [4] omniſque terrae fibras ſcrutati inuenere, quid quaeque radix polleret, ad quos vſus herbarum folia pertinerent, etiam quadrupedum pabulo intacta ad ſalutis vſus vertentes.

II. (II.) Minus hoc, quam par erat, noſtri celebrauere, omnium vtilitatum et virtutum rapaciſſimi. Primuſque et diu ſolus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magiſter, paucis dumtaxat attingit, boum etiam medicina non omiſſa. Poſt eum vnus illuſtrium tentauit C. Valgius eruditione ſpectatus, [5] imperfecto volumine ad Diuum Auguſtum, inchoata etiam praefatione *f.* religioſa, vt omnibus malis humani illius potiſſimum Principis [6] ſemper [7] mederetur maieſtas.

III. Antea condiderat ſolus apud nos, quod equidem inueni, Pompeius Lenaeus, Magni Li-

Rr 4 ber-

1. *omnium. in M. d.* 2. *mira eſſet in Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *H. ſcil. culmina Gr. et Al.* 4. *omneis. Alii.* 5. *in perfecto Ch.* 6. *ſemper in M. d.* 7. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. medicetur Gr. et Al.*

d. Omnium vtique vitam clariorem fecere) Scribendum puto *hominum* non *omnium.* Pintian.

e. Sed culmina quoque montium) Particula *Sed*, in nullo eſt noſtrorum. Et eleganter in talibus eam omitti ſaepius ad Liuium et Senecam monendum nobis fuit. Sed et duo poſteriores, *mira ſed in his.* Voſſiani, *mira ſi in his.* Lege: *Non aeque haec cura eorum mira eſt in his.* Gron.

f. Praefatione) Inſerta praecautione, vt humanis calamitatibus opitularetur Principis maieſtas, felici adminiſtratione imperii. H.

bertus: quo primum tempore hanc ſcientiam ad noſtros perueniſſe [1] animo aduerto. Namque Mithridates, [2] maximus ſua aetate regum, quem debellauit Pompeius, omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitae fuiſſe argumentis, [3] praeterquam *g.* fama, intelligitur. Vni *h.* ei excogitatum, quotidie venenum bibere praeſumptis remediis, vt conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti, ex quibus vnum etiam nomen eius retinet. Illius *i.* inuentum autumant, ſanguinem *k.* anatum Ponticarum miſcere antidotis, quoniam veneno viuerent. Ad *l.* illum Aſclepiadis medendi arte

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. animaduerto Gr. et vulgg.* 2. *Aulus Gellius L. XVII. c. 16.* 3. *praeterque. M.*

g. Praeterquam) Forte, vt alibi, *praeterque*: hoc eſt, ac praeterea. Praeter ſingularem famam, quam ille apud omnes obtinuit, etiam argumentis quampluribus diligentiſſimus naturae ſcrutator fuiſſe intelligitur. H.

h. Vni) Celſ. V. 23. *Nobiliſſimum eſt antidotum Mitridatis, quod quotidie ſumendo, Rex ille dicitur aduerſus venenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe.* Vide Dion. Caſſ. XXXVII. 35. H.

i. Illius) Gellius XVII. 16. p. 972. *Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare. Scriptum etiam a Lenaeo Cn. Pompeii liberto, Mithridatem illum Ponti regem medicae rei et remediorum genus id ſolertem fuiſſe: ſolitumque eum ſanguinem miſcere medicamentis, quae digerendis venenis valent: eumque ſanguinem vel potentiſſimum eſſe in ea confectione..* Sanguinem anatum vtiliſſime in antidotis miſceri, tradit quoque Dioſc. II. 97. anſeris quoque atque hoedi. Meminit etiam Scrib. Larg. comp. 187. H.

k. Sanguinem anatum, etc.) Inde nata eſt ac inuenta medicis confectio δι *αἱμάτων. Dalec.*

l. Ad) Ad Mithridatem libros miſit de arte medendi Aſclepiades, quum ſollicitatus ab eo rege, vt ad ſe veniret, pro ſe praecepta ab Vrbe miſit. Commentarios edidiſſe in quoſdam libros Hippocratis, aliaque plurima ſcriptis conſignaſſe, ex Braſauoli

arte clari, volumina compoſita exſtant, quum ſollicitatus ex vrbe Roma, praecepta pro ſe mitteret. Illum *m.* ſolum mortalium viginti *n.* duabus linguis loquutum certum eſt, nec de ſubiectis gentibus vllum hominem per interpretem appellatum ab eo annis *o.* [1] LVI. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinae peculiariter curioſus, et ab [2] omnibus ſubiectis, qui fuere pars magna terrarum, ſingula exquirens, ſcrinium commentationum harum et exemplaria, effectuſque, in arcanis ſuis reliquit. Pompeius *p.* autem omni regia praeda potitus, tranſferre ea ſermone noſtro libertum *q.* ſuum Lenaeum, Grammaticae artis, [3] iuſ-

 ſit:

1. *CLVX. Ch. fortaſſis, XLVI. et Ch. hominibus Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. artis doctiſſimum iuſſit Gr. et Al.* 3. *Sic ex* MSS. *H.*

ſauoli indice in Galenum intelliges: praeter ea quae recenſuimus in Auctorum ſyllabo. H.

m. Illum) Tranſſcripſit haec Gellius totidem verbis, XVII. 17. p. 974. indicauitque iam Plinius VII. 24. H.

n. Viginti duabus linguis locutum) Valerius L. IX, Gellius L. XVII. *Dalec.*

o. Annis) Sic libri etiam MSS. R. Colb. etc. Appianus de bell. Mithrid. p. 249. vixiſſe ait annos nouem ſupra LX imperitaſſe annos LVII. Ἐβίω δ' ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἐπὶ τοῖς ἑξήκοντα ἔτεσι· καὶ τούτων ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτεσιν ἐβασίλευσε. Strabo X. p. 477. auctor eſt aetatis anno vndecimo ſuſceptum ab eo imperium. H.

p. Pompeius autem omni regia praeda potitus) *Antidotus vero multis Mithridatica fertur Conſociata modis: ſed Magnus ſcrinia Regis Cum raperet victor vilem deprendit in illis Syntheſin, et vulgata ſatis medicamina riſit.* Serenus c. de venenis. Vide ſupra c. 8. L. XXIV. *Dalec.*

q. Libertum ſuum Lenaeum Grammaticae artis doctiſſimum) Vox vltima eſt ab non doctiſſimo. Chiflet. et Voſſianus relegant. Et eodem modo Plinius L. VII. 39. *Pre-*

ſit: vitaeque ita profuit non minus, quam reipublicae victoria illa.

IV. Praeter hos Graeci auctores [1] medicinae prodidere, quos ſuis locis diximus. [2] Ex *s.* his Cra-

1. medicinae, in Ch. d. 2. *Sic et Ch. Ex his Euax rex Arabum, qui de ſimplicium effectibus ad Neronem ſcripſit: Crateuas, Gr. et Al.*

Pretium hominis in ſeruitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit Grammaticae artis Daphnidis, Cn. Piſaurenſi vendente. Vbi Mſſ. *Daphninatio Piſaurenſe.* Forte: *Daphnidis Egnatio Piſaurenſe vendente.* L. XXX. 2. *quum adoleſcentibus nobis viſus Apion, Grammaticae artis,* hoc eſt, Grammaticus. *Gron.*

r. Grammaticae) Vide N. et Em. N. I. (hic coll.) *Libertum)* Libri editi, *Grammaticae artis doctiſſimum,* quae vox inſerta temere ab interpolatore aliquo, nec Plinium ſapit. Abeſt ea ſane a MSS. R. Colb. Ch. Sic XXX. 6. *Adoleſcentibus nobis viſus Apion Grammaticae artis,* hoc eſt, Grammaticus. Et ſupra VII. 40. *Grammaticae artis Daphni Gnatio.* L. IX. 8. *Arionem quoque citharoedicae artis, interficere nautis in mari parantibus.* H.

s. Ex) Vide N. et Em. N. II. (hic comſp.) *Ex)* In libris hactenus editis, ita legitur: *Ex his Euax rex Arabum, qui de ſimplicium effectibus ad Neronem ſcripſit: Crateuas etc.* Interiecta verba nulli codices agnoſcunt manu exarati, non R. Colb. Ch. aliiue. Vnde vero ea huc irrepſerint, coniicere haud in promtu eſt. Meminit illius Marbodeus, L. de gemmis, f. 6. *Euax rex Arabum, fertur ſcripſiſſe Neroni, Qui poſt Auguſtum regnauit in orbe ſecundus.* Tiberium igitur Caeſarem intelligit, eum cui et Neronis cognomentum fuit, et ſumma poſt Auguſtum reipublicae cura commiſſa. Hunc Plinius Neronem nuſquam vocat: ne ſi Neronem diceret, Domitius Nero intelligeretur. Pergit: *Quot ſpecies lapidis, quae nomina, quiue colores, Quaeque ſit his regio, vel quanta potentia cuique: Hoc opus excerpens dignum componere duxi, Aptum geſtanti forma breuiore libellum.* At diuerſum id opus eſt ab eo quod de ſimplicium effectibus inſcriptum eſſe dicitur. Huius Euacis opera carmine elegiaco ſcripta haberi aiunt Ferrariae, aut Vien-

Crateuas, Dionysius, Metrodorus, ratione blandissima, sed qua nihil paene aliud, quam rei difficultas intelligatur. Pinxere namque effigies herbarum, atque ita subscripsere effectus. Verum *t.* et pictura fallax est, et coloribus tam numerosis, praesertim in aemulatione naturae, multum degenerat *v.* transscribentium [1] sors varia. Praeterea parum est singulas earum aetates pingi, quum [2] quadripartitis varietatibus anni faciem mutent.

LV. Quare ceteri sermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem [3] indicata, et nudis plerumque nominibus [4] defuncti, quoniam satis videbatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus. Nec est [5] difficile cognitu. Nobis certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antonii Castoris, cui summa auctoritas erat in ea arte nostro aeuo, visendo hortulo eius, in quo plurimas alebat, centesimum aetatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne aetate quidem memoria aut vigore concussis. [6] Neque aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inuenta iampridem ratio est praenuncians

1. *sorte varia. Alii.* 2. *quadripertitis. Ch.* 3. *indicta. Ch.* 4. *contenti. V.* 5. *difficilis cognitio. Ch.* 6. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. nec Gr. et Al.*

Viennae Austriae inquit Andr. Tiraquellus L. de nobil. c. 31. p. 194. H.

t. Verum et pictura fallax est, et coloribus tam numerosis praesertim in aemulatione naturae multum degenerat transscribentium sors varia) Scribo, *Verum et pictura fallax est, coloribus numerosis, praesertim in aemulatione naturae, multumque degenerat transscribentium sors varia*; ex codice nostro. *Pintian.*

v. Transscribentium) Depingentium. *Scribere* veteres dixere pro *pingere.* Statius Theb. VIII. 270. *Inscriptaque Deus, qui nauigat alno.* H.

cians horas, non modo dies ac noctes, Solis Lunaeque defectuum. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis *x.* et herbis id cogi, [1] eamque num feminarum scientiam praeualere. Certe quid non repleuere fabulis Colchis Medea, aliaeque, [2] in primis Itala Circe, Diis etiam adscripta? vnde arbitror natum, vt Aeschylus *y.* e vetustissimis in [3] Poetica, refertam Italiam herbarum potentia proderet: multique Circejos, vbi habitauit illa, magno argumento etiamnum durante in *z.* Marsis a filio eius [4] orta gente, quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum et antiquitatis parens, multus alias in admiratione [5] Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit: [6] quum *a.* etiam, quae rigatur, Aegyptus *b.* illa

1. *in eoque femina. V. eamque vnam fem. Ch.* 2. *et in primis. V.* 3. *poetica re refertum. Aii.* 4. *illorum. V.* 5. *Circae. Ch.* 6. *cum etiam tum, quae. Ch.*

x. Veneficiis et herbis id cogi, eamque num etc.) Sic enim interdum hac parelctica particula Plinius vtitur, vt supra 22. L. XXIV. cap. initio: *Eam quoque num, quam laminum etc.* Gelen.

Eamque) Hanc voculam iam ante mirati sumus, XXII. initio s. 16. H.

y. Aeschylus) In elegis, hoc versu: vide sq. not. *Dalec.*

Aeschylus) Huius poetae versiculum ἐκ τῶν ἐλεγίων recitat hunc Theophr. Hist. IX, 15. Τυῤῥηνῶν γενεὰν φαρμακοποιὸν ἔθνος. *Gens Tyrrhena suis clara veneficiis.* H.

z. In) De hic egimus VII. 2. H.

a. Cum etiam quae rigatur Aegyptus, etc.) Tantum enim Aegypto, aggerente Nilo accessit, vt Pharos insula, quam Homerus aetate sua vnius diei cursu a continente abesse scribit, postea littorali vrbi Alexandriae ponte iungeretur. *Gel.*

b. Aegyptus) Pars Aegypti ea quae Delta dicitur, ac Nili ostiis secatur. Vide quae diximus II. 87. H.

illa non esset, postea fluminis limo inuecta. Herbas *c.* certe Aegyptias a regis vxore traditas suae Helenae plurimas narrat, ac *d.* nobile illud Nepenthes, obliuionem tristitiae veniamque afferens, et ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum. Primus *e.* autem omnium, quos memoria nouit, Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit. Post *f.* eum Musaeus et Hesiodus polion herbam in quantum mirati sunt, diximus. Orpheus et Hesiodus [1] suffitiones commendauere. Homerus et alias nominatim herbas celebrat, quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia, primus volumen de earum effectu composuit, Apol-

1. *ad suff.*

c. Herbas) Fuit ea Polydamna Thonis Aegyptii regis vxor Odyss. δ. v. 228. Ἐσθλὰ, τὰ οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος, παράκοιτις Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖςα φέρει ζείδωρος ἄρȣρα φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλα μεμιγμένα, πολλά δὲ λυγρά. *Prospera, quae quondam Thonis dulcissima coniux Aegypti Polydamna dedit, quia plurima gignit Noxia terra ferax, et multa probata venena.* De nepenthe diximus XXI. 91. Vide et Eus. Pr. Euang. p. 481. Haec porro totidem verbis traduntur a Theophr. Hist. IX. 15. H.

d. Ac nobile illud Nepenthes) Hinc apud Philostratum κρατὴρ Ἑλένης, de eo quod animi curam et moerorem lenit, τόδε φρόντισμα τȣ̃το, inquit, ἄριςε ὑπάτων καὶ τὴ ἄχδη σοὶ κȣφιεῖ τῆς γνώμης ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς Ἑλένης τοῖς Αἰγυπτίοις φαρμάκοις. Idem auctor Antiphontem, quem ob excellentem eloquentiam Nestorem cognominarunt, scribit promittere solitum τὰς τοῦ νηπενθεέος ἀκροάσεις: Plutarchus scribit ab Antiphonte excogitatam τῆς ἀλυπίας τέχνην. Rhod. c. 3. L. XIX. *Dal.*

e. Primus autem omnium quos memoria nouit, Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit) Vide *Reines.* Var. lect. L. II. c. 1.

f. Post) L. XXI. 21. et 84. H.

Apollini, Aesculapioque, et in totum Diis immortalibus inuentione et origine assignata. Composuit et Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiae, Aethiopiae, Aegyptique Magis. Adeoque *g.* ad haec attonita antiquitas fuit, vt [1] affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarum auctor, in prima earum [2] tradit, occisum draconis catulum reuocatum ad vitam a parente herba, quam balin nominat: eademque Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti. Et Iuba in Arabia herba reuocatum ad vitam hominem tradit. Dixit *h.* Democritus, credidit Theophrastus, esse herbam, cuius contactu illatae ab alite, quam *i.* retulimus, exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus: quae etiamsi fide carent, admirationem tamen implent: coguntque confiteri, multum [3] esse quod vero supersit. [4] Inde et plerosque ita video existimare, nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimarum vires esse incognitas: quorum in numero fuit Herophilus clarus medicina, a quo ferunt dictum, quasdam fortassis etiam calcatas prodesse. Obseruatum certe est, inflammari vulnera ac morbos superuentu eorum, qui pedibus iter confecerint.

VI. Haec erat antiqua medicina, quae *k.* tota migra-

1. *affirmauerit.* Ch. 2. *tradidit.* Ch. 3. *esse. Quod vero supersit, inde.* V. 4. *Inde plerosque* Gr.

g. Adeoque) Ad eximias herbarum vires sic haesit attonita, vt audacior facta nihil vereretur etiam auditu incredibilia addere. H.

h. Dixit Democritus) Petronius in Satyra. Itaque hercule herbarum omnium succos Democritus expressit, et ne lapidum virgultorumque vis lateret, aetatem inter experimenta consumpsit. *Dal.*

i. Quam) L. X. 20. H.

k. Quae tota migrabat in Graeciae linguas) Scribendum reor, *migrauit*, potius quam *migrabat.* Pint.

migrabat in Graeciae linguas. Sed [1] quare non plures noſcantur, cauſa eſt, quod eas agreſtes literarumque ignari experiuntur, [2] vt qui ſoli inter illas viuant: praeterea *l.* ſecuritas quaerendi, obuia Medicorum turba. Multis etiam inuentis nomina deſunt, ſicut *m.* illi, quam retulimus in frugum cura, ſcimuſque defoſſam in angulis ſegetis praeſtare, ne qua [3] ales intret. Turpiſſima cauſa raritatis, quod etiam qui ſciunt, demonſtrare nolunt, tamquam ipſis periturum ſit, quod tradiderint aliis. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiam in repertis, alias inuenit caſus, alias (vt vere dixerim) Deus. [4] Inſanabile *n.* ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus, pauorem *o.* aquae, potuſque omnis afferens odium. Nuper *p.* cuiuſdam militantis in Praetorio mater vidit in quiete, vt radicem ſilueſtris *q.* roſae, quam cynorrhodon vocant,

1. *quare nunc non. M.* 2. *vtpote qui.* 3. *auis. V.* 4. *Sic et Ch. inſanabilis Gr. inſanabiles vulgg.*

l. Praeterea) Quaerendi curam adimit obuia medicorum turba. H.

m. Sicut) L. XVIII. 45. H.

n. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus) Voſſianus quoque, perinde vt Chiflet. *Inſanabile.* Iam ſemel iterumque hoc genus loquendi obſeruauimus in membranis. Neque aliter L. XXIII. 1. *Saluberrimum putant vuas in aqua coeleſti ſeruatas.* Sic certe optimus codex, non *ſaluberrimas.* L. XXIV. 1. *Quoquo modo collecta iumentorum pecorumque oculis ſalutare.* Sic idem; non *collectam ſalutarem eſſe.* Gron.

Inſanabile) Sic MSS. non *inſanabilis:* Vt *Triſte lupus ſtabulis.* H.

o. Pauorem) Ὑδροφοβίαν Graeci vocant. Vide quae de eo morbo diximus, VIII. 63. H.

p. Nuper cuiuſdam militantis, etc.) Citatur et haec hiſtoria c. 41. L. VIII. *Dal.*

Nuper) Indicauit hoc ipſe ſuperius, VIII. 63. H.

q. Silueſtris) Roſa ſilueſtris haec eſt, quae Eglenterii nomine apud Gallos venit, *l' Eglantier.* Eſt in Eyſter-

vocant, [1] blanditam ſibi aſpectu pridie in *r.* frutecto, [2] mitteret filio bibendam, in *s.* [3] Lacetania res gerebatur, Hiſpaniae proxima parte: caſuque accidit, vt milite a morſu canis incipiente aquas expaueſcere, ſuperueniret epiſtola orantis vt pareret religioni: ſeruatuſque eſt ex inſperato, et poſtea quiſquis auxilium ſimile tentauit. Alias apud auctores cynorrhodi vna medicina erat: ſpongiolae *t.*, quae in mediis [4] ſpinis eius naſcitur, cinere cum melle, alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cognoui in agro hoſpitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum caulem *v.*, pollicari craſſitudine, verſicoloribus viperarum maculis, quem ferebant [5] contra *x.* omnium morſus eſſe remedio:

1. *blanditae.* *V.* 2. *mitteret vt filio bibenda in lacte daretur. Talia gerebantur in Hiſpaniae. M.* 3. *Luſitania. V.* 4. *ramis. V.* 5. *Sic ex* MSS. *em. Hard. contra ſerpentium omnium. V. contra omnium morſus eſſe remedium. Alius eſt, quam Gr. et Al.*

Eyſtettenſi horto: vidimus in Regio. Scrib. Largo, comp. 85. *Roſa ſiluatica, quam caninam quidam vocant.* H.

r. In) Frutectum, per ſyncopen, pro *fruticetum,* habent libri MSS. vbique omnes. Vulgo tamen et *frutetum* ſcribitur. H.

s. In Lacetania) Non Luſitania remotiſſima a Roma. Lacetania vero eſt regio Pyrenaeo vicina, in ea citerioris Hiſpaniae parte, quae prima ſe Roma venientibus offert. *Gelen.*

t. Spongiolae) Eam in cynoſbato vocat pilulam cap. 13. libri ſuperioris. *Dal.*

Spongiolae) Spongiam ex rubo roſario agreſti ſumtam vocat Marc. Emp. c. 26. p. 181. et c. 27. p. 196. H.

v. Caulem) Caulis is eſt dracontium minus, frequens in Corſica et Maiorica. *Dal.*

x. Contra omnium morſus eſſe remedium) Voſſ. *remedia.* Forte: *contra omnium morſus eſſe remedio, alium, quam quos in priori volumine eiuſdem nominis diximus.* Sic enim etiam Voſſianus. *Gron.*

medio: alium, quam quos in *y.* priori volumine eiusdem nominis diximus: sed *z.* huic alia figura, aliudque miraculum [1] exserentis se terra ad primas serpentium vernationes, bipedali fere altitudine, rursusque cum iisdem in terram [2] condentis: nec omnino occultato eo apparet serpens: vel hoc per se satis officioso naturae munere, si tantum praemoneret, tempusque formidinis demonstraret. (III.) Nec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhenum castris a Germanico *a.* Caesare promotis, maritimo tractu fons erat aquae dulcis solus, qua *b.* pota intra biennium dentes deci-

1. *exeuntis e terra. M.* 2. *se condentis. Dal.*

y. In) Superiore libro, f. 93. Nondum mihi herbae compertum genus illud est, in quod omnia ea conueniant, quae hic referuntur: illudque in primis, vt feris anni mensibus, quo lateat anguis, ipsum arescat. In Indice, dracunculus caulis appellatur. H.

z. Sed huic alia figura) Plinius cum auditione tantum id cognouisset, facile narranti quiduis credidit. Ceterum dracontium, id, tantum a vulgari magnitudine discrepat. Itaque folia lapathi non sunt, sed potius ari, allio vrsino similia: nec caulis baculi crassitudine est, sed pollicis: florere aiunt Octobri et Nouembri. Quod autem scribit nasci prodeuntibus vere serpentibus, arescere quum sese condunt, in vulgari nostro etiam spectatur, et mihi credibile non est, cum, vt aiunt, feris anni mensibus floreat, quibus latent angues. *Dal.*

a. A G.) Neronis Claudii Drusi Germanici Imp. filio, Caii Caesaris Germanici Aug. patre. Vide Tacit. Annal. II. 43. sq. H.

b. Qua pota intra biennium, etc.) Talem fontis naturam narrat Vitruuius L. VIII. in Susis. *Dal.*

Qua) Et Susis, inquit Vitruu. VIII. 3. p. 165. *in qua ciuitate est regnum Persicum, fonticulus est, ex quo qui biberunt, amittunt dentes.* Quam in rem lepidum idem Epigramma Graecum eo loci recitat. H.

deciderent, compagesque in genibus soluerentur. Stomacacen *c.* Medici vocabant, et sceletyrben *d.*, ea mala. Reperta auxilio est herba, quae [1] vocatur Britannica *e.*, non neruis modo et oris malis salu-

1. *appellatur.* Ch.

c. *Stomacacen)* Cornarius eos morbos ad Oceanum magnum Orientalem et Occidentalem adhuc durare tradit, eosque fere simul ingruere, et ab incolis vocari, *Schobuk*, alii *Schorbuk*, Strabo L. XVI. in expeditione Aelii Galli hos morbos Arabibus ἐπιχωρίες populares esse refert ob aquarum et herbarum vsum, ac σκελετύρβην esse τὴν τῶν σκελῶν παράλυσιν. Vide locum. Sceletyrbes naturam conatus est explicare Rhod. c. 8. L. VI. sed parum feliciter. *Dal.*

Stomacacen) Στομακάκην, vel potius, vt ars suadet, στομοκάκην, quae vox *vitium* quoddam *oris* sonat. Scorbutum aetas posterior appellauit: *le Scorbut.* Vide Sennert. III. p. 504. Sunt qui στομοκάκκην malint hic legi, quoniam scorbuticis os κάκκην, hoc est, stercus olet. Et id morbi genus hodieque grassatur in Frisiis, ex aquarum vitio. H.

d. *Sceletyrben)* Σκελοτύρβη, *paralysis species, quando recti nequeunt incedere: sed nunc in laeuam, nunc in dextram corpus contorquent, pedesque proferunt: interdum etiam, velut inutile syrma, anguium more pedem promouent.* Σκελοτύρβη ἐστὶν εἶδος παραλύσεως, ὥστε περιπατεῖν ἐπ' εὐθείας μὴ δύνασθαι, καὶ ποτὲ μὲν κατ' εὐθὺ, ποτὲ δὲ εὐώνυμον εἰς τὰ δεξιὰ περιφέρειν, ἢ τὸ δεξίον εἰς τὰ ἀριστερὰ, καὶ ποτὲ μὲν ἐπισύρειν τὸ σκέλος, ὥσπερ ἀναβαίνοντές τι μέγα. Galen. in Def. med. T. II. n. 293. p. 265. A σκέλος et τύρβη, quod cura is morbus tentaret, turbaretque. Aelii Galli exercitum laborasse hoc vtroque mali genere ex Arabicorum fructuum esu, et aquarum potu, auctor est Strabo XVI. p. 781. Τῶν μὲν περὶ τὸ στόμα, τῶν δὲ περὶ τὰ σκέλη παράλυσιν τινὰ ... Et paulo ante, Στομακάκη καὶ σκελοτύρβη. H.

e. *Britannica)* Hydrolapathum nigrum esse, quam veteres Brittanicam appellarunt, satis idoneis efficit argumentis Abr. Muntingius,

salutaris, sed *f.* contra anginas quoque, [1] et contra serpentes. Folia habet oblonga nigra, radicem nigram. Succus eius exprimitur et [2] ex radice. Florem *g.* vibones vocant: qui collectus prius, quam tonitrua audiantur, et deuoratus, securos in totum reddit. [3] Frisii, qua castra erant, nostris demonstrauere illam: mirorque *h.* nominis causam: nisi forte [4] confines Oceano Britanniae, velut propinquae, dicauere. Non *i.* enim inde ap-

Ss 2 pella-

1. *Sic ex* MSS. *H. et M. et serpentes Gr. et Al.* 2. *e. Ch. ex foliis, et ex radice. Diosc.* 3. *Fida in qua castra erant, monstrauere illum. Ch.* 4. *confines Oceano, Britanniae velut propinquae dicauere. Cornarius.*

gius, opere singulari de vera antiquorum herba Britannica. Galenus certe de simpl. fac. VI. folia ait esse agresti lapatho similia, ὅμοια τοῖς τῶν ἀγρίων ὄντα λαπάθων. H.

f. Sed) Apul. c. 29. de Britannica, t. 7. *Ad anginam: Herbae Britannicae flos antequam tonitruum audiatur collectus, qui eo vsus fuerit, per totum annum anginam non experietur.* H.

g. Florem) Strabo auctor est VI. p. 165. ad Vibonem oppidum, (de quo III. 10.) e Sicilia Proserpinam migrasse ad legendos flores: vbi matronae collectis eis texunt coronas: hincque repertum coronis flores nectere. Vnde putandum vibonum florum nomen venisse. H.

h. Mirorque) Mirum est, inquit, Britannicam vocari quae non in Britannia, sed in Germania inuenta sit. At vero Lipsius in Taciti Annal. I. p. 30. paludes, ait, vliginesque, haud procul Amisia flumine, inter Lingam, Vueddam, et Coeuordam, aliquot milliarium spatium occupare: vocari ab accolis Bretaniae vligines, *Bretanche heyde*: Ab ista Bretannia in Frisiis, nomen herbae Britannicae datum. Muntingius p. 131. a stabiliendis dentibus Frisiorum lingua deductum id nomen suadere nititur quidem: at non omnino persuadet. H.

i. Non) Non est verisimile

pellatam eam, quoniam ibi plurima nasceretur, certum est, etiamtum Britannia libera.

VII. Fuit quidem et hic quondam ambitus, nominibus suis eas adoptandi, [1] vt *k.* docebimus fecisse reges: tanta *l.* [2] res videbatur, herbam inuenire, vitam iuuare, nunc fortassis aliquibus curam nostram friuolam quoque existimaturis: adeo deliciis sordent etiam quae ad salutem pertinent. Auctores tamen quarum inueniuntur, in primis [3] celebrare par est, effectu earum digesto in genera morborum. Qua quidem in reputatione misereri sortis humanae subit, praeter *m.* fortuita casusque, [4] et *n.* quae nomina omnis hora excogitat, ad millia

1. *quod. V. sicut. Alii.* 2. *Sic ex* MSS. *H. iis deb. V. vt res tanta debeatur Gr. et Al.* 3. *celebrari. Ch.* 4. *Sic ex* MSS. *H. et nomina quae, .. stultitia Gr. et Al.*

mile appellatam eam] herbam esse a milite Romano de Britanniae nomine, quoniam ibi plurima nasceretur, quum praesertim Britannia tum sui iuris esset, nec populo R. subiecta. H.

k. Vt) S. 33. et sqq. H.

l. Vt res tanta debeatur, herbam inuenire, vitam iuuare) In codice antiquo, *tanta res videbatur herbam inuenire, vitam iuuare.* Scribendum reor, *tanti eis videbatur herbam inuenire, vitam iuuare.* Pint.

Tanta) Vide N. et Em. N. III. (hic adi.) *Tanta)* In libris ad hunc diem vulgatis, *vt res tanta debeatur.* In R. 2. *tanta res vt debeatur*: quae sincerae lectionis haud obscura retinent vestigia. Pintianus haud male quoque coniiciebat: *tanti eas videbatur.* H.

m. Praeter fortuita casusque et nomina, quae omnis hora excogitat ad millia morborum, singulis mortalibus timenda) Scribo, *praeter fortuita casus et quae noua omnis hora excogitat millia morborum, etc.* ex eodem, et mox paulo *stultitiae* non *stultitia.* Pint.

n. Et) Nomina noua nouis morborum generibus, quae subinde nascuntur, indita. H.

lia morborum ſingulis mortalium timenda. Qui grauiſſimi ex his ſint diſcernere, ſtultitiae prope videri poteſt, quum ſuus cuique ad praeſens quiſque atrociſſimus videatur. Et *o.* de hoc tamen iudicauere [1] aui experimento, aſperrimos cruciatus eſſe calculorum [2] a ſtillicidio veſicae: proximum ſtomachi, tertium eorum [3] quae in capite doleant: non *p.* ob alios fere morte [4] concita. A Graecis et noxias herbas demonſtratas miror equidem. Nec venenorum tantum: quoniam ea vitae conditio eſt, vt *q.* mori plerumque etiam [5] optimi portus ſit: [6] tradatque M. Varro, Seruium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno *r.* crura perunxiſſe, et

 poſtea

1. *vſi. M. et hoc tamen iud. aut experimenta. Ch.* 2. *ac ſtillicidium. M. calculorum veſicae cum ſtillicidio.* 3. *qui capite dolent. M.* 4. *conſcita. Ch.* 5. *optimus. V.* 6. *traditque. Ch.*

o. Et de) Vide N. et Em. N. IV. (hic poſ.) *Et)* In MSS. omnibus, *experimenta* legimus. Quare aut *vitae*, aut *aeui experimenta* malim: nam *aui* pro maioribus dici non admodum arridet. H.

p. Non) Non alios fere morbos morte conſequuta. Parmenſis editio, et codex Chiffl. forte melius: *morte conſcita.* H.

q. Vt mori plerumque etiam optimi portus ſit) *Potus* non *portus*, et *optimis* non *optimi*, in eodem. *Pint. Vt mori plerumque etiam, etc.*) Caeſar apud Salluſtium: *In luctu, atque miſeriis, mortem aerumnarum requiem, non cruciatum eſſe. Eam cuncta mortalium mala diſſoluere: vltra neque curae, neque gaudio locum eſſe.* Theſeus apud Euripidem: ταχιὼς γὰρ ἄδως ἕαςος ἀνδρὶ δυςυχεῖ. Victorius cap. 8. XII. *Dal.*

Vt) Ferd. Pintianus, qui in eadem exornanda ſparta laborauit, in qua nos ſudamus, inſculpi Salmanticae ſepulcro ſuo iuſſit, OPTIMVM VITAE BONVM MORS. Vide quae dicta ſunt VII. 54. H.

r. Veneno crura perunxiſſe) Frigi-

poſtea caruiſſe ſenſu omni, aeque quam dolore in ea parte corporis. Sed quae fuit venia monſtrandi, qua *s.* mentes ſoluerentur, partus eliderentur, multaque ſimilia? Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem, memor Lucullum *t.* Imperatorem clariſſimum amatorio periiſſe: nec alia Magica portenta, niſi vbi cauenda ſunt aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. Satis operae fuit abundeque [1] praeſtitum vitae, ſalutares dixiſſe, ac [2] poſtea inuentas.

VIII. 1. (IV.) Laudatiſſima *v.* herbarum eſt [3] Homero *x.* teſte, quam *y.* vocari a Diis putat moly,

1. *praeſtatum. Ch.* 2. *poſteris. V. pro ea. Pint.*
3. *Sic ex* MSS. *H. Homero quam Gr. et Al.*

Frigido, vt cicutae, opii, alterci. *Dal.*

Veneno) Cicutae ſucco. H.

s. Qua) Quae herba faceret inſaniam, partus eliderer, etc. H.

t. Lucullum) Amatorium poculum dicitur, quod ad amoris inſaniam impellit: quale Lucullo Calliſthenes libertus ſuus obtulit, vt impenſius ab eo diligeretur: verum veneni vi alienata domini mens eſt, et mors conſequuta. Plutarch. in Lucullo, p. 520. H.

v. Laudatiſſima herbarum eſt Homero) Voſſ. *clariſſima herbarum eſt Homero teſte.* Quare τὸ *teſte* tollere Gelenius non debuit. Sed habuit codices, quales ſequiores noſtri, in quibus eadem vox deſideratur. *Gron.*

x. Homero) Odyſſ. κ. v. 302. Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης, Ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Ῥίζῃ μὲν μέλαν εἴσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος, Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί· χαλεπὸν δέ τ᾽ ὀρύσσειν Ἀνδράσι γε θνητοῖσι· Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. Tranſſcripſit hunc Plinii locum Apul. c. 48. Homericum moly, eſſe Democriti aglaophotin, de qua nos egimus L. ſuperiore, Lobelius ſcripſit in Nott. marginalibus MSS. ad Anguillar. p. 90. Eſſe rutam ſilueſtrem affirmat Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 219. H.

y. Quam vocari a Diis putat moly) Verſus Homeri ſunt

moly, [1] et inuentionem eius Mercurio aſſignat, contraque ſumma veneficia demonſtrat. Naſci z. eam hodie circa Pheneum, et in Cyllene Arcadiae tradunt, ſpecie illa Homerica, radice totunda, nigraque, magnitudine caepae, folio ſcillae: [2] effodi a. autem difficulter. Graeci b. auctores florem c. eius luteum pinxere, quum d. Homerus candidum ſcripſerit. Inueni e peritis herbarum

Ss 4 Medi-

1. *eſt. Alii.* 2. *non tamen effodi. Th. effodi autem non diff. V.*

ſunt hi Odyſ. X. Ὡς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειοφόντης. Ἐκ γαίης ἐρύσας, καὶ μὶν φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Ῥίζῃ μὴν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος, Μῶλυ καὶ μὶν καλέουσι θεοὶ, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. Auctor Priapeorum aureum eſſe putat: *Hinc legitur radix, cuius flos aureus exit: Quam cum moly vocat, mentula moly fuit.* Quidam eo loco aureum καλὸν καὶ εὐειδῆ interpretantur, quod pulchra omnia *aurea* ſoliti ſint poëtae vocare. Sic χρυσῆ ἀφροδίτη: Horatio, *Cygni purpurei:* Albinouano, *nix purpurea.* Illud quidem eſt moly Homericum, Dioſcoridis vero moly *molon* a Plinio vocatur, deſcribiturque cap. 7. L. XXVI. Vide Theophr. c. 15. L. IX. hiſt. *Dal.*

z. *Naſci*) Tota haec deſcriptio apud Theophr. eſt Hiſt. IX. 15. Sed is erraſſe Homerum ait, qui aegre euelli hanc e tellure cecinit. Vide et Dioſc. III. 54. H.

a. *Effodi autem difficulter*) Ob ſaxa, inter quae naſcitur. *Dal.*

b. *Graeci*) Quos Priapeiorum auctor eſt ſequutus, eo carmine: *Hinc legitur radix, cuius flos aureus exit: Quam cum moly vocant, mentula moly vocant.* H.

c. *Florem eius luteum pinxere*) Dioſcoridis is eſt γαλακτόχρους, lacteus, in ſuo moly. *Dal.*

d. *Quum*) Loco allato: et qui Homerum imitatus eſt Naſo, Metam. XIV. v. 291. *Pacifer huic florem dederat Cyllenius album: Moly vocant ſuperi: nigra radice tenetur.* Dioſc. quoque l. c. ἄνθη λευκοῖοις ὅμοια γαλακτόχροα

Medicis, qui et in Italia naſci eam diceret, afferrique *e.* Campania mihi aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas, radicis XXX. pedes longae, ac ne ſic quidem ſolidae, ſed abruptae.

IX. 2. Ab ea maxima auctoritas herbae eſt, quam dodecatheon *f.* vocant, [1] omnium *g.* Deorum maieſtatem [2] commendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia *h.* eius ſeptem, lactucis ſimillima, exeunt *i.* a lutea radice.

X. 3. Vetuſtiſſima *k.* inuentu paeonia eſt, nomenque auctoris retinet, quam *l.* quidam [3] pentorobon

1. *numinum.* *V.* 2. *commendantis.* *M.* 3. *penteron app. alii cyclioden. Nam haec. Ch.*

κτόχροα dicit eſſe, violae albae flores ſimiles, et lactei coloris. Galen. de fac. ſimpl. m. VII. p. 211. ἄνθος γαλακτῶδες. H.

e. Afferrique Campania mihi) In codice antiquo, non *afferri*, ſed *affirmaret*, legitur. puto legendum *afferret* ſeu *offerret*, non *affirmaret*. Pint.

f. Dodecatheon) Δωδεκάθεος, herba a duodecim diis maioribus appellata. H.

g. Omnium Deorum maieſtatem) Non omnium quidem ſed praecipuorum duodecim, de quibus vide quod adnotatum eſt L. XXVI. *Dal.*

h. Folia) Profecto hac effigie, inquit Ruell. II. p. 449. *frequenter in dumetis enatam vidimus: verum quum nec plura de ea tradantur, an dodecatheos ſit, non auſim affirmare.* H.

i. Exeunt a lutea radice) In codice antiquo, *alutae radice*, verbum autem *exeunt* adulterinum exiſtimo. *Pint.*

k. Vetuſtiſſima) A Paeone medico nomen inuenit, qui vulneratum Plutonem ab Hercule, vt Homerus quidem fabulatur, Il. ε'. v. 401. curaſſe ea perhibetur. Nomen in officinis ſeruat: vulgus Piuoniam vocat: *Piuoine.* Genera eius quatuordecim in horto Regio vidimus. Paeonia mas a Matthiolo delineatur in Dioſc. III. p. 914. H.

l. Quam) Dioſc. III. 157. Παιονία, ἢ γλυκυσίδη, οἱ δὲ πεντόροβον. Sic etiam Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 167. Dicitur ſane πεντόροβον

torobon appellant, alii glycysiden. Haec quoque difficultas est, quod eadem aliter alibi nuncupantur. Nascitur *m.* opacis montibus, caule *n.* inter folia [1] digitorum quatuor, ferente in cacumine velluti Graecas nuces quatuor aut quinque. Inest *o.* iis semen copiosum, rubrum nigrumque. Haec medetur et Faunorum *p.* in quiete ludibriis. Prae-

 cipiunt

1. *sesquipedali. Diosc.*

τόροβον, quasi quintuplex erui granum: a graniorum numero, quae eruum imitantur. Γλυκυσίδη, quod acinos dulces, mali Punici similes habere videtur: nam σίδη Boeotis malum Punicum est. Vide etiam Apuleium c. 64. et auctorem libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, p. 18. H.

m. Nascitur) Haec totidem fere verbis Diosc. l. c. H.

n. Caule) Inter singulos nodos, vnde folia erumpunt. Alias totus caulis bicubitalis est, vt ait Diosc. l. c. καυλὸς ὡς δισπιθαμιαῖος. H.

o. Inest iis semen copiosum) Plura vide c. 10. L. XXVII. *Dal.*

Inest) Diosc. l. c. Λόβους δέ τινας ἀνίησιν ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ, ἀμυγδάλοις ὁμοίους· ὡς ἀνεωχθέντων εὑρίσκονται ἐρυθροὶ κόκκοι πολλοὶ, μικροὶ, ἐμφερεῖς τοῖς τῆς ῥοιᾶς· ἐν μέσῳ δὲ μέλανες, ἐμπόρφυροι, ε΄ ἢ ϛ΄. *Summo caule fert siliquas quasdam, veluti Graecas nuces: quibus dehiscentibus grana multa rubentia, parua, acinis Punicorum similia inueniuntur: et inter haec media quinque aut sex, nigra, purpurea.* H.

p. Faunorum in quiete ludibriis) Sic ephialten vocat, quod opinione veterum Fauni haec visa dormientibus immittere crederentur. Dioscor. καὶ πρὸς τοὺς τῶν ἐφιαλτῶν πνιγμούς. Themison in epistolis appellat πνιγάμονα, alii πνιγαλίονα, medici incubum: fit autem διὰ τὴν ἀναθυμίασιν ἐξ ἀδδηφαγίας καὶ ἀπεψίας εἰς κεφαλὴν ἀνατρέχουσαν. *Dal.*

Faunorum) Faunos XXX. 24. nocturnos Deos interpretatur. Diosc. l. c. Οἱ δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς, *grana nigra valent aduersus suppressiones incuborum nocturnas, quas ephialtas vocant.* Quindecim grana bibi ex aqua iubet

cipiunt *q.* eruere noctu, quoniam si picus Martius videat, ruendo in oculos impetum faciat.

XI. 4. Panaces *r.* ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum *s.* et Diis

iubet idem Εὐπορ. I. 22. Ἐφιάλτης siue ἐπιάλτης malum est, vbi aliquis noctu se grandi mole opprimi, inuadique ab alio credit. Macrob. de hac re ita prodidit in Somn. Sc. I. 3. p. 13. *Φάντασμα vero hoc est visum, quum inter vigiliam, et adultam quietem, in quadam, vt aiunt, prima somni nebula, adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix cepit, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas ... In hoc genere est ἐφιάλτης, quem publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, et pondere suo pressos ac sentientes grauare.* De hoc genere morbi plura Cael. Aurel. III. 3. *Quidam veteres*, inquit, *ephialten vocauerunt, ... Afficit crapula vel indigestione iugi vexatos ... Sequitur per somnum grauedo atque pressura, et veluti praefocatio, qua sibi quemquam irruisse repente existiment, qui sensibus oppressis sensus exanimet, neque clamare permittat: quo fit vt saepe erumpentes non articulata, sed confusa voce exclament* ... Ac paulo ante: *Sed quod neque Deus, neque semideus, neque Cupido sit, libris Causarum, quos* αἰτιολογουμένους *Soranus appellauit, plenissime explicauit.* Inde Paeonia ἐφιαλτία dicitur apud Aetium I. p. 32. (sic enim legendum non ἐλεφαντία) quia τὸν ἐφιάλτην curat. H.

q. Praecipiunt) Haec apud Theophr. totidem verbis Hist. IX. 9. H.

r. Panaces) Ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, quod omnia medetur: siue a πᾶν et ἄκος, hoc est, ab omni remedio. H.

s. Numerosum et Diis inuentoribus ascriptum) Theophrastus sex describit Panacis genera L. IX. histor. Primum Syrium c. 10. cuius radix irino vnguento additur ob suaueolentiam, secatur per messem, validiore tamen semine. Ego ex spatha, myrrha, oleo, iride tantum vnguentum id parari reperio. Quinque alia genera c. 12. referuntur, tria suis nominibus Cheironium, Asclepium, Heracleum: duo nulla certa appellatione, praeterquam panacis his verbis: *Sunt*

Diis inuentoribus adſcriptum. Vnum *t.* quippe Aſclepion cognominatur, quoniam *v.* [1] is filiam Panaceam appellauit. Succus *x.* coactus ferulae qualem diximus, [2] radice *y.* multi corticis et ſalſi. Hac

1. *Aſclepius.* *V.* 2. *radicis cortice multo (craſſo) et ſalſo.* *Ch.*

Sunt autem aliae quaedam panaces, vna folio tenui, altera lato. Vires eaedem ad ciendos menſes cum farina illitis, et vlcera tam putrida, quam alia. Syriacum ego ſmyrinium eſſe puto, quod in Amano monte plurimum gignitur, et pro myrrha, quae in confectionem irini vnguenti requiritur, ſubſtitui poteſt, auctore Dioſc. alia vero duo, quae nomine ſuo non appellauit, liguſtium et origanum ſilueſtre. Cap. ſequenti achillaeam ſideritin etiam vocatam fuiſſe panacem heracleon Plinius ſcribit. Liguſticum panacem etiam dictum fuiſſe et origanum ſilueſtre Dioſcor. teſtatur. *Dal.*

Numeroſum) Cuius multa genera. H.

t. *Vnum)* Τὸ πάνακες τὸ Ἀσκληπίειον. Theophr. Hiſt. IX. 9. ab Aeſculapio medico, vt Nicand cecinit in Ther. Filiam eius Πανάκειαν, cum altera, quae Ὑγίεια appellata eſt, in ſuo iureiurando teſtem Hippocrates aduocat, p. 1. Idem panacis genus Ἡράκλειον a Dioſc. appellatur III. 55. et a Galeno de fac. ſimpl. m. VIII. p. 217. H.

v. *Quoniam is filiam Panaciam appellauit)* Scribo, *qui filiam Panaciam appellauit*, ex codice antiquo. Et paulo poſt, *vbi et quonam fieret modo.* Pint.

x. *Succus coactus ferulae)* Lege, *Succus ex eo cogitur, vt et ferula, qualem diximus, etc.* Ex inciſo ferulae caule ſagapaenum fieri Dioſc. monſtrat L. III. Poteſt etiam lectio retineri: quandoquidem c. 26. L. XII. panacem eſſe ferulam ſui generis tradit, ſi legamus, *appellauit. Opoponax ſuccus eſt coactus ferulae, etc.* notando tamen errore Plinii, qui ex Aſclepii panace fieri tradat opopanacem, quum is fiat ex heracleo. *Dal*

Succus) Eſt, inquit, ferula panaces: cuius ſuccus excipitur inciſo caule, cogiturque: coacti candor probatur, vt diximus XII. 57. H.

y. *Radice)* Radices permultas habet, craſſo et ſubamari

Hac z. euulsa scrobem a. repleri vario genere frugum religio est, [1] ac terrae piamentum. Vbi b., et [2] quonam fieret modo, [3] et quale maxime probaretur, inter peregrina docuimus. Id quod e Macedonia affertur, bucolicon c. vocant, armentariis sponte erumpentem succum excipientibus: hoc celerrime euanescit. Et d. in aliis autem generibus [4] improbatur maxime nigrum ac molle. Id enim [5] argumento est cera adulterati.

XII. 5. Alterum e. genus heraclion f. vocant, et ab Hercule inuentum [6] tradunt: alii origanum

1. *ad terrae.* V. 2. *Sic ex* MSS. *H. quo fieret in* Gr. *et Al.* 3. *aut.* Cb. 4. *probatur.* Cb. 5. *Sic ex* MSS. *H. et Cb. argumentum Gr. et Al.* 6. *tradunt. Alii origanum siluestre Panaces Heracleum vocant, quod est origano. Diosc.*

amari gustus cortice vestitis: Ῥίζας πλείονας ... παχὺν ἐχέσαν τὸν φλοιὸν, ὑπόπικρον τῇ γεύσει. Diosc. III. 55. post Theophr. Hist. IX. 12. H.

z. *Hac*) Quum effoditur, ex omni frugum genere offa mellita terrae iniicitur. Theophr. Hist. IX. 9. H.

a. *Scrobem repleri vario genere, etc.*) Placenta mellita ex omni genere frugum. Theoph. 9. L. IX. hist. τῇ πανκαρπίᾳ μελιττέτῃ Dal.

b. *Vbi et quo fieret modo*) Voss. *et quoniam.* Lege: *Vbi et quonam fieret modo.* Gron.

Vbi) L. XII. 57. H.

c. *Bucolicon*) Βεκολικὸν, quasi pastoritium. H.

d. *Et*) In aliis succis, qui non sponte erumpunt, sed inciso caule vel radice manant. Ipse Plinius XII. 57. *Niger color improbatur.* Diosc. III. 55. Ὁ δὲ μέλας φαῦλος καὶ μαλακός. Δολεῦνται γὰρ ἀμμωνιακῷ ἢ κηρῷ. H.

e. *Alterum*) Origanum est Heracleoticum, de quo XX. 62 Diosc. III. 56. Καλεσι δέ τινες πάνακες καὶ τὴν ἀγρίαν ὀρίγανον, οἱ δὲ καὶ ἡρακλεωτικὸν, οἱ δὲ κονίλην. περὶ ἧς εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ὀριγάνε. H.

f. *Heraclion vocant*) Plutarchus medicinae peritum fuisse Herculem tradit. Itaque quod apud Euripidem legitur, Alcestin, quae pro Admeto mortem obierat, ab eo

ganum heracleoticum ſilueſtre, quoniam eſt origano ſimile, radice inutili: de quo origano diximus.

XIII. 6. Tertium *g.* panaces Chironion cognominatur ab inuentore. Folium eius lapatho ſimile, maius tamen et [1] hirſutius. Flos aureus, radix [2] parua. Naſcitur pinguibus locis. Huius flos efficaciſſimus, eoque amplius, quam ſupra dicta, prodeſt.

XIV. 7. Quartum *h.* genus panacis ab eodem Chirone repertum, centaurion *i.* cognominatur: ſed et Pharnaceon, in *k.* [3] controuerſiam inuentionis a Pharnace rege deductum. [4] Seritur hoc, longioribus, quam cetera, foliis, et ſerratis. Radix

1. *denſius*, δασύτερον. *Th.* *niſi legendum ſit*, μικρά. *controuerſia Gr. et Al.*
2. *longa*, μακρά. *Th.*
3. *Sic ex* MSS. *H. in*
4. *Scribitur. V.*

ab eo cum morte luctato per vim ereptam, et ad maritum reductam fuiſſe, ſic intelligendum, quum grauiter aegrotans, et ferme deſperata illa eſſet, medendi arte, qua excellebat, ab Hercule curatam, reddita priſtina valetudine. *Muretus Var.* c. 23. VIII.

g. Tertium) Iſta ſunt Theophraſti verba Hiſt. IX. 12. Ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνιον φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ, μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον· ἄνθος δὲ χρυσοειδές· ῥίζαν δὲ μικράν. Φιλεῖ δὲ τὰ χωρία τὰ πίονα. Neque Nicandri, neque Dioſcoridis panaces Chironium eſſe conſtat: ſed eſt Helenium Dioſcoridis primum, ſiue inula, vt recte vidit Anguillara, P. V. p. 89. etſi id minus probare Ruellius videtur, III. p. 524. Pingitur a Lobelio in Obſ. p. 309. H.

h. Quartum) Herbariis id genus incognitum. H.

i. Centaurion) Centaurii magni radicem panacem vocari Dioſcor. inquit, quoniam omnibus fere morbis ſuccurrit. *Dal.*

k. In) Aliis Chironi Centauro, aliis Pharnaci Regi originem aſſignantibus. Chironi medicinae inuentionem Plinius adiudicat VII. 57. Pharnaces, is eſt, qui primus regnauit in Ponto, vt Pli-

Radix odorata in vmbra ſiccatur, vinoque *l.* gratiam adiicit. [1] Huius *m.* genera duo fecere, alterum [2] laeuis folii, alterum [3] tenuius.

XV. 8. Heracleon *n.* ſiderion et *o.* ipſum ab Hercule inuentum eſt, [4] caule tenui digitorum quatuor altitudine, flore Puniceo, foliis coriandri. Iuxta lacus et amnes inuenitur, [5] omniaque *p.* vulnera ferro illata efficaciſſime ſanat.

XVI. 9. Eſt Chironis *q.* inuentum ampelos, quae

1. *Huius praeterea genera. ex Dioſc.* 2. *Sic ex* MSS. *H. leuioris Gr. et Al. craſſioris. Th.* παχύφυλλον. 3. *Sic ex* MSS. *H. tenuioris G. et Al.* 4. *cauliculis multis dodrantalibus. Dioſc.* 5. *quamuis recenti vulnere ſanguinem ſupprimit. Dioſc.*

vt Plinius loquitur, XXXIII. 54. nempe circiter annum Vrbis Romae CCCCL. H.

l. Vinoque gratiam adiicit) Apud Dioſcoridem de centaurii radice haec leguntur, ῥίζα παχεῖα, στεῤῥὴ, βαρεῖα, περὶ πήχεις δύο μεστὴ χυλȣ, μετὰ ποσῆς στύψεως καὶ γλυκύτητος ὑπέρυθρος, Anagnoſtas et praelectores Plinii ſuſpicor legiſſe, μετὰ ποτῶν, aut ποτȣ̃, non animaduerſis quae ſequuntur, et inde natam erroris occaſionem, vt vino gratiam adiicere interpretarentur. *Dal.*

m. Huius) Alio ſpectat Theophraſtea panacis vniuerſim diſtributio in duo genera, τὸ μὲν λεπτύφυλλον, τὸ δὲ πλατύφυλλον, Hiſt. IX. 12. alterum latioris folii, tenuioris alterum. H.

n. Heracleon) Haec ſideritis tertia Dioſcoridis eſt, IV. 35. quam et Crateuas ibi Ἡράκλειαν vocat, flore puniceo, foliis coriandri, caulibus σπιθαμιαίοις, hoc eſt, palmi altitudine. Geranium eſt Dodonaei Robertianum p. 62. viſum a nobis in horto Regio. H.

o. Et ipſum ab Hercule inuentum eſt) Haec eſt ſideritis heraclea poſterior, Crateuae, non prior, quae folium quercus habet. *Dal.*

p. Omniaque) Dioſc. l. c. Καὶ ταύτης ἡ δύναμις ἐπιτιθεμένης, κολλητικὴ ἐναίμων καὶ νεοτρώτων. *Huius impoſitae ea vis eſt, vt cruenta recentiaque vulnera glutinet.* H.

q. Eſt) L. XXIII. 17. H.

quae vocatur Chironia, de qua diximus inter *r.* vites, ſicuti de *s.* herba, cuius inuentio aſſignatur Mineruae.

XVII. 10. Herculi *t.* eam quoque adſcribunt, quae *v.* Apollinaris, apud [1] Arabas altercum,

1. *alios. M.*

r. Inter vites) Vitis nigra, c. 1. L. XXIII. *Dal.*

s. De herba) Argemo, c. 19. L. XXIV. vel parthenio ſecundo, cap. 17. L. XXII. *Dal.*

Sicuti) Parthenio ſcilicet de quo XXII. 20. H.

t. Herculi) Vox haec ὑοσκύαμος, ſuis fabam, ſeu fabam porcinam ſonat. Quum porro ſuem, aprum Erymanthium Hercules occiderit, qui aper in Arcadum terra fuerat enutritus, idcirco et faba ſuis Arcadicae haec appellata eſt, et in partem aliquam eius inuentionis, Hercules venit. Vide Galen. κατὰ τόπ. IX. 4. p. 609. Eadem Apollinaris dicitur, quod mentem percellat, quaſi aeſtu Apollinis. H.

v. Quae Apollinaris, apud Arabas altercum, etc.) Omiſſa hic puto a librariis duo verba, *apud nos*, vt ſit, *quae Apollinaris apud nos, apud Arabas altercum, etc.* ex Dioſcoride L. IV. cap. de herba Apollinari. *Pint.*

Apud) Ita R. 2. librique editi. R. 1. *apud Arbilas*: vnde quidam *apud alios* fingunt. Certe haud temere apud Plinium Arabica in plantis tralatitiis et paſſim naſcentibus nomina inuenias: ac vocem eam eſſe Latini oris, non Arabici ſoni, vel ex Scribonio Largo intelligitur, Comp. 181. *Altercum*, inquit, *quod Graeci ὑοσκύαμον vocant, qui biberunt, caput graue, veniſque diſtentum habent: mente abalienantur, cum quadam verborum altercatione: inde enim hoc nomen trahit herba altercum.* Sic etiam Apulei. c. 4. *A Graecis Hyoſcyamos dicitur, et Dioſcyamos ... Latini inſanam vocant, aliqui Apollinarem, alii alterculum,* etc. Ab altercatione gignenda nomen etiam altercangeni factum ei eſſe aliqui diuinant. Gallis, *Hannebane*: Iuſquiamus, officinis. Tergemini hyoſcyami icones exhibet Dodon. p. 447. Vidimus in horto Regio. H.

cum, [1] apud *x.* Graecos vero hyoſcyamus appellatur. Plura eius genera: vnum *y.* nigro ſemine floribus paene purpureis, ſpinoſum. Talis naſcitur in Galatia. Vulgare *z.* autem candidius eſt, et fruticoſius, altius papauere. [2] Tertii *a.* ſemen irionis ſemini ſimile: et omnia inſaniam gignentia, capitiſque vertigines. [3] Quartum *b.* genus molle, lanuginoſum, pinguius ceteris, candidi [4] ſeminis, in maritimis naſcens, hoc recepere Medici. Item *c.* rufi

1. *Sic ex* MSS. *H. altercum ſiue altercangenon Gr. et Al.* 2. *Alterius. Dioſc.* 3. *Tertium. Dioſc.* 4. *et floris. Dioſc.*

x. Siue altercangenum) Non agnoſcit haec verba antiquus codex. *Pint.*

y. Vnum) Dioſc. IV. 69. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθη ὑποπόρφυρα φέρει ... σπέρμα μέλαν, καὶ τὰς κυτίνας σκληρὰς καὶ ἀκανθώδεις. H.

z. Vulgare autem candidius eſt et fruticoſius, altius papauere. Tertii ſemen, irionis ſemini ſimile) Verba haec corrupto vt puto ordine concepta, ſic ſcribo: *Vulgare autem candidius eſt et fruticoſius altero papaueris ſemine. Tertii ſemen irionis ſimile.* Ex Dioſcoride eodem libro et capite. Et in archetypo noſtro *alterius* non *altius* legitur. *Pintian. Vulgare autem candidius eſt et fruticoſius*) Dodonaeus legit, *Vulgare autem fruticoſius eſt, et altius papauere, etc.* Ego nihil deleo, candidiuſque dici puto, quod ſemen minus nigrum ſit. *Dal.*

Vulgare) Et idem nigrum, ſed huius caeli, ſolique, non Galatici: nec ſaturi coloris, ſed ex candido nigro. H.

a. Tertii) Alterum hoc Dioſcoridis, qui omnia genera attigit, altercum eſt: Ὁ δέ τις, ἄνθη μηλινοειδῆ ... σπέρμα ὑπόξανθον, ὥσπερ ἐρύσιμον. Οὗτοι δὲ μανιώδεις ὑπάρχουσι καὶ καρωτικοί. *Alterius flores ſunt lutei ... ſubflauum, et irionis ſeminis ſimile. Inſaniam illa gignunt, et ſoporem.* H.

b. Quartum) Quod Dioſcoridi l. c. tertium eſt, eiſdemque plane verbis ab eo deſcribitur. H.

c. Item) Quod, inquit, eſt rufi ſeminis, ξανθοῦ, in medicinae vſus adhibetur. Dioſc. l. c. H.

rufi feminis. Nonnunquam [1] autem candidum rufefcit, fi *d.* non ematuruit, improbaturque. Et alioqui nullum, nifi quum inaruit, legitur. Natura *e.* [2] vini, ideoque mentem caputque infeftans. Vfus feminis et per fe, et fucco expreffo. Exprimitur *f.* feparatim, et caulibus foliifque: vtuntur et radice, temeraria in totum (vt arbitror) medicina. Quippe etiam foliis conftat mentem corrumpi, fi plura quam quatuor [3] bibantur. Etiam *g.* antiqui in vino [4] febrem *h.* depelli arbitrabantur. Et

1. *Sic ex* MSS. *H. et V. Non numquam ante Gr. et Al.* 2. *veneni. Alii.* 3. *bibantur, tametfi. V. bibant. Etiam. Ch.* 4. *febrim. Ch.*

d. Si) Quum nequit maturefcere, aut percoqui. H.

e. Natura) Ineft vis ei vini: nam caput tentat, etc. Ita libri omnes, non *veneni.* Eft aliud ei nomen ab ea caufa inditum. *Milimindrum,* inquit Papias, *vulgus vocat, pro eo, quod elevationem mentis inducat: haec herba hyofcyamos appellatur.* H.

f. Exprimitur) E femine ait, et caulibus, et foliis, feparatim exprimi fuccum, vtilem in medicina. Vide N. et Em. N. V. (hic pof.) *Expr.*) Prius vitiofa interpunctione legebatur, *et caulibus foliifque vtuntur et radice:* perinde quafi e femine folo feparatim, de quo proxime ante fermo erat, non etiam e caulibus foliifque, fuccus exprimeretur. Retexit errorem. Diofc. IV. 69. Χυλίζεται δὲ ὁ καρπὸς ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ καυλοὶ κοπτόμενοι, καὶ ἐκθλιβόμενοι, ἐν ἡλίῳ ξηραινομένε τῦ ὑγρῦ... Χυλίζεται δὲ καὶ τὸ σπέρμα αὐτῦ κατ' ἰδίαν κοπτόμενον ξηρὸν, etc. *Recenti femine, foliis, caulibufque tufis fuccus exprimitur, qui ad Solem exficcatur ... Elicitur et feparatim fuccus e femine, quum inaruit,* etc. Nec fuam interim priori lectioni conftare fententiam inficias eo. H.

g. Etiam) Diofc. l. c. *Terna,* inquit, *quaternaue* folia cum vino pota febres epialas depellunt, ἠπιάλυς πυρετὺς θεραπεύει. Febris continuae quotidianae genus hoc nomine Graeci intelligunt. H.

Et *i.* oleum fit ex femine, vt diximus, quod *k.* ipfum auribus infufum tentat mentem. [1] Mireque *l.*, vt contra venenum, remedia prodidere his qui id bibiffent, et ipfum pro remediis: adeo nullo omnia experiendi fine, vt cogerentur etiam venena prodeffe.

XVIII. (V.) 11. Linozoftis *m.*, fiue parthenion, Mercurii inuentum eft, ideo apud Graecos Hermupoan *n.* multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem. Duo *o.* eius genera: mafculus et femina, quae efficacior, [2] caule cubitali, interdum ramofo in cacumine, ocimo anguftioribus foliis, geniculis denfis, alarum *p.* cauis multis, femine *q.* in ge-

1. *Mirumque. V.* 2. *frutice dodrantali, aut maiore. Diofc.*

h. Febrem depelli) Hepialon, tribus vel quatuor potis. *Dal.*

i. Et) L. XV. 7. et XXIII. 49. H.

k. Quod) Prodeft auribus, menti nocet. Apul. c. 4. de Symphoniaca, fiue hyofcyamo, t. 1. *Ad aurium dolorem: Herbae fymphoniacae fuccus tepefactus cum oleo rofaceo, et in aurem inftillatus, aurium dolorem mirifice tollit: et fi vermes fuerint, necat eos.* H.

l. Mireque) Mirum eft a medicis, tanquam contra venena remedia tradi, ab iis fumenda, qui hyofcyamum bibiffent: et ex ipfo fimul hyofcyamo remedia peti. H.

m. Linozoftis) Diofc. IV. 191. Λινόζωςις, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ Ἑρμȣ̃ βοτάνιον καλȣ̃σιν. Et in Nothis: Ῥωμαῖοι ἔρβα Μερκȣρίαλις μάσκȣλα. Mercurialem Galli, vt Latini, vocitant, *Mercuriale.* Vide iconem maris ac feminae apud Lobelium in Obff. p. 131. Vidimus in horto Regio. H.

n. Hermupoan) Ἑρμȣ̃ βοτάνιον. Diofcorid. *Dal.*

Hermupoan) Ἑρμȣ̃ πόαν, id eft, Mercurii herba: quo fenfu et Hermubotane, ἑρμȣ̃ βοτάνη, ab Apuleio etiam appellatur, c. 82. H.

o. Duo) Haec totidem verbis Diofc. l. c. H.

p. Alarum) Diofc. μασχάλας

[1] in geniculis dependente: feminae copioso, mari iuxta [2] genicula stante, rariori ac breui *r.*, contortoque *s.*: feminae, soluto et candido. Folia maribus nigriora, feminis candidiora: radix superuacua, praetenuis. Nascuntur in campestribus cultis. Mirum *t.* est, quod de vtroque eorum genere proditur: vt mares gignantur, hunc facere: vt feminae, illam. Hoc *v.* contingere, si a conceptu succus protinus bibatur in passo, edanturue folia decocta ex oleo et sale, vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fictili cum heliotropio, et duabus [3] aut tribus spicis, donec decoquatur. Decoctum *x.* dari iubent, et herbam ipsam in cibo, altero die purgationis [4] mulieribus per triduum, [5] quarto die a balneo coire eas. Hippocrates *y.* miris laudibus in mulierum vsu prae-

Tt 2 dicauit

1. *ex. V.* 2. *folia iacente. Diosc.* 3. *tribus aliis spicis, donec percoquatur. V.* 4. *muliebris. V.* 5. *quarto vero die. Dal.*

σχάλας πολλὰς, πυκνὰς ἔχοντα. Ala proprie pars est hominis concaua, subter brachium, quae et axilla dicitur. Ad huius similitudinem, in herbis ala, quae Graecis μασχάλη, significat cauum illum, inter caulem, et ramulos, anfractum: vnde noua proles egreditur. In arborum ramis pars eorumdem caua, qua matri adhaerescunt: in qua et gigni aliquando viscum fungosque contingit. H.

q. Semine) E sinu foliorum dependente. H.

r. Breui) In formam testiculorum, ὥσπερ ὀρχίδια, inquit Diosc. vnde et testiculatam Latini dixere, vt auctor est Apuleius c. 82. H.

s. Contortoque) Paruo, rotundo, duorum testiculorum figura. *Dal.*

t. Mirum) Hoc pariter Diosc. totidem verbis, l. c. H.

v. Hoc) Diosc. l. c. H.

x. Decoctum) Diosc. l. c. H.

y. Hippocrates) Libris de natura mulierum, de mulierum morbis, et de sterilibus. *Dal.*

Hippocrates) De morb. mul. I. t. 63. p. 455. t. 74. p. 461. t. 82. p. 465. t. 85. p. 468.

dicauit has: [1] ad hunc modum Medicorum z. nemo nouit. Ille eas vuluae a. cum melle, vel rosaceo, vel irino, vel lirino admouit: item b. ad ciendos menses secundasque. Hoc c. idem praestare potu fotuque [2] dixit. Instillauit d. auribus olidis succum, inunxitque cum vino vetere. Aluo folia imposuit, epiphoris e., stranguriae, et [3] vesicae. Decoctum eius dedit cum myrrha et thure. Aluo qui-

1. *At hunc.* V. 2. *dicit.* V. 3. *vesicis.* M.

p. 468. etc. L. de nat. mul. t. 8. p. 364. t. 11. p. 366. t. 18. p. 371. etc. L. II. de morbis, t. 12. p. 43. etc. H.

z. *Medicorum nemo nouit*) Plinius hac in re se parum medicinae peritum ostendit, qui pessorum ad eiusmodi mala vtilium confectionem ignorauerit. *Dal.*

Medicorum) Carpit aeui sui medicos. Nostra aetate mercuriali vtuntur in pessis. H.

a. *Vuluae*) Mulierum suffocanti. *Dal.*

b. *Item*) Apul. c. 82. t. 2. *Ad menstrua cienda: Herba mercurialis cum oleo irino vel rosaceo admota, mox prouocat sanguinem menstruum.* H.

c. *Hoc*) Hipp. L. de nat. mul. t. 29. p. 377. ad ciendos menses, ἢν τὰ ἐπιμήνια μὴ γίνεται. Λινοζώστιος τὸν καρπὸν καὶ τὰ φύλλα ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν. *Mercurialis semen et folia in vino bibenda praebe.* Et p. 378. Λινοζώστιος φύλλα τρίψας ἐν ῥάκει προσθεῖναι. *Mercurialis folia trita in linteo subde.* H.

d. *Instillauit*) Quum quis ex aure male olet, ἐκ τοῦ ὠτὸς κακὸν ὄζει, inquit Hipp. de int. affect. t. 34. id quod splenicis accidere docet. Apul. c. 82. t. 4. si aqua in aures introierit, ad extrahendam, Mercurialis quoque succum instillat. H.

e. *Epiphoris*) Fluxionibus in ventrem. *Dal.*

Epiphoris) Oculorum videlicet: neque enim alias Plinius intelligit, nisi speciatim significet. Dalecampius *fluxiones in ventrem* interpretatur, quo sensu nusquam vocem eam noster accipit. Sed et ab Apuleio Lugdunensis medicus arguitur, ita scribente scilicet, c. 82. t. 3. *Ad epiphoras oculorum: Herbae Mercurialis folia*, inquit, *cum vino albo vetere impone.* H.

uo *f.* quidem ſoluendae, vel in febri, decoquitur quantum manus capiat in duobus ſextariis aquae ad dimidias: bibitur ſale et melle admixto: necnon cum vngula *g.* ſuis, aut gallinaceo *h.* [1] decoctum ſalubrius. Purgationis cauſa putauere aliqui vtramque *i.* dandam, [2] ſiue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem *k.* detrahunt, ſed ſtomachum laedunt. Reliquos vſus dicemus ſuis locis.

XIX. 12. Inuenit et Achilles diſcipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quae ob id [3] Achilleos *l.* vocatur. Hac ſanaſſe Telephum *m.* dicitur. Alii *n.* primum aeruginem inueniſſe, vtiliſſimam

1. *decocta. V. decocta. Salubrius purgationis. Dal.* 2. *per ſe, ſiue cum malua decoctam. V.* 3. *Achillea Sideritis. Dioſc.*

f. Aluo) Q. Seren. c. 29. p. 143. *Saepe cibi ſpecie, vitio vel corporis ipſo Potibus aut duris reſtricta morabitur aluus: Vincetur talis mora gramine Mercuriali, Cuius aquam cocti minimo cum melle bibemus.* Et Apul. c. 82. t. 1. *Ad ventris duritiam: Herbam Mercurialem coques, et tritam ex paſſo dabis: ſtatim detrahet, et ſtomachum purgabit: aut ſemen eius tritum ex paſſo dato,* etc. Scrib. Larg. comp. 135. *Mollit ergo aluum herba mercurialis, lenibus oleribus quamplurima mixta.* H.

g. Vngula) Pede ſuis ſalſo, qui ſua ſalſugine aluum irritat. *Dal.*

h. Gallinaceo) Nempe veteri, cuius iuſculum aluum ſubducit. *Dal.*

i. Vtramque) Marem feminamque. H.

k. Bilem) Marc. Emp. c. 30. p. 217. H.

l. Achilleos) Haec ſideritis Heraclea eſt, de qua ſ. 15. H.

m. Telephum) Herculis filium, Myſorum regem, ab Achille ipſo ſanatum, a quo vulneratus fuerat. Conſulto enim oraculo, reſponſum tulit, Ὁ τρώσας ἰάσεται. Supplex itaque Achilli factus, id ab ipſo impetrauit. Hor. Epod. XVII. v. 8. *Mouit nepotem Telephus Nereium, In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum, et in quem tela acuta torſerat.* H.

n. Alii) Quo ſpectat Ouid. de rem.

lissimam emplastris, ideoque pingitur [1] a cuspide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alii vtroque vsum medicamento volunt. Aliqui *o.* et hanc panacem [2] heracleon, alii sideritin, et apud nos millefoliam vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus quam [3] feniculi foliis vestitam ab imo. Alii fatentur quidem illam vulneribus vtilem, sed veram achilleon esse scapo caeruleo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestitam. Alii *p.* quadrato caule, [4] capitulis

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. ex Gr. et Al.* 2. *herodem, alii sideriten, et ap. nos millefolium. Ch.* 3. *feniculis vestitam. Ch.* 4. *Sic ex* MSS. *H. capitibus Gr. et Al.*

de rem. Am. v. 47. *Vulnus in Herculeo quae quondam fecerat hoste, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.* Hoc iterum Plinius repetit XXXIV. 45. H.

o. Aliqui et hanc panacem) Prima achillea Plinii, eadem est Diosc. Secunda, myriophyllon Diosc. Tertia, sideritis, heraclea prima Diosc. Quarta et quinta, sideritis heraclea Crateuae, et tertia Dioscoridis. Sexta, sideritis secunda Diosc. *Dal.*

Aliqui) Aliqui sanatum, inquit, Telephum aiunt, herba millefolia, quam et panaceen heracleon, et Achilleam, et sideritin vocant. In his Apuleius, c. 88. *Graeci myriophyllon,.. alii Achilleon ... Latini millefolium ... Hanc herbam Achilles inuenit: vnde vulnera ferro facta sanabat: et ob id Achilleos vocatur: hac sanasse Telephum dicitur.* Haec Ἀχίλλειος Dioscoridis est, IV. 36. quam et sideritin appellatam ait. Millefolium idem terrestre, seu militaris herba, de qua diximus libro anteriore, f. 95. picta a Lobelio, vt diximus, et Dodonaeo, p. 101. H.

p. Alii quadrato caule capitibus marrubii folio quercus) Voss. *capitolis marrubii foliis quercus.* Lege, *capitulis.* L. XXVII. 9. *In cacumine capitula sunt echinata spinis.* eiusdem c. 11. *Capitula sunt in summo caule tenuia.* Gron.

Alii) Haec sideritis prior Diosc. IV. 33. de qua ille paria refert totidem verbis: folio

lis marrubii, [1] folio quercus. Hanc *q.* etiam praecisos neruos glutinare [2] faciunt. Alii *r.* sideritin in maceriis nascentem, quum teratur, foedi odoris. Etiamnum aliam similem huic, sed candidioribus foliis et pinguioribus, [3] tenuioribus cauliculis, in vineis nascentem. Aliam *s.* vero binûm cubitorum, [4] ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo longo, betae semine, omnes vulneribus praecipuas. [5] Nostri eam, quae est [6] latissimo folio, [7] scopam *t.* regiam vocant. Medetur *v.* anginis suum.

1. *foliis quercus. Hac. Ch.* 2. *ferunt. M.* 3. *teneris. D. teneriorem. Ch.* 4. *ramis bicubitalibus. Diosc.* 5. *Nostri in M. d.* 6. *laetissimo. V.* 7. *Sic et M. scopas regias Gr. et Al.*

folio nempe marrubii, ad similitudinem foliorum quercus accedente, e quadrangulis caulibus, in quibus orbiculata interdum, vt in marrubio, verticilla conspiciuntur. Recentior aetas in officinis herbam Iudaicam et *Tetrabil* barbaro nomine vocat, a Dodonaeo pingitur p. 94. Ruellio adstipulante, III. p. 594. H.

q. Hanc) Diosc. l. c. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασσόμενα τραυμάτων κολλητικήν, etc. Et est ea dos herbae Iudaicae propria. H.

r. Alii) Et id heracleae sideriti natale solum, de qua f. 15. diximus. Diosc. IV. 31. Σιδηρῖτις.. Ἡράκλεια, .. Φυομένη ἐν τοίχοις καὶ ἀμπελῶσιν, *in macerus, venetisque.* H.

s. Aliam) Nempe sideritin Dioscoridis alteram, quam ille iisdem omnino notis delineat, IV. 34. quae omnes pulcre cadunt in eam, quam Pimpinellam in Gallia vulgus appellat, *la Pimprenelle*: quam et thryallidem a Theophrasto vocari diximus XXI. 61. Huius est eximia vis ad vulnera. Anguillara, Par. XIV. p. 257. *La seconda siderite non e altro che la Pimpinella nostra commune.* H.

t. Scopam) In Indice *scopa regia.* In MSS. quibusdam, *scopas regias* hoc loco legitur. Pimpinella siluestris est, seu sanguisorba maior, delineata a Dodonaeo,

XX. 13. Inuenit *x.* et Teucer eadem aetate Teucrion *y.*, [1] quam quidam [2] hemionion vocant, ſpargentem iuncos tenues, folia [3] parua, aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore, numquam [4] florentem: neque ſemen gignit. Medetur lienibus. Conſtatque *z.* ſic inuentam: quum exta ſuper eam proiecta eſſent, adhaeſiſſe lieni, eumque exinaniſſe. Ob id a quibuſdam [5] ſplenion vocatur. Narrant *a.*, ſues, qui radicem eius [6] ederint, ſine ſplene inueniri. Quidam *b.* ramis [7] hyſſopi ſurculoſam, folio [8] fabae, eodem nomine appellant, et colligi [9] florentem adhuc iubent: adeo florere non dubi-

1. *et quam. V.* 2. *hermiam. Alii. hermion. Alii.* 3. *curua. V.* 4. *floret. V.* 5. *aſplenon. Dioſc.* 6. *edint. Ch.* 7. *chamaedryos. Dioſc.* 8. *ciceris. Dioſc.* 9. *cum floreat iubent. Ch.*

naeo, p. 105. Ruellius III. p. 594. falſo arbitratur eam eſſe quam vulgus *Carpentariorum herbam* appellat: quod materiarii fabri ſaepiuſcule hac vtuntur ad glutinanda vulnera. H.

v. Medetur anginis ſuum) In antiquo codice *ſuccus* non *ſuum.* Pint.

x. Inuenit) Telamonis filius, Priami ſororis filius. De quo Horat. Carm. IV. Od. 9. *Primuſque Teucer tela Cydonio Direxit arcu.* H.

y. Teucrion) Teucrion, chamaedryn quoque vocari Dioſc. ait: aſplenon vero hemioniam. *Dal.*

Teucrion) Non illud quidem Dioſcoridis Teucrium eſt, ſed hemionitis, cuius ille iiſdem fere verbis meminit, III. 152. Ἡμιονῖτις, οἱ δὲ σπλήνιον, etc. Sic etiam Orib. XI. p. 198. Pingitur a Dodonaeo, p. 464. Hemionion pariter Teucrion appellari, auctor eſt Apuleius, c. 56. Sed cum lonchitide male confundit. H.

z. Conſtatque) Haec totidem verbis Apulei. l. c. H.

a. Narrant) Apulei. l. c. H.

b. Quidam) Et haec pariter Apulei. l. c. Hoc Teucrium Dioſcoridis videtur, III. 111. ſimillimum chamaedryi, vel ipſa forte chamaedrys, de qua libro anteriore diximus, ſ. 80. Nam

dubitant: maximeque ex Ciliciis et Pisidiae montibus laudant.

XXI. 14. Melampodis *c.* fama, diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur vnum ellebori genus Melampodion. Aliqui *d.* pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari [1] pasto *e.* illo animaduertentem, datoque lacte earum sanasse *f.* Proetidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici simul conuenit. Prima *g.* duo sunt, [2] candidum [3] et nigrum. Hoc *h.* radi-

1. *pastore.* M. 2. *Aul. Gel. L. XVII. cap. 15. Iac. Cell.* 3. *ac. Ch.*

Nam et ipsam aliqui appellauere Teucrion. H.

c. Melampodis) De quo nos strictim, VII. 33. H.

d. Aliqui) Ita Diosc. IV. 151. At Apollodorus Athen. in Bibl. purgationem Proeti filiarum, potius ad vatem Melampoda, quam ad pastorem refert: natasque ait ex Proeto et Stenoboea filias, Lysippen, Iphinoen, et Iphianassam: quae vbi primum adoleuerint, vexatae insania sint: sed Melampodis cura purgatione vsas ex iis duas resipuisse. Hunc autem in eis errorem fuisse mentis animique, boues vt se crederent, quod Virg. quoque in Bucol. Ecl. 6. v. 48. significat, neutiquam fabulosum videri debere, disce ex Aegineta III. vbi de atra bile. H.

e. Pasto illo animaduertentem) Theophrastus id animaduersum tradit in ouibus quae veratrum gustassent. *Dal.*

f. Sanasse Praetidas furentes) Atra bile percitas. Vide cap. 37. L. XI. Apud Sextum Empiricum L. VI. Pyrrhonion Polyanthus Cyrenaeus ab Aesculapio curatas fuisse ait, non a Melampode, vt Eudoxus apud Stephanum scribit. Vide Ouid. vlt. Metam. Vitruuium III. 8. Politian. c. 50. Miscell. *Dal*

g. Prima) Tradit haec deinceps ad verbum Theophrast. Hist. IX. 11. Genus vtrumque vidimus in horto regio. Nigrum, *Ellebore noir*, a Clusio pingitur accurate hist. rar. pl. II. p. 274. Candidum, *Ellebore blanc*, in Eystettensi horto. H.

radicibus tantum intelligi tradunt plerique. Alii *i.* folia [1] nigri, platano ſimilia, ſed minora, nigrioraque et pluribus diuiſuris ſciſſa: albi *k.*, betae [2] incipientis: haec quoque nigriora, et canalium dorſo rubeſcentia. Vtraque *l.* caule [3] palmi ferulaceo, bulborum tunicis conuoluto, radice *m.* [4] fimbriata

1. nigro platano. Ch. *2. ſilueſtris. Dioſc.* *3. quadrantis altitudine.* *4. Sic et M. et Ch. vibrata Gr. et Al.*

h. Hoc) Alii ſimilia eſſe aiunt genera ellebori duo: radice tantum differre: huius candida, alterius nigra: Οἱ μὲν γὰρ ὁμοίȢς εἶναι, πλὴν τῷ χρώματι μόνον διαφέρειν· τὴν τὲ ῥίζαν τȢ͂ μὲν λευκὴν, τȢ͂ δὲ μέλαιναν. Theophr. l. c. H.

i. Alii folia nigri platani ſimilia) Voſſ. *nigra platano.* Scribe: *Alii folia nigrae platano ſimilia.* Gron.

Alii) Dioſc. de veratro nigro IV. 151. Ἔχει δὲ τὰ φύλλα χλωρὰ, πλατάνῳ προσεμφερῆ, ἐλάττονα δὲ, καὶ πολυσχιδέςερα, καὶ μελάντερα. H.

k. Albi) Ellebori albi folia ſunt, inquit Dioſc. IV. 150. betae ſilueſtris ſimilia, ſed breuiora, nigrioraque, et dorſi ſpina rubeſcit: ὅμοια τοῖς τοῦ σεύτλου ἀγρίου, βραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα, καὶ τῇ ῥάχει ἐρυθρά. H.

l. Vtraque) De candido id diſerte Dioſc. l. c. Καυλὸν δὲ παλαιςιαῖον, κοῖλον, περιφλοιζόμενον, ὅταν ἄρξηται ξηραίνεσθαι. *Caulem palmi altitudine, concauum, qui quidem tunicas, quibus conuoluitur, abdicat, quum areſcere incipit.* H.

m. Radice) Fibrata, tenuibus fibris diſtincta. Vide N. et Em. N VI. (hic poſ.) *Radice.)* Prius inſulſe, *vibrata*, legebatur. Sequuti ſumus fidem codicum MSS. R. Colb. Ch. et vet. Dal. et quod his multo certius eſt, Dioſcoridem ipſum, cuius haec verba de helleboro candido, IV. 150. Ῥίζαι δ᾽ ὕπεισι πολλαὶ, λεπταὶ, ἀπὸ κεφαλίου μικροῦ καὶ ἐπιμήκους, ὥσπερει κρομμύου, συμπεφυκυῖαι. *Radices ſubiacent numeroſae, tenues ac fibratae, ab exiguo et oblongo capitulo, ceu caepa, excuntes, eidemque adnexae.* Tradit eadem et de veratro nigro cap. ſq. H.

briata caeparum modo. Nigro *n.* equi, boues, ſues necantur; itaque cauent id, [1] quum candido veſcantur. Tempeſtiuum *o.* eſſe tradunt meſſibus. Plurimum *p.* autem naſcitur in Oeta monte: et [2] optimum vno eius loco circa *q.* Pyram. Nigrum *r.* vbique prouenit, melius in Helicone, qui mons et [3] aliis laudatur herbis. Candidum *s.* probatur Oetaeum: ſecundum Ponticum: tertio loco Eleaticum, quod in vitibus naſci ferunt; quarto Parnaſſium *t.*, quod adulteratur Aetolico, ex vicino. Nigrum [4] ex his Melampodion *v.* vocant, quo *x.* [5] et domos

1. *cum oues candido.* *Theoph. et mox, autumno, pro meſſibus.* 2. *opimum. Ch.* 3. *alias. Ch.* 4. *ex, in V. d.* 5. *ſues, Theoph. domos. Dioſc. vt hic.*

n. Nigro) Sic Theophr. l. c. ſed idem candido veſci tantum oues dixit, τὰ πρόβατα. H.

o. Tempeſtiuum) Candidum quidem meſſibus colligi Dioſc. iubet IV. 150. H.

p. Plurimum) Theophr. l. c. Ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι. πλεῖςος γὰρ ἐνταῦθα φύεται καὶ ἄριςος. μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πύραν. Pyra locus eſt in eius montis vertice, in quo ſacrificantem Herculem, vbi ſe conieciſſet in rogum, arſiſſe ferunt. Claudianus, de tertio Conſ. Honorii, v. 114. *Iuga deſeris Oëtes, Herculeo damnata rogo.* H.

q. Circa Pyram) Pyra, ſiue Rogus, locus eſt in montis vertice, in quo ſacrificantem Herculem arſiſſe ferunt, quum impatientia doloris victus in accenſam lignorum ſtruem ſe proiecit. *Dal.*

r. Nigrum) Dioſc. IV. 151. poſt Theophr. l. c. ad verbum. H.

s. Candidum) Theophr. l. c. H.

t. Parnaſſium) Parnaſſicus et Aetolicus, quos vendentes et ementes multi diſcernere neſciunt, duri ſunt, perquam rugoſi et flaccidi. Theophr. *Dal.*

v. Melampodion) Ab inuentore. Theophr. l. c. Καλοῦσι δὲ τὸν μέλανά τινες ἐκ τοῦ τεμόντος καὶ ἀνευρόντος Μελαμπόδιον, etc. Sic etiam Dioſc. IV. 150. H.

x. Quo et domos ſuffiunt) Conuenit c. Hard. *Dal.*

Quo)

domos suffiunt purgantque, [1] spargentes et pecora, cum precatione solenni: hoc et religiosius colligitur. Primum *y.* enim gladio circumscribitur. Dein qui succisurus est, Ortum spectat: et *z.* precatur, vt id liceat sibi concedentibus Diis facere, obseruatque *a.* aquilae volatus: fere enim secantibus interest: et si prope [2] aduolauit, moriturum illo anno qui [3] succidat, augurium est. Nec *b.* [4] album facile colligitur, caput aggrauans, maxime nisi praesumatur allium, et subinde vinum sorbeatur, celeriterque [5] fodiatur. Nigrum *c.* alii [6] ectomon vocant,

1. *aspergentes se et. M.* 2. *aduolauerit. M.* 3. *succedit. M.* 4. *atrum. Diosc.* 5. *effodiatur. V.* 6. *ecstomon. Diosc. entomon Gr. et vulgg.*

Quo) Diosc. l. c. Περιῤῥαίνουσι δὲ καὶ οἰκίας αὐτὸν, καθαρτικὸν εἶναι νομίζοντες. *Sed et eo domos aspergunt, purgandi expiandique vim inesse ei rati.* Theophr. l. c. Καθαίρουσι δὲ ὕας αὐτῷ καὶ πρόβατα, συνεπᾴδοντες τινα ἐπῳδήν. *Lustrant eo sues, ouesque cum incantatione quadam.* H.

y. Primum) Hic ritus omnis a Theophr. quoque describitur Hist. IX. 9. H.

z. Et) Stant, inquit, et Apollinem Aesculapium deprecantur, vt ea res sibi feliciter cedat. Diosc. IV. 151. H.

a. Obseruatque) Obseruat, num aquila sibi in eo opere occupato, interueniat: abstinet, si cernat. Periculum enim imminet secanti, etc. Theophr. et Diosc. ll. cc. H.

b. Nec) De nigro haec Diosc. prodidit, l. c. de elleboro vniuersim, Theophr. Hist. IX. 9. H.

c. Nigrum) Gal. in Expl. voc. Hippoc. p. 89. Ἐκτόμου, ἐλλεβόρου μέλανος. Hesychius, ἐκτομὸν, ἐλλέβορος Erotian. in coll. dict. Hipp. apud Galen. p. 119. ἐκτόμου, Διοκλῆς φησὶν οὕτω καλεῖσθαι τὸν μέλανα ἐλλέβορον. Diosc. l. c. Ἐλλέβορος μέλας, οἱ δὲ Μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκστομον. (lege ἔκτομον) οἱ δὲ πολύῤῥιζον, a multa, vt diximus, radice fimbriata. Prius in editis libris *entomon*: in MSS. *eucymon*: vtrumque peruerse. H.

cant, alii polyrrhizon: purgat per inferna: Candidum *d.* autem vomitione, causasque morborum extrahit; quondam terribile, postea tam promiscuum, vt *e.* plerique studiorum gratia ad peruidenda acrius, quae commentabantur, saepius 1 sumptitauerint. Carneadem *f.* responsurum Zenonis libris: Drusum *g.* quoque apud nos, tribunorum popularium clarissimum, (cui ante omnes plebs stans plausit, optimates *h.* vero bellum Marsicum

1. *sumitauerint.* Cb.

d. Candidum) Marc. Emp. c. 30. p. 21. et Diosc. IV. 150. Καθαίρει δὲ δι᾽ ἐμέτων, ἄγων ποικίλα. *Purgat vomitionibus varii coloris humores extrahens.* H.

e. Vt) Haec totidem verbis Gellius XVII. 15. p. 968. de Carneade inprimis. Et Val. Max. VIII. 7. n. 5. *Carneades cum Chrysippo disputaturus, elleboro se ante purgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, et illius refellendum acrius: quas potiores industria solidae laudis cupidis efficit appetendas.* De Carneade alias diximus. VII. 31. H.

f. Carneadem responsurum) Valer. c. 7. L. VIII. de Chrysippo idem scribit. Petronius in Satyra: *Chrysippus, inquit, vt ad inuentionem sufficeret, ter elleboro animum deterfit.* Dalec.

g. Drusum) Hunc locum Gellius ita recitat l. c. p. 971. *Sed elleborum sumi posse tutissime in insula Anticyra Plinius Secundus in Libris naturalis Historiae scripsit: propterea Liuium Drusum, qui Tribunus plebis fuit, quum morbum, qui comitialis dicitur, pateretur, Anticyram nauigasse, et in ea insula elleborum bibisse ait, atque ita morbo liberatum.* Nigrum veratrum ad comitialem morbum Celsus quoque commendat III. 23. H.

h. Optimates vero bellum Marsicum imputauere) Nostrum exemplar, *importauere*, non *imputauere.* Ceterum verba haec, *cui ante omnes plebs astans plausit, optimates vero bellum Marsicum imputauere*, non puto esse Pliniana: aliena enim videntur ab ipsa re de qua agitur. *Pint.*

Optimates) Sociale, vel Marsicum bellum appellatum est, quod a Marsis primum concitatum fuit. Etenim Latini omnes, ac plerique

ſicum imputauere:) conſtat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra inſula. Ibi enim tutiſſime ſumitur, quoniam (vt *i.* diximus) ſeſamoides admiſcent. Italia veratrum vocat. Farina eorum per ſe, et mixta [1] radicula, qua *k.* lanas diximus lauari, [2] ſternumentum *l.* facit, amboque *m.* ſomnum. Leguntur autem tenuiſſimae radices breueſque, ac *n.* velut decurtatae [3] etiam hae. Nam ſumma, quae eſt craſſiſſima, caepis ſimilis, canibus tantum datur purgationis cauſa. Antiqui *o.* radicem cortice [4] quam carnoſiſſimo ſeligebant, [5] quo tenuior eximeretur medulla. Hanc *p.* humidis ſpongiis

1. *radiculae. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. ſternutamentum Gr. et Al.* 3. *et imae. Ch.* 4. *quam craſſiſſimam ſelig. M.* 5. *qua tenuior. M. qua interior. Dioſc.*

rique Italiae populi, indigne ferentes, ſe laborum omnium ac periculorum participes, ab communione imperii et honoris excludi, fruſtra per Druſum, qui hac arte conciliatis animis affectabat imperium, ſperata ciuitate, quod iure non poterant, armis conſequi ſtuduerunt: Haec prolixius Flor. III. 18 et alii. H.

i. Vt) L. XII. 64. H.

k. Qua) L. XIX. 18. H.

l. Sternumentum) Scrib. Larg. comp. 1. n. 10. *Prouitat ſternutamentum etiam per ſe contuſum, et naribus iniectum veratrum album. Nigrum, ſiccum et aridum ſternutationem ſtatim inuitat.* H.

m. Amboque ſomnum) Nec verum id, nec veriſimile. Lego, *ſomnium diſcutiunt.* Dalec.

n. Ac velut decurtatae) Id eſt, quod Antylus et Poſidonius apud Aetium praecipiunt, veratri deligendas eſſe radices paruas, ſiue tenues, ſed plenas, non rugoſas, nec in acutum inſtar caudae muris deſinentes. *Idem.*

o. Antiqui) Sic Dioſc. de vtroque elleboro, eligi iubet carnoſum, et cui tenuis medulla ſit: Ἐκλέγου δὲ τὸν εὔσαρκον, καὶ εὔτροφον, λεπτὴν ἔχοντα τὴν ἐντεριώνην. H.

p. Hanc) Vt aqua madefacta radix turgeſceret, faciliuſque

ſpongiis opertam, turgeſcentemque acu *q.* in longitudinem findebant. Deinde fila in vmbra ſiccabant, iis vtentes: nunc *r.* ramulos ipſos ab radice quam grauiſſimi corticis ita [1] dant. Optimum *s.*, [2] quod acre guſtu feruenſque, in frangendo puluerem *t.* emittit. Durare vim eius XXX. annis ferunt.

XXII. Nigrum *v.* medetur paralyticis, inſanientibus, hydropicis, dum citra febrim, podagris veteribus, articulariis morbis. Trahit *x.* [3] aluum, et

1. *dantes.* *Ch.* 2. *quod non valde acre.* *Dioſc.* 3. *per aluum. Alii. ex aluo bilem. Ch.*

liuſque diuideretur acu, vel forficula, in tenuia fila. H.

q. Acu in longitudinem findebant) Forficula non acu, legendum eſſe Plinius ipſe oſtendit non multo poſt. *Pintian.*

r. Ramulos ipſos) Radicum fibras. *Dalec.*

Nunc) Fibras radicum integras. H.

s. Optimum) Candidum probat Dioſc. IV. 150. quod non ſit admodum guſtu feruens, ἐκπυρῶν τῇ γεύσει οὐ λίαν. Nigrum c. ſeq. acre guſtu, feruenſque, δριμὺν ἐν τῇ γεύσει, καὶ πυρώδη. H.

t. Puluerem emittit) Fumoſum ſaporem. Aetius ex Antylo. Puluis euanidam vetuſtatem indicat, quamuis Dioſcorides tale probet. *Dal.* Plinius ex ſententia Caſp. Hofmanni in Varr. Lect. L. I. c. 1. p. 2. hoc indicat. Helleborus dum frangitur debet emittere fumoſum quid ceu puluerem, quod ſubito nares feriat, et acredine ſua ſternutationem eicat, Aetii locus eſt Tetr. I. L. III. c. 126. Ergo Dioſcorides L. IV. c. 145. et Plinius inter ſe non pugnant. H.

Puluerem) Dioſc. IV. 150. Χνοῦν ἀφιεὶς ἐν τῷ θραύεσθαι, *puluerem emittens, dum frangitur.* Vt plurimum euanidam vetuſtatem ſapit, quod dum frangitur, fatiſcit in puluerem. H.

v. Nigrum) Haec totidem verbis Dioſc. IV. 151. H.

x. Trahit) Marc. Emp. c. 10. p. 212. Dioſc. ll. cc. Καθαίρει δὲ τὴν κάτω κοιλίαν, ἄγων φλέγμα καὶ χολήν, *purgat per inferna, trahitque pituitam et bilem.* H.

et bilem, pituitasque. Ex *y.* aqua datur ad leniter molliendam aluum, plurimum [1] drachma, modice quatuor obolis. *z.* Miscuere aliqui et [2] scammoneam, sed tutius salem. In dulcibus datum copiosius periculum infert; oculorum *a.* caliginem fotu discutit: ob id quidam et inunxere trito. [3] Strumas, suppurata, duritias concoquit et purgat: item *b.* fistulas, tertia die [4] exemptum. Verrucas tollit cum [5] squamis aeris et sandaracha. Hydropicorum *c.* ventri imponitur cum farina hordeacea et vino. Pecorum *d.* et iumentorum pituitas sanat, surculo *e.* per aurem traiecto, et [6] postero die eadem hora exempto. Scabiem *f.* quadrupedum cum thure aut cera, ac pice, vel cum pisselaeo.

XXIII.

1. *drachma vna. Ch.* 2. *Scammonium. M. et Ch.* 3. *Strumas suppurat. D.* 4. *eximium. Ch.* 5. *squamma. V. et Ch.* 6. *postera. Ch.*

y. Ex) Diosc. l. c. H.

z. Miscuere) Marc. Emp. et Diosc. ll. cc. H.

a. Oculorum) Collyriis admisceri ait Dioscorides ad oculorum discutiendam caliginem. H.

b. Item) Diosc. IV. 151. Σύριγγας δὲ καθαίρει καταθεὶς, καὶ μετὰ τρίτην ἐξαιρεθείς. *Fistulas inditum ac tertia die exemptum purgat.* H.

c. Hydropicorum) Totidem verbis Diosc. Εὐπορ. II. 65. H.

d. Pecorum) Vim omnino parem ac geminam consiliginis radici inferius attribuit, l. XXVI. 21. H.

e. Surculo per aurem traiecto) Idem de radice consiliginis traditur cap. 6. L. XXVI. *Dalec.*

f. Scabiem quadrupedum cum thure aut cera ac pice, vel cum pisselaeo) Scribe, vt ante monui *cedrelaeo.* Dioscorides L. IV. *Scabiem sanat illitum cum thure aut cera et pice et cedrino oleo.* Pint.

Scabiem) Diosc. IV. 151. Θεραπεύει δὲ καὶ ψώρας, μετὰ λιβανωτοῦ, ἢ κηροῦ, καὶ πίσσης, καὶ κεδρίνου ἐλαίου καταχριόμενος. Quod ἔλαιον κέδρινον vocat Dioscorides, Plinio, vt monuimus XXIV. 11. pisselaeon est. H.

XXIII. Album *g.* optimum, quod celerrime mouet ſternumenta: ſed multum terribilius nigro, praecipue ſi quis apparatum poturorum apud antiquos legat, contra horrores, ſtrangulatus, intempeſtiuas ſomni vires, ſingultus infinitos [1] aut [2] ſternumenta, ſtomachi diſſolutiones, tardiores vomitus aut longiores, exiguos aut nimios. Quippe alia dare ſoliti, quae concitarent vomitiones, ipſumque elleborum extraherent medicamentis, aut clyſteribus: ſaepe etiam ſanguine venis emiſſo. Iam vero et quum proſpere cedat, [3] terribili viſu, variis coloribus vomitionum, et poſt vomitiones obſeruatione alui, balinearum *h.* diſpenſatione, totius corporis cura, antecedente omnia haec [4] magno terrore famae. Namque *i.* tradunt abſumi [5] carnem, ſi coquatur vna. Sed antiquorum vitium erat, quod propter hos metus parcius dabant: quum celerius erumpat, quo largius ſumitur. [6] Themiſon binas non amplius drachmas *ii.* [7] datauit: ſequentes et quaternas dedere, claro Herophili praeconio, qui *k.* elle-

1. *et. V.* 2. *Sic et Cb. ſternutamenta Gr. et Al.* 3. *terribilibus et variis. M. terribilibus viſu variis. V. terribilis viſu. Cb.* 4. *magna. Cb.* 5. *carnes. Cb.* 6. *Thebiſon. Cb.* 7. *donauit. V. M.*

g. *Album*) Dioſc. IV. 150. H.

h. Balinearum diſpenſatione) Aphoriſm. 13. 14. 15. L. IV. Hippoc. humectari prius corpora eorum iubet, qui veratro non facile purgantur: quod optime fit balneo, quiete, pleniore cibo. Balneum etiam prodeſt in conuulſione ab elleboro excitata, cuius meminit Hippocr. aph. 1. L. V. Balneum etiam ſumpto veratro tardiorem vomitum accelerat. Paulus. *Dalec.*

i. Namque) Hoc pariter Dioſc. l. c. Συγκαθεψόμενός τε κρέασι, συντήκει αὐτά. H.

ii. Datauit) Ita R. 1. cum editis. R. 2. *dedit.* H.

k Qui elleborum fortiſſimi ducis ſimilitudine aequabat) Simi-

elleborum fortiſſimi ducis ſimilitudini aequabat. Concitatis enim intus omnibus, ipſum in primis exire. Praeterea mirum inuentum eſt, quod inciſum *l.* forficulis, vt *m.* diximus, cribrant: cortex remanet, [1] hoc *n.* [2] inaniunt: medulla cadit, haec in nimia purgatione data vomitiones ſiſtit.

XXIV. Cauendum eſt felici quoque cura, ne nubilo die detur: [3] quippe impetibiles cruciatus exſiſtunt. Nam *o.* aeſtate potius, quam hieme dan-

1. *hunc. V.* 2. *inanito medulla. M.* 3. *Sic ex* MSS. *H. quoniam. M. impetibiles quippe. Ch. impatibiles Gr. et Al.*

Similior verae lectio eſt, *qui elleborum fortiſſimo duci ſimilitudine aequabat*, quamquam ſuſpicor verbum *ſimilitudine* adiectitium eſſe. *Pint.*

l. Inciſum forficulis) Tot modis ſumitur veratrum album. 1. Radicula tota nocte confixa eius feſtucis ad drach. VI. poſtridie ſumitur ex oxymelite. 2. Infuſum in hemina aquae pluuiae drach. VI. citra decoctionem, poſt triduum bibitur. 3. Decoctum lib. I. in duobus ſextariis aquae additis mellis L. II. percoctum, ad cochlear magnum lingitur. 4. Segmenta minutim forfice conciſa, furfuris magnitudine, ad drach. II. dantur cum alica, ptiſſana, hydromelite, calidis. 5. Puluis craſſiuſculus ſorbetur cum cremore Ptiſſanae, ad drach. I. 6. Puluis tenuiſſimus ad drach. IV. cum melle formatis catapotiis deuoratur, Antylus et Poſidonius apud Aetium. *Dal.*

m. Vt) Sect. 21. H.

n. Hoc) Hoc ſumto cortice exinaniunt purgantque aluum. Sic XXVI. 36. *Et aluum et bilem et pituitam exinanit*, hoc eſt, purgat. Hunc locum nec Dalecampius intellexit, nec interpres Gallicus. Sed et in aliis pluribus ceſpitarunt. H.

o. Nam) Vere iunioribus, ſenibus aeſtate dari ſuadet Aetius I. 129. p. 114. Celſus II. 3. de vomitu: *At vbi longi valenteſque morbi ſine febre ſunt, vt comitialis, aut inſania, veratro quoque albo vtendum eſt: id neque hieme, neque aeſtate recte datur: optime vere, tolerabiliter autumno.* H.

dandum, non eſt in dubio. Corpus *oo.* ſeptem diebus ante praeparandum cibis *p.* acribus, abſtinentia vini, quarto et tertio die vomitionibus *q.*, pridie coenae abſtinentia. Album *r.* et in [1] dulci datur, aptiſſime vero in [2] lente aut pulte. Nuper *s.* inuenere, diſſectis *t.* raphanis inſerere elleborum, rurſuſque *tt.* comprimere raphanos, vt *v.* tranſeat vis; [3] atque eo lenimento dare. Reddi poſt quatuor fere horas incipit. Totum opus ſeptenis peragitur horis. Medetur *x.* ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis, inſanientibus, lympathicis *y.*, [4] elephantiaſi *z.* albae, lepris, te-

 tano,

1. *vino dulci.* *Dal.* 2. *Sic ex* MSS. *H. V. et Ch. lacte aut pulte Gr. et Al.* 3. *atque linimento dare. Ch.* 4. *Sic et Ch. elephantiae Gr. et Al.*

oo. Corpus) Aetius I. 131. p. 115. H.

p. Cibis acribus) Eſu radiculae cum oxymelite. *Dal.*

q. Vomitionibus) Leuioribus Galen. comment. aph. 13. L. IV. *Dal.*

r. Album) Dioſc. IV. 150. Δίδοται δὲ νήςεσι καθ' ἑαυτὸν, καὶ μετὰ σησάμου . . . ἢ μιλικράτου, ἢ φακοῦ, ἢ ἄλλου ῥοφήματος. H.

s. Nuper) Tradit hunc modum vberius paulo Aetius, I. 124. p. 114. H.

t. Diſſectis raphanis) Arundine compunctis. Aetius. *Dal.*

tt. Rurſuſque comprimere raphanos) Antylus apud Paulum raphanos comedendos ex oxymelite dat. *Dal.*

v. Vt) Vt vis ellebori vehementior diſſipetur. H.

x. Medetur) Nempe ſ. 21. His morborum generibus mederi elleborum ſcribit pariter Aetius I. 125. p. 114. In comitiali morbo inprimis, ter aut quater veratro albo vtendum, haud ita multis interpoſitis diebus, Celſus admonet III. 23. H.

y. Lymphaticis) Furioſis, qui vitium contraxerunt ex aquae conſpectu, vel ex imagine viſa in aqua. Feſtus: *Lymphae dictae ſunt a Nymphis. Vulgo autem memoriae proditum eſt, quicumque ſpeciem quamdam e fonte, id eſt, effigiem nymphae viderint, furendi non feciſſe finem, quos Graeci* νυμφολήπτους *vocant,*

tano, tremulis, podagricis, hydropicis, incipientibusque tympaniticis *a.*, [1] stomachicis, spasticis *b.* [2] cynicis, ischiadicis, quartanis, quae aliter non desinant; tussi veteri, [3] inflationibus, torminibus redeuntibus.

XXV.

1. *stomaticis:* Ch. 2. *Sic et* M. *clinicis* Gr. *et* Al. 3. *Sic ex* MSS. *H.* *et* M. *et* Ch. *inflammationibus* Gr. *et* Ch.

cant, *Latini lymphatos appellant.* Vide plura, si lubet, in Etymol. Vossii. H.

z. *Elephantiae albae)* Dioscor. *Elephantiae, leucae, lepris, etc.* Plinius homonymia vocis λευκὴ deceptus est. *Dal.*

Elephantiasi) Elephantiasi elleborum mederi Celsus testatur III. 25. Vide N. et Em. N. VII. (hic coll.) *Elephantiasi*) Sic MSS. omnes. Cur *albae* Plinius addiderit Dalecampius miratur: apud Graecum scriptorem, a quo haec mutuatus sit, legisse suspicatur idem, ἐλεφαντιάσει, λεύκη, deceptumque vocis ὁμωνυμίᾳ Plinium: quum sit λεύκη aliud nihil, quam vtiligo alba, quae ab humore pituitoso fit, de qua nos alibi diximus. Verum elephantiasi incipientem, elephantiae albae nomine intelligi, discere medicus potuit ex Theod. Prisc. non illo quidem Caesariensi Grammatico, sed medico perillustri, cuius exstant libri ad Timotheum, aliosque: Sic enim ille: I. 32. *Sunt quibus certis ex accidentibus maculae in corporibus frequentius inhaeserunt. Sunt nigrae, sunt albae, velut elephantiasin aliquando annunciantes:* etc. H.

a. Tympaniticis) Qui hydrope incipiente laborant. Est enim hydropis genus τυμπανίας, siue τυμπανίτις, quod nomen est a tympano: quia pulsatus venter vento distentus, qui inter peritonaeum et intestina tympanum refert sonitu. Nicand. in Alexiph τυμπανόεις ὕδρωψ appellatur. Et Celsum vide III. 21. H.

b. Spasticis) Κυνικὸς σπασμὸς oris est conuulsio distortioque, inde nomen sortita, quod rictum canis repraesentet. Vide N. et Em. N. VIII. (hic adi.) *Spasticis)* Ita MSS. R. Colb. et vet. Dal. quam vocem interpolatores Pliniani quum non intelligerent, *clinicis* reposuere: quod hic locum habere nullum potest. Est enim id verbum aegris omnibus

XXV. Vetant *c.* dari ſenibus et pueris: item mollis ac feminei corporis animiue, exilibus aut teneris *d.*: et feminis minus quam viris. Item timidis, aut ſi exhulcerata ſint praecordia *e.*, vel tumeant: [1] minime *f.* ſanguinem exſcreantibus, cauſariis *g.* vel latere, vel faucibus. Medetur *h.* extra [2] corporis, eruptionibus pituitae cum axungia ſalſa illitum: item ſuppurationi veteri. Mures *i.* [3] polentae admixtum necat. Galli *k.* ſagittas in venatu elle-

1. *Sic ex* MSS. *H minimeue Gr. et Al.* 2. *Corpus.* *V.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Cb polenta Gr. et Al.*

bus commune, qui lecto affixi ſunt. H.

c. Vetant) Haec totidem fere verbis Aetius I. 128. p. 115. ſequutus Hippocratem, libro ſingulari περὶ ἐλλεβορισμοῦ p. 611.

d. Teneris) Molli habitu corporis praeditis, qui cauſarum violentia facile offenduntur. *Dalec.*

e. Praecordia) Inteſtina vel renes, aut aliae partes ſub hypochondriis ſitae, vt ventriculus. *Dalec.*

f. Minimeue ſanguinem exſcreantibus) Particula *ve*, redundat ex codice antiquo. Senſus enim eſt minime dandum eſſe ſanguinem exſcreantibus. *Pint.*

g. Cauſariis) Valetudinariis. Liuius VI. p. 107. *Tertius exercitus ex cauſariis ſenioribuſque a L. Quintio ſcribatur, qui Vrbi moenibuſque praeſidio ſit.* Seneca ep. 68. *Sic in animo noſtro ſunt quaſi cauſariae partes, quibus adhibenda curatio eſt.* Theod. Priſc. I. 7. *De aurium cauſatione.* Et c. 10. *De oculorum cauſis.* Vlpiano, *Cauſaria mixtio*, quae valetudinis cauſa datur: Martiano IC. *cauſarius miles.* H.

h. Medetur) Externis corporis vitiis. Sic L. XXII. 49. *Ad extera corporum.* H.

i. Mures) Dioſc. IV. 160. de elleboro albo, καὶ μύας κτείνει σὺν μέλιτι καὶ ἀλφίτῳ φυραθείς. Sic etiam Paxamus in Geopon. XIII. 4. p. 361. Οἱ μύες ἀναιροῦνται, ἐλλεβόρου μετὰ ἀλφίτων παραβληθέντος. H.

k. Galli) Hoc fuit venenum venatorium, quo vti inprimis Gallos ſcribit Corn. Celſ. V. 27. Gellius, XVII. 15. p. 972. *Praeterea ſcriptum legimus*, inquit, *Gallos in venatibus tinguere elleboro ſagit-*

elleboro *l.* tingunt, circumcisoque vulnere teneriorem sentiri carnem affirmant. Muscae quoque necantur albo trito, et cum lacte sparso. Eodem *m.* et phthiriasis emendatur.

XXVI. 15. (VI.) Ipsi *n.* Mithridati Crateuas adscripsit vnam [1] Mithridatiam *o.* vocatam. Huic folia duo a radice acantho similia. Caulis inter vtraque sustinens roseum florem.

XXVII. 16. Alteram *p.* Lenaeus, scordotin, siue scordion, ipsius *q.* manu adscriptam, magnitudine cubitali, [2] quadrangulo caule, ramosam [3] quernae *r.* similitudine, foliis lanuginosis: reperitur in Ponto, campis pinguibus humidisque, gustus amari. Est *s.* et alterius generis, latioribus foliis,

1. *Sic ex* MSS. *H. Mithridatiam vocant. Ch. mithridation Gr. et Al.* 2. *quadriangulo. Ch.* 3. *quercus. V. chamaedryos. Diosc.*

sagittas: quod his ictae exanimatae ferae teneriores ad epulas fiant: sed propter ellebori contagium, vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur. H.

l. Elleboro tingunt) Iidem et limeo, c. 11. L. XXVII. *Dalec.*

m. Eodem) Marc. Emp. c. 4. p. 43. *Ad pedunculos in omni parte corporis necandos efficax hoc remedium est: ellebori radicis vncia, etc.* H.

n. Ipsi Mithridati Crateuas adscripsit vnam Mithridation vocatam) Aliter in nostro exemplari. *Ipsi Mithridati Crateuas adscripsit, quam Mithridation vocant:* scribo, *vocat,* non *vocant,* vt mox paulo liquet. *Pint.*

o. Mithridation vocatam) Conf. seq. obs. *Dalec.*

Mithridatiam) Hanc a se repertam in Foroiuliensi agro, describit Aloysius Anguillara Part. XI. p. 174. H.

p. Alteram) Στάχυς haec est Dioscor. III. 120. picta a Lobelio in Obss. p. 285. Visa a nobis in horto regio. H.

q. Ipsius) Mithridatis manu descriptam. H.

r. Quernae) Querna potius, vel *quercus.* H.

s. Est et alterius generis) Gallitrichum Officinarum. *Pint.*

Est) Et hoc scordii genus visum

liis, mentaſtro ſimilis, plurimoſque vtraque ad vſus per ſe, et *t.* inter alia in antidotis.

XXVIII. 17. Polemoniam *v.*, alii [1] philetaeriam, a *x.* certamine regum inuentionis appellant. Cappadoces autem [2] chiliodynamam, radice craſſa, exilibus ramis, quibus in ſummis [3] corymbi dependent, nigro ſemine: [4] cetero rutae *y.* ſimilis, naſcitur in montuoſis.

XXIX. 18. Eupatoria *z.* quoque regiam auctoritatem habet, caulis lignoſi, nigricantis, hirſuti, cubitalis, et [5] aliquando amplioris, foliis per inter-

1. *philetaerion. Dioſc.* 2. *chiliodynamin. V.* 3. *veluti corym. Dioſc.* 4. *foliis rutae, etc. Dioſc.* 5. *aliquanto. Gr. et Al.*

viſum a nobis in horto regio, quale a Lobelio delineatur in Obſſ. p. 262. H.

t. Et) Vide Galen. de antid. I. 12. p. 883. H.

v. Polemoniam) Dioſc. IV. 8. Πολεμώνιον, οἱ δὲ Φιλεταίριον. Καππάδοκες μὲν χιλιοδύναμιν, etc. Iisdem fere verbis ab vtroque deſcribitur. Latino ore ac ſono Plinius, tum hoc loco, tum in Indice, chiliodynamam vocat. Quae venire hodie poſſit in poſſeſſionem eius nominis non conſtare ſibi videtur Anguillara Part. XIV. p. 249. H.

x. A certamine) Quum certent inter ſe duo reges, Polemon et Philetaerus; ille Ponti Polemoniaci, iſte Cappadociae, vter prior chiliodynamam herbam inuenerit. In nummo argenteo maximae molis, capite laureato, ex parte altera legimus ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ. Eſt hic numus in hac vrbe, apud D. *de Boze*, ex Academia Gallica, et in Academia Inſcriptionum, humaniorumque litterarum ſecretarium publicum. H.

y. Rutae) Foliis rutae ſcilicet, ſed maioribus paulo, Dioſc. l. c. H.

z. Eupatoria) Haec verbis totidem Dioſc. IV. 41. Officinarum Agrimonia eſt, vt recte Anguillara P. XIV. p. 258. in Italia frequens, picta a Lobelio in Obſſ. p. 394. qualem in horto Regio vidimus: *Aigremoine.* Eadem plane forma, iiſdemque viribus a Dioſc. deſcribitur l. c. A Mithridate Eupatore nomen ſortita. H.

ualla quinquefolii, aut cannabis *a.*, per ambitum incisis [1] quinquepartito *b.*, nigris et ipsis, plumosisque: radice superuacua. Semen *c.* dysentericis in vino potum auxiliatur vnice.

XXX. 19. [2] Centaurio *d.* curatus dicitur Chiron, quum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem: quare aliqui Chironion vocant. Folia *e.* sunt lata et oblonga, serrato

1. *quinquepartitis, subnigris. Diosc. quinque pertito. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. centaurea Gr. et Al.*

a. Cannabis per ambitum incisis) Acad. *Cannabis et perteuitabiles incisis.* Gud. *Cannabis pertomitabiles:* vt et Andegau. Menap. *Cannabis pertenutabilis.* Vossianus: *cannabis pertemitalis incisis.* Forte, *per extremitates incisis.* Gr.

b. Quinquepartito) Vel amplius. *Dioscor.* Diligentiores et doctiores herbarii in Dioscoridis Pliniique historia non abs re haerent, quonam pacto in agrimonia vulgari folium obseruari possit, vt monstrat historia, cannabi, vel pentaphyllo simile, et pariter vt in illa vtraque planta, in quinque partes vel etiam plures diffisum, quum agrimoniae folium vnicum sit, ac simpliciter porrectum, nisi forte existimemus in Graecia plantam hanc folia mittere illo modo diuisa, vt multarum speciem figuramque videmus pro loci diuersitate mutari. *Dalec.*

Quinquepartito) Sic etiam Diosc. l. c. Φύλλα δὲ ἐκ διαστημάτων ἐσχισμένα μάλιστά που εἰς έ μοίρας ἢ καὶ πλείους, τοῖς τῆς πενταφύλλου ἢ καννάβεως μᾶλλον ἐοικότα etc. *Foliis per interualla quinquepartito vt plurimum, aut etiam amplius diuisis, quinquefoliis aut cannabis potius similibus, nigricantibus et ipsis, ac per ambitum serrae modo incisis.* H.

c. Semen) Diosc. l. c. H.

d. Centaurio) Centaurium hoc magnum Dodonaei est, p. 332. In Apulia frequens, vbi ab incolis *Ra Pontico* appellatur, vt testis est Anguillara Par. XII. p. 194. Nobis, *la Grande Centaurée.* Est in horto Regio. Chironiam quoque Apuleius vocat, c. 34. Κενταύριον et κενταύρειαν Graeci. Virgilius *graueolentia Centaurea* dixit. H.

e. Folia) Haec iisdem fere verbis Diosc. III. 8. H.

rato ambitu, denſa ab radice, caules *f.* ternûm cubitorum, geniculati. *g.* In *h.* his capita ceu i. papauerum. Radix *k.* vaſta, rubeſcens, tenera fragiliſque, ad bina cubita, madida ſucco, amara cum quadam dulcedine. Naſcitur *l.* in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima in Arcadia, Elide, Meſſenia, Pholoë, [1] et Lycia: et *n.* in Alpibus vero[1] plurimiſque aliis locis. In *nn.* Lycia quidem et ex ea Lycium faciunt. Vis *o.* in vulneribus tanta, vt [2] cohaere-

Vv 5

1. Sic ex MSS. H. Et Lycaeo... Quidam et ex ea Gr. et Al. 2. concreſcere. M. coaleſcere. V.

f. Caules-geniculati) Poſtremam hanc vocem Dioſcorides non habet, hoc tantum: Καυλὸν δὲ ἔχει ὡς λαπάθου δίπηχυν, ἢ καὶ τρίπηχυν, *caulem habet binûm ternûmue cubitorum, ceu lapathi.* H.

g. Geniculati) Falſum id eſt, nec ab aliis auctoribus proditum. *Dalec.*

h. In) Dioſc. l. c. Παραφυάδας ἀπὸ ῥίζης ἔχοντα πολλὰς, ἐφ' ὧν κεφαλαὶ ὅμοιαι μήκωνι. H.

i. Seu papauerum) Non quidem iis natura ſimilia, ſed magnitudine pari. *Dal.*

k. Radix.) Dioſc. totidem verbis l. c. H.

l. Naſcitur) Dioſc. l. c. H.

m. Laudatiſſima) Dioſc. l. c. iiſdem verbis. H.

n. Et in Alpibus vero plurimiſque aliis locis: quidam et ex ea Lycium faciunt) Scribo, *et in Alpibus plurimiſque aliis locis. In Lycia quidem et ex ea Lycium faciunt*, tum ex vetuſto exemplari, tum ex Dioſcoride L. III. de centaurio maiore. *Abundat*, inquit, *in Lycia, Peloponneſo, Elide, Arcadia et Meſſene.* Et mox: *In Lycia, ſuccum ex ea exprimunt, et pro Lycio vtuntur.* Pint.

nn. Lycia) Dioſc. l. c. Οἱ δὲ ἐν Λυκίᾳ αὐτὴν χυλίζοντες, χρῶνται αὐτῇ ἀντὶ Λυκίου, *Lyciae incolae ſuccum illius exprimunt, quo pro Lycio vtuntur.* H.

o. Vis) Vulnera inquit Dioſc. l. c. colligat et conglutinat: quin et tuſam ſi quis ſimul cum carnibus coquat, carnes ipſae cohaereſcent. Συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ· καὶ τὰ ἑψόμενα δὲ κρέα συνάγει, ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ. Apulei. c. 34. *de centauria maiore*, tit. 5. Ad vulnera recentia: *Herba*

haerescere etiam carnes tradant, si coquantur simul. In *p.* vsu radix tantum duabus drachmis bibenda, quibus dicetur: si febris sit, in aqua trita, ceteris in vino. Medetur *q.* et [1] iisdem morbis decoctae succus.

XXXI. 20. Est *r.* alterum [2] centaurion cognomine lepton, minutis foliis, quod aliqui [3] libadion *s.* vo-

1. *Sic ex MSS. H. omnium. V. et ouium morbis Gr. et Al.* 2. *centaureon. Gr.* 3. *limnaeon. Diosc.*

Herba centauria maior tam efficax est ad plagas glutinandas, vt etiam carnes coeant, quae ex aqua eius coquuntur. H.

p. In) Totidem verbis Diosc. III. 8. H.

q. Medetur et ouium morbis decoctae succus) Hermolaus *omnium* legit, non *ouium*. Marcellus Dioscoridis interpres priorem lectionem contra Hermolaum defendit. Ego neutram probo: sed pro duobus illis verbis *et omnium*, reponendum puto, *eisdem omnibus*. Nam et codex scriptus *obuius* habet, *omnium* aut *ouium*. Dictionem vero *morbis* adiectitiam puto. Dioscorides L. III. cap. de centaureo maiore: *Ruptis vtilis centaurii radix est, conuulsis itidem, laterum doloribus, spiritus angustiis, antiquae tussi, cruenta exspuentibus. Si febris absit, cum vino; in febri vero cum aqua, daturque drachmarum duarum pondere, etc.* Et mox statim, *Potest eadem et succus.* Pint.

Medetur) Vide N. et Em. IX. (hic adi.) *Med.*) In libris hactenus vulgatis, *Medetur et ouium morbis*. In MSS. *et obuium*. Nos interim dum certius occurrat aliquid, et iisdem morbis, rescripsimus, auctore Diosc. III. 48. qui enarratis centaureae viribus, e radice praesertim, mox subdit, ὅτε χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ, *eadem succus etiamnum praestat*. Galenus quoque similiter de fac. simpl. med. VII. p. 188. τὰ δ' αὐτὰ τῇ ῥίζῃ καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐργάζεται. H.

r. Est) Diosc. III. 39. Κενταύριον τὸ μικρὸν καὶ λεπτὸν, etc. Centaurium minus Dodonaei, p. 334. pictum et in Eystettensi horto: vidimus in Regio. *La petite Centaurée.* H.

s. Libadion) Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice. Diosc. l. c. ὅ τινες

vocant, quoniam ſecundum fontes naſcitur, [1] origano *t.* ſimile, anguſtioribus et longioribus foliis, anguloſo *v.* caule [2] paululum alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui et [3] ſuperuacua *x.*, ſucco efficax. Ipſa herba autumno legitur, ſuccus *y.* e fronde. Quidam *z.* caules conciſos madefaciunt diebus [4] XVIII. atque ita exprimunt. Hoc *a.* centaurion noſtri fel terrae vocant, propter amaritudinem ſummam. [5] Galli *b.* exacon, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per aluum.

XXXII.

1. *rutae. Dioſc. vbi pro πηγάνȣ legendum ὀριγάνȣ.* 2. *palmum. Dioſc. paulum. Ch.* 3. *ſuperuacua. Succo efficax ipſa. M.* 4. *v. Dioſc.* 5. *Galli Acream. M. exacum. Ch.*

νες λιμναῖον καλοῦσι, quaſi paluſtre, quoniam humecta loca et rigua amet. Qua cauſa et *libadion* recte cognominatur, quoniam ſunt λιβάδες, riui, ſtagna, latices, ſcaturigines. H.

t. Origano) Dioſc. πόα . . ὀριγάνῳ παραπλήσιός ἐστι. H.

v. Anguloſo) Καυλὸν ἔχουσα ὑπὲρ σπιθαμὸν, γεγωνιωμένον. Dioſc. l. c. ex quo forte legendum, *anguloſo caule, palmum alto.* H.

x. Superuacua) Inutili. Ῥίζα μικρὰ, ἄχρηστος, etc. *nullius vſus,* vt ait interpres Orib. XI. p. 201. H.

y. Succus e fronde) Succus fit ex herba frondoſa, id eſt, virenti, et ſemine grauida ante autumnum. *Dal.*

Succus) Ex herba virente, ac ſeminibus praegnante exprimi ait Dioſc. l. c. H.

z. Quidam) Succi extrahendi modum alterum Dioſc. edocet l. c. H.

a. Hoc) Dioſc. in Noth. p. 451. ipſi quoque maiori centaurio tribuit hanc nomenclationem, Οἱ δὲ Χειρωνιάς. Ῥωμαῖοι, Φελτεραί. H.

b. Exacon) Ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι, a medendo. *Pint.*

Galli) Celticae vocis originationem e Graeco fonte qui repetunt, ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι, a medendo hoc vocabulum effictum volunt. Iis qui venena ſumſerint, centauriam minorem commendat in primis Apul. c. 35. tit. 5. ex aceto bibendam. H.

XXXII. 21. Tertia *c.* eſt centauris, cognomine [1] triorchis. Qui eam ſecat, rarum eſt, vt non vulneret ſeſe. Haec *d.* ſuccum ſanguineum mittit. Theophraſtus *e.* defendi eam, impugnarique colligentes [2] tradit a triorche accipitrum [3] genere, a quo et nomen [4] accipit. Imperiti *f.* confundunt haec omnia, et primo generi aſſignant.

XXXIII. 22. [5] Clymenus *g.* a rege herba appellata

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. triorches. Gr.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. tradidit Gr. et Al.* 3. *generis. V.* 4. *accepit. Gr.* 5. *Sic ex MSS. Periclymenon. Dioſc. Clymenos Gr. et Al.*

c. *Tertia eſt centauris*) Hanc Plinius ſomniauit, et inepte *triorchen* vocauit, iis tributis quae de centaurio magno ſcripſit Theophraſt. *Dalec.*

Tertia) Quis eam centaurida Plinio Theophraſtoque commonſtrarit, obſcurum: quae forma ac facies illius ſit, ne ipſi quidem indicant: diuinare nec licet, nec lubet. H.

d. Haec ſuccum ſanguineum mittit) Quidam centaurida eſſe volunt plantam quam officinae vocant *ſanguinem draconis*, ſanguineo ſucco turgentem. Alii centaurium magnum a Theophraſto ſignificari putant, quoniam radix natura rubeſcens manſa et trita, rubrum ſuccum, aut potius phoeniceum reddit. In hac opinione fuit Geſnerus libro de auibus cap. de Triorche. *Dalec.*

e. Theophraſtus) Hiſt. IX. 9. H.

f. Imperiti) Et ſunt hac aetate herbarii, qui ſe iſtis adiungant. H.

g. Clymenus) Fuit is Caenei filius, Arcadiae rex, teſte quidem Hygino, fab. 206. p. 47. Gemina porro clymenos a Plinio hac ſectione deſcribitur. Prior haec alio nomine a Dioſc. IV. 14. periclymenos appellatur, pingiturque iiſdem plane notis: Eamdem eſſe ſane vel ex remediorum ſimilitudine ſaepius oſtenſuri ſumus, Clymenos a Theophraſto appellata. A Dioſc. ipſo in Nothis p. 462. Περικλύμενον, οἱ δὲ κλύμενον, οἱ δὲ σπλήνιον, etc. quod et Orib. confirmat. Pingitur a Matthiolo p. 972. Gallis, *Chevre feuille*, et caprifolium officinis. H.

lata eſt, ederae foliis, ramoſa, caule inani, articulis praecincta, odore graui, et ſemine ederae, ſilueſtribus et [1] montuoſis naſcens. Quibus morbis pota [2] medeatur, dicemus. Sic hic indicandum eſt, dum *h.* medeatur, ſterilitatem [3] pota etiam viris fieri. Graeci *i.* plantagini ſimilem eſſe dixerunt, caule quadrato, folliculis [4] cum ſemine inter *k.* ſe [5] implexis, [6] velut in polyporum cirris. Et *l.* ſuccus autem in vſu, vi ſumma in refrigerando.

XXXIV. 23. Gentianam *m.* inuenit Gentius rex

1. *montoſis. Gr.* 2. *medetur. Dal.* 3. *potu. M.* 4. *in. Cb.* 5. *complexis. M.* 6. *veluti polyporum. V.*

h. Dum) Interim dum medetur. Theophr. quoque Hiſt. IX. 9. ſterileſcere penitus hominem ait, ſi diebus XXX, continuis clymeni ſemen e vino albo ad ſextarii menſuram ebiberit. Ἄγονον idcirco dici Dioſc. prodit in Nothis, p. 462. H.

i. Graeci) Haec eadem, a Dioſcoride quidem IV. 13. ſic appellata, clymenos eſt, quam verbis ille totidem delineat. Κλύμενον καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον, ὅμοιον τῷ τοῦ κυάμου. Φύλλα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἀρνογλώσσου. Θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ εἰς ἄλληλα νεύοντα, ἐοικότα ἴρισι, καὶ πολύποδος πλεκτάναις. *Clymenon caulem profert quadrangulum, ceu fabae, folia plantagini ſimilia: folliculos vero habet ſupra caulem ita diſpoſitos, vt alter in alterum propendeat, velut in iride, et polyporum cirris.* Quae notae omnes ſatis apte in Matthioli Clymenum cadunt, quod ipſe exhibet, p. 971. et Lobelius in Obſſ. p. 517. H.

k. Inter) In ſeſe mutuo conuerſis, εἰς ἄλληλα νεύοντα. H.

l. Et) Dioſc. haec paulo vberius, l. c. H.

m. Gentianam) Iiſdem verbis Dioſc. III. 3. Γεντιανὴν etc. Nomen apud omnes officinas retinet, *Gentiane.* A Dodonaeo pingitur, p. 340. De Gentio rege multa Liuius XL. p. 517. Cum Perſico Madone bellum Romanis intulit, cum eo ductus in triumphum eſt. Vide Eutrop. II. p. 767. et 769. H.

rex Illyriorum, vbique nascentem, in Illyrico tamen praestantissimam, folio fraxini: sed magnitudine lactucae, caule *n.* tenero, pollicis crassitudine, cauo et inani, ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine *o.* odore, aquosis montibus Subalpinis plurima. Vsus *p.* in radice et succo. Radicis natura est excalfactoria, sed praegnantibus non [1] bibenda.

XXXV. 24. Inuenit *q.* et Lysimachus herbam Lysimachiam, quae ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. Folia *r.* habet salicis viridia, florem [2] purpureum, fruticosa, ramulis erectis, [3] odore *s.* acri: gignitur *t.* in aquosis. Vis eius tanta est, vt iumentis discordantibus iugo imposita, asperitatem cohibeat.

XXXVI.

1. *bibendum. Ch.* 2. *aureum. V.* 3. *odore graui. M.*

n. Caule) Diosc. l. c. H.

o. Sine odore) Falsum id est, nec ab alio proditum. Dioscorides acerrimum odorem suffitu reddere scribit, qui ideo muscas interficiat, et serpentes fuget. *Dalec.*

Sine) At non est omnino expers odoris in caelo nostro, soloque. H.

p. Vsus) Diosc. l. c. H.

q. Inuenit) Hesychius: Λυσιμαχία βοτάνη εὑρεθεῖσα ὑπὸ Λυσιμάχου, a Lysimacho scilicet Thraciae rege, Alexandri comite. Sic dictam alii putant, παρὰ τὸ λύειν μάχην, quod animantium pugnas dirimat. Retinet nomen apud herbarios. Pliniana haec, quae purpurea est, et maior communis accurate delineatur a Clusio, hist. rar. pl. IV. p. 51. visa a nobis in horto regio. H.

r. Folia) Sic etiam a Diosc. describitur IV. 3. Λυσιμάχιον, οἱ δὲ λύτρον καλοῦσιν . . . φύλλων λεπτῶν, παραπλησίων τοῖς τῆς ἰτέας. H.

s. Odore) Sapore et gustu acri esse folia Diosc. prodidit l. c. στύφοντα ἐν τῇ γεύσει. H.

t. Gignitur) Diosc. l. c. H.

XXXVI. 25. Mulieres quoque hanc gloriam affectauere: in quibus Artemisia *v.* vxor Mausoli, adoptata *x.* herba quae antea parthenis *y.* vocabatur. Sunt *z.* qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putant, quoniam priuatim medeatur feminarum malis. Est *a.* autem absinthii modo fruticosa, maio-

v. Artemisia) Artemisiam tamen herbam ab Hippocrate nuncupatam, ante huius Artemisiae tempora, apud ipsum Hippocratem reperio. Artemisia enim Mausoli vxor Hippocrate multo posterior est. Geminam Artemisiam, agnoscit Harpocration. p. 48. Agnoscit et Tzetzes, Chil. 12. v. 966. hist. 455. Μίαν Ἀρτεμισίαν μὲν ἔχεις τὴν, τοῦ Μαυσώλου, Ἄλλην Ἀρτεμισίαν δὲ τὴν Ἑκατομνου ἔχεις, Ἄμφω δὲ ςρατηγέτιδας, γενναίας ἀμφοτέρας. Sed ille vtramque dicit Cariae reginam fuisse, et Mausoli quidem coniugem priorem altera. H.

x. Adoptata) Hanc Galli armoisiam vocant et matrem herbarum, *Armoise.* A Lobelio pingitur in Obss. p. 441. qualis visa a nobis in horto Regio. H.

y. Parthenis) Parthenion Apuleio c. 10. *de Artemisia:* quasi virginea, quod Diana inuentrix nomen ei fecerit, vt idem significat c. 12. H.

z. Sunt qui ab Artemide) *Sunt qui ab Artemidea*, potiorem lectionem duco. *Fintian. Sunt qui ab Artemide Ilithyia)* Solenne autem erat Graecis feminis in partu Artemidem Ilithyam inuocare, quemadmodum Romanae Iunonem Lucinam implorabant. Intelligendum igitur ab obstetrice Artemide, hoc est, Diana denominatam herbam, non a venatrice. *Gelen.*

Artemide) Solemne Graecis feminis erat in partu Dianam, siue Artemidem Ilythiiam, Εἰλείθυιαν inuocare, quemadmodum Romani Iunonem Lucinam inuocabant. Ouid. Metam. IX. v. 284. *Praepositam tumidis parientibus Ilithyiam.* H.

a. Est autem absinthii modo fruticosa, maioribus foliis pinguibusque. Ipsius duo genera: altera latioribus foliis; altera tenera tenuioribus, et non nisi in maritimis nascens) Multa hoc in loco, vt coniicio, vitia delitescebant. Primum non *pinguibus* legendum arbitror, sed *pinguioribus.* Deinde verbum *tenera,* putamus redundare. Legendum item, *nonnumquam in maritimis nascens.* Postremo

maioribus foliis pinguibusque. Ipsius *b.* duo genera: [1] altera latioribus foliis, altera tenera tenuioribus, et non nisi in maritimis nascens. Sunt *c.* qui in mediterraneis eodem nomine [2] appellent, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi, erumpentis, quum vua maturescit, odore non iniucundo: [3] quam *d.* quidam botryn, alii ambrosiam vocant. Talis *e.* in Cappadocia nascitur.

XXXVII.

1. *Altior. Cb.* 2. *appellant. M.* 3. *quem quidam betryon. Cb.*

mo verborum ordinem mutandum censemus, vt in vniuersum scribatur sic: *Est autem absinthii modo fruticosa, maioribus foliis pinguioribusque, et nonnumquam in maritimis nascens. Ipsius duo genera: altera latioribus foliis, altera tenuioribus.* Dioscorides L. IV. cap. de artemisia: *In maritimis plerumque artemisia nascitur fruticosa herba absinthio similis: maiora tamen et pinguiora habet folia. Estque in artemisiae genere speciosior altera et pinguior, latioribus foliis et crassioribus ramulis. Altera tenuior, exiguo flore, tenui, candido et graueolenti. Floret haec aestate, etc.* quae omnia videntur ad verbum ferme hic a Plinio desumpta. *Pint.*

Est) Diosc. III. 127. Ἀρτεμισία Φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις ὡς τὸ πολὺ, πόα θαμνοειδὴς, παρόμοιος ἀψινθίῳ, μείζω δὲ καὶ λιπαρότερα τὰ Φύλλα ἔχουσα, etc. Auctor libri de simpl. med. ad Patern. Opp. Galeni T. XIII. p. 986. *Artemisia herba est subsimilis absinthio, sed per omnia vastior, id est, foliis latior, et fortior, sed adspectu et colore humidis.* H.

b. Ipsius) Diosc. III. 127. sq. et Apul. c. 10. et 12. H.

c. Sunt) Haec totidem fere verbis, Diosc. III. 127. Ἔνιοι δὲ τὸ ἐν μεσογείοις λεπτόκαρφον βοτάνιον ἁπλοῦν τῷ καυλῷ ... καλοῦσιν ἀρτεμίσιαν μονόκλωνον, etc. Diuersa haec botrys ab ea, de qua dicetur XVII. 31. H.

d. Quam quidam botryn) Cum artemisia botryn Plinius confundit, quoniam apud Graecos, vt Dioscoridem, legerat botryn a Cappadocibus etiam vocari tum ambrosiam, tum artemisiam. *Dalec.*

e. Talis in Cappadocia nascitur) Verbum *talis* non habe-

XXXVII. 26. Nymphaea *f.* nata traditur Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Quare *g.* [1] heracleon vocant aliqui, alii rhopalon, a radice clauae simili. Ideoque *h.* eos, qui biberint eam duodecim *i.* diebus, coitu genituraque priuari. Laudatissima *k.* in Orchomeno et Marathone. Boeti *l.* [2] madon vocant, qui et semen edunt. Nascitur *m.* in aquosis, foliis magnis, in summa aqua, et

1. *Sic et Ch. heraclion. Gr. et Al.* 2. *mallon. Ch.*

habetur in vetere codice. *Pintian.*

f. Nymphaea) Νυμφαία Diosc. III. 147. Ab aquis dictam putat, in quibus nascitur. *Nenuphar* ab officinis barbara Maurorum voce nuncupatur. A ceteris in Gallia quidem, *Blanc d'eau*, ou *Lis d'étang*. Haec Nymphaea alba Dodonaei est, p. 575. obseruata a nobis in horto Regio. H.

g. Quare) Apul. c. 67. *Graeci nymphaeam ... rhopalon, heracleon*, etc. Diosc. l. c. Ῥίζα ῥοπαλοειδής. In Indice huius libri n. 83. *Nymphaea Heraclia*. Ῥόπαλον Graecis clauam sonat. Quare Marc. Emp. c. 33. p. 231. hanc *clauam Herculis* vocat. H.

h. Ideoque) Diosc. l. c. Ἀτονίαν τε ἐργάζεται αἰδοίου πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, εἴτις ἐνδελεχῶς πινοῖ. Τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ τὸ σπέρμα ποθέν. Gal. de fac. simpl. m. V. p. 213. Nymphaeam ait cohibere genituram, siue per somnum, siue alio pacto, immodice profluentem. H.

i. Duodecim) Decem modo si Marcello Empirico credimus c. 33. p. 231. *Herba est*, inquit, *quae Graece Nymphaea, Latine Claua Herculis, Gallice Baditis appellatur: eius radix contunditur, et ex aceto edenda datur puero per continuos decem dies: mirandum in modum fiet eunuchus.* H.

k. Laudatissima) Theophr. Hist. IX. 13. H.

l. Boeoti Madon vocant) Scribo, *Boeotii Madonain vocant*, ex Theophrasto L. V. *Pint.*

Madon) Hesych. Μαδὸν, πόα. Theophr. l. c. Καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ Βοιωτοὶ Μαδωνίαν, καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσι. Vt ῥόδον et ῥοδωνία Graece dicitur, sic μαδὸν et μαδωνία. H.

m. Nascitur) Haec totidem verbis Diosc. l. c. H.

et aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio ſimili, et quum [1] defloruit, [2] capite *n.* [3] papaueris, tenui caule: ſecatur autumno. Radix nigra in Sole ſiccatur, aduerſaturque aluinis. *o.* Eſt *p.* et alia nymphaea in Theſſalia, amne Peneo, radice alba, [4] capite *q.* luteo, roſae magnitudine.

XXXVIII. 27. Inuenit *r.* et patrum noſtrorum aetate rex Iuba, quam *s.* appellauit Euphorbiam, [5] medici *t.* ſui nomine. Frater *v.* is fuit Muſae, a quo

1. *defloruerit. M.* 2. *Sic ex MSS. et Dioſc. H. et V. Capiti papaueris. In caule ſecatur autumno. Gr. et Al.* 3. *Lego, defloruit, capite papaueris, tenui caule. Secatur, etc.* 4. *flore. Dioſc.* 5. *Sic ex MSS. H. medici ſui nomine, et fratris Muſae Gr. et vulgg.*

n. Capite) Dioſc. l. c. ad verbum H.

o. Aluinis) Iis qui alui profluuio laborant: κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς, inquit Dioſc. l. c. cum Theophr. Sic etiam Apul. c. 67. tit. 1. *Ad dyſentericos. Herbae Nymphaeae ſemen,* etc. H.

p. Eſt) De qua totidem verba facit Dioſc. III. 149. Γίνεται καὶ ἄλλη νυμφαία etc. Nymphaea lutea Dodonaei, p. 575. viſa a nobis in horto Regio. Eadem apud vulgus et officinas nomina, quae prior habet. H.

q. Capite luteo) Hoc eſt, flore: Ἄνθος μήλινον, στίλβον, ὅμοιον ῥόδῳ, inquit Dioſc. l. c. H.

r. Inuenit) Dictum id ſuperius, V. 1. Nihilominus Homeri aeuo cognitam, et ab Euphorbio Patrocli occiſore, de quo Homerus Il. 16. appellatam ait Galen. κατὰ τόπους IX. 4. p. 609. itaque a Plinio diffidet. De Iuba rege diximus in Auctorum indice. Euphorbium hodieque nomen retinet in officinis. H.

s. Quam appellauit Euphorbiam medici ſui nomine et fratris Muſae) In antiquo exemplari, *medici ſui nomine. fratris fuit Muſae.* lego, *frater is fuit Muſae.* Pint.

t. Medici ſui nomine et fratris Muſae) Ab Hermolao eſt: Noſtri quatuor: *medici ſui fratris nomine et Muſae.* Optimus: *nomine fratris fuit Muſae.* Lege: *quam appellauit Euphorbiam medici*

quo Diuum Auguſtum conſeruatum indicauimus. Iidem *x.* fratres inſtituere a balineis frigida *y.* multa corpora [1] adſtringere. Antea non erat mos, niſi calida tantum lauari, ſicut apud *z.* Homerum etiam inuenimus. Sed *a.* Iubae volumen quoque exſtat de ea herba, et clarum praeconium. Inuenit *b.* eam in *c.* monte [2] Atlante: ſpecie *d.* thyrſi, fo-

Xx 2 liis

1. Sic ex MSS. H. et Ch. adſtringi Gr. et Al. *2. Atlante, ſpecie ferulae, foliis. Dioſc. Atlante, ſpecie tunſi foliis, etc. Ch. Atlante: ſpectatur foliis ac. Gr. et Al.*

medici ſui nomine. Frater is fuit Muſae, a quo D. Auguſtum conſeruatum indicauimus. Hoc quoque Pint. Gr.

v. Frater) Antonii Muſae, de quo diximus XIX. 38. H.

x. Iidem) Marcellum ab Auguſto adoptatum, ea aquae frigidae lotione, Muſam occidiſſe, quum curare vellet, refert Dio LIII. p. 157. Frigida ſic lauari a balneis, docuit etiam Agathinus apud Oribaſ. Coll. med. X. 7. H.

y. Frigida multa corpora adſtringi) Aquae frigidae lotione, Marcellum adoptatum a Caeſare, Muſam, quum curare vellet, occidiſſe, ſcribit Dion: non ſine vulgi opinione, Liuiam muliebriter ac impotenter infenſam, quod eius filiis anteferretur, eo genere mortis necandum curaſſe. *Dalec.*

z. Apud) Il. X. v. 444. Θέρμὰ πέλοιτο λοετρὰ ἐμοί. Tamen aqua marina primum lauabantur, hoc eſt, frigida, qua ſudorem ſordeſque detergerent: mox dulci, ſeu calida, recreandi animi gratia. Homeri verſus ex Il. κ'. ſunt hi, v. 372. Αὐτοὶ δ' ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ Ἐσβάντες etc. H.

a. Sed) Vide Auctorum Indicem. H.

b. Inuenit) Solinus, c. 24. p. 46. H.

c. In monte Atlante: ſpectatur foliis, etc.) Lege: *ſpecie thurſi: foliis acanthinis.* θύρσος et νάρθηξ, *Dal.* Reliqua ſic lege: *Vis tanta eſt, vt e longinquo ſuccus excipiatur inciſae conto, ſubtus excipulo ventriculo hoedino:* vel, *ſubdito excipulo, ventriculo hoedino.* ventriculus hoedinus excipuli vice ſubditur: *Excipulum*, ἐκδοχεῖον. Porro quae ſequuntur, ita legas: *humor lactis videtur defluens: ſiccatus quum coiit, thuris effigiem habet.*

quum

liis *e.* acanthinis. Vis tanta eſt, vt e longinquo
ſuccus

cum defluit, humor lactis videtur: vbi defluxit, et ſiccatus coiit, thuri ſimilis eſt. *Salmaſ.* p. 301. a.

d. Specie) Specie baculi, longiorisque caulis. In plantis id quod in virgulae modum, vel teli rectitudinem conſurgit, thyrſi nomen ſibi vindicat. Vide N. et Em. N. X. (hic adi.) *Specie*) Prius legebatur, *ſpectatur foliis acanthinis.* At in R. 1. *Spectetur ſi foliis* etc. In R. 2. et Ch. *ſpecie tunſi.* Nihil eſt noſtra emendatione certius. Sic XXIV. 113. *Herba impia . . . thyrſi modo veſtita atque capitata dicitur.* Atque ex ea ſane intelligitur, non eſſe Euphorbium integra facie delineatum ab herbariis, a Dodonaeo quidem p. 374. et Lobelio in Obſſ p. 642. quum nullus ibi caulis, ramusue, aut thyrſus appareat: ſed fructus dumtaxat, qui e radice prodeunt. Integram repraeſentat Scaliger, in Cardan. Ex. 181. p. 586. *Afri*, inquit, *qui hodie e regno Fetz et Marocho, cum Hiſpanis ineunt rationem commerciorum, aiunt eſſe ſpinoſam plantam, ſilueſtri cinarae ſimilem: ex eius radice fructus exire, cucumerum ſpecie, ſed oblongos adeo, vt binos interdum pedes expleant vicenos, aut vicenos quinos numero. Vbi maturuerint, ferro punctim aperiuntur: ex quibus exit lactis liquor lentus, quem in vtrem lapſum condunt. Etiam nunc Alfarbiin vocant.* Haec ille, quae dudum antea occuparat Ioh. Leo Africanus, Deſcr. Africae IX. p. 300. *Euphorbium eſt cuiuſdam herbae liquor, quae in modum capituli ſilueſtris cardui naſcitur, inter cuius ramos fructus quidam prodeunt, craſſitudine viridis cucumeris, ad cuius etiam ſimilitudinem grana quaedam perparua emittunt; longitudine quidem alii vlnam excedunt, alii paulo etiam amplius. Atque hi quidem fructus non oriuntur ex plantae ramis, ſed velut ſtipites ex humo procedunt, et vno ceſpite ſaepe viginti, nonnumquam etiam triginta naſcuntur. Agreſtes eius regionis homines, vbi maturuerint fructus, cultello pungunt, vnde exit liquor lacti perſimilis, qui ſenſim craſſeſcit, et viſcoſus efficitur. Hinc cultello ita craſſum ligorem tollunt, et in vtres mittunt, atque ſic exſiccatur. Planta eſt vndique ſpinoſa.* H.

e. Foliis) Acantho ſimilibus, de quo dictum eſt XXIV. 34. Quam immerito Plinium carpat hoc loco Salmaſ. in Praef. p. 29. tu, lector,

succus excipiatur: incisae *f.* conto, subditis *g.* [1] excipulis ventriculo hoedino, humor lactis videtur effluere: siccatus quum coiit, thuris *h.* effigiem habet. Qui *i.* colligunt, clarius vident. Contra *k.* serpentes medetur, [2] quacumque parte percussa: vertice *l.* inciso, et medicamento addito. Ibi Gaetuli,

1. Sic ex MSS. H. excipula ventriculi hoedini. V. conto, suscipitur expulso ventriculo hoedino. M. excipulis ventriculus boedinus. V. subditur excipulus Gr. et Al. 2. *cuicunque parti percussae, etiam vertici. V.*

lector ipse, si otium est, excute. H.

f. Incisae) Inciditur planta conto hastiliue: subditur vtriculus, qui succum manantem excipiat, ex hoedi ventriculo. Ita Diosc. pariter III. 96. Excipulum pro vtriculo qui excipit, dictum, De ea voce iam diximus IX. 38. H.

g Subditur excipulus ventriculo hoedino) Scribendum videtur, *subditis excipulis e ventriculo hoedino.* Dioscorides L. III. cap. de euphorbio: *quem ob nimium eius feruorem incolae timentes colligunt, excipulas ex ouillis lotis ventriculis factas in arbore suspendentes, tum eminus supra excipulas illas hastilibus eam vulnerantes. Qua percussa statim veluti ex rupto vase aliquo copiosus prosilit in excipulas liquor.* Pint.

h. Thuris) Coire vitri effigie, dixit Diosc. l. c. Τὸ δέ τι ἐν ταῖς κοιλίαις ὑελῶδες καὶ συνεςώς. H.

i. Qui) Diosc. l. c. hanc eius herbae dotem esse solus admonuit, vt eius succus oculorum suffusiones discuteret, et collyriis misceretur. H.

k. Contra) Diosc. l. c. Ἱςοροῦσι δέ τινες μηδὲν παρακολουθεῖν δυσχερὲς τοῖς ἑρπετοδήκτοις, ἐὰν τις ἐκκόψας ἄχρις ὀςέου τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς, ἐγχέῃ τὸν ὀπὸν λεῖον, καὶ ῥάψῃ τὸ τραῦμα. *Tradunt nonnulli nihil incommodi sensuros, qui a serpentibus demorsi fuerint, siquidem incisa osse tenus capitis cute intritus liquor infundatur, vulnusque consuatur.* Plin. Val. III. 57. *Eius qui percussus est, vertex inciditur, eoque additur euphorbium, et medetur quacumque corporis parte periculum est.* H.

l. Vertice inciso et medicamento addito. Ibi Getuli, qui

tuli, qui legunt, hoedino lacte adulterant: sed discernitur *m.* igni. Id enim, quod sincerum non est, fastidiendum odorem *n.* habet. Multum infra hunc succum est, qui *o.* in Gallia fit ex *p.* [1] herba chamelaea, granum cocci ferente. Fractus *q.* Ham-

[1]. *herba thymelaea. Diosc.*

qui legunt, hoedino lacte adulterant) Legendum opinor *abdito*, potius quam *addito*, et aduerbium *Ibi*, cum minore litera scriptum superioribus annectendum. Item *tedio* legitur in vetusto exemplari, non *hoedino*. Pint.

m. Discernitur igni) Πυρώσει, Dioscoridi, ignea, et vrentur acrimonia, diuque durante, adeo vt quicquid in os sumitur, euphorbium resipiat. Eum locum ineptissime vertit Plinius. *Dal.*

n. Odorem) Vel nidorem potius, dum igni aduritur. Sic galbanum odore vel nidore probant, vt dictum est XII. 56. *Nam sincerum si vratur, fugat nidore serpentes.* Hoedinum lac, quo dicitur euphorbium adulterari, olet pessime. H.

o. Qui) Nempe Circumpadana. *In partibus Italiae, quae Galliae adiacent*, inquit auctor libri de simpl. med. ad Pat. Opp. Gal. T. XIII. p. 987. H.

p. Ex herba chamelaea) Ex chamelaeae foliis recentibus tusis succus exprimi potest, quemadmodum et ex aliis permultis, sicut Dioscorides monstrat cap. de centaurio paruo: aut ex iisdem maceratis in aqua et decoctis: verum, quod legerim, praeter Plinium alius nullus auctor id prodidit. Eum existimo voluisse id vertere, quod Dioscorides scribit, Thymelaeae farinam vuae acerbae succo excipi, et in pastillos digeri. *Dal.*

Herba) Thymelaeam intelligit, quam et chamelaeam vocant: de qua nos egimus XIII. 35. Significat porro Plinius caute admodum et erudite chamelaeae succum ab euphorbio longe discrepare: neque adeo se fauere hac in parte Sextio Nigro, qui teste Diosc. in praef. I. p. 2. euphorbium esse chamelaeae in Italia nascentis succum prodidit. H.

q. Fractus) Iam redit ad verum euphorbii succum, de quo haec accipienda sunt, quae

Hammoniaco ſimilis eſt, etiam *r.* leui guſtu os accenſum diu detinens, et magis ex interuallo, donec fauces quoque ſiccet.

XXXIX. 28. (VIII.) Celebrauit *s.* et Themiſon Medicus vulgarem herbam plantaginem, tamquam inuentor, volumine de ea edito. Duo *t.* eius genera. Minor anguſtioribus foliis et nigrioribus, linguae *v.* pecorum [1] ſimillimis, caule anguloſo, in terram inclinato, in pratis naſcens. Altera maior, foliis [2] laterum modo [3] incluſa: [4] quae quia ſeptena ſunt, quidam eam heptapleuron *x.* vocauere. Huius et caulis cubitalis eſt, [5] et *y.* napi ſimilis. Naſcitur *z.* in humidis multo effica-

1. *ſimilis. Ch.* 2. *coſtarum.* 3. *incluſis. Dioſc.* 4. *quaeque quod. Ch.* 5. *et anguloſus. Com. ex V.*

quae totidem verbis recitat pariter Dioſc. c. 96. et Galen. κατὰ γένη, III. 4. p. 725. Hic ſunt in Plinium, vt fere eſſe ſolent, iniquiore animo, Dalec. in Nott. et Salmaſ. in Solin. p. 301. et 303. nullo ſcriptoris, vt apparet, accurati crimine. H.

r. Etiam leui guſtu os accenſum diu detinens) In vetuſto codice, *etiam leui guſtu os accenſu detinens.* Pint.

s. Celebrauit et Themiſon medicus) In eodem, *Themiſo,* non *Themiſon*, recte, vt *Plato*, *Cicero*; terminatione Latina. *Pint.*

Celebrauit) Graecis eſt ἀρνόγλωσσον: Gallis *Alantain.* H.

t. Duo) Haec totidem verbis Dioſc. II. 153. Vtraque a Dodonaeo pingitur, p. 107. H.

v. Linguae pecorum ſimillimis) Vnde nomen ἀρνογλώσσε. *Dal.*

Linguae) Vnde nomen ἀρνογλώσσε, agnina lingua, προβατεῖε et ἀρνεῖε. H.

x. Heptapleuron) Quaſi ſerpentis coſtis inſtructum. Dioſc. in Noth. p. 445. Ἀρνόγλωσσον, οἱ δὲ ἄρνειον, οἱ δὲ προβάτειον, οἱ δὲ κυνόγλωσσον, οἱ δὲ ἑπτάπλευρον, οἱ δὲ πολύνευρον Ῥωμαῖοι πλαντάγω μίνωρ. H.

y. Et napi ſimilis) Apud Dioſc. eſt, καυλὸς δ' ἐπὶ τέτε γωνιώδης, etc. Suſpicor auctoris ſcribas, quorum

efficacior. Vis *a.* mira in ſiccando denſandoque corpore, cauterii vicem obtinens. Nulla *b.* res aeque ſiſtit fluxiones, quas Graeci rheumatiſmos vocant.

XL. 29. Iungitur *c.* huic bugloſſos, boum linguae ſimilis, cui *d.* praecipuum, quod in vinum deiecta, animi voluptates auget: et vocatur euphroſynum.

XLI. 30. Iungitur *e.* et cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratiſſima. Aiunt-

rum in his colligendis opera vtebatur, legiſſe *καυλὸς δὲ νάπυος τϰτῳ γωνιώδης.* Fortaſſis et apud herbarium Graecum, ex quo haec ſumpta ſunt legebatur *καυλὸς δ' αἰπὺς τϰτϰ,* *caulis huius procerus.* Dal.

z. *Naſcitur*) Haec plantago aquatica eſt, picta a Lobelio in Obſſ. p. 160. viſa a nobis in horto Regio. H.

a. Vis) In exſiccando adſtringendoque: Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ξηραντικὴν, ςυπτικήν. Dioſc. l. c. Denſare, pro *adſtringere*, Plinio familiare eſt. H.

b. Nulla) Dioſc. l. c. H.

c. Iungitur) Quoniam affinis vtriuſque eſt appellationis cauſa: a lingua nempe animalium, ἀρνόγλωσσος et βϰγλωσσος. De ea Dioſc. IV. 128. Βϰγλωσσον ... φύλλον ἔχει ὅμοιον βόος γλώσσῃ· ὅπερ καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον, εὐφρόσυνον δοκεῖ εἶναι. Borraginem nunc vulgus vocat, *Bourrache.* Pingitur a Dodonaeo, p. 616. H.

d. Cui) Dioſc. l. c. et Gal. de fac. ſimpl. m. VI. p. 164. Apul. c. 41. *Bugloſſon Graeci ... Romani linguam bubulam dicunt ... Haec in vino mixta hilaritatem conuiuis facit.* Et Schola Sal. *Vinum potatum, quo ſit macerata bugloſſos, Moerorem cerebri dicunt auferre periti; Fertur conuiuas decoctio reddere laetos.* Bugloſſon eſſe Nepenthes Homericum, diximus XXI. 91. Eſt autem vis eadem et bugloſſo noſtrae vulgari, quam eadem ſchola borraginem nuncupat, eodem verſiculo: *Dicit borrago, Gaudia ſemper ago: Cardiacos aufert, borrago gaudia confert.* H.

e. Iungitur) De qua Dioſc. IV. p. 129. Κυνόγλωσσον, etc. Celſo V. 27. ſub finem, *Lingua canina.* Plantagini ſimilem Dioſc. ait eſſe. Nondum ſatis nobis explorata, nec Anguilla-

Aiuntque *f.* quae tres *g.* thyrſos ſeminis [1] emittit, eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodeſſe: quae quatuor, ad quartanas. Eſt *h.* alia ſimilis ei, quae [2] ferat lappas minutas: eius radix pota ex aqua, ranis et ſerpentibus aduerſatur.

XLII. 31. Eſt et *i.* buphthalmos, [3] ſimilis boum oculis, folio feniculi, circa oppida naſcens, fruticoſa caulibus, qui et manduntur decocti.

Xx 5 Quidam

1. *emittit. Alii. mittat. Ch.* 2. *fert. V. et Ch.* 3. *flore ſimilis. Dioſc.*

guillarae, vt ipſe fatetur, Par. 14. p. 287. H.

f. Aiuntque) Quae tergeminum caulem, ſeu ramulum, ſemine inſtructum habeat. Haec Dioſc. incaute ad ἀρνόγλωσσον, hoc eſt, ad plantaginem tranſtulit, II. 153. quoniam et κυνογλώσσȣ nomine aliquando ea deſignata eſt, vt diximus. Quin et Dioſcoridis interpolator in Noth. p. 471. bugloſſi hanc propriam dotem eſſe credidit, ipſeque Apuleius, c. 41. tit. 1. qui tamen et ipſe c. 96. t. 2. cynogloſſo adiudicat: *Ad quartanas*, inquit, *Herbaque cynogloſſa, quae folia habet, piſata, et ex aqua potui data, prodeſt.* H.

g. Tres thyrſos) *Tres radices cum tribus vini cyathis, et aquae totidem, tertianis auxiliari, quatuor quartanis, etc.* Haec omnia quae Dioſcorides ſcripſit περὶ ἀρνογλώσσȣ, id eſt, plantagine, Plinius tranſtulit ad cynogloſſum. *Dal.*

h. Eſt alia ſimilis) Cynogloſſos officinarum. *Dal.*

Eſt) Haec Dodonaei cynogloſſos eſt p. 53. a Lobelio quoque delineata, in Obſſ. p. 313. viſa a nobis in horto regio. In Gallia vulgo, *Langue de chien.* Fert ſemina fere quaterna, ſimul cohaerentia, aſpera, et lapparum modo veſtitui inhaerentia. A Dioſcoridis cynogloſſo diuerſa. H.

i. Eſt et) Habet eadem Dioſc. III. 156. Βȣ́φθαλμον ... φύλλα δὲ μαραθροειδῆ, ἄνθη μήλινα ... ὀφθαλμοειδῆ, ὅθεν καὶ ὠνόμασαι. *Folia feniculi, flores oculorum ſimilitudine gerit: vnde nomen.* Pingitur a Cluſio hiſt. rar. pl. III. p. 332. Vidimus in horto Regio. Gallis, *Oeüil de boeuf.* H.

Quidam *k.* [1] cachlam vocant. Haec *l.* cum cera [2] scirrhomata discutit.

XLIII. 32. Inuenere herbas et vniuersae gentes. Scythia *m.* primum eam, quae Scythice vocatur, circa *n.* Boeotiam nascens, [3] praedulcem *o.*, alias

1. *calcham. Ch.* 2. *steatomata. V.* 3. *pr. Al. quoque vtilissimam, quam Spartaniam vocant. M. praedulcis, alias vtilissima ad ea quae. V. praedulcis. Aliam vtilissimam Gr. et Al.*

k. Quidam) Diosc. l. c. Βέφθαλμον· οἱ δὲ κάχλαν καλᾶσι. H.

l. Haec) Diosc. l. c. Ταύτης τὰ ἄνθη λεῖα σὺν κηρωτῇ οἰδήματα καὶ σκληρίας διαφορεῖ. *Huius flores triti cum cerato oedemata, duritiasque discutiunt.* Dioscoridem Galenus sequitur de fac. simpl. m. VI. p. 165. Est autem σκίῤῥος, siue σκίῤῥωμα, scirrhus, durities, tumor praeter naturam durus, et doloris expers. Vide Gorraeum in Def. med. H.

m. Scythia primum eam, etc.) Legend. *Scythia primum eam quae Scythica vocatur, circa Maeotim nascens, praedulcem alias vtilissimamque ad ea quae asthmata vocant.* Et paulo post *idem praestat apud eos Hippace sic dicta.* Salmas. pag. 175. a. *Scythia primum eam, quae Scythice vocatur circa Boeotiam nascens)* Scribo, *circa Maeotin*, non, *circa Boeotiam*, ex Theophrasto L. IX. c. 13. *Dulcis*, inquit, *et Scythica. Et quidem nonnulli dulcem eam appellant. Nascitur apud Maeotin.* Dioscorides quoque in Cappadocia et Ponto propinquioribus locis Maeotidi plurimam nasci tradit L. III. cap. de glycyrrhiza. *Pint.*

n. Circa) Vide N. et Em. N. XI. (hic adp.) *Scythia)* Ita libri omnes, tum editi typis, tum exarati manu. Placet tamen emendatio Pintiani, *circa Maeotim* legentis, tum quia haec ipsa Theophrasti Scythice est, de qua ille Hist. IX. 13. Γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ Σκυθική· καὶ ἔνιοι γε καλᾶσιν αὐτὴν εὐθυγλυκεῖαν αὐτήν. Γίνεται δὲ περὶ τὴν Μαιῶτιν. Tum quia de hac ipsa Plinius sermonem iterum instituens, XXXVII. 1. *Scythicam herbam*, inquit, *a Maeotidis paludibus.* Sequitur in eo Plinii loco, quem nunc versamus, *praedulcem alias, vtilissimam-*

alias *p.* vtilissimamque ad ea quae spasmata vocant. Magna *q.* et ea commendatio, quod in ore eam habentes, famem sitimque non sentiunt.

XLIV. 33. Idem *r.* praestat apud eosdem hip-

lissimamque ad ea quae spasmata vocant. Sic enim ex MSS. R. Colbertinisque rescripsimus. Perperam in editis prius, *perdulcis. Aliam vtilissimam ad ea* etc. extrita videlicet vocula *que*, ceterisque, quas restituimus, immutatis. Eamdem esse sane, quae Scythice vocatur, et circa Maeotim nascitur, cum ea quae est ad spasmata vtilis, docet aperte Theophr. his verbis, quae superioribus statim adnectit: Χρησίμη δὲ πρός τε τὰ ἄσθματα, καὶ πρὸς βῆχα ξηρὸν etc. *Vtilis ad anhelitus, et ad tussim siccam*, etc. Vnde et *asthmata* forte satius legi, quam *spasmata* cuipiam videatur, quod iampridem visum est Pintiano. Sed in MSS. *sparmata* legimus, cui voci affinior est ea, *spasmata.* H.

o. Praedulcis. Aliam vtilissimam ad ea quae spasmata vocant) Apographon nostrum, *praedulcem alias, vtilissimamque ad ea quae sparmata vocant.* Scribendum puto, *praedulcem alias vtilissimamque ideoque stomaticam vocant.* Plinius supra L. XXII. cap. 9. de glycyrrhiza loquens; *ideo et commanducata stomatica est.* Pint.

Praedulcem) Hoc est, praeter ceteras dotes, praedulcem. Haec glycyrrhiza est, de qua egimus XXII. 14. H.

p. Aliam vtilissimam ad ea quae spasmata, etc.) Aliam, scil. Scythicem. Certe in Indice Spartaniae nulla fit mentio, vt iam nihil dubitem, diuinatoris cuiuspiam opera, nouam herbam hic subito enatam, Plinio ipsi ne per somnum quidem cognitam. *Gelen.* *Aliam vtilissimam)* De qua infra c. 4. vltimo, L. XXVII. *Dal.*

q. Magna) Theophr. Hist. IX. 13. Δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν παύειν, ἐάν τις ἐν στόματι ἔχῃ· διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππάκῃ διάγειν φασὶ τοὺς Σκύθας ἡμέρας καὶ ἕνδεκα, καὶ δώδεκα. *Sitim exstinguit, si teneatur in ore: quapropter Scythas contentos ea et hippace, vndenos aut duodenos dies vitam tolerare aiunt.* H.

r. Idem praestat apud eosdem hippice) Scribo, *hippace*, non *hippice*, ex Theophrasto L. IX. cap. 13. de glycyrrhiza enim differens sic

[1] hippace dicta, quod in equis quoque eumdem effectum habeat. Traduntque s. his duabus herbis Scythas [2] etiam in duodenos dies durare in fame sitique.

XLV.

1. *Hippice Gr. et Al.* 2. *redam. Ch.*

sic ait: *sitim quoque extinguit si teneatur in ore. Qua de causa tum ea, tum hippace dicta, Scythas XI. et XII. dies sitim tolerare affirmant. Est porro hippace*, auctore Dioscoride L. II. cap. de caseo, *equinus caseus, viroso odore, egregie tamen nutriens bubulo proportione respondens. Sunt qui equinum coagulum hippacen hanc esse dixerint.* Haec Theophrasti et Dioscoridis verba impellunt me vt suspecta habeam illa quae sequuntur: *dicta quod in equis quoque eundem effectum habeant.* Pint.

Idem) Hippacen, (sic enim libri omnes habent, tum hoc loco, tum in Indice, non *hippicen*) herbae genus esse Plinius credidit. Pintianus aliique post eum, caseum equinum interpretantur. Hippocrates de morb. IV. n. 25. Ὥσπερ οἱ Σκύθαι, inquit, ποιέουσιν ἐκ τοῦ ἱππείου γάλακτος. Ἐγχέοντες γὰρ τὸ γάλα ... Ἐπὴν δὲ παγῇ καὶ ξηρανθῇ, ἱππάκην μιν καλέουσιν. *Quod e lacte concretum et siccatum fuerit, hippacen vocant.* Diosc. II. 80. Ἡ δὲ καλουμένη ἱππάκη, τυρός ἐστιν ἵππειος ... καὶ πολύτροφος etc. *Quod hippacen vocant, caseus est equinus ... qui magnopere alit.* Hesychius denique: Ἱππάκη Σκυθικὸν βρῶμα ἐξ ἵππου γάλακτος, etc. Verum singulare quiddam narrare velle de Scythis Plinius ac Theophrastus videntur: nullam vero admirationem habet dies duodecim aut paulo plures, ea radice, quae glycyrrhiza dicitur, et equino caseo, qui plurimum alat, aliquando transigi, quum Zoroastrem prodat ipse Plinius annos viginti totos caseo vixisse XI. 97. Neque Hippaces appellationem casei aut coaguli equini propriam esse idem nesciuit, qui id diserte prodit XXVIII. 34. et 58. sed et cum herba aliqua singulari, quae sit incomperta nobis, communem esse eam, Graeco scriptori alicui credidit. H.

s. *Traduntque his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame sitique*)

XLV. 34. Iſchaemonem *t.* Thracia inuenit, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modo vena, ſed etiam praeciſa. Serpit e terra milio ſimilis, foliis aſperis et lanuginoſis, farcitur in nares. Quae in Italia naſcitur, et ſanguinem eadem adalligata ſiſtit.

XLVI. 35. Vettones *v.* in Hiſpania eam, quae Vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem ſerratula, a Graecis [1] ceſtros, aut pſychotrophon *x.*, ante cunctas laudatiſſima. Exit *y.* anguloſo caule, cubitorum duûm, [2] a radice ſpargens folia *z.* fere lapathi, ſerrata, [3] ſemine *a.* purpureo. Folia *b.* ſiccan-

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. Ceſtron Gr. et Al.* 2. *e. Ch.* 3. *flore. Dioſc.*

tique) Verba quae paulo ſupra ex Theophraſto et Dioſcoride attuli, indicant dictionem illam *herbis* falſo inſertam eſſe. Neque enim hippace herba eſt, ſed equinus caſeus, aut coagulum equinum. *Pint.*

t. Iſchaemonem) Haec Theophr. IX. 15. Περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην ... τὴν ἴσχαιμον, ἣν δὴ λέγουσιν, οἱ μὲν κεντηθείσης τῆς φλεβὸς, οἱ δὲ καὶ σφοδροτέρως διατμηθείσης ἴσχειν καὶ κωλύειν τὴν χύσιν. Eſt Matthioli panicum ſilueſtre in Dioſc. II. p. 407. A ſiſtendo ſanguine ei nomen, παρὰ τὸ ἴσχειν τὸ αἷμα. H.

v. Vettones) Nomen Betonicae in officinis retinet: Gallis *Betoine.* Pingitur a Dodonaeo, p. 40. De hac ſingulare volumen edidit Antonius Muſa, quod inſcripſit, *De herba Vettonica.* H.

x. Pſychotrophon) Quoniam frigidis reperitur in locis, vt ait Muſa l. c. p. 1. Dioſc. quoque IV. 1. Κέστρον τὸ καλούμενον ψυχότροφον, (vel ψυχροτρόφον) ἐπειδὴ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις εὑρίσκεται τόποις· ὃ Ῥωμαῖοι οὐεττονίκην καλοῦσιν. H.

y. Exit) Hoc eſt, quadrangulo. Dioſc. l. c. Πόα ἐστὶ καυλὸν ἔχουσα πήχεως τὸ ὕψος, ἢ καὶ μείζονα, τετράγωνον. H.

z. Folia) Rectius ita multo Plinius, quam Dioſcorides, qui ſimilia quernis foliis prodidit. H.

a. Semine purpureo) Semine

ſiccantur in farinam plurimos ad vſus. Fit *c.* vinum [1] ex aqua et aceto, ſtomacho et claritati oculorum. Tantumque *d.* gloriae habet, vt domus in qua [2] ſata ſit, tuta *e.* exiſtimetur a piaculis omnibus.

XLVII. 36. In eadem Hiſpania inuenta [3] ſic Cantabrica *f.*, per Diui Auguſti tempora a Cantabris reperta. Naſcitur vbique caule iunceo pedali, in quo ſunt floſculi oblongi, [4] veluti calathi: in his ſemen perquam minutum. Nec alias defuere Hiſpaniae herbis exquirendis: [5] vt *g.* in quibus etiamnum hodie in numeroſo et laetiore conuictu, potionem e centum herbis mulſo additis, [6] credidere ſalu-

1. *ex ea et acetum* Gr. *et Al.* 2. *ſita. M.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. inuenta eſt* Gr. *et Al.* 4. *vel vt.* Gr. 5. *vt quae. V.* 6. *credant. V.*

mine in ſummis caulibus thymbrae modo ſpicatis, flore purpureo. Apud Dioſcoridem ἐξαχυωμένων καυλῶν, non ἐξαχυωμένων σπέρμα. *Dal.*

b. Folia ſiccantur, etc.) Plinius in farinam ſiccari folia dixit, quum farina ſit leguminum et cerealium tantum. Dioſcorides ſimpliter ait ξηραίνεσθαι. *Dal.*

Folia) Et mox teruntur in farinam Dioſc. l. c. τὰ φύλλα ξηρὰ λεῖα, breuiter et conciſe dixit. H.

c. Fit) Dioſc. V. 54. περὶ κεϛρίτȣ οἴνȣ. Γίνεται καὶ ἐκ τȣ̃ κέϛρȣ τȣ̃ ψυχοτρόφȣ οἶνος. H.

d. Tantumque) Ant. Muſa, l. c. *Animas hominum et corpora cuſtodit, et nocturnas ambulationes a maleficiis et periculis, et loca ſancta ac buſta etiam a viſibus metuendis tuetur et defendit, etc.* H.

e. Tuta exiſtimetur a piaculis omnibus) Pura non *tuta*, in vetuſto exemplari: rectius. *Pint.*

f. Cantabrica) Vulgo Cantabrorum, ſeu Nauarorum, hodie *Eſcorzonera.* Dal.

Cantabrica) Pingitur, a Cluſio hiſt. rarior plant. IV. 49. Videre nondum licuit. H.

g. Vt in quibus etiamnum hodie in numeroſo et laetiore conuictu potionem e centum herbis mulſo additis credidere ſaluberrimum) Scribo, *vt in quibus etiamnum hodie, in more ſit laetiore conuictu potionem centum herbis mulſo additis credere ſaluberrimam.* ex ve-

saluberrimam suauissimamque: nec quisquam genera earum iam nouit [1] aut multitudinem: numerus tamen constat *h.* in nomine.

XLVIII. 37. Nostra *i.* aetas meminit herbam in Marsis repertam. Nascitur et in Aequicolis circa vicum Neruesiae *k.*: vocatur consiligo. Prodest, vt [2] demonstrabimus *l.* suo loco, deploratis in phthisi.

XLIX. 38. Inuenit *m.* nuper et Seruilius [3] Democrates e primis medentium, quam appellauit [4] iberida, quamquam ficto nomine, [5] inuentioni

1. *eius multitudinis. V.* 2. *demonstrauimus. Ch.* 3. *Democrites. Ch.* 4. *hiberida Gr. et Al.* 5. *inuentioni eius assignata. Ch.*

ex vetusto exemplari. et statim *tantum*, non *tamen*, in eodem legas. *Pint.*

h. Constat) Genera herbarum, quibus ea potio constaret, nemo scit: numerus constat ex potionis nomine: appellatur enim ea *potio centum herbarum.* H.

i. Nostra) Consiliginem mulomedicis nunc pulmonariam dici testatur Vegetius. Vulgus Gallicum Pomeleam vocat, *Pommelée*, quasi pulmoneam: herbarii quidam, *Leonis patam*, pastoribus bubulcis, equisonibus, totique ruri praeclare cognitam, qui ad eosdem, quos veteres consiliginem, vsurpant effectus. Haec vberius multo tractat Ruellius II. p. 448. Coepit pulmonaria dici, quod pulmonum vitiis praesens habeatur auxilium: inuenitque in posteris nomen a viscere, cui praesertim nuncupatur. Consiliginem rustici veteres olim vocarunt, quod in campis inter siliginem triticumque saepius emicet. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 317. Vide quae dicturi sumus ex Colum. XXVI. 21. H.

k. Neruesiae) Situs hodie incogniti. H.

l. Suo) L. XXVI. 21. H.

m. Inuenit) Graecis ἰβηρὶς et καρδαμαντική. Galeno κατὰ τόπ. X. 2. p. 635. aliisque apud ipsum p. 636. etiam λεπίδιον. Pingitur a Dodonaeo p. 703. Vidimus in horto Regio. De eius inuentore Seruilio Democrate, siue Damocrate, dixi-

tioni eius aſſignato *n.* carmine. Naſcitur maxime circa vetera monumenta parietinaſque, et inculta itinerum. Floret *o.* 1 ſemper folio naſturtii, caule cubitali, ſemine tam paruo, vt vix aſpici poſſit. Radici *p.* odor naſturtii. Vſus *q.* aeſtate efficacior, 2 et recenti tantum. Tunditur difficulter. Coxendicibus *r.* et articulis omnibus cum axungia modica *s.* vtiliſſima, viris plurimum quaternis horis, feminis minus dimidio adalligata *t.*, vt deinde in balineis deſcendatur in calidam, et poſtea oleo ac 3 vino corpus perungatur: diebuſque vicenis interpo-

1. *aeſtate. Dioſc.* 2. *et recentis. V.* 3. *lana. Dioſc.*

diximus in Auctorum Indice. H.

n. Aſſignato) Quod apud Galen. exſtat l. c. p. 636. expreſſumque eſt a Plinio totidem fere verbis hac reliqua ſectione. H.

o. Floret) Democrates l. c. Ἀεὶ δὲ θάλλει, Φύλλ' ἔχουσα καρδάμου, Ἔαρος μὲν εὐθαλῆ τε καὶ μείζω, etc. H. Florere hoc loco virere eſt, non florem mittere; quem colore lacteo ferre aeſtate mox idem ſubdit: Φέρει δ' ὁ καυλὸς ἐν θέρει λεπτὸν πάνυ Πολύχροον ἄνθος, τῇ χρόᾳ γαλακτινόν. H.

p. Radici) Seruilius, l. c. Ἡ ῥίζα δὲ καὶ ὀσμὴν δριμυτάτην ἔχει Μάλιστα πάντων καρδάμῳ προσεμφερῆ. H.

q. Vſus) Seruilius, l. c. Ταύτης ὀρύξας καὶ λαβὼν πλῆθος πολὺ, Θέρους μάλιστα δ' ἐστὶ πρακτικωτάτη, Καὶ πρόσφατος· ξηρὰ γὰρ ἀδρανὴς τυγχάνει. Quae idcirco referuntur a me, vt intelligant ii, qui Plinium ex Dioſcoridis verbis ſenſuque metiuntur, quam inique agant: quum Plinium de iberide ſcribentem, haud ſemel erraſſe autument, qui ab illo diſcedat ſcriptore, quem a Democrate ipſo, longe probatioris fidei, deficere intelligimus. H.

r. Coxendicibus) Haec totidem verbis Democrates, l. c. H.

s. Modica vtiliſſima) Salſa, Dioſc. Haec omnia Plin. ad verbum tranſcripſit e Damocrate. Damocrat. iambici verſus exſtant apud Gal. L. X. κατὰ τόπους. *Dal.*

t. Adalligata) De eiuſcemodi ligaturis, ſiue amuletis, multa pererudite V. Cl. Du Can-

terpositis idem fiat, si qua admonitio doloris super-sit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. Imponitur non in ipsa inflammatione, sed imminuta.

L. 39. Animalia *v.* quoque inuenere herbas, in primisque chelidoniam. Hac *x.* enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, vt *y.* quidam volunt, etiam erutis oculis. Genera *z.* eius duo: Maior [1] fruticosa caule, folio [2] pastinacae erraticae ampliore, ipsa altitudine duûm cubitorum. Colos albicans *a.*, flos luteus. [3] Minori folia

1. *fruticoso. M.* 2. *ranunculi. Diosc.* 3. *Haec clausula post, marcescunt, proxime ante, Florentibus poni debet ex Diosc.*

Du Cangius in Gloss. verbo, *Ligaturae.* H.

v. Animalia) Pingitur a Dodonaeo chelidonium maius appellatum, p. 48. Gallis, *Eclaire.* In horto Regio visum a nobis. H.

x. Hac enim hirundines, etc.) Id ridet Celsus c. 6. L. VI. Aristoteles vero c. 6. L. IV. de ortu animalium causam reddit: nempe eos renasci si pungantur ac euellantur, quum adhuc fiunt, non autem vbi perfecti fuerint. *Dal.*

y. Vt quidam volunt etiam erutis oculis) Postremum verbum redundare existimo: praecessit enim paulo ante. *Pint.*

Vt) Id vulgo credi refert etiam Diosc. II. 211. Fabulosum Celsus existimat VI. 6. sub finem: *Harum auium,* inquit, *acies extrinsecus laesa interposito tempore in antiquum statim redit, celerrimeque hirundinis. Vnde etiam locus fabulae factus est, aut per parentes, aut id herba chelidonia restitui, quod per se sanescit.* Vide in eam rem quae afferant auctores Miscellaneorum Medico-physicorum, seu Ephemeridum Germanicarum an. 8. obs. 18. p. 32. H.

z. Genera) Quae de gemina chelidoniae specie hac sectione deinceps continentur, ea totidem fere verbis habet Diosc. l. c. Minor delineatur a Dodonaeo p. 49. et a Dalecampio p. 1048. Gallis est, *Petite Chelidoine.* Italis, disce ab Anguillara P. XI. p. 181. H.

folia ederae rotundiora, minus candida. Succus croci mordax, ſemen papaueris. Florent aduentu hirundinum, diſceſſu marceſcunt. Florentibus ſuccus exprimitur, et in aereo vaſe cum melle Attico leniter cinere feruenti decoquitur, ſingulari remedio contra caligines oculorum. Vtuntur et per ſe ſucco in collyriis, quae chelidonia appellantur ab ea.

LI. 40. [1] Inuenerunt *b.* et canes canariam, qua *c.* faſtidium deducunt, eamque *d.* in noſtro conſpectu mandunt, ſed ita vt numquam intelligatur quae ſit: etenim depaſta cernitur. Notata eſt [2] haec animalis huius malignitas in alia herba maior. Percuſſus enim a ſerpente mederi quadam ſibi dicitur: ſed illam homine inſpectante non decerpit.

LII. 41. Simplicius *e.* ceruae *f.* monſtrauere elapho-

1. *Inueniunt et canes qua faſtidium vincunt. Ch.* 2. *et. V. autem. Alii V.* 3. *Item helſine a partu dictam oſtendere (vt indicauimus) dictamnum vuln. etc. Ch.*

a. Albicans) Caeſius, ὑπόγλαυκος. *Dal.*

b. Inuenerunt) Gramen eſſe *legitimum* Cluſii videtur, hiſt. rar. pl. VI. p. 217. In Inſula Chio dici nunc quoque ἀκύνωψ, ſimillimamque gramini eſſe, ait Anguillara, Par. XII. p. 190. H.

c. Qua) Cient et vulgari gramine vomitum, vt deducant pituitam canes: gramine eo, inquam, quod Graeci ἄγρωςιν vocant, de quo anteriore libro diximus, ſ. 118. H.

d. Eamque in noſtro conſpectu mandunt) Fabuloſum id nimis credulus Plinius refert. Licet enim quotidie videre gramen a canibus roſum, et vomitu cum pituita reiectum. *Dal.*

e. Simplicius) De qua diximus, XXII. 37. H.

f. Ceruae monſtrauere elaphoboſcon, etc) Ita ibi legendum et diſtinguendum: *Ceruae dictamnum oſtendere, vt indicauimus vulneratae, paſtu ſtatim decidentibus telis.* Legitur ibidem et alius locus aeque vitioſe. Sic enim habet:

elaphoboſcon, de qua diximus. Item *g.* ſeſeli, enixae a partu.

LIII. 42. Dictamnum *h.* oſtendere (vt indicauimus) vulneratae, [1] paſtu ſtatim decidentibus telis. Non *i.* eſt alibi, quam in Creta, ramis praetenue, pulegio ſimile, feruens et acre guſtu: foliis tantum vtuntur. Flos *k.* nullus ei, aut ſemen,

Yy 2 aut

1. Sic ex MSS. H. paſtu ſtatim. V. paſtae Gr. et Al.

habet: *ſimplicius ceruae monſtrauere elaphoboſcon de qua diximus; item ſeſeli enixae a partu.* Haec battologia eſt, *enixae a partu*, leg. *item belxinen a partu.* falſum eſt ſeſeli ceruas oſtendiſſe a partu aut enixas. Etenim ante partum, vt facilius eo defungerentur, id expetebant. *Salmaſ.* p. 224.

g. Seſeli) Seſeli, Romani veteres Sili, vocauerunt: hinc *Silatum* Feſto ientaculum, quod ieiuni vinum Sili conditum ante meridiem abſorbebant. *Dal.*

Item) Vide quae diximus in Nott. et Em. ad L. VIII. 50. N. XCII. et XCIII. H.

h. Dictamnum) Δικτὸν etiam vocat Nicander, vt interpretatur Zenodotus Mallotes. Partum mire adiuuat, εὐτοκίαν ποιεῖ. Quamobrem Eileithyae corona ex eo texebatur. Euphorion, ϛρεψαμένη θαλεροῖσι συνήντετο δικταμνοῖσι. Rhod. c. 24. L. XXVIII. Orpheus ψαφαρὸν vocat, id eſt, cano velut ſitu obductum. *Dal.*

Dictamnum) L. VIII. 41. Dictamnum hoc Francum ſeu Gallicum Angli vocant. A Lobelio pingitur in Obſſ. p. 267. H.

i. Non) Haec habet Theophr. Hiſt. IX. 16. H.

k. Flos nullus ei, etc.) Apud Dioſcoridem legendum, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸς συμφέρει. Nullis morbis flos prodeſt, nullis ſemen. Florere oſtendunt hi verſus Virgilii XII. Aeneid. vid ſq. obſ. *Dal.*

Flos) Nullius in medicina vſus: nam prius dixit: *Foliis tantum vtuntur.* Sed florem habere, caulemque, vel ipſe Maro cecinit Aen. XII. 412. *Dictamnum genitrix Cretaea carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis et flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres haeſere ſagittae.* Democrates quoque apud Galenum κατὰ γένη V. 10. p. 789. dictamni

aut caulis. Radix *l.* tenuis ac ſuperuacua. Et *m.* in Creta [1] autem non [2] ſpatioſe naſcitur: mireque capris expetitur. Pro *n.* eo eſt et pſeudodictamnum, multis in terris naſcens, folio [3] ſimile, ramulis minoribus, a quibuſdam chondris vocatum. Minoris *o.* effectus [4] ſtatim intelligitur. Dictamnum enim minima portione accendit os. Qui legere [5] eam, in ferula vel arundine condunt, praeligantque, ne *p.* potentia euaneſcat. Sunt *q.* qui

1. *autumno. Alii.* 2. *ſpatioſa. Ch.* 3. *ſimili. Gr.* 4. *guſtatum. V.* 5. *ea. Dal.*

ctamni meminit; quae florem habet, ἄνθος ἐχούσης. Confirmant interpretationem noſtram Theophraſti verba, Hiſt. IX. 16. Χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωσὶν, οὐδὲ τῷ καρπῷ. *Foliis vtuntur, non ramulis, neque fructu.* Quare apud Dioſc. vbi legitur III. 37. οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸς φέρει, aut erraſſe illum, quod verius puto, exiſtimandum eſt: aut legi oportere, quod Matthiolus cenſuit, οὔτε καρπὸς συμφέρει ... Verum haud ita ſcripſiſſe Dioſcoridem, ſed vt in editis habetur, et Oribaſii interpres admonet, et Apuleius, qui ita reddidit, c. 62. *Et neque florem generat, neque fructum.* H.

l. Radix tenuis ac ſuperuacua) Partus accelerat Dioſcoridi. Haec fere omnia Theophr. c. 16. L. IX. hiſt. *Dal.*

m. Et) Theophraſt. l. c. Σπάνιον δέ ἐστι· καὶ γὰρ ὀλίγος ὁ τόπος ὁ φέρων· καὶ τοῦτον αἱ αἶγες ἐκτέμονται διὰ τὸ φιληδεῖν. *Et rara, inquit, haec herba eſt. locus enim qui fert, exiguus eſt admodum: eamque caprae depaſcunt, quod ſit eis pergrata.* H.

n. Pro) Haec totidem verbis Theophr. Hiſt. IX. 16. et Dioſc. III. 38. Pingitur a Lobelio, in Obſſ. p. 267. pſeudodictamnum. In paucorum hortis repertum ait Dodonaeus, p. 281. Vidimus in horto regio. Chondris iterum appellatur, XXVI. 31. et in Indice eius loci. H.

o. Minoris) Theophr. l. c. Ἔστι δὲ εὐθὺς ἐν τῷ στόματι φανερὰ ἡ τοῦ δικτάμνου δύναμις; θερμαίνει γὰρ ἀπὸ μικροῦ σφόδρα. H.

p. Ne) Ne vis omnis exſpiret. Theophr. l. c. Τιθέασι

qui dicant, vtramque naſci multifariam, ſed deteriores in agris pinguibus: veram [1] quidem dictamnum non niſi in aſperis. Eſt *r* et tertium genus dictamnum vocatum, ſed neque [2] facie, neque effectu ſimile, folio ſiſymbrii, ramis maioribus, [3] praecedente *s.* perſuaſione illa, quidquid in Creta naſcitur, infinito praeſtare ceteris eiuſdem generis alibi genitis: proxime quod in Parnaſſo. Alioqui *t.* herbiferum eſſe et Pelium montem in Theſſalia, et Telethrium in Euboea, et totam Arcadiam ac Laconicam tradunt. Arcades *v.* quidem [4] non medicaminibus vti, ſed lacte circa ver; quoniam tunc maxime ſuccis herbae turgeant, medicenturque *x.* vbera paſcuis. Bibunt *y.* autem

 vacci-

1. *quidam.* *Cb.* 2. *caule.* *M.* 3. *Sic ex MSS. H. et Cb. procedente Gr. et Al.* 4. *non in med. Cb.*

θέασι δὲ καὶ τὰς δεσμίδας ἐν νάρθηκι καὶ καλάμῳ, πρὸς τὸ μὴ ἀποπνεῖν· ἀσθενέστερον γὰρ ἀποπνεῦσαν. *Manipulos ferula aut canna intercludunt, ne exſpiret: imbecillius enim, quum exſpirauerit.* H.

q. Sunt) Totidem verbis Theophr. l. c. H.

r. Eſt) Haec pariter Theophr. l. c. ad verbum. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δίκταμον, ὥσπερ ὁνώνυμον, ὅτε τὴν ὄψιν ἔχον, ὅτε τὴν δύναμιν αὐτὴν, etc. Eſt hoc Dioſcoridis dictamnum alterum. H.

s. Praecedente) Theophr. l. c. H.

t. Alioqui) Theophr. hiſt. IX. 15. Τῶν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπων, Φαρμακωδέστατον τό, τε Πήλιον τὸ ἐν Θετταλίᾳ, καὶ τὸ Τελέθριον τὸ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ, καὶ ὁ Παρνασσός: Ἔτι δὲ ἡ Ἀρκαδία, καὶ ἡ Λακωνική· Καὶ γὰρ αὗται Φαρμακώδεις ἀμφότεραι. Montes herbiferos Plinius appellat, qui herbis ſcatent, quarum vſus in medicina frequens et probatus. H.

v. Arcades) Pro medicamine, inquit, quod aluum purget, lac ſorbent vere, etc. Theophr. l. c. Ἀρκάδες εἰώθασιν ἀντὶ τοῦ Φαρμακοποτεῖν, γαλακτοποτεῖν διὰ τὸν ἔαρ etc. H.

x. Medicenturque) Vim medicatam accipiant. H.

[1] vaccinum, quoniam boues omniuorae fere sunt in herbis. Potentia z. earum per quadrupedes etiamnum duobus claris exemplis manifesta fit. Circa Abderam, et limitem, qui Diomedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie: circa Potnias vero et [2] asini.

LIV. 43. Inter *a.* nobilissimas aristolochiae nomen *b.* dedisse grauidae videntur, quoniam esset *ἀρίστη c. λεχούσαις.* Nostri *d.* malum terrae vocant, et quatuor genera eius [3] seruant. Vnum *e.* tube-

1. lac vaccinum. M. 2. Sic ex MSS. H. et Ch. vero asini Gr. et Al. 3. obseruant. Dal.

y. Bibunt) Theophr. Πίνουσι δὲ τὸ βόειον· δοκεῖ γὰρ πολυνομώτατον καὶ παμφαγώτατον πάντων ἡ βοῦς. H.

z. *Potentia*) Herbarum scilicet, non dictamni. H.

a. Inter nobilissimas, etc.) Lege: *Inter nobilissimas aristolochiae nomen dedisse grauidae videntur, quoniam est* ἀρίστη λοχείαις, vel ἀρίστη λοχοῖς. Vide *Salmas.* 717. a.

b. Nomen dedisse grauidae videntur) Victorius c. 3. VI. quaerit, nec abs re, quid sibi velit Cicero L. I. de diuinatione, quum ait, Aristolochiam ad morsus serpentium posse, quae ex inuentore nomen reperit, inuentor rem ipsam ex somnio. Canterus cap. 14. I. tradit ex scholiaste Nicandri, Aristotelem scripsisse, herbam illam a muliere inuentam. Idem et Brod. cap. et L. II. *Dal.*

c. Ἀρίστη) Diosc. III. 4. Ἀριστολοχία ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἄριστα βοηθεῖν ταῖς λοχοῖς. *Ex eo nomen accepit, quod optime puerperis opitulari credatur.* Auctor est Tullius, de Diu. I. a muliere inuentrice nomen habere. Fauet et Nicandri Schol. in Ther. Ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρηκέναι. H.

d. Nostri) Apul. c. 19. *A Graecis dicitur Aristolochia ... Itali terrae malum, Daci absinthium rusticum.* Diosc. in Noth. p. 451. Σικελοὶ δὲ χαμαίμηλον, Ἰταλοὶ τέρρα μάλα. Nunc retinet in officinis nomen, et in vulgo, *Aristolochiae*, ou *Aristoloche.* H.

e. Vnum tuberibus radicum) Radicis non *radicum*, in an-

tuberibus radicis rotundis, foliis inter maluam et ederam, nigrioribus mollioribusque. Alterum *f.* masculae, radice longa quatuor digitorum longitudine, baculi crassitudine. Tertium *g.* longissimae tenuitatis, [1] radicum vitis, [2] cuius sit praecipua vis, quae [3] clematitis vocatur, ab aliis Cretica. Omnes *h.* colore buxeo, caulibus paruis, flore

Yy 4 pur-

1. *Sic ex MSS. H. radicis vitis. V. vitis nouellae Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. M et Ch. cui. Gr.* 3. *Sic ex MSS. H. elematis Gr. et Al.*

in antiquo exemplari. vt paulo post de plistolochia, *Densis radicis capillamentis.* Pint.

Vnum) Radice in orbem tuberis aut napi modo conglobata. Haec aristolochia prima, rotunda, eademque femina appellata, στρογγύλη, θήλεια καλȣμένη, φύλλα ἔχει κισσοειδῆ, inquit Diosc. III. 4. Foliis inter ederam et periclymenum, inquit Nicand. in Ther. p. 36. A Clusio delineatur, hist. rar. plaut. IV. p. 70. Aristolochia rotunda I. H.

f. Alterum) Quo de genere Diosc. III. 5. Ἡ δὲ μακρὰ ἀριστολοχία, ἄῤῥην καλεῖται, καὶ δακτυλῖτις, etc. Cael. Aurel. Chron. III. 5. Aristolochia longa Clusio. Item dicitur Aristolochia longa prima, pingiturque l. c. Italam a Graeca discrepare scribit Anguillara, Par. XII. p. 191. Verum in Graecia, Apulia, Syriaque nasci. H.

g. Tertium longissimae tenuitatis vitis nouellae, cui sit praecipua vis, quae clematis vocatur) Scribo: *Tertium longissimae tenuitate vitis, cuius sit praecipua vis quae clematitis vocatur*, tum ex eodem exemplari, tum ex Dioscoride L. III. cap. de aristolochia *clematitin* vocante, sicut aliud genus *dactilitin* non dactylium. *Pint.*

Tertium) Diosc. III. 6. Ἔστι δέ τις καὶ τρίτη μακρὰ, ἥτις καὶ κληματῖτις καλεῖται, κλωνία ἔχȣσα λεπτὰ, etc. *Est etiamnum tertia longa, quae et clematitis*, quasi sarmentosa, siue sarmentitia *vocatur, ramulos tenues habet*, etc. Galeno pariter de fac. simpl. med. VI. p. 158. Κληματῖτις εὐωδεστέρα. Et haec a Clusio delineatur l. c. p. 71. H.

h. Omnes) Diosc. III. 4. 5. duo priora genera ait esse

purpureo. Ferunt bacculas paruas, vt [1] capparis. Valent radice tantum. Est *i.* et quae [2] plistolochia vocatur, quarti generis, tenuior, quam proxime dicta, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Hanc *k.* quidam polyrrhizon cognominant. Odor omnium medicatus, sed oblongae radici tenuiorique gratior. Carnosi enim est corticis, vnguentis *l.* quoque nardinis conueniens. Nascuntur pinguibus locis et campestribus. Effodere eas messibus tempestiuum: ita desquamato *m.* terreno seruantur. Maxime tamen laudatur Pontica: et in quocumque genere ponderosissima quaeque, medicinis aptior. Rotunda contra serpentes. Oblonga *n.* tamen in summa gloria

1. *pyros. Diosc. cappari. Ch. Gr. et Al.* 2. *pistolochia*

esse colore buxeo: flore purpureo: fructu piro simili. Piraltro Nicander assimilat, in Ther. p. 36. H.

i. Est) Sic MSS. tum hoc loco, tum in Indice: quasi maximae puerperis opis. Sic Λοχεία Diana cognominatur, *parturientium opitulatrix.* Potest et πιϛολοχία dici, *fidelis puerperis.* Et huius iconem Clusius exhibet l. c. p. 72. Et istud et tria superiora genera vidimus in horto regio. H.

k. Hanc) A densis radicibus. In Indice, *Lochia polyrrhizos.* H.

l. Vnguentis) Aristolochiae tertiae, seu clematiti radices esse crasso cortice vestitas, quae aroma redoleant, priuatimque vnguentariis vtiles ad vnguenta spissanda, auctor est Diosc. III. 6. H.

m. Desquamato terreno seruantur) Derasa terra, qua sordidae et obuolutae extrahuntur. *Dal.*

Desquamato) Derasa, excussaue terra, qua obuolutae ac sordidae extrahuntur. H.

n. Oblonga) In eam sententiam Albertus M. de anim. X. tr. 2. c. 3. p. 318. *Dixerunt quidam de valde expertis, quod si sumatur aristolochiae aureus vnus, et teratur, et conficiatur cum melle, et supponatur in vuluam*

gloria eſt, [1] ſi modo a conceptu admota vuluis in carne bubula, mares *nn.* figurat, vt traditur. Piſcatores Campaniae radicem eam quae rotunda eſt, venenum terrae vocant, coramque nobis contuſam immixta calce, in [2] mare ſparſere: aduolant piſces cupiditate mira, ſtatimque exanimati fluitant. Quae polyrrhizos cognominatur, conuulſis, contuſis, ex alto praecipitatis, radice pota ex aqua, vtiliſſima eſſe traditur: [3] ſemine *o.* pleuriticis et neruis *p.*: confirmare, excalfacere, eadem *q.* [4] ſatyrion eſſe.

 LV. Ve-

1. *etiam modo. A conceptu. M. et ſi modo, etc. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. in mari Gr. et Al.* 3. *Semen pleuriticos et neruos confirmare, excalfacere Eadem ſatyrion eſt Gr. et Al.* 4. *ſaurion. V.*

uam cum lana viridi a mane vſque ad meridiem ieiunanti mulieri: tunc ſi dulceſcit ſaliua eius, concepit maſculum: ſi amaricatur, concepit feminam: Sed ego miror, ſi hoc eſt verum. etc. H.

nn. Mares figurat) Mirum et praeſtigioſum. Arthenogonon potu id praeſtat. *Dal.*

o. Semine pleuriticos et neruos confirmare) Quinque noſtri: *pleuriticis et neruis.* Diſtingue: *Quae polyrrhizos cognominatur, conuulſis, contuſis, ex alto praecipitatis, radice pota ex aqua, vtiliſſima eſſe traditur; ſemine pleuriticis et neruis; confirmare, excalfacere, eadem ſatyrion eſſe.* Sic enim et Voſſ. vt intelligas, *traditur.* Gron.

p. Et) Theod. Priſc. I. 19. *Si telo, aut morſu canum, ſeu ex quolibet caſu neruo vulnerato, quos νευροτρώτους appellamus ... hoc adhibendum erit quod glutinare et curare valeat membra vulnerata ... Ariſtolochiae puluis cum aqua mixtus, hoc idem facit.* H.

q. Eadem ſatyrion eſt) Inepte hoc Plinius. Quidam legunt, *Eadem Gaurion, quaſi tenue et oblongum iaculum. Alii ſatyrion eſſe interpretantur, Venerem concitare.* Alii legendum putant, *eadem ſatyriaſmo medetur.* Dal.

Eadem) Subintellige, traditur. Et Satyrii vim, inquit, ineſſe ei creditur, hoc eſt, vim Veneris concitatricem. Prius legebatur: *ſemine*

LV. [1] Verum et effectus earum vſuſque dicendi ſunt: ordiendumque a malorum omnium peſſimo, id eſt, ſerpentium ictu. Medentur ergo Britannica herba: panaciſque *r.* generum omnium radix e vino, Chironii *s.* flos et ſemen potum, illitumue ex vino et oleo: priuatimque *t.*, quae cunila bubula appellatur: Polemonia *v.* vel Philetaeria radicis drachmis quatuor ex mero: [2] Teucria, *x.* ſideritis *y.*, ſcordotis ex vino, priuatim ad angues, [3] potae et illitae, ſiue ſucco, ſiue folio, ſiue decocto: centaurii *z.* maioris radix drachma in vini albi cyathis tribus: gentiana *a.* praecipue aduerſus angues, duabus drachmis cum pipere et ruta, vini

1. *verum effectus vſuſque.* Ch. 2. *teucrion.* V. 3. *pota et inlita.* Ch.

ſemine pleuriticos et neruos confirmare, excalfacere. Eadem ſatyrion eſt. At MSS. *pleuriticis et neruis, et ſatyrion eſſe.* H.

r. Panaciſque) Dioſc. III. 55. ſq. H.

s. Chironii) Panacis chironii, de quo ſ. 30. Dioſc. III. 57. H.

t. Priuatimque) Diximus, XX. 61. H.

v. Polemonia vel Philetaeria) Opt. *fileteris.* Quatuor alii, *phileteris.* Scribe, *philetaeris.* Φιλεταιρὶς. ab eo qui regni Attalici fundamenta iecit. *Gron.*

Polemonia) Dioſc. IV. 8. et Εὐπ. II. 114. H.

x. Teucria) Siue Teucrion, de quo ſ. 20. Tradit hoc Dioſc. de altera Teucria, quae et chamaedrys dicta eſt, III. 111. et a Plinio XXIV. 80. H.

y. Sideritis) Sideritis Heraclea, de qua ſ. 15. H.

z. Centaurii) Et minoris quoque, teſte Apuleio, c. 35. t. 1. *Ad viperae morſum: Herbae centauriae minoris puluer in vino exhibitus, aut ipſa piſata in vino veteri, et potui data, validiſſime proficit.* Plin. Val. III. 57. *Centauriae radix pondere denarii in tribus cyathis vini bibitur,* aduerſus ſerpentium morſus ſcilicet. H.

a. Gentiana) De gentianae temperamento ad venenatarum beſtiarum morſus, haec totidem verbis Dioſc. III. 3. H.

vini cyathis ſex, ſiue viridis, ſiue ſicca. Et *b.* Lyſimachiae odorem [1] fugiunt. Datur ex vino percuſſis chelidonia. Morſibus *c.* imponitur Vettonica praecipue: cui *d.* vis tanta perhibetur, vt *e.* incluſae circulo eius ſerpentes, ipſae ſeſe interimant flagellando. Datur *f.* ad ictus ſemen eius denarii pondere cum tribus cyathis vini: vel farina drachmis tribus ſextario aquae imponitur. [2] Cantabrica, dictamnum, ariſtolochia *g.*: radicis drachma in vini hemina [3] ſaepius bibenda. Prodeſt et illita ex aceto: ſimiliter [4] pliſtolochia. Quin et omnino ſuſpenſa ſupra focum fugat e domibus ſerpentes.

LVI. I. (IX.) Argemonia *h.* [5] quoque, radice eius denarii pondere in vini cyathis tribus pota. Plura de ea conuenit dici, ceteriſque quae primum nominabuntur: in eo autem genere medendi [6] primum nominari quamque, in quo maxime va-

1. *fugiunt ſerpentes. V.* 2. *Cantabriae, dictamni, ariſtolochiae. V.* 3. *ſed ſaepius. Ch.* 4. *piſtolochia Gr. et Al.* 5. *quoque. Radix. V.* 6. *primum conuenit nominari. Alii.*

b. Et) Dioſc. IV. 3. H.

c. Morſibus) Dioſc. IV. 1. Plin. Val. l. c. V.

d. Cui vis tanta perhibetur) Scribo ex vetere codice: *cuius tanta perhibetur vis.* Pint.

e. Vt incluſae circulo, etc.) Nihil Dioſcor. Mirum tamen id et adnotandum. *Dal.*

Vt) Simile eſt quod de fraxino retulit, XVI. 24. H.

f. Datur) Dioſc. IV. 1. H.

g. Ariſtolochia) Plin. Val. III. 57. *Ariſtolochiae radix pondere denarii in vini hemina ſaepius bibitur: et ipſa ex aceto contrita imponitur plagae.* Sic etiam Apuleius c. 19. de ariſtolochia tit. 5. et Theophr. Hiſt. IX. 13. H.

h. Argemonia) Apul. c. 31. t. 5. *Ad morſum ſerpentis, et ſcorpionis percuſſum: Herba argemonia drachmis duabus in vini cyathis duobus potui data, mire diſcutit venenum.* Egimus de ea XXI. 94. H.

me valebit. [1] Folia *i.* habet, qualia anemone, diuisa apii modo, caput in cauliculo papaueris siluestris, item radicem. Succum croci colore acrem et acutum. Nascitur et in aruis apud nos. [2] Nostri tria *k.* genera eius faciunt, et id demum probant, cuius radix thus redoleat.

LVII. 2. Agaricon *l.* vt fungus nascitur in arboribus circa Bosphorum, colore candido. Datur *m.* obolis quatuor contritum cum binis cyathis aceti mulsi. Id *n.* quod in *o.* Gallia nascitur, infirmius habetur. Praeterea mas spissior, [3] amariorque.

1. Folia habet diuisa anemomo similia, vt et caulem: florem puniceum: caput papaueris syl. rotundam radicem. Ex Diosc. correcto. 2. Nostri, in Ch. d. 3. maiorque. M. rotundior. Diosc.

i. Folia) Haec totidem verbis Diosc. II. 208. et Oribas. XI. 190. Ἀργεμώνη, ὅλον μὲν ἐστιν ὅμοιον ἀγρίᾳ μήκωνι, τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνῃ, etc. H.

k. Tria genera eius faciunt) Dioscorides vnicum tantum facit. Plinius supra anemonem dixit et argemonem vocari, quamuis falso, c. 23. L. XXI. Secundum genus hoc est. Idem c. 19. L. XXIV. lappam canariam, cuius radix iucundum odorem thuri similem spirat, argemonem quoque nuncupari tradit. Hoc est tertium genus. Idem c. 9. L. XXVI. inguinariam etiam argemonem appellari testatur. Quartum id genus statui potest. *Dal.*

l. Agaricon) Diosc. III. 1. ab Agaria Sarmatiae regione deduci id nomen putat. H.

m. Datur obolis IV. contritum) Scribendum, *Dantur oboli IV. contrita.* et mox paulum *infirmum* non *infirmius* ex eodem. *Pint.*

Datur) Plin. Val. c. 57. ad serpentium morsus: *Agarici oboli quatuor in duobus cyathis aceti mulsi propinantur.* H.

n. Id) Plinius XVI. 13. *Galliarum glandiferae maxime arbores agaricum ferunt:* maxime vero larices, vt ibi diximus. H.

o. In Gallia nascitur) Galatia, Diosc. Plurimum certe in Alpibus Galliam ab Italia

riorque. *p.* Hic et capitis dolores facit. Femina ſolutior, initio *q.* guſtu dulcis, mox in amaritudinem tranſit.

LVIII. 3. Echios *r.* vtriuſque generis: pulegio ſimilis foliis [1] coronata: drachmis duabus ex vini cyathis quatuor datur. Item *s.* altera, quae lanugine diſtinguitur ſpinoſa, [2] cui *t.* et capitula vipe-

1. coronaria. V. carinata. Ch. *2. cui et ſemina capiti viperae ſimilia ſunt.*

Italia diuidentibus naſcitur. *Dal.*

p. Amariorque) Ita R. 2. In R. 1. *maiorque*, minus recte. H.

q. Initio) Haec de vtroque, mare et femina, Dioſc. l. c. Galenus item de fac. ſimpl. m. VI. p. 150. H.

r. Echios) Cap. 15. L. XXIX. clematis echites dicitur, quod vtilis ſit viperarum et ſerpentium morſibus. At quum ea duplex ſit, altera daphnoides, et ea rurſum duplex, haec floris purpurei, illa candidi, vel punicei, vtraque folio coronis expetita, altera acerrimi guſtus, per ſepes et arbores repens: de duplici daphnoide intelligenda ſunt haec Plinii verba, non de altera, quam flammulam Officinae vocant. Poteſt et non abſurde intelligi echios vtriuſque generis, clematis daphnoides ſatiua, et ſilueſtris. Vtraque enim paſſim reperitur. *Dal.*

Echios) Serpentium morſibus, inquit, opitulatur echios vtriuſque generis: hoc eſt, ea quae pulegio ſimilis ... Item altera etc. Priorem hanc ocimum illud eſſe ſilueſtre cenſent herbarii eruditi, de quo egimus XX. 48. Plinius ibidem: *Silueſtri ocimo vis efficacior ... contraque beſtiarum morſus e vino radice efficaciſſima.* H.

s. Item) Echium vulgare Cluſii, hiſt. rar. pl. V. p. 143. Bugloſſum noſtri vocant, *Bugloſe.* Borraginem, ſchola Salernitana, vt diximus, ſ. 40. H.

t. Cui) Semina, Nicand. in Ther. p. 44. cum Schol. p. 4. Dioſc. IV. 27. Ἔχιον ... τὰ μὲν φύλλα ἔχει προμήκη ... πρὸς τὰ τῆς ἀγχούσης ... τὰ δὲ ἄνθη παρὰ τὰ φύλλα πορφυροειδῆ, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ ὁ καρπὸς κεφαλῇ ἔχιος ὅμοιος. *Echion ... folia habet oblonga ... anchuſae proxima ... flores ſecun-*

viperae ſimilia ſunt, haec ex vino et aceto. Quidam *v.* [1] echion perſonatam vocant, cuius folio nullum eſt latius, grandes lappas ferentem. Huius radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoſcyamum contuſum cum foliis ex vino datur peculiariter contra aſpidas.

LIX. 4. Nulla tamen Romanae nobilitatis plus habet, quam hierabotane. Aliqui *x.* periſtereona, noſtri verbenacam vocant. Haec *y.* eſt, quam legatos ferre ad hoſtes indicauimus. *z.* Hac *a.* Iouis

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. arcion Gr. et vulgg.*

ſecundum folia purpureos, in quibus ſemen eſt viperae capitulo ſimile. Addit demorſis a ſerpente opitulari e vino. H.

v. Quidam) Vide N. et Em. N. XII. (paulo poſt) Alia non eſt haec perſonata, quam lappa maior, de qua egimus XXI. 64. *Quidam)* Ita reſtituimus, tum auctoritate codicum MSS. R. Colb. Ch. tum Parmenſis etiam editionis: quibus et Index ſuffragatur, in quo ea ex ordine deſcribenda promittit, quae nunc perſequitur: LVI. *de argemonia*, IV. LVII. *de agarico*, XXXIII. LVIII. *Echio*, *genera*, II. LIX. *Hierabotane* etc. Ipſa etiam argumenti ratio, in quo nunc Plinius habitat, apertiſſime ita legi poſtulat. Quum enim de echio proxime ante egerit, ex occaſione ad perſonatam tranſit, quod echii nomine olim eo quoque venerit. Prius in editis legebatur, *quidam arcion*: tranſducta huc ſcilicet e ſ. 66. ea voce, quae perſolutae propria eſt, non perſonatae. H.

x. Aliqui) Dioſc. IV. 61. Ἱερὰ βοτάνη, οἱ δὲ περιστερεῶνα ἐκάλεσαν, etc. Gallis, *Vervaine.* A Cluſio pingitur IV, p. 45. Apulei. c. 3. *Periſtereona, hoc eſt, columbinam.* Eſt enim Graecis columba, περιστερά. Vide quae dicturi ſumus XXVII. 6. H.

y. Haec) L. XXII. 3. H.

z. Indicauimus) Cap. 2. L. XXII. Vide quae ibi notata ſunt. Dioſcorides ad amuleta et purificationes ſiue expiationes adhiberi ſolemne fuiſſe tradit. *Dal.*

a. Hac Iouis menſa veritur) Iouis Dapalis, τοῦ εἰλαπινάστου, cui cubanti in lectulo,

Iouis mensa verritur, domus *b.* purgantur lustranturque. Genera eius duo sunt: foliosa, quam feminam

ctulo, cum Iunone et Minerua sedentibus in sellis, septemuiri epulones sacram mensam exstruebant in Capitolio, et apparatum conuiuii splendidum ac magnificum apponebant. Arnob. L. II. Iouis Dapalis meminit etiam Cato Lib. de re rust. *Dal.*

Hac Iouis) Magna in templis sacrisque gentilium, vsus mensarum fuit. Festus: *Mensae in aedibus sacris ararum vicem obtinebant.* Hinc Tullius or. de arusp. resp. aras, mensas, focosque coniungit. In mensis sacris sacra fiebant, ac res diuinae. Aureas argenteasque fuisse discimus ex Val. Max. I. 12. Tullioque de N. D. III. Marmoreas, ex eodem, in Verrem. Proprio autem vocabulo, teste Festo, *Anclabris mensa ministeriis diuinis apta* nominatur. Quibus verrendi eas munus obtigit, euerriatores crediderim appellatos: qua voce a Festo signari alios intelligo, qui domum purgarent, ex qua mortuus ad sepulturam efferendus esset, certo scoparum genere adhibito, ab extra verrendo. Vt porro Iouis, sic et aliorum Deorum peculiares mensae fuere: inprimis Iunonis: quae Curiales nominatae sunt, auctore Festo, *quod Iuno Curis est appellata.* H.

b. Domus) Lustrationes, caerimoniae fuere, quibus se a noxis purgare, mala auertere, Numen placare nitebantur. Domus, si funus in illis fuisset: vrbes, si prodigia nunciata, si triste aliquod auerrucandum omen: homines ipsi, tum aliis caussis, tum vero in primis si caede se polluissent, purgabantur, lustrabanturque. De domibus testis Plinius, Festusque, verbo *Euerriator.* De vrbibus quoque ipsis Plinius X. 17. Lucanus I. apud quem Aruns vates: *Mox iubet et totam pauidis a ciuibus vrbem Lustrari, et festo purgantes moenia lustro, Longa per extremos pomoeria cingere fines,* etc. Homines a caede praesertim, Plin. XV. 40. vbi laurum docet esse suffimentum caedis et purgationem: similiterque Festus, verbo *Laureati: Laureati milites sequebantur currum triumphantis, vt quasi purgati a caede humana intrarent vrbem. Itaque eamdem laurum omnibus suffitionibus adhiberi soli-*

minam putant: mas rarioribus foliis. Ramuli vtriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora, quam quercus, angustioraque, diuisuris maioribus, flos [1] glaucus, radix longa, tenuis.

1. *purpureus.* *Diosc.*

solitum erat, vel quod medicamento siccissima sit: vel quod omni tempore viret, vt similiter respublica vireat. Quin et exercitus lustrari mos fuit, quem Liuius XL. fuse describit. Dii porro varii in lustrationibus culti: Iupiter τροπαῖος, Apollo ἀποτροπαῖος, hoc est, depulsor malorum: Hercules ἀλεξίκακος, Iuno etiam, Venus Cluacina, hoc est, purgatrix, vt dictum est XV. 36. A sacerdotibus lustratio saepe peracta: etiam et a mulierculis. Ouidius: *Et veniat quae lustret anus lectumque, locumque:* etc. Etiam se ipsi quandoque lustrabant. Sic Aeneas: *Donec me flumine viuo Abluero.* Lustrationum denique multiplices ritus 1. Circumactio, siue circumlatio. Quod enim rei lustrandae admouebant, id in orbem ducebant. Hinc illud Maronis, Aen. VI. *Socios pura circumtulit vnda.* Hoc est, *purgauit*, vt ait Seruius: *Nam lustratio dicta est a circumlatione vel tedae, vel sulphuris.* Hanc religionem et villaribus inesse gallinis, vt se circumactae purificent, credidit Plinius X. 57. et Aristoteles, vt ibi monuimus, H. A. VI. 3 p. 650. vbi de περικαρφισμῷ gallinarum, 2. Aspersio, quae in lustrationibus praecipuas partes obtinuit. E lauro fiebant aspergilla: Testis Theophr. in char. tit. de superstitione: Ouid. Fast. V. *Vda fit hinc laurus, lauro sparguntur ab vda Omnia quae dominos sunt habitura nouos:* etc. Idcirco adhiberi solita in purificationibus a Plinio dicitur, XV. 40. 3. Fumus et suffitus, siue sulphure, tedisque accensis, siue herbis. De sulphure dicemus suo loco, XXXV. 50. Inter herbas principem tenuit locum verbena: de qua Virgil. in Ecl. 8. *Verbenasque adole pingues.* Myrtus denique, quae et verbena idcirco myrtea appellata est, XV. 37. nam quaeuis virgulta religioni, suffituique apta, verbenae dicebantur. Tum laurus, vt ex allatis Plinii, Festique testimoniis, atque adeo aliis, palam est. De sabina pariter herba, de rore ma-

nuis. Nascitur vbique in planis aquosis. Quidam *c.* non distinguunt, [1] sed vnum omnino genus faciunt, quoniam eosdem effectus habeat. Vtraque *d.* sortiuntur Galli, et praecinunt responsa. Sed Magi vtique circa hanc insaniunt. Hac perunctos impetrare quae velint; febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Colligi circa Canis ortum debere, ita vt ne Luna aut Sol conspiciat; fauis ante et melle terrae ad piamentum datis. Circumscriptam ferro effodi sinistra manu, et in sublime tolli. Siccari in vmbra separatim folia, caulem, radicem. Aiuntque, *e.* si aqua spargatur triclinium, [2] qua maduerit, laetiores *f.* conuictus fieri. Aduersus *g.* serpentes conteritur ex vino.

LX. 5. Est *h.* similis verbasco herba, quae saepe fallit pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Haec abiecta blattas *i.* in se

1. *et. Ch.* 2. *qua madefacta fuerit. Alii.*

re marino, ac ceteris, quae in hos adhibentur vsus, diximus suis locis. H.

c. Quidam) Vt Dioscorides. H.

d. Vtraque sortiuntur Galli) Vel sortes et oracula reddunt, vel iudicia instituunt. Virgilius: *Nec vero hae sine sorte datae, sine iudice sedes.* Dal.

Vtraque) Vtramque adhibent in sortibus, vt futura praenuncient. H.

e. Aiuntque) Diosc. l. c. H.

f. Laetiores conuictus fieri) Id est, quod Plutarchus scribit initio συμποσιακῶν, οἱ μὲν ἐν τὰ βούγλωσσα καταμιγνῦντες εἰς τὸν οἶνον, καὶ τοῖς ἀποβρέγμασι περιῤῥαίνοντες τὸν τῶν δειπνούντων ... ἀδιάντων ῥαίνοντες, etc. *Dal.*

g. Aduersus) Diosc. l. c. H.

h. Est) Sane verbasculum herbarii quidam etiamnum vocant. Blattaria est flore albo, quam Lobelius delineat in Obss. p. 304. Vidimus in horto regio. Verbascum aurei floris, φλόμον χρυσοειδῆ, appellat Diosc. IV. 104. H.

i. Blattas in se contrahit) *Blattas in semen trahit*, in codice veteri legitur: vt forte

in se contrahit, ideoque Romae [1] blattaria vocatur.

LXI. 6. [2] Lemonium *k.* succum lacteum mittit, concrescentem gummi modo, humidis locis. Datur denarii pondus in vino.

LXII. 7. Quinquefolium *l.* nulli ignotum est, quum etiam fraga *m.* gignendo commendetur: Graeci vocant pentapetes *n.*, [3] siue pentaphyllon. Quum

1. *Sic ex MSS. em H. et Ch. blattariam vocant Gr. et Al.* 2. *Leumonia. V.* 3. *pentapetes siue chamaezelon, siue pentaph. Gr. et Al. chamaemelon. V. aut camolen. Ch.*

forte scribendum sit, *Blattas in semet trahit.* Pint. *Blattas in se contrahit)* Idem scribit Diosc. de verbasco siluestri. *Dal.*

k. Lemonium succum, etc.) Vide supra cap. 2. XXII. Plinius scolymum leimoniam vocari putauit, ac ideo de leimonio id scripsit. Vide quae notata sunt cap. 7. sequentis libri de silybo. Scolymum cuius radix lacteo succo manat, et in cibos cruda coctaque recipitur, describit Anguillara L. VIII. *Dalec.*

Lemonium) Λειμώνιον, quoniam in pratis prouenit, ἐν λειμῶσι, humidisque locis. Diosc. IV. 16. In quibusdam MSS. *molemonium* inepte legitur. Est beta siluestris, de qua XX. 28. H.

l. Quinquefolium) *Quinte-feüille.* Marc. Emp. c. 12. p. 93. *Quinquefolium in quo fraga nascuntur*, etc. Et quinquefolium quidem fragiferum a Clusio pingitur Hist. rar. pl. V. p. 107. visum a nobis in horto Regio. Quare hic temere Plinium Dalecampius inconsiderantiae arguit. H.

m. Fraga gignendo commendetur) Incogitanter foliorum similitudine deceptus Plinius, cum pentaphyllo, quod edulem fructum nullum gignit, miscet herbam fraga ferentem, folio sane diuersam a pentaphyllo, quum huic triplex tantum sit, pentaphyllo vero quincuplex. *Dalec.*

n. Pentapetes) Πενταπετὲς Diosc. in Noth. p. 465. et Nicandro in Ther. p. 60. πενταπέτηλον, vtrumque a foliorum numero, in quae se pandit et extendit: ἀπὸ τοῦ πετάζειν, quod est extendere. Sic et πεντάφυλλον.

Quum *o.* effoditur, rubram habet radicem. Haec inarefcens, nigrefcit et [1] angulofa fit. Nomen a numero foliorum [2] habet. Et *p.* ipfa herba incipit et definit cum vite. Adhibetur *q.* et purgandis domibus.

LXIII. 8. Aduerfus ferpentes bibitur et *r.* eius radix, quae fparganion vocatur, ex vino albo.

LIV. 9. Dauci *s.* genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quae perfequi nihil attinet, quum fint differentiae duae: [3] Probatiffimi *t.* in *v.* Creta, mox

1. *quadrangula. Th.* 2. *habet. in Ch. d.* 3. *Sic ex MSS. H. Probatiſſimum, etc. natum. V. probatiſſimae Gr. et Al.*

λον. Χαμαίζηλον humi depreffum ac repens fonat. H.

o. Quum) Sic Theophr. Hift. IX. 14. Ἡ δὲ τοῦ πενταφύλλου ἢ πενταπέτου..., ὀρυττομένη ἐρυθρά. ξηραινομένη δὲ μέλαινα γίνεται, καὶ τετράγωνος. H.

p. Et) Theophr. l. c. H.

q. Adhibetur) Diofc. IV. 42. Τέμνεται δὲ καὶ πρὸς καθαρμοὺς, *Inciditur ad expiationes, luſtrationeſque.* H.

r. Et eius) Et eius herbae radix. Caue enim cum Indicis Pliniani concinnatoribus, qui hactenus fuere, ad quinquefolium ifta fpectare exiftimes, vt eius radix fparganion vocitetur. De fparganio, ceu peculiari herba, tum index operi huic praefixus, tum Diofcorides IV. 21. Σπαργάνιον ... δίδοται ἡ ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς σὺν οἴνῳ θηριοδήκτοις. Butomos haec Theophrafti eft, cuius ille meminit Hift. IV. 11. Pingitur a Lobelio, in Obff. p. 41. Platanaria a Dodonaeo appellatur, p. 591. Vidimus in horto Regio. H.

s. Genera quatuor) Tria Diofcorid. Diocles vero libro de falubribus quartum addidit, nempe ftaphylinum. *Dalec.*

Dauci) Schol. Nicandri in Ther. p. 10. Δαῦκόν ἐστι ῥίζιον, παρόμοιον σταφυλίνῳ... εἰσὶ δὲ δύο γένη τῆς δαύκου. ἡ μὲν Κρητική, ἡ δὲ Ἀσιατική. Ὁ δὲ Πλούταρχος πλείονα μέν φησιν αὐτῶν γένη εἶναι, *Daucus eſt radicula ſimilis paſtinacae... Sunt autem genera duo: Creticum et Aſiaticum. Plutarchus etiam plura agnoſcit.* H.

t. Probatiſſimae in Creta) Scribo, *probatiſſimi* ex eodem,

mox in Achaia, et in ficcis vbicumque nati, feniculi fimilitudine, candidioribus foliis et minoribus hirfutifque: caule pedali recto, radice fuauiffimi guftus et odoris. Hoc in faxofis [1] meridianis. Reliqua *x.* genera vbique nafcuntur terrenis collibus limitibufque, nec nifi pingui folo, foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, faepe pluribus quam ternis, radice lignofa: [2] et quum inaruit fuperuacua. Semen huius cumino fimile: prioris *y.*, milio: album, acre, odoratum omnibus, et feruens. Secundum *z.* priore vehementius eft, ideoque parce fumi debet. Si *a.* iam maxime [3] tertium *b.* genus facere libeat, eft fimile ftaphylino, quod paftinacam erraticam appellant, femine oblongo, radice dulci. Omnia haec hieme et aeftate *c.* funt

1. *faxofis nafcitur mer. Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. fed quum Gr. et Al.* 3. *quartum Diofc.*

dem, et fequitur confeftim, *et in ficcis vbicumque nati.* Pint.

Probatiffimi) Haec primi Dauci differentia, qui Creticus, Achaicufque cognominatur, Diofc. III. 83. Creticus: Theophr. Hift. IX. 22. Patrenfis ex Achaia: Δαῦκον τὴν Πατρικὴν τῆς Ἀχαΐας. Defcribitur iifdem notis a Diofc. l. c. Pingitur a Matthiolo in Diofc. l. p. 779. Vidimus in horto regio. H.

v. In Creta) Theophrafto cap. 15. L. IX. hift. in agro Patrenfi: at cap. 22. in agro Spartano Achaiae. *Dalec.*

x. Reliqua) Quae coriandri, apiiue folio conftant. Ex hoc eft numero daucus felinoides fecundus Lobelii in Obff. p. 414. Matthioli in L. III. p. 780. H.

y. Prioris) Cretici. H.

z. Secundum) Quod felinoides appellauimus: quod apii, et quod coriandri folio eft. H.

a. Si) A duobus proxime appellatis diuerfum, Carotae nomine vulgo notum, de quo egimus XIX. 27. H.

b. Tertium genus, etc.) Imo quartum. Vide cap. 5. L. XIX. *Dalec.*

c. Aeftate funt, etc.) Quum caeli feruor ad pabula viridia quadrupeda incitat. *Dal.*

sunt intacta quadrupedi, nisi post *d.* abortus. Ex *e.* aliis vsus seminis: [1] ex *f.* Cretico, radicis est: magis ad serpentes bibitur e vino drachma vna. Datur et quadrupedibus percussis.

LXV. 10. Therionarca *g.* alia quam Magica, et in nostro orbe nascitur fruticosa, foliis subuiridibus, flore roseo: serpentes [2] necat: cuicumque *h.* admota ferae, [3] et *i.* haec torporem affert.

LXVI. 11. Persolata *k.*, quam nemo ignorat,

 Grae-

1. *Sic ex MSS. H. ex Cretico et radicis et succi. V. ex Creta radicis dulcis, et magis ad serpentes est. Bibitur Gr. et vulgg.* 2. *necat cuicunque admota fuerit. Et haec. V. necat: et cuicunque admota ferae torporem adfert, etc. V. alii.* 3. *et huic. V. alii.* 4. *Persolatam, etc. Graeci arcion. V.*

d. Post abortus) Tum enim daucum edunt, vt secundas eiiciant. *Dal.*

Nisi) Ad partus mortuos expellendos, vel secundas eiiciendas. Diosc. III. 83. H.

e. Ex aliis vsus seminis. Ex Creta radicis dulcis) Scribendum *Cretico*, non *Creta*: et dictio illa *dulcis* redundat ex eodem recte. *Pint.*

f. Ex Creta radicis dulcis et magis) Chiflet. Voss. *ex Cretico radicis et magis.* Sed et Voss. *ad serpentes bibitur,* sine τῷ est. Scribe: *Ex aliis vsus seminis, ex Cretico radicis est. Magis ad serpentes bibitur e vino drachma vna.* Acad. et Gud. *Ex Creta ducis et magis.* And. et Men. *Ex Creta dulcis et magis.* Gr.

g. Therionarca) Herbariis incognitt. H.

h. Cuicunque admota fuerit ferae et haec, etc.) Sensus est, eam vim huic quoque therionarchae inesse, quam magicae illi supra memoratae, vnde et nomen vtrique commune, θηριονάρκη, ac si dicas, fere torpor. *Gelen.*

i. Et) Et huic vis eadem, inquit, quae Magicae, de qua XXIV. 102. vnde et nomen vtrique commune, θηριονάρκη, ac si dicas, ferae torpor. H.

k. Persolata) Officinarum Petasites Matthiolo: tamen haec descriptio prorsus eadem est cum historia persolatae apud Dioscor. Hoc ipso capite de hac iam Plinius tractauerat. Vide c. 33. L. XXI. *Dal.*

Per-

Graeci *l.* vero arcion vocant, folia *m.* habet maiora etiam cucurbitis et hirſutiora, nigrioraque et craſſiora, radicem albam et grandem. Haec *n.* ex vino bibitur denariorum duûm pondere.

LXVII. 12. Item *o.* cyclamini radix contra ſerpentes omnes. Folia *p.* habet minora, quam edera, nigri-

Perſolata) In magno haec eſt ambitu nominum. Apuleius enim c. 36. *Graece*, inquit, *proſopites aut proſopes vocata eſt ... Itali perſonaciam.* Dioſc. IV. 187. Ἄρκειον, οἱ δὲ προσωπίδα, οἱ δὲ προσώπιον καλοῦσι. Et in Nothis: Ῥωμαῖοι περσονάκεαν, οἱ δὲ λάππαμ. Sed haec poſtrema verba merito inter notha ſeu ſpuria cenſentur, quum ad perſonatam illa ſpectent, de qua. ſ. 58. non ad perſolatam: haec enim lappas nullas habet, perſonata plurimas: caulem haec habet, perſolata non habet. Eodem in errore verſatus Apuleius videtur, l. c. Petaſites haec officinarum eſt: pediculus ſcilicet cubito maior, craſſitudine pollicis, a quo praegrande folium galeri modo amplum, vt fungus, dependet. Petaſites a petaſo pileum ſignificante, nomen traxit apud Graecos, apud quos Petaſati Caſtor et Pollux dicuntur: nec aliud in Mercurio petaſus eſt, quam galerus. Tantae amplitudinis folium eſt, vt et caput ab inſolatu et pluuiis vindicare poſſit: inde perſolatae nomen. Pingitur a Dodonaeo p. 487. Vidimus in horto Regio. H.

l. Graeci) Etiam et ἄρκτιον, apud Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 159. H.

m. Folia) Totidem verbis Dioſc. IV. 107. Galenus l. c. H.

n. Haec) Apul. c. 36. t. 1. quamquam is ibi, vt diximus, perſonatam cum perſolata miſcet. Dioſc. l. c. drachmae vnius tantum pondus adhibet. H.

o. Item) Dioſc. II. 194. H.

p. Folia) Dioſc. l. c. etſi minus accurate quam Plinius. Nunc mutata interpolatione ineruditorum voce, partim *cyclamen*, partim *panem porcinum* noſtra aetas appellat: Sunt et qui S. Claudii indigitent, *Saint Claude.* Vidimus folio maculato cyclaminum in horto regio, qualis a Cluſio deſcribitur II. p. 264. tit. *Cyclamini odorati varietas.* H.

nigrioraque et tenuiora: ſine angulis: in quibus albicant maculae. Caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, vt rapum videri poſſit, cortice nigro. Naſcirur in vmbroſis: a [1] noſtris tuber terrae vocatur: in omnibus ſerenda domibus, ſi verum eſt, vbi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum *pp.* vocant. [2] Narrant et *q.* ebrietatem repraeſentari addita in vinum. Radix *r.* ſiccata, ſcillae modo conciſa, reponitur: decoquitur eadem ad craſſitudinem mellis. Suum *s.* tamen venenum [3] ei eſt: traduntque, ſi praegnans [4] radicem tranſgrediatur, abortum fieri.

LXVIII. 13. Eſt *t.* et altera cyclaminos

Zz 4 cogno-

1. *noſtris. Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. et M. narrantque Gr. et Al.* 3. *ineſt ei. M.* 4. *radicem eam tranſgr. Cb.*

pp. Amuletum vocant) Graecis περίαπορον, ſiue φυλακτήριον et ἀμυντήριον. Amuleta Varroni VI. de lingua Latina, et Feſto, *proebia*, vel vt Scaliger acute correxit, *proebra* dicuntur, quemadmodum inebras aues nominarunt, quod prohibeant ne quid noceat. Amuletum faſcinus pueris fuit: turpicula res, vt ait Varro, nempe imago pudendi virilis appenſa collo: vnde Plauto praefiſcine, bono omine, ἀβασκάντως. In Aulul — *ſequere hac ergo Praefiſcina, etc.* Bonis auibus. Titinnius in Setina: *Paula mea, amabo, pol tu ad laudem addito praefiſcini, Ne puella faſcinetur.* Graeci, amuleta etiam βασκάνια nominarunt, et ἀλεξίφθονα. Pro amuleto Satyrica ſigna in hortis ponuntur ſupra c. 4. L. XIX. Vide cap. 4. XXVIII. vlt. 36. 49. L. XI. 2. 7. *Dalec.*

q. Ebrietatem) Statim induci. Μεθύσκει δὲ οἴνῳ μιχθεῖσα. Dioſc. l. c. cum Theophr. Hiſt. IX. 10. H.

r. Radix) Dioſc. l. c. H.

s. Suum) Dioſc. l. c. totidem verbis. Simile eſt, quod Theophraſtus habet, Hiſt. IX. 10. ad accelerandum partum vtile eſſe cyclamini radicem adalligari, εἰς ὠκυτοκίον. H.

t. Eſt) Totidem verbis Dioſc. II. 195. Κυκλάμινος ἑτέ-

cognomine [1] ciſſanthemos, geniculatis caulibus, ſuperuacuis, a priore diſtans, circa *v.* arbores ſe voluens, [2] acinis ederae, ſed mollibus, flore candido, ſpecioſo, radice *x.* ſuperuacua. Acini tantum in vſu, guſtu acri, ſed *y.* [3] lenti. Siccantur in *z.* in vmbra, tuſique diuiduntur in paſtillos.

LXIX. 14. Mihi et tertia cyclaminos demonſtrata eſt, cognomine chamaeciſſos, vno omnino folio, radice ramoſa, qua piſces necantur.

LXX. 15. Sed inter *a.* primas celebratur peucedanum, laudatiſſimum [4] in *b.* Arcadia, mox Samothrace. [5] Caulis *c.* ei tenuis, longus, feniculo

1. *κισσόφυλλος. Dioſc. ederae, mollibus. Th.* 2. *acinis vuae ſimilibus, ac* 3. *lento. Dioſc.* 4. *Sardinia. Dioſc.* 5. *Sic ex MSS. H. caulis eſt ei. Gr. et Al.*

ἑτέρα, ἣν ἔνιοι κισσάνθεμον, ἢ κισσόφυλλον καλοῦσι. φύλλα ἔχει κισσῷ ἐοικότα, etc. Hanc Ruellius II. p. 413. male confundit cum vua taminia, de qua nos egimus XXI. 50 et XXIII. 14. Eſt Dodonaei Dulcamara, p. 398. A ſimilitudine cum folio et flore ederae Graeca nomina ea accepit. H.

v. Circa) Viticularum et capreolorum more: ἑλικοειδῶς. Dioſc. l. c. H.

x. Radice) Ῥίζα ἄχρηστος, *nullius vſus.* H.

y. Sed) Dum manduntur viſcoſi ac lubrici. Καρπὸς δὲ γλισχρός. Dioſc. l. c. H.

z. In vmbra) Seruandum: nam in ſole euaneſcit. Dioſcor. *Dalec.*

a. Sed inter) Noſtri, *Queüe de pourceau*: officinae pleraeque, Feniculum porcinum appellant. Graecis πευκέδανος, quaſi pinaſtellum, a πεύκη. Iconem vide apud Lobelium, in Obſſ. p. 453. et apud Dodon. p. 314. Ipſum in horto Regio vidimus. H.

b. In) Dioſc. III. 92. quem Serapion, Oribaſius et Apuleius c. 94. ſequuti ſunt: ἐν Σαρδονίᾳ. dixit, καὶ Σαμοθράκῃ. H.

c. Caulis eſt ei tenuis) Voſſ. *Caulis et tenuis.* Alii omnes: *Caulis eſt tenuis.* Fuit ab auctore: *Caulis ei tenuis. Gr. Caulis)* Totidem verbis Dioſc. l. c. H.

culo similis, iuxta terram [1] foliosus, radice nigra, crassa, graui odore, succosa: [2] gignitur in montibus opacis: foditur exitu autumni. Placent *d.* tenerrimae et altissimae radices: Hae *e.* conciduntur in quaternos digitos [3] osseis cultellis, funduntque succum [4] in vmbra, capite prius et naribus rosaceo perunctis, ne *f.* [5] vertigo sentiatur. Et *g.* alius succus inuenitur caulibus adhaerens, incisisque manat. Probatur [6] crassitudine mellea, colore rufo, odore *h.* suauiter graui, feruens gustu. Et hic in vsu, et radix, et decoctum eius, [7] plurimis medicamentis. Succo tamen efficacissimo, qui *i.* resoluitur amaris amygdalis aut ruta, bibiturque contra serpentes, et *k.* ex oleo perunctos tuetur.

LXXI. 16. (X.) Ebuli *l.* quoque, quem nemo ignorat, fumo fugantur serpentes.

LXXII. 17. Priuatim *m.* aduersatur scorpionibus polemoniae radix, vel [8] adalligata tantum: item

1. *foliosum.* Dal. *sub. peucedanum.* 2. *colligitur.* M. 3. *offensis.* Ch. 4. *in vmbra seruandum.* Diosc. 5. *et capitis dolor.* Diosc. 6. *e crass.* Ch. 7. *Sic ex MSS. H. et Ch. pluribus Gr. et Al.* 8. *Sic ex MSS. H. et Ch. adalligata Gr. et Al.*

d. Placent) Diosc. l. c. H.

e. Hae) Diosc. totidem verbis l. c. H.

f. Ne) Inter colligendum capitis dolorem vertiginemque inducit, nisi quis prius nares rosaceo perunxerit, eodemque caput irrigauerit. Diosc. l. c. H.

g. Et) Diosc. l. c. iisdem verbis. H.

h. Odore) Hanc esse optimi indicaturam succi, etiam Diosc. approbat l. c. H.

i. Qui) Diluitur, commiscetur, ad potiones. Diosc. λύεται δὲ ὁ ὀπὸς εἰς τὰ ποτήματα ἀμυγδάλοις πικροῖς, ἢ πηγάνῳ, etc. H.

k. Et) Nicander in Ther. p. 7. Vel solo suffitu fugari serpentes auctor est Diosc. l. c. H.

l. Ebuli) De eo egimus XXIV. 35. H.

m. Priuatim) Totidem verbis Diosc. IV. 8. H.

item phalangio, ac ceteris minoribus venenatis. Scorpionibus *n.* ariſtolochia: agaricum *o.* obolis quatuor in vini mixti cyathis totidem. Verbenaca *p.* et phalangio cum vino aut poſca: item quinquefolium, daucum. *q.*

LXXIII. 18. Verbaſcum *r.* Graeci phlomon vocant. Genera *s.* habet prima duo: album, in quo mas [1] intelligitur: alterum nigrum, in quo femina. Tertium *t.* genus non niſi in ſiluis inuenitur. Sunt folia braſſicae latiora, piloſa, caulis erectus, cubitali amplior. Semen *x.* nigrum inutile. Radix *y.* vna, craſſitudine digiti. Naſcuntur

1. *intelligitur et femina: alterum nigrum. Dioſc.*

n. Scorpionibus) Dioſc. IV. 6. de ariſtolochia clematiti. H.

o. Agaricum) Dioſc. III. 1. drachmae vnius pondus propinat. H.

p. Verbenaca) Apul. c. 3. tit. 8. *Ad morſum araneorum Graeci phalangia vocant: Herbae verbenacae ramulos ex vino decoquito, et conterito: deinde quod acetauerit, plagae imponito: et adaperiet: poſtea crudam contritam cum melle in bulcus audacter inſertam mature ad ſanitatem perducere, certus auctor affirmat.* H.

q. Daucum) Dioſc. III. 83. H.

r. Verbaſcum) Φλόμον Graecis dicitur, noſtris *Boüillon blanc* et *Boüillon noir.* In officinis, Tapſus barbatus. H.

s. Genera) Haec totidem verbis Apuleius, c. 71. Paulo aliter Dioſc. IV. 104. qui genera primum duo ſumma ſtatuit, nigrum et candidum: vtriuſque deinde generis marem ac feminam. Dioſcoridem, vt ſolet, ſequitur Galenus de fac. ſimpl. med. VIII. p. 239. A ceteris diſſidet in forma verbaſci gemina delineanda. Crateuas apud Schol. Nicandri in Ther. p. 39. Nos etiam genera plura in horto Regio vidimus. Marem et feminam pingit Lobelius in Obſſ. p. 303. H.

t. Tertium) Nempe ſilueſtre, de quo mox. H.

v. Sunt) Verbaſco nempe ſatiuo, mari ac feminae, Dioſc. et Apul. ll. cc. H.

x. Semen) Dioſc. l. c. H.

y. Radix) Dioſc. l. c. H.

tur et in campeſtribus. Silueſtri *z.* folia elelifſphaci, [1] alta, ramis lignoſis.

LXXIV. 19. Sunt *a.* et phlomides duae hirſutae, rotundis foliis, humiles. Tertia *b.* lychnitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, aut cum plurimum quaternis, craſſis, pinguibuſque, ad *c.* lucernarum lumina aptis. Aiunt *d.* in foliis eius, quam feminam diximus, ficus omnino non putreſcere. Diſtingui genera haec paene ſuperuacuum eſt, quum ſint omnia eiuſdem effectus. Contra *e.* ſcorpiones bibitur radix cum ruta ex aqua, magna amaritudine, ſed effectu pari.

LXXV.

1. *altis ramis. Dioſc.*

z Silueſtri) Siue, quod idem eſt, ſaluiae. Dioſc. et Apul. ll. cc. Effigiem vide apud Dodon. p. 146. vbi ſilueſtre alterum vocat. H.

a. Sunt) Dioſc. totidem verbis, l. c. Εἰσὶ δὲ καὶ Φλομίδες διπλαῖ, δασεῖαι, etc. Eſt autem Φλομὶς verbaſculum Latinis veteribus: recentioribus herbariis, Primula veris, cuius varias ſpecies delineat Cluſius, hiſt. rar. pl. III. p. 301 ſq. nos in horto regio vidimus. *Primevere.* His vero ne plane aſſentiamur, prohibet laeuitas foliorum, quae in primula veris deprehenditur: quum hirſuta eſſe verbaſculi, Dioſcorides Pliniuſque teſtentur. H.

b. Tertia) Pingitur a Lobelio in Obſſ. p. 301. Etiam Graecis dicta Φλῶμος, et Θρυαλλὶς, et λυχνῖτις. Suidas: Φλῶμος, βοτάνη, ᾗ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται. Heſ. Θρυαλλὶς ... τῶν Φυομένων, ἐξ οὗ ἐλλύχνια γίνεται. Dioſc. l. c. Καὶ τρίτη Φλομὶς ἡ καλουμένη λυχνῖτις, ὑπὸ δὲ τινῶν τρυαλλὶς, etc. totidem verbis, quot Plinius. Caue porro hanc cum thryallide ſpicata confundas, de qua nos egimus XXI. 61. H.

c. Ad) Vim ellychnii praebent arida folia. H.

d. Aiunt) Dioſc. l. c. Τὰ δὲ τῆς θηλείας Φύλλα πασὶ μετὰ σύκων ξηρῶν συντιθέμενα, ἄσηπτα αὐτὰ διαΦυλάττειν. *Feminae folia ferunt caricis interpoſita eas incorruptas et a putredine immunes tueri. H.*

e. Contra) Dioſc. l. c. ex aceto

LXXV. 20. Thelyphonon *f.* herba ab aliis scorpion vocatur, propter *g.* similitudinem radidicis, cuius *h.* tactu moriuntur scorpiones. Itaque *i.* contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis elleboro candido linat, reuiuiscere aiunt. Thelyphonon *k.* omnem *l.* quadrupedem necat, imposita verendis radice: folio quidem intra eumdem diem, quod est simile [1] cyclamino. Ipsa geniculata nascitur in opacis. Scorpionibus aduersatur et *m.* Vettonicae succus, ac plantaginis.

LXXVI. 21. Sunt et ranis venena, rubetis maxime: vidimusque Psyllos in certamine patinis candefactas *n.* admittentes, ocyore etiam quam aspi-

1. *cyclamino radice geniculata. V. Intybi folio. Theoph. describit.*

aceto folia a scorpione ictis opitulari ait. H.

f. Thelyphonon) Aconitum pardalianches. Vide c. alterum L. XXVII. *Dal.*

Thelyphonon) Eadem haec est cum aconito pardalianche, de quo XXVII. 2. Diosc. IV. 77. Ἀκόνιτον, οἱ δὲ παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κάμμορον, οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηρόφονον. Eam vero θηλυφόνου nomenclationem accepit, quod tactis genitalibus feminei sexus animalium eodem die inferat mortem, inquit Nicandri Scholiastes. H.

g. Propter) Plinius, XXVII. 2. *Radix incuruatur paulum, scorpionis modo: quare et scorpion aliqui appellauere.* Diosc. l. c. Ῥίζα ὁμοία σκορπίου οὐρᾷ, etc. Sic et Theophr. Hist. IX. 14. H.

h. Cuius) Non eo tactu mori, sed resolutas torpescere ait serpentes. Diosc. l. c. Ellebori contra tactu excitari. Τούτου τὴν ῥίζαν φασὶ προσαχθεῖσαν σκορπίῳ, παραλύειν αὐτόν. Διεγείρεσθαι δὲ πάλιν ἐλλεβόρου προστεθέντος. H.

i. Itaque) Theophr. l. c. H.

k. Thelyphonon) Diosc. l. c. H.

l. Omnem quadrupedem necat) Feminam atque adeo mulieres. Idem de Aride, cap. 16. L. XXIV. *Dal.*

m. Et) Diosc. IV. 1. H.

n. Candefactas) Obiicientes se earum morsibus. H.

aſpidum pernicie. Auxiliatur *o.* eis [1] phrynion in vino pota. Aliqui *p.* neurada appellant, alii poterion, floribus [2] paruis, radicibus multis, neruoſis, bene *q.* olentibus.

LXXVII. 22. Item *r.* aliſma, quam alii [3] damaſonion, alii lyron appellant. Folia *s.* [4] erant plantaginis, niſi anguſtiora eſſent, et magis laciniofa, conuexaque in terram, alias etiam venoſa ſimiliter, caule [5] ſimplici et tenui, cubitali, capite thyrſi, radicibus denſis, tenuibus, vt veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Naſcitur in aquoſis. Alterum genus eiuſdem in ſiluis, nigrius. maioribus foliis. Vſus *t.* in radice vtriuſque aduerſus ranas et lepores marinos, drachmae pondere in vini [6] potu. Lepori *v.* marino aduerſatur et cyclaminos. Veneni *x.* vim canis quoque rabidi morſus

1. *phyrion.* *Ch.* 2. *paruum.* *Ch.* 3. *damaſion.* 4. *e plantagine.* *Ch. ei. V.* 5. *ſimpliciter tenui.* 6. *pota. V.*

o. Auxiliatur) Φρύνιον a rubetis nomen habet, quas Φρύνους vocant, quod aduerſus eas auxilio ſit. Herbariis incognita: neque exiſtimatur a nobis eadem eſſe cum ea quae iiſdem quidem nominibus, ſed facie longe diſpari deſcribitur a Plinio XXVII. 97. H.

p. Aliqui neurada appellant) Vide eiuſdem luculentam hiſtoriam cap. 12. L. XXVII. *Dal.*

q. Bene olentibus) Fructus quidem bene olet, non radix. *Dal.*

r. Item) Dioſc. III. 169. Ἄλισμα, οἱ δὲ ἀλκέαν, οἱ δὲ δαμασώνιον, οἱ δὲ ἄκυρον, οἱ δὲ λύρον καλοῦσι. Plantago eſt aquatica humilis, anguſtifolia dicta a Lobelio, et ab eodem delineata in Obſſ. p. 160. viſa a nobis in horto Regio. H.

s. Folia) Totidem verbis Dioſc. l. c. et poſt Dioſcoridem Oribaſ. XI. p. 188. H.

t. Vſus) Et haec totidem verbis Dioſc. l. c. H.

v. Lepori) Dioſc. II. 194. H.

x. Veneni) Sect. 6. H.

ſus habent, contra quos erit cynorrhodum, de quo diximus. Plantago *y.* [1] ad omnes beſtiarum morſus pota atque illita prodeſt. Vettonica *z.* ex mero [2] vetere.

LXXVIII. 23. Periſtereos *a.* vocatur, [3] caule alto, foliato, cacumine in alios caules ſe ſpargens, columbis admodum familiaris, vnde et nomen. Hanc habentes negant latrari a canibus.

LXXIX. Proxima ab his malis venena ſunt, quae ſibimetipſi homines excogitant. Contra haec omnia Magicaſque artes erit primum illud Homericum moly, dein Mithridation, et ſcordotis, et centaurium. Potu omnia mala medicamenta exigit per aluum Vettonicae ſemen in mulſo aut paſſo, vel farinae drachma in vini veteris cyathis IV. Vomere cogendi, atque iterum bibere. Iis *b.* qui quotidie guſtent eam, nulla nocitura mala medicamenta

1. *et ad omnes. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. veteri. Gr. et Al.* 3. *caule dodrantem alto.*

y. Plantago) Haec Plin. Val. ad verbum III. 50. Vide et Apul. c. 1. de plantagine, tit. 7. *Ad morſum ſerpentis.* Tit. 8. *Ad ſcorpionis ictum.* Et tit. 23. *Ad morſum rabidi canis.* H.

z Vettonica) Ant. Muſa L. de Vettonica, t. 42. *Ad ſerpentium morſus: Vettonicae drachmas tres in vini heminis tribus diluito, et potui dato . . . Item illinito ſuper vulnus . . .* Et tit. 43. *Ad rabidi canis morſum: Vettonica contuſa morſui imponatur.* H.

a. Periſtereos) Latino ore ac ſono dixit, quam Graeci περιςερεῶνα a recto περιςερεὼν vocant. A Dioſc. totidem fere verbis deſcribitur IV. 60. Περιςερεῶν φύεται ἐν ἐνύδροις τόποις. Δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰς περιςερὰς ἡδέως διατρίβειν ἐν αὐτῇ. Verbenacae genus iſtud eſt quod ſupinum dicitur: quum alterum, quod Graecis ἱερὰ βοτάνη rectum Aetius vocet I. p. 41. Pingitur a Cluſio Hiſt. rar. pl. IV. p. 46. Viſa a nobis in horto regio. H.

b. Iis) Dioſc. IV. 1. H.

menta tradunt. Poto *c.* veneno ariſtolochia ſubuenit eadem menſura; qua *d.* contra ſerpentes: quinquefolii *e.* ſuccus: Agaricum *f.*, poſtquam vomuerint, denarii pondere ex aquae mulſae cyathis tribus.

LXXX. 1. Antirrhinon *g.* vocatur, ſiue anarrhinon, ſiue lychnis agria, ſimilis *h.* lino, radice *i.* [1] nulla, flore hyacinthi, ſemine *k.* vituli narium. Et *l.* hoc perunctos venuſtiores fieri, nec vllo malo medicamento laedi poſſe aut veneno, ſi quis in brachiali habeat, arbitrantur Magi.

LXXXI.

1. *minima. Gaza apud Theoph.*

c. Poto) Dioſc. III. 6. H.

d. Qua) Hoc eſt, radicis drachma in vini hemina ſaepius bibita, vt dictum ſ. 55. H.

e. Quinquefolii) Tenerae radicis ſuccus. ὁ χυλὸς τῆς ῥίζης ἁπαλῆς, Dioſc. IV. 42. H.

f. Agaricum) Id eſſe venenis pro antidoto, denarii ſeu drachmae vnius pondere cum diluta vini potione ſumtum, ſcribit Dioſc. III. 1. H.

g. Antirrhinon) Dioſc. IV. 133. Ἀντίῤῥινον, οἱ δὲ ἀνάῤῥινον, ἔνιοι δὲ καὶ ταύτην λυχνίδα ἀγρίαν. Apul. c. 86. *Graeci cynocephalion dicunt, alii antirrhinon, alii anarrhinon Prophetae*, (hoc eſt, Magi) *oſtreoſtaphon, Itali canis cerebrum* etc. Noſtri vocant, *Mufle de veau.* Pingitur a Lobelio in Obſſ. p. 221. Vix aſſentior Anguillarae, antirrhinon Dioſcoridis a Theophraſteo ſiue Pliniano diſtinguenti, Par. XIV. p. 288. H.

h. Similis) Vel, vt Theophr. ἀπαρίνῃ, cuius folia quoque lini ſimilia. H.

i. Radice nulla) Apud Theophraſt. cap. 21. L. IX. hiſt. legitur ῥίζα δ' ἐχ ὕπεςιν. Alii ῥίζα δὲ μικρὰ ὕπεςιν. Gaza, *Radix nulla vel minima ſubeſt*, quaſi legendum putaſſet, ῥίζα δ' ἥκιςη. quod probo. *Dal.*

Radice) Sic et H. vt Dal.

k. Semine) Theophr. l. c. Ὁ δὲ καρπὸς ὥσπερ μόσχου ῥῖνας ἔχει. Sic etiam Dioſc. et Gal. de fac. ſimpl. med. VI. H.

l. Et) Haec totidem verbis Dioſc. l. c. poſt Theophr. Hiſt. IX. 21. H.

LXXXI. 2. Similiter *m.* [1] ea, quam eupleam vocant, [2] traduntque ea perunctos commendatioris esse famae. Artemisiam quoque secum habentibus

1. *ea contingere quam eucleiam vocant.* V. 2. *tradunt eaque.* V. *alii.*

m. Similiter ea, etc.) *Similiter ea, quam eucleam vocant, tradi. Namque ea, etc.* ex Theophrasto. Εὔπλοιαν Plinius si corruptus locus non est, pro εὐκλείαν legit. Est autem εὔπλοια felix et prospera nauigatio, Homerus Iliad. 9. Εἰ δέ κεν εὐπλοίην δώῃ κλυτὸς ἐννοσίγαιος, Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην. de quibus Homeri verbis Victorius cap. 9. VI. et Muret. Var. cap. 69. *Dal.*

Similiter) Vide N. et Em. N. XIII. (paulo post) In herbarum haec Magicarum censu habenda est. *Similiter*) Sic libri omnes, etiam manu exarati, R. Colb. Chifl. etc. tum hoc loco, tum vero in Indice. R. 2. *eupiliam.* In libris quibusdam *eucleiam* legi monet Dalecampius. Arripuit hoc auide Salmasius in Praef. in Plinium ne calumniandi Plinio locum vllum praetermitteret. Is igitur *eucliam* scripsisse hunc asseueranter affirmat: adeoque stirpitem ac fungum fuisse, vt ex his Theophrasti verbis eucliam herbam commentus sit, quae nihil aliud significant, quam opinione Magorum, prodesse ad εὔκλειαν, hoc est, ad commendationem famae sibi conciliandam. Καὶ τὰ περὶ τῆς εὐκλείας, inquit, Hist. IX. 21. καὶ εὐδοξίας ὁμοίως καὶ μᾶλλον, εὔκλειαν γάρ φασιν ἀεὶ ποιεῖν τὸ ἀντίῤῥινον καλούμενον. Tantam vero supinitatem, quantam affingit Plinio, ne Salmasio quidem inesse, vel ipse putarem. Et benignioris animi, et ingenii cautioris esse videtur, de Magica incognitaque nobis herba sermonem hoc loco institutum suspicari, quam redarguendi studio vetustum scriptorem alias, vt vidimus, perdiligentem, temere lacessere. H.

n. Artemisiam) Apul. c. 10. t. 1. *Ad iter faciendum: Herbam artemisiam monoclonon si quis iter faciens secum in manu portauerit, non sentiet itineris laborem. Fugat et daemonia in domo posita, et probibet mala medicamenta, et auertit oculos malorum hominum*, hoc est, visus effascinationem. H.

tibus negant nocere mala medicamenta, beſtiamue vllam, ne Solem quidem. Bibitur et haec ex vino aduerſus opium. Alligata priuatim potens traditur, potaue, aduerſus ranas.

LXXXII. 3. Pericarpum *o.* [1] bulbi genus eſt. Duae eius ſpecies: cortice *p.* rubro alterum, alterum nigro *q.* papaueri ſimile. Sed vis maior quam priori: vtrique autem excalfaciendi. Ideo contra cicutam dantur; contra quam et thus, et panaces, Chironium praecipue. Hoc *r.* et contra fungos.

LXXXIII. (XI.) Verum et generatim membratimque ſingulis corporum morbis remedia ſubtexemus, orſi a capite.

1. Alopecias *s.* [1] emendat nymphaeae [2] et cicutae radix, ſi vna tritae illinantur. [3] Polythrix

1. *bulbi ſilueſtris genus. Dioſc.* 2. *lacitae radix. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. Polytriche diſtat a callitriche. Dal. polytricha diſtat a callytricha Gr. et Al.*

o. Pericarpum) Pericarpum ob id dicitur, quod fructus vndique caulem cingat et ambiat. *Dal.*

p. Cortice rubro alterum) Pancratium officinarum. *Dal.*

q. Nigro papaueri ſimile) Meo iudicio, vomitorium, radicis nigro cortice. Dioſcorid. De rubis ſiue ruffis vide cap. 9. L. XX. *Dal.*

r. Hoc) Valet et panaces chironium contra fungos. H.

s. Alopecias) Ἀλωπεκίαι, vel Ἀλωπέκειαι defluuia capillorum. Vide N. et Em. N. XIV. (hic poſ.) *Alopecias)* In MSS. R. et Chiffl. *nymphaeae lacitae radix.* Dioſc. III. 148. nymphaeam cum pica impoſitam alopeciis mederi ſcribit: hoc tantum: Ἀλωπεκίας τὲ σὺν πίσσῃ ἐπιθεῖσα ἰᾶται. Hic aliis lampadem trado. H.

t. Polytricha diſtat a callitricha) Lege: *Polythrix diſtat a Callitricha quod iuncos albos habet, etc.* Et paulo poſt legas: *Fit ex callitriche ſternutamentum. Folia ſunt lenticulae ſimilia, etc.* Sic Adianthum proprie Πολύτριχον. Trichomanes autem Καλλίτριχον. Vide *Salmaſ.* 1294. a.

Polythrix) Plinius ipſe XXII.

thrix *t.* diſtat a callitriche, quod *v.* iuncos albos habet, et folia plura, maioraque. Frutice quoque maior eſt: defluentem *x.* capillum confirmat et denſat.

LXXXIV. 2. Item *y.* lingulaca circa fontes naſcens, [1] cuius radix admixta combuſta teritur cum adipe ſuis nigrae. Id quoque excipitur, vt eius ſit ſuis quae numquam peperit. Sol *z.* [2] deinde plurimum confert illitae. Similis *a.* vſus eſt cyclamini radicis. [3] Porriginem veratri *b.* radix tollit in oleo decocta, vel in aqua. Capitis *c.* dolori medetur pana-

1. cuius rad. comb. ter. cum admiſto adipe. V. *2. ſubinde V.* *3. lepram et impetiginem. Dioſcor.*

XXII. 30. *Id quod maius eſt, polytrichon ... vocant.* H.

v. Quod) Recte id quidem. Sed et alibi haud minus commode, ramulos vocat: Dioſc. IV. 136. καυλία et ῥαβδία. H.

x. Defluentem) Dioſc. Εὐπορ. I. 96. Τὰς δὲ ῥέουσας τρίχας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἵςησιν ... πολύτριχον ἑψήσας ἐν οἴνῳ μέλανι etc. Theod. Pr. I. 3. *decrementis capillorum ... Polytrichi herbae radicis pondo duo, florum eius pondo duo, etc.* H.

y. Item) De hac antea Plinius XXIV. 14. *Lingua herba naſcitur circa fontes,* etc. Pingitur a Dalecampio Hiſt. pl. IX. p. 1037. H.

z. Sol) Si herbae illitae Sol ſuperueniat. H.

a. Similis) Dioſc. II. 194. At Marcell. Emp. c. 4. pro ſuillo adipe, fel ſcrophae, paululumque ſulphuris adſciſcit. H.

b. Veratri radix) Verare, vera dicere. Ennius, — *ſatin' vates verant aetate in agunda.* Inde verator et veratrix. Apud Sueton. in Vitellio, *veraculus,* pro quo legitur perperam vernaculus. *Nullis tamen infeſtior, quam veraculis,* inquit, *et mathematicis.* Alii legunt, *vericolis,* qua forma Iuuenal. *caelicolas* Iudaeos appellat, quia *nil praeter nubes et caeli lumen adorant.* Et quoniam veratores pro inſanis habuerunt, veratrum inde dictum quod inſaniam et amentiam curet. *Scalig.*

c. Capitis) Plin. Val. I. 1. H.

panacis omnium generum radix in oleo contrita: ariſtolochia, et iberis adalligata hora, vel diutius, ſi pati poſſit, comitante *d.* balinei vſu. Medetur et daucum. Purgat *e.* autem cyclaminos cum melle in nares addita: et hulcera capitis ſanat illita. Medetur *f.* et periſtereos.

LXXXV. 3. [1] Cacalia *g.* ſiue leontice vocatur, ſemen *h.* margaritis minutis ſimile, dependens inter folia grandia, in montibus fere. Huius *i.* grana quindecim in oleo macerantur, atque ita aduerſo capillo caput vngitur.

LXXXVI. 4. Fit *k.* et ex callitriche [2] ſternumen-

1. *Calcalla ſiue leantice. Ch.* 2. *Sic et Ch. ſternutamentum. Gr. et Al.*

d. Comitante) Sic etiam ad iſchiadicorum ſanationem cum iberide balinei vſum adſciſcit Dioſc. I. 188. et Galenus ex Democrate κατὰ τόπ. X. 2. p. 636. H.

e. Purgat) Marc. Emp. c. 5. p. 44. H.

f. Medetur) Nempe dolori capitis, vt panacis radix daucumque. Theod. Priſc. II. P. 2. c. I. *de querelis capitis, ſi cauſis veluti incertis caput doluerit ... Periſtereon herba oleo infuſa medetur.* H.

g. Cacalia) Dioſc. IV. 123. Κακαλία, οἱ δὲ λεοντικήν, Φύλλα Φέρει λευκά, εὐμεγέθη... ἐν ὄρεσι δὲ Φύεται. Pingitur a Cluſio hiſt. rar. pl. V. p. 115. qualem in horto regio vidimus, gemina facie. In Illyrico et Graecia naſci tradit Anguillara, Par. XIV. p. 286. H.

h. Margaritis minutis ſimile) Aliter haec Plinius recitat quam Dioſcorid. *Dal.*

i. Huius) Ad extendendam cutem in facie, et a rugis vindicandam, haec grana Dioſcorides adhibet l. c. H.

k. Fit et ex callitriche, etc.) Haec omnia de trichomane Dioſcorides, praeſertim ſaporis feruorem. Fortaſſis Plinius vt aliquando δριμὺ vertit acerbum, ſic ςρυφνὸν acre et feruens reddidit inconſiderate. Genus tenuiſſimum naſturii aquatici eſſe volunt, naſcentis in humidis et vmbroſis ſepibus. *Dal.*

Fit) Callithrix idem quod trichomanes, de quo XXVII. III. H.

mentum. [1] Folia *l.* ſunt lenticulae: Caules *m.* iunci tenuis ſimiles: radice minima. Naſcitur in opacis et humidis, guſtatu feruens.

LXXXVII. 5. Hyſſopum *n.* in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit, et prurigini in capite. Eſt *o.* autem optimum Cilicium e Tauro monte, dein Pamphylium, ac Smyrnaeum: ſtomacho contrarium. Purgat *p.* cum fico ſumptum per inferna: cum melle, vomitionibus. Putant *q.* et ſerpentium ictibus aduerſari, tritum cum melle et ſale et cumino.

LXXXVIII. 6. Lonchitis *r.* non (vt plerique exiſtimauerunt) eadem eſt quae xiphion, aut [2] phaſganion, quamquam *s.* cuſpidi ſimilis ſemine. Habet

1. *Sic ex MSS. H. Folia ſunt lenticulae ſimilia: caules iuncis tenuiſſimis Gr. et Al.* 2. *ſparganion. Ch.*

l. Folia ſunt lenticulae ſimilia) Poſtremum verbum non agnoſcit exemplar noſtrum. *Pint.*

m. Caules iuncis tenuiſſimis) Lego *Caules iunci tenuis ſimiles*, ex eodem. *Pint.*

n. Hyſſopum) Plin. Val. I. 4. ad verbum. Hodiernis herbariis incognitum. Nam quae hyſſopi nomine in officinis venit, appellationem tantum cum hyſſopo veterum communem habet, formam non habet. Vide Dodonaeum, p. 286. Certe Dioſc. IV. 55. in chryſocome deſcribenda, comam gerere hanc ait, ſpecie corymborum, hyſſopo ſimili, ἔχει κόμην κορυμβοειδῆ, ὁμοίαν ὑσσώπῳ. Quae nota abeſt ab hyſſopo noſtro vulgari. Plin. XXVI. 70. 76. baccas hyſſopo tribuit: nullae ſunt noſtro. H.

o. Eſt) Dioſc. III. 30. H.

p. Purgat) Dioſc. l. c. H.

q. Putant) Nicand. in Ther. p. 63. Plin. Val. III. 57. *Serpentium morſibus... hyſſopi ſemen bibitur.* H.

r. Lonchitis) Videtur eſſe iris tuberoſa Dodonaei p. 249. Lonchites Dioſcoridis prior, Lobelio in Obſſ. p. 51. H.

s. Quamquam) Semen triangulare et lanceae cuſpidi ſimile, τὸ σπέρμα δὲ ὅμοιον λόγχῃ, τρίγωνον ἐν προκαρπίοις. Dioſc. l. c. et Galen. de

Habet *t.* [1] enim folia porri, rubentia ad radicem, et [2] plura, quam in caule; capitula, perſonis Comicis ſimilia, paruam exſerentibus linguam, radicibus praelongis. Naſcitur *v.* in ſitientibus.

LXXXIX. 7. E diuerſo *x.* xiphion, et phaſganion in humidis: quum [3] primum exit, gladii praebet ſpeciem, caule duûm cubitorum, [4] radicis ad nucis auellanae figuram [4] fimbriatae *y.*, quam effo-

di

1. *autem.* 2. *pauca in caule. Dioſc.* 3. *primum folium exit. Dioſc.* 4. *radicis nucis auellanae figurae.* 5. *fibratae. V.*

de fac. ſimpl. med. VII. p. 204. H.

t. Habet enim folia porri) Apud Dioſcoridem legendum λογχῖτις φύλλα ἔχει πράσῳ κάρτα ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπέρυθρα, πλεκτὰ, non πλεῖστα. Sunt enim, vt in arundine, polygonato, et porro, circa caulem in orbem aduoluta, ſed numero pauca: quod etiam monſtrant haec quae ſequuntur verba, ἔχει δὲ καὶ περὶ τὸν καυλὸν ὀλίγα. *Dal.*

Habet) Totidem verbis Dioſc. III. 161. Λογχῖτις φύλλα ἔχει πράσῳ κάρτα ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπέρυθρα, πλεῖστα, πρὸς τὴν ῥίζαν περικλώμενα ὡς ἐπὶ τὴν γῆν. Ἔχει δὲ καὶ περὶ τὸν καυλὸν ὀλίγα. ἐφ' οὗ ἄνθη ὅμοια πιλίσκοις τῷ τύπῳ δὲ κωμικοῖς προσωπείοις κεχηνόσι, etc. Ex quo interpres Oribaſii XI. f. 204. *Lonchitis folia habet porri, ſed latiora, ſubrubra, plurima, ad radicem circumfracta, vt ad terram procumbentia: pauca etiam habet in caule: in quo flores ſunt pileolis ſimiles, more Comicarum perſonarum biantes, etc.* Breuius Apuleius c. 56. quem conſule. H.

v. Naſcitur) Dioſc. l. c. Φύεται ἐν τραχέσι καὶ ἀνίκμοις τόποις. H.

x. E diuerſo) Ξίφιον, οἱ δὲ φάσγανον, οἱ δὲ μαχαιρώνιον καλοῦσι, διὰ τὸ τοῦ φύλλου σχῆμα... φύεται, δὲ μάλιστα ἐν ἀρούραις. Gladiolus eſt, de quo diſſeruimus, XXI. 67. H.

y. Fimbriatae) Gethii modo fibratae. Theophraſt. c. 11. L. VII. hiſt. *Dal.*

Fimbriatae) Plures fibras, ſeu radiculas, ſeu capillamenta habentis, quae e radice orbiculata, vt in caepis, alliiſque pendent. Theophr. Hiſt. VII. 11. H.

di ante messes oportet, siccari in vmbra. Superior pars eius cum thure trita, aequo pondere admixto vino, ossa *z.* fracta e capite extrahit: aut si quid in corpore suppurat, vel si calcata sunt [1] ossa serpentis *a.*: eadem contra venena efficax. Caput *b.* in dolore veratro, vel oleo, vel rosaceo decocto tritoque vngi conuenit: peucedano *c.* ex oleo, vel rosaceo, et aceto. Tepidum *d.* hoc prodest et doloribus, qui plerumque ex dimidia parte capitis sentiuntur, et vertigini. Perungunt et radice eius sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est.

XC. 8. [2] Psyllion *e.*, alii cynoides, alii crystallion, alii [3] sicelicon, alii cynomyiam appellant, radice

1. *ossa. Serpentis eadem. V.* 2. *Sic ex MSS. H. sicelion Gr. et Al.* 3. *Spyllion alii cinoida, alii chrysalion, alii sicilicon, alii cilom. pa. app. Ch.*

z. *Ossa*) Sic etiam spicula et aculeos e corpore extrahit, teste Diosc. l. c. Δύναται δὲ ἡ ἄνωθεν ῥίζα καταπλασσομένη μετ᾽ οἴνου καὶ λιβανωτοῦ, ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶσθαι. *Superior radix cum vino et thure spicula et aculeos e corpore extrahit.* Diximus de hac radice sup. L. XXVI. 28. H.

a. *Serpentis*) Leg. *Carpentis, si agitati currus pondere obtrita sint ossa.* Dal.

b. *Caput*) Plin. Val. L. I. 1. H.

c. *Peucedano*) Plin. Val. l. c. Marc. Emp. c. 2. p. 39. et Diosc. III. 92. H.

d. *Tepidum*) Marc. Emp. l. c. H.

e. *Psyllion*) Diosc. in Noth. p. 467. Ψύλλιον... οἱ δὲ κυνοκεφάλιον, οἱ δὲ κρυστάλλιον, οἱ δὲ κυνόμυια, οἱ δὲ Σικελιωτικὸν... Ῥωμαῖοι δὲ... ἕρβα πουλικαρία. Plinius σικελικὸν, quod idem est ac Siculum, ex alio scriptore repraesentat. Non videtur illud esse quod a Lobelio pingitur in Obss. p. 239. vulgoque dicitur, *l'herbe aux puces.* Nam neque sarmenta huic vlla, nec fabae grana, nec folia canino capiti similia adsunt. Anguillara, Par. III. p. 269. existimat nihil psyllion discrepare a tithymalo πιτυούσῃ. H.

radice tenui, ſuperuacua, ſarmentoſum, fabae granis in cacuminibus, [1] foliis canino *f.* capiti non diſſimilibus, ſemine autem pulici, vnde *g.* et nomen: hoc in baccis, ipſa *h.* herba in vineis inuenitur. Vis *i.* ei ad refrigerandum et diſcutiendum ingens. Semen in vſu. Fronti *k.* imponitur [2] in dolore et temporibus, ex aceto et roſaceo aut poſca. Ad *l.* cetera illinitur acetabuli menſura ſextario aquae; [3] denſat ſe ac contrahit: [4] tunc terere, et *m.* craſſitudinem illinire oportet cuicumque dolori, et collectioni, inflammationique. Et vulneribus capitis [5] medetur ariſtolochia, fracta *n.* extrahens

1. *foliis coronopo non. Dioſc.* 2. *in capitis dolore. V.* 3. *Sic ex MSS. H. denſat ac contr. Gr. et Al. aquae inaceratum. V.* 4. *Hoc. Dal.* 5. *Sic ex MSS. H. medetur et ariſt. Gr. et Al.*

f. Canino capiti) Coronopo. Dioſc. Plinius fortaſſis legit, κύνωπι. Orpheus in Argonauticis ψύλλιον ἀειδὲς vocat, tanquam herbam turpem et deformem aſpectu. *Dal.*

g. Vnde) Nam ψύλλα pulicem apud Graecos ſonat. H.

h. Ipſa) Dioſc. ἐν ἀρούραις, *in aruis*, IV. 70. H.

i. Vis) Dioſc. l. c. H.

k. Fronti) Dioſc. l. c. et Εὐπ. I. 1. H.

l. Ad cetera illinitur, etc.) Cornarius: *Ad cetera illinitur. Acetabuli menſura in ſextario aquae denſat ſe ac contrahit. Tunc terere, etc.* Ego vero lego: *Ad cetera cum illinitur, acetabuli menſura ſextario aquae maceratum denſatur, ac contrahitur. Tunc terere, etc.* Dal.

Ad) Dioſc. l. c. Δεῖ δὲ ὀξυβάφου πλῆθος λειαίνοντας βρέχειν ἐν δυσὶν ὕδατος κοτύλαις· καὶ ὅταν παγῇ τὸ ὕδωρ, ἐπιπλάττειν, *Acetabuli menſuram tritam in duabus aquae heminis macerari oportet: ac vbi ſeſe aqua denſauerit, lentoremque contraxerit, illini.* H.

m. Craſſitudinem) Aquam quae concreuit. Dioſcorid. vulgo mucilaginem. *Dal.*

Et) Id quod in fundo concreuit, quod ſubſedit. H.

n. Fracta) Et oſſium ſquamas, et aculeos ac ſpicula extrahere dicitur a Dioſc. III. 6. Vide et Theophr. hiſt.

hens offa, et in alia quidem parte corporis, fed maxime capite: fimiliter pliftolochia. Thyffelium *o.* eft non diffimile apio. Huius radix commanducata purgat capitis pituitas.

XCI. (XII.) Oculorum *p.* aciem centaurio maiore putant adiuuari, fi addita aqua foueantur. Succo *q.* vero minoris cum melle, [1] culices *r.*, nubecu-

1. *caligines. Diofc.*

hift. IX. 13. Theod. Prifc. I. 23. *Ariftolochiae puluis patefacto vulneri imponendus eft, et velocius exfiliet telum, aut aliud quod diu latuerit.* H.

o. Thyffelium eft, etc.) Eam defcribit Dodonaeus cap. 46. L. VI. nomine hydrofelini. *Dal.*

Thyffelium) In MSS. *Thryfellium.* Forte, *Thryfelinum*, quafi a θρύον, quod herbam paluftrem et σέλινον quod apium fonat. Eft enim apium filueftre, in vliginofis humidifque locis nafcens, delineatum a Dodonaeo, p. 687. H.

p. Oculorum) Alium modum adhibendae centaureae maioris contra caliginem oculorum, vide apud Marc. Emp. c. 8. p. 61. et Plin. Val. I. 18. H.

q. Succo) Diofc. III. 9. Ὁ δὲ χυλὸς πρός τε τὰ ὀφθαλμικὰ εὔχρηστος, etc. Sic Galen. de fac. fimpl. med. VII. p. 188. Apul. c. 35. t. 2. Vide N. et Em. XV. (hic confp.) *Succo*) Ita libri fane omnes: fed culex in oculo quid porro fit, alibi me legere non memini. *Caligines* fcribi haud dubie fincerius fuerit, aut certe intelligi. Nam et Diofcor. III. 9. de centaurio minore: Ὁ δὲ χυλὸς, inquit, πρός τε τὰ ὀφθαλμικὰ εὔχρηστος, ἀποκαθαίρων τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις σὺν μέλιτι. *Succus oculorum medicamentis perquam vtilis: quippe qui, quae pupillis caliginem offundunt, vna cum melle difcutiat.* Et Apul. c. 35. t. 2. *Ad oculorum vitia: Herbae centauriae minoris fucco oculos inunges: aciem oculorum extenuatam fanat: adiecto etiam melle mirifice proficit: caligantibus quoque oculis et claritas reftituitur.* Et Marc. Emp. c. 8 p. 61. *Centaureae minoris fucco oculi ex melle inuncti, caligine cito depofita, tenuiffimam aciem refumunt.* H.

r. Culices) Vifa fuffufionis incipientis, cum aegri putant

beculas, obſcuritatem diſcuti, cicatrices extenuari: albugines quidem etiam iumentorum [1] ſideriti. Iam *s*. chelidonia ſupra dictis omnibus mire medetur. Panacis *t*. [2] radicem cum polenta epiphoris imponunt. Hyoſcyami *v*. ſemen bibunt obolo, tantumdem meconii adiicientes, vinumque, ad epiphoras inhibendas. Adiungunt *x*. et gentianae ſuccum, quem [3] collyriis quoque acrioribus pro *y*. meconio miſcent. Facit *z*. claritatem et euphorbium inunctis. Inſtillatur *a*. plantaginis ſuccus lippitudini. Caligines ariſtolochia diſcutit. Iberis adal-

Aaa 5 ligata

1. *ſi detur rite M. ſideritide. Nam. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. radix . . . imponitur Gr. et Al.* 3. *collyriis quoque acrioribus. Ch.*

putant oculis muſcas et culices obuolitare. *Dal.*

s. Iam) Apul. c. 73. I. *Ad caliginem oculorum, et ſcabredinem, et qui vulnera habet in oculis, et albuginem oculorum.* Marc. Emp. c. 8. p. 57. *Chelidonia, herba,* inquit, *in hirundinum ſtercore naſcitur, quae oculis plurimum ſuffragatur: maxime autem caliginem deterget, etc.* H.

t. Panacis) Succo, ſeu opopanace oculorum aciem excitari, ſi inungantur, ſcribit Dioſc. III. 55. H.

v. Hyoſcyami) Dioſc. IV. 69. Τὸ δὲ σπέρμα.... πρὸς ῥεῦμα ὀφθαλμῶν καὶ περιωδυνίας... ὅσον ὄβολον σὺν μήκωνος σπέρματι καὶ μελικράτῳ ποθέν. Meconium Plinio ſuccus eſt papaueris, vt diximus XX. 76. Semen ipſum papaueris Dioſcorides adhibet. H.

x. Adiungunt) Dioſc. III. 3. ſuccum Gentianae laudat, ad oculorum inflammationes: miſceri quoque collyriis acrioribus pro meconio iubet. Τὸ χύλισμα ὀφθαλμῶν ἐπίχρισμα φλεγμαινόντων. Μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ δριμέα τῶν κολλυρίων τὸ χύλισμα ἀντὶ μηκωνίου. H.

y. Pro meconio miſcent) Lege, *cum meconio.* Apud Dioſcoridem quoque legendum, μετὰ μηκωνίȣ, non ἀντὶ μηκωνίȣ. *Dal.*

z. Facit) Plin. Val. I. 18. et Dioſc. III. 96. H.

a. Inſtillatur) Marc. Emp. c. 8. p. 60. et Dioſc. II. 153. H.

ligata capiti cum quinquefolio, epiphoras, et ſi qua in oculis vitia ſunt, emendat. Verbaſcum *b.* epiphoris imponitur. Periſtereos *c.* ex roſaceo vel aceto. Ad *d.* hypochyſin et caliginem, cyclaminon [1] in *e.* paſtillos diluunt. Peucedani ſuccum, vt *f.* diximus, ad claritatem et caligines, cum meconio et roſaceo. [2] Pſyllion *ff.* illitum fronti epiphoras ſuſpendit.

XCII. (XIII.) 1. Anagallida *g.* [3] aliqui corchoron *h.* vocant. Duo *i.* genera eius: mas flore phoeniceo, femina caeruleo, non altiores palmo: frutice tenero, foliis puſillis, rotundis, in terra iacen-

1. *digeſtum in. V.* 2. *Spilion. Ch.* 3. *aliqui acaron. M. acorum. Ch.*

b. Verbaſcum) Dioſc. IV. 104. H.

c. Periſtereos) Simili temperamento ad eryſipelata Dioſc. adhibet IV. 60. H.

d. Ad) Dioſc. II. 194. Καὶ πρὸς τοὺς ὑποκεχυμένους καὶ ἀμβλυωποῦντας ὀφθαλμοὺς ἐγχριόμενος ὁ χυλὸς σὺν μέλιτι ἁρμόζει. *Suffuſis hebetioribuſque oculis, oblitus cum melle ſuccus prodeſt.* Ὑπόχυσις, ſiue ὑπόχυμα, ſuffuſio oculorum eſt: hoc eſt, craſſi humoris in cornea membrana iuxta pupillam concretio. H.

e. In) Subintellige, digeſtum in paſtillos. H.

f. Vt) Sect. 70. vbi dilui reſoluique peucedano ſuccum admonuit amaris amygdalis, aut ruta. H.

ff. Pſyllion) Et vim ineſſe ei contra eryſipelata efficacem ſcribit Dioſc. IV. 70. H.

g. Anagallida) Dioſc. in Noth. p. 449. Ἀναγαλλὶς ἡ κοινὴ, οἱ δὲ κόρχορον. H.

h. Corchoron vocant) Aliud eſt corchorus, Alexandrinum olus, deſcriptum cap. 32. L. XXI. *Dal.*

i. Duo) Haec totidem verbis Dioſc. II. 209 et Orib. XI. p. 189. 6. et L. II. de virtut. ſimpl. p. 53. ex MS. noſtro: ἀναγαλλὶς ἑκατέρα ἤτε τὸ κυανοῦν ἄνθος ἔχουσα, καὶ τὸ φοινικοῦν. Gallis, *Mouron.* Genus vtrumque pingitur a Dodonaeo p. 32. Genera vndecim in horto Regio vidimus. H.

[1] iacentibus: nafcuntur in hortis et aquofis. Prior floret caerulea. Vtriufque *k.* fuccus oculorum caliginem difcutit cum melle, et ex ictu cruorem, et argema [2] rubens, magis cum Attico melle inunctis. Pupillas dilatat: et ideo [3] hoc inunguntur ante, quibus paracentefis *l.* fit. Iumentorum quoque oculis medentur. Succus *m.* caput purgat per nares infufus, ita vt deinde vino [4] colluatur. Bibitur *n.* et contra angues fucci drachma in vino. Mirum, quod pecora feminam vitant. At fi decepta fimilitudine (flore enim tantum diftant) [5] deguftauere, ftatim eam, quae *o.* afyla appellatur, in remedio quaerunt: ea a noftris ferus oculus vocatur. Praecipiunt aliqui effofluris, ante Solis ortum, priufquam quidquam aliud [6] loquantur, ter falutare eam, tum fublatam exprimere: ita praecipuas effe vires. De *p.* euphorbii fucco fatis dictum eft.

1. *iacentibus cauliculis. M.* 2. *et argema rubentis magis, etc. inunctus. V.* 3. *hac. Ch.* 4. *colluantur. V. vino os colluatur. Alii.* 5. *marem deguftauere. V.* 6. *aiunt. M. fortaffis aiant.*

k. Vtriufque) Totidem fere verbis Diofc. l. c. De mare, qui flore purpureo eft, eadem Marc. Emp. prodidit c. 8. p. 61. H.

l. Paracentefis) Ita vocatur a medicis curationis genus, quod punctione fit acu traiecto, vt in fuffufione oculorum: fit autem ad latus pupillae: ideo non κέντησις fimpliciter, fed παρακέντησις vocatur. Adpunctio effet a verbum, fi quis praeiuiffet. H.

m. Succus) Diofc. l. c. et Galen. de fac. fimpl. med. VI. 39. p. 156. H.

n. Bibitur) Diofc. l. c. H.

o. Quae) Quae fit ea, nondum herbarii norunt. H.

p. De Euphorbio fatis dictum eft. Cuius fuccus lippitudini, fi tumor erit. Item abfinthium cum melle tritum. Itemque Vettonicae farina conueniet) Aliter in veteri codice: *De Euphorbii fucco fatis dictum eft. Lippitudini fi tumor erit abfinthium cum melle tritum. Item cum vettonicae farina conueniet.* Pint.

De)

[1] eſt. Lippitudini, ſi tumor erit, abſinthium *q.* cum melle tritum, itemque Vettonicae farina [2] conueniet.

XCIII. 2. Aegilopas *r.* ſanat herba eodem nomine, quae in hordeo naſcitur, tritici folio, ſemine contrito cum farina [3] permixta impoſitaque, vel ſucco. Exprimitur hic e caule foliiſque praegnantibus, dempta ſpica, [4] et in *s.* trimeſtri farina digeritur in paſtillos.

XCIV. 3. Aliqui et mandrogora vtebantur: poſtea abdicatus in hac curatione eſt. Epiphoris *t.* (quod certum eſt) medetur, et oculorum dolori, radix tuſa cum roſaceo et vino. Nam *v.* ſuccus multis oculorum medicamentis miſcetur. Mandragoram *x.*, alii [5] Circaeum vocant. Duo *y.* eius gene-

1. *Sic ex MSS. H. eſt: lippitudini ſi tumor eſt, detur: aut abſinthium. M. Eſt lip. ſi tum. erit. abſ. cum mel. tr. item cum. V. et Ch De euphorbio Satis dictum eſt, cuius ſuccus lippitudini Gr. et Al.* 2. *conuenit. M.* 3. *permiſto impoſitoque. V.* 4. *et cum trimeſtris. V.* 5. *Circeium Gr. et Al.*

De) S. 38. *Qui colligunt, clarius vident.* H.

q. Abſinthium) Πρὸς ἀμβλυωπίας, ad hebetiorem oculorum aciem ex melle iubet illini Dioſc. III. 26. H.

r. Aegilopas) Dioſc. IV. 139. Θεραπεύει δὲ ἡ πόα μετὰ ἀλεύρου καταπλασθεῖσα αἰγιλώπια... ἀποτίθεται δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτὰ μιγεὶς ἀλεύρῳ, καὶ ξηρανθείς. Galenus itidem de fac. ſimpl. VI. p. 151. poſt Dioſc. IV. 139. De vitio oculorum, quod aegilopa et aegilopia vocitant, diximus XX. 56. De herba aegilope XVIII. 44. H.

s. In) In farina e trimeſtri ſemine, de quo XVIII. 12. H.

t. Epiphoris) Plin. Val. I. 14. *Mandragorae radices tuſae cum roſaceo, et ex vino tritae, epiphoras ſanant: ac circumligatae dolorem illico ſedant.* H.

v. Nam) Ita Dioſc. IV. 76. H.

x. Mandragoram alii circeium vocant) Scribo *Circaeam*, cum diphthongo ac in

genera: candidus, qui et mas: niger, [1] qui femina existimatur, angustioribus foliis, quam lactucae, hirsutis *z.* [2] et caulibus, radicibus binis ternisue rufulis, intus albis, carnosis tenerisque, paene cubitalibus. [3] Ferunt *a.* mala auellanarum nucum magnitudine, [4] et in iis semen ceu pirorum. Album *b.* hoc alii [5] arsena, alii morion, alii [6] hippophlo-

1. *Sic ex MSS. H. V. et Ch. quae Gr. et Al.* 2. *sine caulibus. Diosc. aequalibus. V.* 3. *Fert. Diosc.* 4. *Sic ex MSS. H. V. et in his. Ch. et iis semen seu p. Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. H. et arsen Gr. et Al.* 6. *hipporomon. M.*

in secunda syllaba, ex Dioscoride L. IV. cap. de mandragora. *Pint.*

Mandragoram) Diosc. l. c. Μανδραγόρας, οἱ δὲ ἀντίμηλον, οἱ δὲ Διρκαίαν, οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσι, etc. In Nothis; οἱ δὲ Κίρκαιον. Addit Circaeam vocari, quod radix credatur in amatoriis efficax esse. Nota satis sunt Circes pocula. Gallis, *Mandragore.* Pingitur a Dodonaeo p. 454. Vidimus in horto Regio. H.

y. Duo) Diosc. l. c. H.

z. Hirsutis et caulibus) Densis, δασέσι. sine caulibus. Dioscor. aequalibus. Neutra Mandagora caulem habet. *Dal.*

Hirsutis) Dioscoridis mandragoras expers caulis est: καυλὸν δὲ οὐ φέρει. At Theophr. habet Hist. VI. 2. et quidem ferulaceum: Τὰ μὲν ὁμοιότερον νάρθηκι τὸν καυλὸν ἔχει, καθάπερ ὁ μανδραγόρας. Itaque sunt diuersi: nec Theophrasteus alius est a lethali solano, quod *Bella donna* Paduae, alibi apud Italos *Solatro maggiore* nominatur, vt recte vidit Anguillara, Par. V. p. 90. et post illum Dodonaeus, a quo mandragorae genus id delineatur, p. 453. vt et a Clusio, Hist. rar. pl. V. p. 86. Vidimus in horto Regio. H.

a. Ferunt) Diosc. l. c. H.

b. Album) Diosc. l. c. Τοῦ δὲ ἄῤῥενος καὶ λευκοῦ, ὃν ἔνιοι μώριον ἐκάλεσαν, etc. Ἄρσην, siue Ἄῤῥην, quia mas; μώριος, quia fatuitatem inducit et somnum, nominatur. Vnde mandragoram bibisse dicuntur ii qui sunt nimium desides, ac veluti sensu destituti. Iulianus Caesar, in Epist. ad Calixenum: Οὐ φανεῖται πολὺν πάνυ μανδραγόραν ἐκπεπω-

phlomon vocant. Huius folia alba, quam alterius latiora, vt *c.* [1] lapathi satiuae. Cauent *d.* effossuri contrarium ventum, et tribus circulis ante gladio circumscribunt: postea fodiunt ad occasum spectantes. Succus *e.* fit et e malis, et [2] caule, deciso cacumine, et radice punctis aperta, aut *f.* decocta: vtilis *g.* haec [3] vel surculo. Concisa *gg.* quoque in orbiculos seruatur in vino. Succus non vbique inuenitur, sed vbi potest, circa vindemias quaeritur. Odor grauis [4] ei: sed radicis *h.*, et *i.* mali

1. *betae. Diosc.* 2. *foliis praeciso. V.* 3. *veluti succus. Cornar.* 4. *Sic et M. eius Gr. et Al.*

πωκώς. Denique ἱππόφλομος, quasi maius verbascum ob foliorum similitudinem appellatur. In Indice, neutro genere *morion et hippophlomon* MSS. omnes prae se ferunt. H.

c. *Vt*) Cum foliis betae confert Diosc. l. c. H.

d. Cauent) Theophr. Hist. IX. 9. totidem verbis. H.

e. Succus) Diosc. l. c. H.

f. Aut) Sunt enim qui radices in vino ad tertias decoquant, excolatumque eius asseruent in vsus varios Diosc. l. c. H.

g. Vtilis) Vel per se solus radicis surculus arefactus prodest. Diosc. l. c. Καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τῆς ῥίζης περιαιρεθεὶς καὶ διαβληθεὶς λίνῳ, κρεμᾶται εἰς ἀπόθεσιν, *Quin et detractus radici cortex, filoque traiectus, ad vsum suspenditur.* H.

gg. Concisa quoque in orbiculos, etc.) Concisam in pastillos, τροχίσκους, musto excipi inuoluique ac in fumo suspendi scribit Theophrastus. Plinius apud Dioscoridem siue Crateuam legit, καὶ δευθεὶς οἴνῳ non, vt in exemplaribus Diosc. διαβληθεὶς λίνῳ: *Dal.*

Concisa) Theophr. IX. 10. Τέμνουσι δὲ τροχίσκους; ἐνοιλήσαντες δὲ ἐν γλεύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. *Concidunt orbiculos, et inuolutos musto in fumo suspendunt.* H.

h. Radicis et mali grauior) De radicis odore nihil Dioscor. At vtriusque mala εὐώδη esse is scribit, odoratu suauia cum quadam grauitate. *Dal.*

i. Et) Et grauis idem et suauis: τὰ δὲ μῆλα εὐώδη μετὰ

mali grauior. Ex albo mala matura in vmbra ſiccantur: Succus *k.* ex iis Sole denſatur; item *l.* [1] radicis tuſae, vel in vino nigro ad tertias decoctae. Folia *m.* ſeruantur in muria efficacius, alias recentium ſuccus peſtis eſt: ſic *n.* quoque noxiae vires. Grauedinem *o.* etiam afferunt olfactu: quamquam mala in aliquibus terris [2] manduntur, nimio *p.* tamen odore obmuteſcunt ignari. *q.* Potu *r.* quidem largiore etiam moriuntur. Vis *s.* ſomni-

1. *radice tuſa, etc. decocta. V.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. mandantur Gr. et Al.*

μετὰ βάρους τινός. Dioſc. l. c. H.

k. Succus) Dioſc. l. c. H.

l. Item) Dioſc. l. c. H.

m. Folia) Dioſc. l. c. H.

n. Sic) Etiam conditae muria. H.

o. Grauedinem) Caput olfactu grauant. Vide quae de hac voce diximus XXI. 76. Dioſc. l. c. folia ait eſſe βρωμώδη καὶ βαρέα μετὰ τὴν ὀσμὴν, viroſa et graueolentia. H.

p. Nimio tamen odore obmuteſcunt ignari) Poſtrema dictio otioſa eſt, nullumque vſum praeſtat, ex Dioſcoride L. IV. cap. de mandragora. *Pint.*

Nimio) Dioſc. l. c. Τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα καὶ ἐσθιόμενα, καρωτικά. *Mala ſeu nimio odore, ſeu etiam largiore cibo, vocem adimunt, ſoporem afferunt.* H.

q. Ignari) Incauti, qui quae vis ſit eius pomi, neſciunt. H.

r. Potu) Dioſc. l. c. Πλείων δὲ ποθεὶς ἐξάγει τοῦ ζῆν. H.

s. Vis ſomnifica) Inde prouerbium Luciano ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδειν. Demoſthenes Philippica quarta, ἀλλ' αὐτὸ ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσι, ἤτοι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. Rhod. cap. 24. L. XVII. *Dalec.*

Vis) Huc pertinet, quod narrat Frontinus, Strateg. II. Hannibalem ſcilicet miſſum a Carthaginienſibus aduerſus rebellantes Afros, quum ſciret gentem eſſe auidam vini, magnum eius modum mandragora miſcuiſſe, cuius inter venenum et ſoporem media vis eſt. Tunc praelio leui commiſſo, ex induſtria ceſſiſſe: Nocte deinde

ſomnifica pro viribus bibentium. Media *t.* potio cyathi vnius. Bibitur *v.* et contra ſerpentes, et ante ſectiones punctioneſque, ne ſentiantur. Ob *x.* haec ſatis eſt aliquibus ſomnum odore quaeſiſſe. Bibitur *y.* et pro elleboro duobus obolis in [1] mulſo. Efficacius *z.* elleborum ad vomitiones, et ad bilem nigram extrahendam.

XCV. 4. Cicuta *a.* quoque venenum eſt, publi-

1. *mulſo, efficaciuſque eſt quam elleborum. V.*

inde intempeſta, relictis intra caſtra quidem ſarcinis et omni vino infecto, fugam ſimulaſſe. Quumque barbari occupatis caſtris in gaudium effuſi medicatum merum auide hauſiſſent, atque in defunctorum modum ſtrati iacerent, reuerſum cepiſſe eos ac trucidaſſe. H.

t. Media) Moderata ac iuſta. Sic Dioſc. l. c. apud quem et ſequentes medicinae exſtant. H.

v. Bibitur et contra ſerpentes et ante ſectiones punctioneſque, ne ſentiantur) Scribendum puto *vſtiones*, non *punctiones*, ex Dioſcoride L. IV. *Dantur*, inquit, *ex eo terni cyathi his qui ſecari aut vri debent.* Aſtruit idem Serapio. *Pint.*

x. Ob) Etiam puluino ſubiecta mandragorae mala ſomnum moliri, nonnulli cenſent, teſte Celſo, III. 18. H.

y. Bibitur et pro elleboro) Succus duobus obolis ex mulſo potus, vt veratrum, vomitione atram bilem pituitamque educit: largiore potu interficit. Dioſc. Vide Theophraſt. cap. 10. L. IX. hiſt. *Dalec.*

z. Efficacius) Dioſc. IV. 150. Καθαίρει δὲ δι' ἐμέτων, ἄγων ποικίλα. Elleborum porro candidum intellige. H.

a. Cicuta) Publica dicitur, quod cicuta publice Athenis cuſtodiretur ad ſontium poenas: teſte Ioh. Tzetze Hiſt. Chil. VIII. hiſt. 181. v. 238. vbi κώνειον δημόσιον appellat. Seneca ep. 13. p. 186. *Cicuta magnum Socratem fecit*, quem hauſto cicutae veneno, obiiſſe Laertius refert, II. Nec Athenienſium modo, ſed et Maſſilienſium publica poena haec fuit, teſte Val. Max. II. 6. Gallis, *de la Cigue*, Graecis, κώνειον. Genera in horto Regio octo vidimus. H.

publica Athenienſium poena *b.* inuiſa, ad multa tamen vſus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem et viridis eſtur *c* a pleriſque et in patinis. [1] Laeuis hic et geniculatus, vt calami, nigricans, altior ſaepe binis cubitis, in [2] cacuminibus ramoſus: folia coriandri teneriora, graui odoratu: ſemen aniſo craſſius: [3] radix concaua, nullius vſus. Semini *d.* et foliis refrigeratoria vis: [4] quos *e.* [5] enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio *f.* eſt, priuſquam [6] perueniat ad vitalia, vini natura excalfactoria. Sed in vino pota, irremediabilis, [7] exiſtimatur. Succus *g.* expri-

1. *Leuis Gr. et Al.* 2. *cacumine. V.* 3. *radice. M.* 4. *Sic ex MSS. H. quae ſi enecat Gr. et Al.* 5. *cito necat. Incipiunt. M.* 6. *Sic ex MSS. H. Ch. et M. perueniatur Gr. et Al.* 7. *exiſtit. H.*

b. Poena inuiſa) Apud Maſſilienſes et Ceos, venenum cicuta temperatum publico cuſtoditur, idque datur iis qui iuſtas cauſſas exhibent, propter quas mors ſit expetenda. Sunt autem fere nimis aduerſae fortunae aerumnae, vel proſperae blanditiae: idque ne vel illa perſeueret, vel haec deſtituat. *Valerius cap.* 6. L. II. Menander apud Strabonem L. IX. καλὸν Κέων τὸ νόμιμον ἐςὶ Φανία. ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, ὀ ζῇ κακῶς. Brod. cap. 27. L. II. *Dalec.*

c. Eſtur a pleriſque et in patinis) Eſu cicutae, quae apii hortenſis ſpecie incautum fefellerat, ego quendam noui ad extremum vſque vitae dementem factum. *Dalec.*

d. Semini) Dioſc. IV. 79. H.

e. Quae ſi enecat) In veteri codice *ſic et necat.* Quid ſi legas, *quos enecat.* Pint.

Quos) Dioſc. in Alex. c. 11. Scrib. Larg. comp. 179. *Cicutam ergo potam caligo, mentiſque alienatio, et artuum gelatio inſequitur: vltimoque praefocantur, qui eam ſumſerunt, nihilque ſentiunt.* H.

f. Remedio) Dioſc. IV. 79. et in Alex. c. 11. Vide quae diximus XXIII. 23. H.

g. Succus) Dioſc. IV. 79. H.

exprimitur foliis floribusque, tunc *h.* enim maxime tempestiuus [1] est. Semine trito expressus, et Sole densatus in pastillos, necat [2] sanguine *i.* spissando. Haec *k.* altera vis. Et ideo sic necatorum maculae in corporibus apparent. Ad *l.* [3] resoluenda medicamenta vtuntur illo [4] pro aqua. Fit ex eo [5] ad refrigerandum stomachum malagma. Praecipuus *m.* tamen ad cohibendas epiphoras [6] aestiuas, oculorumque dolores sedandos circumlitus. Miscetur *n.* collyriis, et alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoque tumorem omnem, doloremque, et [7] epiphoras sedant. Anaxilaus auctor est, mammas *o.* [8] a virginitate illitas, semper straturas. Quod certum est, lac puerperarum mammis im-

1. *est melior. Ch.* 2. *sanguinem. M.* 3. *dissoluenda. M.* 4. *cum. V.* 5. *ad. Ch.* 6. *aestuosas. V.* 7. *epiphoram. Ch.* 8. *in. V.*

h. Tunc) Priusquam semina siccescant, inquit Diosc. l. c. πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι τὸ σπέρμα. H.

i. Sanguine) Vel *sanguinem.* Plinium magis forma loquendi prior sapit. Rem quoque tradit Aelianus H. A. IV. 23. H.

k. Haec altera vis) Eadem prorsus vis est, quam supra dixit, refrigeratoriam. *Dal.*

l. Ad resoluenda, etc.) Id est, ad exsoluendam medicamentorum acrium vim, vsus est illius aqua dissoluti, vt opii. *Dalec.*

Ad) Ad diluenda. Sic ipse de peucedani succo c. 70. *Resoluitur*, inquit, *amygdalis aut ruta. Dilui dixit* s. 91. H.

m. Praecipuus) Haec Plin. Val. ad verbum L. XIV. extrita modo voce *aestiuas.* H.

n. Collyriis) Quae dolorem leniunt. Diosc. *Dal.*

Miscetur) Diosc. IV. 79. τοῖς ἀνωδύνοις κολλυρίοις, *collyriis quae dolorem minuunt, admiscetur.* H.

o. Mammas) Diosc. l. c. Καὶ γάλα σβέννυσι, μασθοὺς τε ἐν παρθενίᾳ κωλύει αὔξεσθαι, καὶ διδύμους ποιεῖ ἐπὶ παιδίων. *Lac extinguit, et mammas virginum crescere non patitur: ac puerorum testes nutrimento defectos ita reddit, vt intabescant.* H.

impoſita extinguit, Veneremque *p.* teſtibus [1] circa pubertatem illita. Remedia liberationi, quibus bibenda cenſetur, non equidem praeceperimus. Maxima *q.* vis natae Suſis Parthorum, mox *r.* Laconiae, Creticae, Aſiaticae. In *s.* Graecia vero Megaricae, deinde Atticae.

 XCVI.

1. et circa pubem. V.

p. Veneremque) Dioſc. IV. 79. Παρίνησι δὲ καὶ αἰδοῖα καταπλασθέντα. *Genitalia illitu effeta, languidioraque reddit.* Athenienſium ἱεροφάντας ſacerdotes cicutae ſorbitione ſolitos caſtrari, ac viros eſſe deſinere, vſque ad ſua tempora ſcribit Hieronymus contra Iouin. I. Marc. Emp. c. 33. p. 231. *Vt eunuchum ſine ferro facias, radices cicutae ex aceto teres, et inde teſticulos ſpiſſiſſime illines . . . hoc quantum tenerioribus infantibus feceris, euentu efficaciore proueniet.* H.

q. Maxima vis natae, etc.) Cornarius legendum putat, *Maxima vis natae finibus Parthorum*: quoniam Suſa fuerit vrbs non Parthiae, ſed media inter Perſiam et Babyloniam. Theophraſtus tamen cap. 17. XI. Hiſt. Thraſyam Mantinenſem ex Suſis cicutam praetuliſſe omnibus tradit ad venenum conficiendum, atque Homeri teſtimonio Suſis, et in locis frigidis optimam eſſe. *Dalec.*

Maxima) Ad venenum accommodatiſſimam cenſet eſſe cicutam e Suſis, Thraſias Mantinenſis, apud Theoph. Hiſt. IX. 17. ἐκ Σούσων, quae vrbs fuit imperii Parthici. H.

r. Mox Laconicae, Creticae, Aſiaticae) *Aſſyriacae*, in vetuſto exemplari, non, *Aſiaticae*. Neutra lectio placet. Verae propior eſt, *ac Ciliſſe*, ex Dioſcoride IV. *Pintian.*

Mox) Dioſc. l. c. H.

s. In) In Peloponneſo Laconicus ager cenſetur, non in Graecia proprie dicta: Nam, vt Plinius ait, II. 11. *Ab Iſthmi anguſtiis Hellas incipit, noſtris Graecia appellata. In ea prima Attica . . . Attingit iſthmum parte ſui, quae Megaris appellatur*, etc. Non vidit hoc vir alioqui eruditus, qui traiectione verborum locum hunc laborare cenſuit, quem contra omnium exemplarium fidem, atque adeo contra Plinii ſententiam ſic immutat: *Maxima vis natae Suſis Parthorum, mox Aſiaticae. In*

XCVI. 5. Crethmos *t.* agrios [1] gramias *v.* tollit oculorum impositus, tumorem quoque polenta addita.

XCVII. 6. Nascitur *x.* vulgo molybdaena *y.*, id est, plumbago, etiam in aruo, folia lapathi, crassa radice, hispida. Hac commanducata si oculus subinde elingatur, plumbum *z.* (quod est genus vitii) ex oculo tollitur.

XCVIII.

1. *gremias. Ch.* 2 *oculis subinde religatur. M. fortassis, vel, illinatur, vel, alligetur.*

In Graecia vero Laconicae, Creticae, Megaricae, deinde Atticae. H.

t. Crethmos) Galeno de fac. simpl. med. VII, p. 196. Κρῆθμον vocatur. Κρίθμον, Dioscoridi II. 157. folii portulacae, in petrosis maritimisque nascens. Non est igitur feniculum marinum, quod vulgus in Gallia vocat, *Perce-pierre, ou Creste marine, ou Bacille ou Fenouil marin*, quod herbariis fere hactenus placuisse video: sed portulaca marina potius, halimi vulgaris nomine picta a Matthiolo in Diosc. I. p. 160. a Lobelio in Obss. p. 213. H.

v. Gramias) Τὰς λήμας glamas Festus vocat.

Gramias) Hoc est oculorum pituitas, quae palpebras veluti conglutinant. Festus: *Gramiae oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant.* Nonius: *Gramia, pituitae oculorum.* Caecilius: *Gramiosis oculis ipsa, atratis dentibus.* Graecis est λήμη seu γλήμη. Nostris, la *chassie qui vient aux yeux.* H.

x. Nascitur) Μολύβδαινα, quae vox plumbaginem sonat. Haec lepidium quoque, cum dentellariae cognomine, seu dentariae, appellatur. Pingitur a Clusio Hist. rar. pl. V. 124. a Lobelio in Adun. p. 136. Crescit in Romano et Monspeliensi agro iuxta sepes et sata. Vidimus in horto Regio, Romae, *Herba di S. Antonio*, appellatur: in Marsis, *Coligillo*: In Illyrico, *Cucurida*, vt testatur Anguillara, Par. XII. p. 211. H.

y. Molybdaena) Vulgo dipsacus secundus, capite rotundo. *Dalec.*

z. Plumbum) Quod Plinio *plumbum*, hoc Festo *ampullas* esse *plumbeas* arbitror, quas et calces vocat: hoc est, liuidas in palpebris maculas. H.

XCVIII. 7. Capnos *a.* prima, quam pedes gallinaceos vocant, naſcens in parietinis et ſepibus, ramis tenuiſſimis, ſparſiſque, flore purpureo, viridis, ſucco caliginem diſcutit: itaque in medicamenta oculorum additur.

XCIX. 8. Similis *b.* et nomine et effectu, ſed alia eſt capnos fruticoſa, praetenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. Naſcitur in hortis et ſegetibus hordeacis. Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemque, ceu fumus: vnde *c.* [1] nomen. Eadem *d.* euulſas palpebras renaſci prohibet.

C. 9. [2] Acoron *e.* iridis folia habet, anguſtiora [3] tantum, et longiore pediculo, radices nigras, minuſque venoſas: cetero et has ſimiles [4] iridis,

1. *nomen accepit. M.* 2. *Sic et Ch. acoros Gr. et Al.* 3. *tamen. V.* 4. *ederis. Ch.*

a. Capnos prima) Ariſtolochia rotunda Fuchſii. *Dal.*

a. Capnos) Delineatur haec a Dodonaeo p. 60. vbi Fumariam alteram vocat. Sunt e recentioribus qui *Splith* vocitent. H.

b. Similis) Dioſc. IV. 110. haec fere totidem verbis. Καπνὸς, *βοτάνιόν ἐστι θαμνοειδὲς*, etc. Galen. quoque de fac. ſimpl. m. VII. p. 184. Κάπνος, *οἱ δὲ καπνόν*. Hanc officinae fumariam vocant: vulgus *Fumeterre*. Pingitur a Dodonaeo, p. 59. Vidimus in horto Regio. H.

c. Vnde) Καπνὸς enim fumum Graece ſonat. H.

d. Eadem) Dioſc. l. c. et Marc. Emp. c. 8. p. 70. H.

e. Acoron) Sic MSS. omnes, non *acoros*. Tamen auctori libri de ſimpl. med. ad Pat. T. XIII. Opp. Galeni p. 986. *acorus* nuncupatur. At Dioſc. I. 2. Ἄκορον τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἐμφερῆ ἴριδι, στενώτερα δὲ, καὶ τὰς ῥίζας οὐκ ἀνομοίοις, etc. Quum iridem audis, herbam intellige, de qua diximus XXI. 19. Acorum legitimum in Syria Aleppi naſci, quale a Plinio deſcribitur, ait Anguillara, Par. I. p. 19. Pingitur a Cluſio hiſt. rar. pl. II. p. 231. Vidimus in horto regio. Calamus eſt aromaticus officinarum, vt diximus XII. 48. H.

dis, guſtu acres, odore non ingratas, [1] ructu *f.* faciles. Optimae Ponticae, dein Galaticae, mox Creticae. Sed *g.* [2] primae in Colchide iuxta Phaſin amnem, et vbicumque in aquoſis. Recentibus *h.* virus [3] maius, quam vetuſtis. Creticae candidiores Ponticis. Siccantur vtribus in vmbra digitalibus *i.* fruſtis. Necnon *k.* inueniuntur, qui *l.* oxymyrſinae radicem acoron vocant, ideoque quidam hanc acoron agrium vocare malunt. Vis *m.* ei ad calfaciendum, extenuandumque efficax: contra ſuffuſiones et caligines oculorum ſucco eiuſdem poto, contraque ſerpentes.

CI. 10. Cotyledon *n.* paruula herba, cauliculo tenero puſillo, pingui [4] folio et concauo, [5] vt *o.* coxen-

1. *ruptu. V. erutu. V. alii.* 2. *plurimae. Ch.* 3. *magis. M. fortaſſis, vires magis.* 4. *folio et, in Ch. d.* 5. *vt coxendicis acetabulum. V.*

f. Ructu) Ructum facilem cient. H.

g. Sed) Prima his palma, praecipuaque commendatio. H.

h. Recentibus) Odor multo grauior. Ita MSS. R. etc. editique libri. H.

i. Digitalibus) Conciſa radice in orbiculos digiti craſſitudine. H.

k. Nec non) Vide quae diximus XV. 7. Cauſa cur haec appellatio oxymyrſinae quoque tribuatur, haec eſt, quod radices acori modo geniculatas habet. H.

l. Qui oxymyrſinae radicem acaron vocent) Legendum videtur *acoron*, non *acaron.* eadem menda poſt paulo corrigenda. Scriptus tamen codex non *acaron agrion* aut *acaron* habet, ſed *acarion.* vt ſit ſenſus: quoſdam ad differentiam inter herbam et radicem, malle radicem *acorion* appellare forma diminutiua. *Pint.*

m. Vis) Haec totidem verbis Dioſc. I. 2. H.

n. Cotyledon) Dioſc. totidem verbis, IV. 92. Κοτυληδὼν, etc. Vmbilicum Veneris nunc herbarii appellitant. Pingitur a Dodonaeo p. 131. Vidimus in horto regio. H.

o. Vt coxendices) Acetabulum, oxybaphon. Dioſcor. *Dal.*

coxendices: nafcitur in maritimis petrofifque, viridis, radice oliuae modo rotunda. Oculis *p.* medetur fucco. Eft *q.* aliud genus eiufdem, fordidis *r.* foliis, latioribus denfioribufque circa radicem velut oculum cingentibus, afperrimi guftus, longiore caule, fed pergracili. Vfus *s.* eius ad eadem, quae [1] iris.

1. *iridis. M.*

Vt) Diofc. l. c. Φύλλον ἔχει ὥσπερ ὀξύβαφον, *instar acetabuli.* Acetabulum, vt diximus IX. 46. vafculum eft forma rotunda, nulla marginis latitudine, paulatim fe vndique contrahens, et fic defcendens ad imum. Eadem forma cotyla quoque fuiffe deprehenditur: vnde κοτυληδόνας Graeci ea denominarunt, quae cauam illam decrefcentis fubinde rotunditatis fpeciem aemulabantur. Quin et in coxendice, qua inferius cruris os fuperiori inferitur, ob eamdem caui orbis figuram, cotyledonis vox auditur: Rurfufque in herba ifta, cuius circumducta in orbem folia, fenfim calycis effigie quadam defcendentia in cauum definunt. Ex qua fimilitudine Romani eam vmbilicum Veneris appellarunt. H.

p. Oculis medetur fucco) Φίμοις, non ὀφθαλμοῖς. Diofc. *Dal.*

q. Eft) Defcribitur illud totidem fere verbis a Diofc. IV. 93. H.

r. Sordidis foliis) Pinguibus. Diofc. λιπαροῖς, non ῥιπαροῖς. *Dal.*

Sordidis) Ob pinguitudinem: quare alii, vt Diofcorides, λιπαρὰ φύλλα; alii, quos Plinius fequitur, ῥυπαρὰ dixere. H.

s. Vfus eius ad eadem, etc.) Legend. *vfus ad eadem quae maioris Aizoi. Duo genera, maius in fictilibus vafculis feritur.* Vide *Salmaf.* p. 705. b.

Vfus) Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) *Vfus)* Ita libri vulgati. At MS. R. 1. *ad eademque inriui. Aizio* etc. R. 2. *ad eadem quae iridi.* Vetus cod. Dal. *iridis.* In Colb. 3. *quae lyridi.* Malim, fi faueant aliqui alii codices, *quae prioris.* Vel certe, traiectis voculis, *Vfus eius ad eadem quae aizoi. Huius duo genera.* Diofc. enim IV. 92. vbi de cotyledone differit, Ποιεῖ δὲ, inquit, πρὸς ἃ καὶ τὸ ἀείζωον. *Vfus eius ad ea-*

CII. 11. [1] Aizoi *t.* duo genera. Maius *v.* in fictilibus vasculis seritur, quod *x.* aliqui buphthalmum vocant, alii zoophthalmon, alii stergethron, quod amatoriis *y.* conueniat: alii hypogeson, quoniam in subgrundiis fere nascitur. Sunt *z.* qui ambrosiam potius vocant, et qui amerimnon: [2] Itali sedum *a.* magnum, aut [3] oculum, aut

1. *Aeizoi Gr. et sic vbique.* 2. *Id alii. M.* 3. *oculorum. Ch.*

ad eadem, quae semperuiui. Nam quod Salmasius in Solin. p. 705. legit, *ad eadem quae maioris aizoi. Duo genera*: et longius id recedit a vestigiis antiquorum exemplarium, et abruptam facit orationem, quae quo ista pertineant verba, *Duo genera*, ponit in ambiguo. H.

t. Aizoi) Vox ea ἀείζωον semperuiuum sonat. H.

v. Maius) Orib. XI. p. 187. H.

x. Quod) Diosc. in Noth. p. 468. Ἀείζωον τὸ μέγα, οἱ δὲ ἀειθαλὲς, οἱ δὲ ἀμβρόσιον, οἱ δὲ χρυσόσπερμον, οἱ δὲ ζωόφθαλμον, οἱ δὲ βούφθαλμον, οἱ δὲ στέργηθρον, οἱ δὲ αἰώνιον ... Ῥωμαῖοι, Ἰόβις κάυλις. Sedum maius vulgare est, pictum a Clusio hist. rar. pl. IV. p. 63. Nostris, *la Iubarbe.* Vidimus in horto Regio. Βούφθαλμον, oculum bouis sonat: ζωόφθαλμον, oculum viuum: στέργηθρον, philtrum amatorium, a στέργω, *amo*: ὑπόγεισον in suggrundiis nascens: sunt enim γεῖσα suggrundia, hoc est, partes tecti prominentes, quibus stillicidia a parietibus arcentur. Vide Apul. c. 123. H.

y. Amatoriis) Amatoria pocula, veneficiaque, quibus ad amorem induci homines arbitrantur, Graeci fere φίλτρα, et φιλτρόποτα nuncupant, teste Cael. Aur. I. 5. Horatius, *desiderii pocula* vocat. H.

z. Sunt) Ἀμβροσίαν quasi diuinam et immortalem: vnde et Θεοβρότιον minus sedum appellatur in Noth. Diosc. p. 486. Ἀμέριμνον quasi curas sedantem. H.

a. Sedum magnum) Sedum, inquit Festus, alii sadum appellant, herbam, quam Opilius Aurelius sesuuium vocari ait, eamque in tegulis seri, nec quamobrem id fiat indicat. *Dal.*

aut digitellum. Alterum *b.* minufculum, quod *c.* erithales vocant, alii trithales, quia ter floreat: alii [1] chryfothales, aliqui [2] ifoëtes: fed aizoum vtrumque, [3] quoniam viret femper, aliqui femperuiuum. Maius *d.* cubiti altitudinem excedit, craffitudine plufquam pollicari. Folia [4] cacumine *e.* linguae fimilia, carnofa, pinguia, [5] larga fucco, latitudine pollicari, alia *f.* in terram conuexa, alia ftantia, ita vt ambitu effigiem imitentur oculi. Quod *g.* minus eft, in muris parietinifque nafcitur, et tegulis: fruticofum a radice, [6] et foliofum vfque ad cacumen: foliis anguftis, mucronatis, fuccofis, palmo alto caule: radix inutilis.

CIII. 12. Huic *h.* fimilis eft, quam Graeci andrachnen agriam vocant, Itali illecebram, pufillis

1. *eryfithales. Ch.* 2. *ifoëtes, alii fedum. M.* 3. *quia vireat. M.* 4. *in cacumine. V.* 5. *largo. Gr.* 6. *Sic ex MSS. H. Ch. et Diofc. et furfum vfque Gr. et Al.*

b. Alterum) Gallis, *Tricque Madame.* Pingitur a Lobelio in Obff. p. 202. Vidimus in horto Regio. H.

c. Quod) Ἐριθαλὲς, vere florens. Χρυσοθαλὲς, aureo flore comans: *ἰσοετὲς*, per totum annum fui fimile, hoc eft, femper virens. H.

d. Maius) Diofc. totidem verbis IV. 89. H.

e. Folia) Diofc. plane ad verbum l. c. Φύλλα λιπαρὰ, μέγεθος δακτύλȣ μεγάλȣ, γλωσσοειδῆ κατὰ τὸ ἄκρον, *extremo cacumine linguae fimilia*, etc. H.

f. Alia) Nempe infima: quae vero funt in capite, ita funt conferta, adductaque inuicem, vt orbiculato ambitu effigiem oculi repraefentent. Καὶ τὰ μὲν κατωτέρω τῶν φύλλων ὑπτιȣμενα· τὰ δὲ κατὰ τὴν κεφαλὴν προσεσαλμένα ἐπ' ἄλληλα, κύκλον ὀφθαλμοειδῆ περιγράφοντα Diofc. l. c. H.

g. Quod) Diofc. IV. 90. H.

h. Huic) Haec Craffula minor officinarum, eademque Vermicularis, a fimilitudine foliorum cum vermiculis, et Illecebra maior appel-

lis latioribus foliis, [1] breuiori cacumine. Nafcitur in petris, et colligitur cibi caufa. Omnium *i.* harum vis eadem, [2] refrigerare et aftringere. Medentur *k.* epiphoris folia impofita, vel fuccus [3] inunctis. [4] Purgat [5] enim hulcera oculorum, expletque, et ad cicatricem perducit: palpebras deglutinat. Eaedem *l.* capitis doloribus medentur, fucco vel folio temporibus illitis. Aduerfantur *m.* phalangiorum ictibus: aconito *n.* vero maius aizoum praecipue. A *o.* fcorpionibus quoque habentem

1. et breui caule. M. et breuior cac. Ch. 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. perfrigerare Gr. et Al.* 3. *inunctus. V.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. purgant ... explent .. deglutinant Gr. et Al.* 5. *etiam. V.*

appellata a Lobelio, a quo delineatur accurate in Obff. p. 205. et Aduu. p. 162. Diofc. IV. 91. Δοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τρίτον εἶδος ἀειζώου, ὅ ἔνιοι ἀνδράχνην ἀγρίαν ἢ τηλέφιον ἐκάλεσαν, Ῥωμαῖοι δὲ ἰλλέκεβραν. Ἔχει δὲ αὕτη παχύτερα τὰ φυλλάρια πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης· καὶ δασέα. Φύεται ἐν πέτραις. *Pufillis foliis, craffiufculis, ad portulacae fimilitudinem, ac denfis.* Ἀνδράχνη ἀγρία portulacam agreftem fonat: Alii ἀνδράκλην fcribunt, vt in Indice, *andrachle agria.* H.

i. Omnium harum vis eadem) Priorum quidem duarum, fed non tertiae, quae calfacit, acris eft, exulcerat. *Dal.*

Omnium) De aizoo maiore ac minore fubfcribit Diofc. IV. 89. fq. De illecebra abit in partes contrarias. Verum Apuleius a Plinio facit, c. 103. *A Graecis*, inquit, *dicitur andrachne*, ... *Latine portulacam*, ... *alii illecebram* ... *Frigidae virtutis, atque redarguentis*, hoc eft, adftringentis. H.

k. Medentur) Diofc. IV. 89. etiam et lippitudinibus a fanguine obortis vtiliter inungi fcribit. H.

l. Eaedem) Diofc. l. c. H.

m. Aduerfantur) Diofc. l. c. H.

n. Aconito) Diofc. Εὐπορ. II. 127. Ἰδίως δὲ πρὸς ἀκονίτον ἁρμόζει, ἀειζώου τοῦ μείζονος ἄνθεα μετ' οἴνου. H.

o. A fcorpionibus) Demorfis a fcorpione opitulari fem-

bentem id feriri negant. Medentur et aurium dolori. [1] Item *p.* ſuccus inunctus hyoſcyami modice: item Achilleae, et *q.* minoris [2] centaurii, et plantaginis: peucedani cum roſaceo et meconio: acori ſuccus cum roſa. Omnis *r.* autem ſtrigili *s.* calefactus infunditur. Cotyledon etiam purulentis, et cum medulla ceruina calefacta. Ebuli radicis tritae ſuccus [3] linteo colatus, mox in Sole denſatus, et [4] quum opus ſit, roſaceo dilutus et calefactus, parotidas ſanat. Verbenaca *t.* quoque: item *v.* plantago: item ſideritis, cum axungia vetere.

CIV. Narium *x.* ozaenas emendat ariſtolochia cum cypero.

CV. Den-

1. *Item ſuccus hyoſcyamos modicus. Ch.* 2. *centaurei Gr. et vulgg.* 3. *Sic ex MSS. H. M. et Ch. linteolo Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. M. et Ch. quum opus eſt Gr. et Al.*

ſemperuiuum ſcribit Dioſc. Εὐπορ. II. 121. H.

p. Item) Et hunc commendat Dioſc. IV. 70. πρὸς ὠταλγίαν. H.

q. Et) Centaurii decoctum ex aceto, peucedanique ſuccum, inſtillatum auri, illapſa educere animalcula ſcribit Dioſc. Εὐπορ. I. 67. Fractis auribus opitulari plantaginis ſuccum, idem monet, 58. H.

r. Omnis) Omnis ſuccus prius calefactus ſtrigili infunditur. Strigilis proprie inſtrumentum ferreum fuit, ad corporis ſordes, ſudoremque detergendum: fiebat autem ex argento, auro, ferro. De eo plura dicemus XXIX. 19. H.

s. Strigili calefactus infunditur) τῷ ὠτεγχύτῃ. *Dal.*

t. Verbenaca) Marc. Emp. c. 15. p. 107. *Herba verbena cum plantagine in ore contrita, adiecto modico ſalis, pro emplaſtro appoſita, parotidas mire diſcutit.* Sic et Apul. c. 3. t. 2. *Ad hulcera et parotidas.* H.

v. Item) Dioſc. Εὐπορ. I. 31. p. 148. Plin. Val. I. 13. de parotidum curatione: *Plantago cum vetere axungia perſanat.* Apul. ſimiliter, c. 1. t. 20. *Ad parotidas: Plantago cum axungia vetere piſata et impoſita ſanat.* H.

x. Narium) Marc. Emp. c. 10.

CV. Dentibus remedio sunt panacis radix *y.* commanducata, praecipue Chironiae, item succus [1] collutis: radix hyoscyami ex aceto manducata, item *z.* polemoniae. Commanducantur *a.* et plantaginis radices, aut colluuntur in aceto decoctae succo. Et *b.* folia sunt vtilia, [2] vel si sanguine gingiuae [3] putrescant. Semen eiusdem apostemata, et collectiones gingiuarum sanat. Et *c.* aristolochia gingiuas [4] dentesue confirmat. [5] Verbenaca cum radice [6] commanducata, et decocta ex vino aut aceto succus [7] collutus. Item *d.* quinquefolii radi-

1. *collutus.* *V.* *collutibus.* *Ch.* 2. *Sic ex MSS. vel si sanguineae.* *V.* *vel si gingiuae.* *Alii Vet. expuncto, sanguine.* 3. *Sic ex MSS. H. putrescant, vel sanguinis sit reiectio. Semen Gr. et Al. vel si sang. V.* 4. *dentesque. Ch.* 5. *Verbenacae cum rad. comm. et decoctae. V.* 6. *Sic ex MSS. H. et Ch. manducata Gr. et Al.* 7. *collutu. V.*

c. 10. p. 86. *Succum ederae, inquit, et aristolochiam, et cyperum, et draconteae semen, et melilotum, aequis mensuris contere, ac naribus infunde: quo facto non solum foetorem, sed etiam carcinoma narium curabis.* H.

y. Radix) Marc. Emp. c. 12. p. 91. radicem, semen, succum, ad dentium dolores sedandos commendat. De radice priuatim Apul. c. 4. de symphoniaca, t. 3. H.

z. Item) Diosc. IV. 8. Παύει δὲ καὶ ὀδονταλγίας διαμασσωμένη. H.

a. Commanducantur) Plin. Val. I. 36. Marc. Emp. c. 12. p. 95. et Diosc. II. 153. H.

b. Et) Diosc. II. 143. Καὶ πρὸς ἕλκα αἱμασσώμενα, καὶ πρὸς αἷμα ἀνάγοντας πινόμενος. *Prodest foliorum succus et sanguinantibus gingiuis, et sanguinem superne reiicientibus.* H.

c. Et aristolochia) Diosc. III. 6. Σμήχει δὲ καὶ ἕλκα καὶ ὀδόντας. Plin. Val. I. 37. *Aristolochiam tusam in puluerem dentibus laxatis iniicies, confirmat.* H.

d. Item) Eius nempe, in quo fraga nascuntur, de quo f. 62. Marc. Emp. c. 12. p. 93. *Quinquefolium in quo fraga nascuntur, colluetur*

radices, decoctae ad tertias [1] vino aut aceto. Prius vero quam decoquantur, aqua marina aut falsa lauantur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinquefolii fricare malunt. Et *e.* verbasci radix decoquitur in vino ad colluendos dentes. Et *f.* hyssopo colluuntur, et *g.* peucedani succo, cum meconio: vel *h.* radicum anagallidis magis feminae succo, ab altera nare, quam doleat, infuso.

CVI. 1. [2] Erigeron *i.* a nostris vocatur senecio. Hanc si ferro circumscriptam effodiat aliquis, tangatque ea dentem, et alternis ter despuat, ac reponat in eumdem locum, ita vt viuat herba, aiunt dentem eum postea non doliturum. Herba *k.* est trixaginis [3] specie et mollitia, cauliculis [4] subrubicundis. Nascitur [5] et in tegulis, et in muris.

1. *cum vino.* *V.* 2. *Erigeron a Graecis, quae a nostris.* *M.* 3. *specie, mollis.* *V.* 4. *subrubicundis nascitur* Gr. et Al. 5. *et, in* *M. d.*

luetur ex aqua marina, deinde ad tertias decoquitur, ex vino aut aceto, idque in ore diutius continetur: etiam exustae eius herbae cinis prodest, si eo dentes infricentur. Habet hoc quoque Plin. Val. I. 36. E Graecis Diosc. IV. 42. Cum his Cels. VI. 9. *de dentium dolore: huius rei causa quinquefolii radix in vino mixto recte coquitur,* etc. H.

e. Et) Diosc. IV. 104. H.

f. Et hyssopo) Plin. Val. I. 36. et Diosc. III. 30. H.

g. Et peucedani) Peucedani succus ad dentium dolorem mitigandum, dentium cauis vtiliter inditur, inquit Diosc. III. 92. Vide et Scrib. Larg. Comp. 56. H.

h. Vel) Naribus infusus is succus dolorem dentium lenit, si in narem dolenti denti oppositam immissus fuerit, Diosc. II. 209. H.

i. Erigeron) Ἠριγέρων Diosc. IV. 97. Nostris, *Seneçon.* Genera quatuor pingit Dodonaeus p. 630. quorum priora tria in horto regio vidimus. H.

k. Herba) Ita fere senecionem describit Diosc. l. c. H.

muris. Nomen *l.* hoc Graeci dederunt, quia vere canescit. Caput *m.* eius [1] numerosa diuiditur lanugine, qualis *n.* est spinae, inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii [2] pappum. Nec deinde Graecis de ea constat. Alii *o.* erucae foliis esse dixerunt, alii *p.* roboris, sed minoribus multo. Radice *q.* alii superuacua, alii neruis vtili, alii *r.* potu strangulante. E diuerso quidam regio morbo cum vino dederunt, et contra omnia vesicae vitia: item cordis et iocineris. Renibus extrahere arenam dixere. Ischiadicis *s.* drachmam cum oxymelite ab ambulatione propinauere: torminibus quoque [3] in passo vtilissimam: praecordiis etiam cibo ex aceto eam praedicantes, ferentesque in hortis. Nec defuere qui et al-

1. *numerose diuiditur, lanugine etc. Corn. in Diosc.* 2. *pappoden. V.* 3. *et in. Cb*

l. Nomen) Quasi ἦρι vel ἔαρι γέρων. Vide Apul. c. 75. H.

m. Caput eius numerosa) Flos luteus celeriter diuisus in pappos abit, Diosc. Locum eum Plinius infeliciter expressit. *Dal.*

Caput) Id quod extuberat, in quo semen est et lanugo, vt in carduis fere, aliisque cernimus. H.

n. Spinae) Acanthi vocabulo polysemo deceptus est Plinius. *Dal.*

Qualis) Spina praesertim solstitialis, quae a Dodonaeo pingitur, p. 722. vel carduus, aut aliquid simile. H.

o. Alii) Ex horum numero est Diosc. IV. 97. H.

p. Alii roboris) Ex illorum iudicio supra eum trixagine siue chamaedry comparauit. *Dal.*

Alii) Qui nempe herbam esse voluerunt trixaginis similem, siue chamaedryos, quae cum quercu habet similitudinem aliquam. H.

q. Radice) Diosc. l. c. Ῥίζα ἄχρηστος. H.

r. Alii) Diosc. l. c. non radicem, sed pappos, lanuginemue potu strangulare ait. H.

s. Ischiadicis) Apul. c. 75. t. 5. *Ad lumborum et coxarum dolorem: Herba senecion per*

et *t.* alterum genus facerent. Nec quale eſſet, [1] demonſtrarent, contra ſerpentes in aqua bibendam, edendamque comitialibus dantes. Nos eam Romanis experimentis per vſus digeremus. Lanugo eius cum croco et exiguo aquae frigidae trita illinitur epiphoris: [2] toſta cum mica ſalis, ſtrumis.

CVII. 2. Ephemeron *v.* folia habet lilii, ſed minora, caulem *x.* parem, florem [3] caeruleum, ſemen ſuperuacuum, radicem vnam digitali craſſitudine, dentibus *y.* praecipuam, [4] conciſam in aceto, decoctamque, vt tepido colluantur. Et ipſa etiam radix mobiles ſiſtit. Cauis et exeſis [5] imprimitur. Chelidoniae *z.* radix ex aceto trita continetur ore. Eroſis *a.* veratrum nigrum imponitur: mobiles *b.* [6] vtralibet decocta in aceto firmantur.

CVIII 3.

1. Sic ex MSS. H. et Ch. demonſtrarunt Gr. et Al. 2. tota. V. 3. album. Dioſc. 4. conciſam in acetoque decoctam, vt. Alii. 5. imponitur. V. 6. vtrolibet decocto. Ch.

per ſe trita, et ieiuno in potu data, validiſſime prodeſſe fertur. H.

t. Alterum genus facerent) Maius id eſt toto habitu, latioribus foliis, nigrioribus, contactu pinguibus, perinde ac ſi melle oblita forent: frequens naſcitur in Allobrogum planitie ſubiecta caſtro dominorum de Brixieu. *Dal.*

v. Ephemeron) Ita fere Dioſc. IV. 85. Ἐφήμερον, φύλλα καὶ καυλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ, λεπτότερα δὲ, ἄνθη λευκὰ ... ῥίζα δὲ ἐκ ὕπερ δακτύλε πάχος μία, etc. Pingitur a Matthiolo in Dioſc. IV. p. 1111. Vidimus in horto Regio. H.

x. Caulem) Liliaco cauli altitudine pari. H.

y. Dentibus) Dioſc. l. c. et Gal. de fac. ſimpl. m. VI. p. 175. H.

z. Chelidoniae) Dioſc. II. 211. H.

a. Eroſis) Dentium dolorem coctum cum aceto veratrum nigrum collutione mitigare ſcribit Dioſc. IV. 151. H.

b. Mobiles) Herba vtralibet: chelidonia, veratroue. H.

CVIII. 3. Labrum *c.* Venereum vocant in *d.* flumine [1] nascentem. Est *e.* ei vermiculus, qui circa dentes [2] necatur aut cauis dentium [3] cera includitur. Cauendum, ne auulsa herba terram tangat.

CIX. 4. Ranunculum *f.* vocamus, quem Graeci batrachion. Genera eius quatuor. Vnum *g.* pinguioribus, quam coriandri, foliis, et ad latitudinem maluae accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, et radice alba. Nascitur in limitibus humidis et opacis. Alterum *h.* foliosius, pluribus

1. *nascens. V.* 2. *ligatur. V. versatur. V.* 3. *cum cera. V.*

c. *Labrum)* Δίψακος est Diosc. III. 13. cuius genera tria pingit Dodonaeus, p. 723. quae nos in horto regio vidimus. Gallis, *Chardon à carder, ou de foulon.* Graecis perinde ac Latinis, Ἀφροδίτης λουτρόν. H.

d. *In flumine nascentem)* Falsum hoc, et a nemine proditum. Herba quidem alarum cauo sinu aquam pluuiam continet, sed in fluuiis minime gignitur. *Dal.* *In flumine)* Iuxta fluenta, in aquosis et humidis. H.

e. *Est)* Hoc iterum repetit XXVII. 62. et XXX. 8. H.

f. *Ranunculum)* Dioscoridi βατράχιον II. 206. H.

g. *Vnum)* Iisdem verbis Diosc. l. c. Florem luteum idem addit esse purpureum. Gallis, *Bacinet.* Ranunculus est primus siluestris Dodonaei p. 423. Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Vnum) Alto* scribi haud dubie multo est satius. Nam MSS. R. Colb. aliique, *alio,* non *albo*, prae se ferunt, et quod validius arbitror, Dioscorides, qui videtur ex Pliniano fonte hausisse, II. 206. Καυλὸν δὲ ὀ παχὺν, scripsit, ὕψος δὲ ὅσον πήχεως. Et alias sane de caulis colore dicere nihil attinet. H.

h. *Alterum)* Ranunculus siluestris secundus Dodonaei; l. c. Hoc apiastrum illud, siue vt Diosc. ait, l. c. agreste apium, σέλινον ἄγριον, quod antea indicauimus, XX. 45. Eademque herba Sardonia appellata, et Scelerata. H.

ribus foliorum incifuris, altis caulibus. Tertium *i.* minimum eft, graui odore, flore aureo. Quartum *k.* fimile huic, flore [1] luteo. Omnibus *l.* vis [2] cauftica, fi cruda folia imponantur: [3] pufulafque, vt ignis, faciunt. Ideo *m.* ad lepras et pforas eis vtun-

1. lacte. Dal. 2. *cauftica. Si cruda fol. imp. puftulas vt ignis. V.* 3. *Sic ex* MSS. *H. puftulas Gr. et Al.*

i. Tertium) Diofc. totidem verbis l. c. H.

k. Quartum) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic confp.) *Tertium*) Ita fane libri omnes, tum impreffi typis, tum etiam manu exarati: a quibus proinde defcifcere, in tanta confenfione, religio fuit. Haud dubio tamen in mendo locus hic cubat. Nam fi Diofcoridem audimus, qui eadem ad verbum de quadrigemino batrachii genere recitat, II. 206. *flore lacteo* legi praeftabilius eft. Καὶ τρίτον, inquit, σφόδρα μικρὸν καὶ δύσοσμον, τὸ ἄνθος χρυσῷ ὅμοιον. Καὶ τέταρτον ἐοικὸς τούτῳ, ἄνθος γαλακτίζον. Neque vero quid flos luteus ab aureo difcrepet, fatis oculi noftri diiudicant. Adde Apuleium, qui Plinii verba tranffcripfiffe omnino videtur, c. 8. de fcelerata: *Sunt eius fpecies quatuor: quarum altera cum foliis pinguibus, atque craffis et latis* ... *Nafcitur autem in ftagnofis et vmbrofis locis. Secunda eft longioris thyrfi, et foliis hirtis cum incifuris, guftu acerrimis. Nafcitur faepe in Sardinia. Tertia et breuiffima, tetri odoris, cum floribus aurofis. Quarta eft cum floribus lacteis.* Et Oribafii interpres XI. f. 192. b. *flore lacteo* fcripfit. H.

l. Omnibus) Diofc. l. c. Galen. de fac. fimpl. m. VI. p. 163. Apuleius c. 8. t. 1. *Herbam fceleratam tufam cum axungia fine fale impones vulneri: excomedet putredinem, et fi qua fuerit fordes, expurgat: fed non diutius patiaris, quam neceffe eft, ne et corpus fanum exedat. Si argumentum rei experiri volueris, tunde eam, et fuper manum fanam impone, et alligato: ftatim rodit corpus.* H.

m. Ad lepras) Ὄνυχας λεπροὺς, Diofcorid. fcabros vngues. *Dal.*

Ideo) Gal. l. c. Ταῦτ' ἄρα συμμέτρως χρωμένῳ, καὶ ψώρας, καὶ λέπρας ἀποδέρει, καὶ ὄνυχας ἀφίστησι τοὺς

vtuntur, et ad tollenda ſtigmata: cauſticiſque [1] omnibus *n.* miſcent. Alopeciis *o.* imponunt, celeriter remouentes. Radix *p.* in dolore commanducata *q.* diutius, rumpit dentes. Eadem *r.* ſicca conciſa, [2] ſternumentum [3] eſt. Noſtri *s.* herbarii [4] ſtrumeam vocant, quoniam *t.* medetur ſtrumis, et panis, [5] parte in fumo ſuſpenſa. Creduntque *v.* ea rurſus ſata, rebellare quae [6] curauerint vitia: quo ſcelere [7] et *x.* plantagine vtuntur. Oris *y.* hul-

1. *medicaminibus. V.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. ſternutamentum eſt. Alii et Gr.* 3. *ciet. V. facit. Alii V.* 4. *ſtrumum eam. Ch.* 5. *poſtea. V.* 6. *curata fuerint. V.* 7. *et in plant. Dal.*

τὰς λεπρὰς, καὶ ςίγματα διαφορεῖ, καὶ ἀκροχορδόνας, καὶ μυρμηκίας ἀφαιρεῖ. Dalecampius, idcirco quia λέπρας Dioſcorides praetermiſit, hallucinatum hic Plinium putat, quaſi ὄνυχας λεπρὰς quod vnum ille memorat, de lepris praepoſtere iſte intellexerit. H.

n. Omnibus miſcent) Hoc falſum, nihil Dioſc. quidam legunt, *medicaminibus.* Dal.

o. Alopeciis) Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

p. Radix) Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

q. Commanducata diutius) Apud Dioſcoridem προσαπτομένη appenſa. Ex hoc loco reſtituenda litera Dioſcoridis, et legendum προσμασσομένη, quod eſt longe aptius. *Dal.*

r. Eadem) Auctores mox laudati. Sternumentum autem eſſe ea dicitur, hoc eſt, ſternutamentum concitare, trita videlicet, et admota naribus. H.

s. Noſtri) In R. 2. et Ch. *Strumum eam.* Et in Indice, *ſtrumos.* H.

t. Quoniam) Apul. c. 8. de herba ſcelerata, tit. 2. *Ad ſtrumas et furunculos: Herba ſcelerata tuſa et ſubacta cum fimo porcino, impoſita ſtrumis vel furunculis, intra paucas horas diſcutit, et pus eiiciet.* H.

v. Creduntque ea rurſus, etc.) Idem proditur de iride c. 20. L. XXI. de ſideritе et artemiſia cap. 5. L. XXVI. *Dal.*

Creduntque) Vide quae de iride diximus XXI. 83. H.

x. Et) Hoc eſt, et in plan-

hulcera intus succus plantaginis emendat, et folia radicesque [1] commanducata, vel *z.* si rheumatismo laboret os. Hulcera *a.* foetoremque, quinquefolium: Hulcera psyllium.

CX. Composita quoque [2] ad foetorem, vel maxime pudendum vitium, trademus. Ergo *b.* folia myrti et lentisci pari pondere, gallae Syriacae dimidium pondus, simul terere, et vino vetusto sparsa mandere matutino, [3] ex vsu est. Vel *c.* ederae baccas cum casia et myrrha, pari pondere ex vino. Naribus *d.* vtilissimum est dracontii semen contritum ex melle, etiamsi carcinomata in his sint. Sugillata *e.* hyssopo emendantur. Stigmata *f.* in facie [4] mandragoras *g.* illitus delet.

1. *commanducatae. Alii.* 2. *contra foetores. Ch.* 3. *opus est. M. optimum est. Gr.* 4. *Sic ex* MSS. *H. mandragora illinitus. Ch. mandragora illita Gr. et Al.*

plantagine serenda iterum, vt iterum morbi recrudescant. H.

y. Oris) Plin. Val. I. 30. H.

z. Vel) Fluxione noxii humoris. H.

a. Hulcera) Plin. Val. I. 33. Ad foetorem oris: *Radices quinquefolii ex aqua decoques, et subinde os collues, ita vt in ore aqua diu teneatur.* H.

b. Ergo) Ad verbum Marc. Emp. c. 11. p. 88. et Plin. Val. I. 30. H.

c. Vel) Plin. Val. I. 30. *Hederae item baccae, cum casia et myrrha pari pondere, ex vino commanducatae, hulcera oris commendant.* Quod remedium Plinius noster ad foetorem oris commendat, hoc Plinius alter ad oris hulcera perperam detorsit. Rectius Theod. Prisc. I. 11. ad narium foetorem: *Foetori vero narium*, inquit, *succum ederae frequenter infundas, et draconteae succum cum melle similiter.* H.

d. Naribus vtilissimum est, etc.) Polypo, vel ozaena vexatis, et obsessis. *Dal.*

Naribus) Marc. Emp. totidem verbis c. 10. p. 86. et Theod. Prisc. l. c. H.

e. Sugillata) Diosc. III. 30. H.

f. Stig-

f. Stigmata in facie mandragora illita delet) *Mandragoras illitus* genere maſculino, in ſcripto codice. Sic ſupra hoc ipſo capite: *Aliqui et mandragora vtebantur. Poſtea abdicatus in hac curatione eſt.* et paulo poſt: *Mandragoram alii Circaeum vocant. Duo eius genera, candidus qui et mas: niger quae femina exiſtimatur.* Pint.

Stigmata) Dioſc. l. c. de mandragorae foliis: *Si quinis, ſeniſue diebus leniter affricentur, ſtigmata citra exulcerationem delent.* Διατριβόμενα δὲ ἡσυχῆ ἐπὶ ἡμέρας έ ἢ ς' ϛίγματα ἄνευ τȣ̃ ἑλκȣ̃ν ἀφανίζει. H.

g. Mandragora illita delet) Si principio ſtatim imponatur. *Dal.*

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXVI.

I.

Senſit et facies hominum nouos, omnique aeuo priore incognitos, non Italiae modo, verum etiam vniuerſae prope Europae, morbos: tunc quoque [1] non tota Italia, nec per Illyricum Galliaſue aut Hiſpanias [2] magnopere vagatos, aut alibi, quam Romae, circaque: ſine dolore quidem illos, ac ſine pernicie vitae: ſed tanta foeditate, vt quaecumque mors praeferenda eſſet.

II. Grauiſſimum *a.* ex his lichenas appellauere Graeco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum laſciuia, (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox et vſurpato vocabulo, mentagram: occupantem in [3] multis totos vtique vultus, oculis tantum immuni-

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. nec tota Gr. et Al.* 2. *magno opere. Idem.* 3. *multis et intuitus, totoſque vtique. M. multis et intus totos. Ch.*

a. Grauiſſimum) Plin. Val. haec totidem fere verbis II. 56. Quod genus hoc morbi ſit diximus XX. 2. Tib. Claudii Caeſaris nomine, ſub quo hoc malum in Italiam irrepſiſſe mox Plinius dicit, ipſum (vt alibi) Tiberium Auguſti ſucceſſorum intelligit. Vide ſ. 6. H.

munibus, descendentem vero et in colla pectusque ac manus, foedo cutis furfure.

III. Non fuerat haec lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in Italiam, quodam Perusino equite Romano Quaestorio scriba, quum in Asia apparuisset, inde contagionem eius importante. Nec sensere id malum feminae, aut seruitia, plebesque humilis, aut media: sed proceres veloci transitu osculi maxime: foediore multorum qui perpeti medicinam tolerauerant, cicatrice, quam morbo. Causticis namque curabatur; ni vsque [1] in ossa corpus exustum esset, rebellante *b.* taedio. Aduenerùntque ex Aegypto genitrice talium vitiorum medici, hanc solam [2] operam afferentes, magna sua praeda. Siquidem *c.* certum est, Manilium Cornutum [3] e *d.* Praetoriis legatum Aquitanicae prouinciae, H-S. $\overline{CC}$. *e.* elocasse in eo morbo curandum sese. Acciditque saepius, vt noua contra genera morborum [4] gregatim *f.* sentirentur.

1. *ad ossa. Ch.* 2. *opem. Pint.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. ex Pr. Gr. et Al.* 4. *generatim. Alii.*

b. Rebellante) Recrudescente morbo. H.

c. Siquidem) Haec totidem verbis Plin. Val. l. c. Manlium Cornutum idem pro Manilio perperam vocat. H.

d. E Praetoriis) Ex eorum numero qui Praeturam gesserant. H.

e. H-S. $\overline{CC}$) Hoc est, sestertiûm ducenties centena millia. Monetae nostrae librae sunt 2000000, siue, vt aiunt, milliones librarum duo. Quod si cui hoc valetudinis pretium incredibile videatur, haud grauate assentiar, vt extrita lineola legat, H-S. CC, hoc est, ducenta sestertia: siquidem prius antiquum scribendi morem id ita ferre docuerit: eritque ea summa tantum librarum 20000. H.

f. Gregatim) A grege tantum et humili plebe sentirentur. H.

rentur. Quo mirabilius quid poteſt reperiri? aliqua gigni repente vitia terrarum in parte certa, membriſque hominum certis, vel aetatibus, aut etiam fortunis, tamquam [1] malo eligente, haec in pueris graſſari, illa in adultis: haec proceres ſentire, illa pauperes.

IV. L. *g.* Paulo, Q. Marcio Cenſoribus, primum in Italiam carbunculum veniſſe, Annalibus [2] conſcriptum *h.* eſt, peculiare Narbonenſis *i.* prouinciae malum: quo duo Conſulares obiere condentibus haec nobis eodem anno, Iulius *k.* Rufus, et Q. *l.* Lecanius Baſſus, ille medicorum [3] inſcientia

1. *mala eligant. M.* 2. *notatum. Ch.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. inſcitia Gr. et Al.*

g. L. Paulo) L. Aemil. Paullus, Q. Marcius Philippus Cenſuram geſſere, ac luſtrum fecere LIII. A. V. DXC. H.

h. Conſcriptum) In R. 1. *conſtitutum.* In R. 2. et Ch. *notatum.* H.

i. Narbonenſis) Atque id morbi genus hodieque ibi ſentitur, nomenque habet, *le Charbon Prouençal*, ab ea regione. Vide Honor. Bouche Hiſt. Prou. I. 8. p. 47. H.

k. Iul. Rufus) Conſul hic fuit Neronis principatu, cum C. Fonteio Capitone A. V. DCCCXIX. Caius ei praenomen fuit. H.

l. Q. Lecanius Baſſus) Huius mentionem facit Dioſcorid. in praefatione: ἡ τȣ̃ κρατίςȣ Λεκανίȣ Βάσσȣ πρὸς σὲ διάθεσις, ἣν ἐγνώμεν συνδιάγοντες ὑμῖν, δεῖγμα ȣ̓ σμικρὸν τῆς ἐν σοὶ καλοκἀγαθίας. Hinc colligunt quidam non potuiſſe Plinium e Dioſcoride ſuas de plantis hiſtorias deſcribere, quum eodem ſeculo vterque floruerit, et ingenii ſui monumenta reliquerit. Haec Iohannes Baptiſta Perſii interpres. *Dal.*

Q. Lecanius) Geſſerat Conſulatum C. Lecanius Baſſus cum M. Licinio Craſſo Frugi, triennio ante Rufum, de quo dictum eſt proxime, anno DCCCXVI. vt auctor eſt Tacit. Annal. XV. p. 250. Sibi fuiſſe perfamiliarem Dioſcorides in praefatione teſtatur. H.

tia *m.* sectus: hic *n.* vero pollice laeuae manus [1] euulso acu ab semetipso, tam paruo vulnere, vt vix cerni posset. Nascitur *o.* in occultissimis corporum partibus, et plerumque sub lingua, duritia *p.* rubens [2] vari modo, sed nigricans capite: alias liuida, corpus intendens, neque intumescens, sine *q.* dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo grauatos in triduo aufert: aliquando *r.* et hor-

1. *diuulso. V.* 2. *Sic ex* MSS. *H. aut varicis modo nigricans capite, sed et alias liuidum corpus intendens, neque valde intum. Dal. et M. varicis modo Gr. et Al.*

m. Inscitia sectus) Vel exsecta parte corporis aliqua, cui malum successit, meo iudicio gangraena: vel malo iam orto ab ignaro medico discissa parte aegra, cum tanta profusione sanguinis, vel ob dolorem cum humoris affluxu tanto, vt pars emortua sit. *Dal.*

n. Hic vero pollice laeuae manus euulso, acu a semetipso, tam paruo vulnere, vt vix cerni posset) Verior lectio nostri exemplaris: *hic vero pollice laeuae manus euulso acu a semetipso, tam paruo vt vix cerni posset.* nam verbum illud *vulnere,* redundat ex eodem. *Pint.*

o. Nascitur in occultissimis, etc.) Cancrum haec potius ostendunt, quam carbunculum. *Dal.*

p. Duritia rubens varicis modo) Recentior lectio non *varicis modo* praefert, sed *variis modis.* apographon nostrum, *varii modo.* scribo, *vari modo*, et statim *tendens* in eodem, non *intendens.* Pint.

q. Sine dolore) Hoc parum credibile, nisi venenata materia extincto statim natiuo calore, sensum quoque eius extingueret, et gangraenam afferret: gangraenam enim σφακελώδη haec signa declarant, non ἄνθρακα. *Dal.*

r. Aliquando et horrorem afferens, circaque pustulas paruas, rarius febrem) Verba illa: *circaque pustulas paruas*, et deprauata et falso hic inserta videntur: pertinent enim, vt sentio, ad ea quae paulo ante praecedunt. Vt legendum putem hoc modo; *duritia rubens vari modo, sed nigricans capite, alias liuida, circaque pustulis paruis corpus tendens neque*

et horrorem afferens, circaque *s.* puſulas paruas, rarius febrem: ſtomachum fauceſque quum inuaſit, ocyſſime exanimans.

V. Diximus *t.* elephantiaſin ante Pompeii Magni aetatem non accidiſſe in Italia, et *v.* ipſam a facie ſaepius incipientem, in nare [1] primum veluti lenticula: mox *x.* [2] inareſcente per totum corpus, maculoſa, variis coloribus, et inaequali cute, alibi craſſa,

1. *prima. Gr.* 2. *Sic ex* MSS. *H. inualeſcentem. V. inualeſcente Gr. et alii.*

neque intumeſcens. Sine dolore, ſine pruritu, ſine alio quam ſomni indicio: quo grauatos in triduo aufert. Aliquando et horrorem afferens, rarius febrem. Pint.

s. Circaque puſtulas paruas) Hoc vnum de carbunculo poteſt intelligi, repugnantibus aliis omnibus commemoratis ſignis, excepto horrore, qui nonnunquam ſentitur in carbunculo. *Dal.*

Circaque) Circa carbunculum. H.

t. Diximus) L. XX. 52. Plutarch. hoc ipſum ex Athenodoro Philoſopho refert, Symp. Quu. VIII. 9. p. 731. H.

v. Et) Totidem fere verbis haec morbi facies a Marc. Emp. deſcribitur, c. 19. p. 130. Genus eſt leprae, qua cutis aſpera, et elephanti corio ſimilis efficitur. Celſ. III. 25. *Ignotus paene in Italia, frequentiſſimus in quibuſdam regionibus is morbus eſt, quem* ἐλεφαντίαν *Graeci vocant: iſque longis adnumeratur. Totum corpus afficitur, ita vt oſſa quoque vitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebroſque tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur. Summa cutis etc.* Hunc morbum σατυριάσεως nomine Philoſophus intellexit de gen. anim. IV. 3. In Germaniae quibuſdam oris non infrequens morbus: in Hiſpania Africaque, quam in reliquo orbe frequentior: in Gallia Narbonenſi, Aquitaniaque, quam in reliqua Gallia. Elephantia haec Graecorum, ſiue lepra dicitur: a qua differt elephantia Arabum, quae inſignis eſt vnius vel alterius pedis tumor. H.

x. Mox inualeſcente per totum

craſſa, alibi *y.* tenui, [1] dura *z.* alibi, ceu ſcabie aſpera: ad poſtremum vero *a.* nigreſcente, et ad oſſa carnes apprimente, intumeſcentibus digitis in pedibus manibuſque. Aegypti *b.* peculiare hoc malum: et quum in reges incidiſſet, populis funebre. Quippe *c.* [2] in balineis ſolia temperabantur humano ſanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia [3] reſtinctus eſt: ſicut et ille, [4] quem gemurſam *d.* appellauere priſci, inter

1. *Sic ex* MSS. *H. dura, ſeu Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *H. in balineis folia Gr. et Al.* 3. *reſtrictus. Ch.* 4. *quem gemurſa. Ch.*

totum corpus) *Inareſcente* non *inualeſcente* codex noſter. *Pint.*

Mox inualeſcente per totum corpus) Voſſiani ambo: *mox inareſcente per totum corpus.* Et, ni fallor, probe: pertinet enim ad τὸ *cute.* L. III. 7. *Horum extremitates tantum inareſcunt.* Sic quoque Pintianus. *Gron.*

Mox) Cute videlicet, quae vox poſt paulo ſequitur. Ita porro MSS. non *inualeſcente*, vt prius. H.

y. Alibi tenui, dura ſeu ſcabie aſpera) Scribe, *alibi tenui, dura alibi, ceu ſcabie aſpera*, ex eodem. *Pint.*

z. Dura) Celſ. III. 25. *Summa cutis inaequabiliter craſſa, tenuis, dura, molliſque, quaſi ſquamis quibuſdam exaſperatur.* H.

a. Nigreſcente) Marcellus Medicus c. 19. legiſſe videtur *increſcente:* at Celſus L. III. c. 25. nigreſcere ſcribit, vt et Plinius. *Dal.*

Nigreſcente) Vide Not. et Em. N. I. (hic adi.) *Ad*) Sunt qui *increſcente* malint, quoniam ita Marc. Emp. ſcripſit, c. 19. p. 130. Sed error is librariorum eſt, tum ex Plinii noſtri optimis codicibus, tum vero ex Cornelio Celſo, ita morbum eum deſcribente, III. 25. *Summa pars corporis crebras maculas, crebroſque tumores habet: Rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur*, etc. H.

b. Aegypti) Marc. Emp. l. c. H.

c. Quippe) Solium vas erat, in quo ſedentes lauabantur. H.

d. Gemurſam appellauere priſci) Ea phlegmone fuit carbunculoſa. Malum id inter

inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

VI. Id ipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti *e.* colum. Tiberii Caesaris principatu irrepsit id malum. Nec quisquam id 1 prior Imperatore ipso sensit, magna ciuitatis ambage, cum *f.* edicto eius excusantis valetudinem, 2 legeretur nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus, aut quas Deorum 3 iras? Parum enim erant homini certa morborum genera, quum 4 supra CCC. essent, nisi etiam noua timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi 5 opera sua negotia important. Haec apud priscos erant, quae memoramus, remedia, medicinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, et diu fuere. (II.) Hippocratis *g.* certe, qui primus medendi praecepta claris-

1. *deest id. ap. Gr.* 2. *legeret Gr. et Al.* 3. *minas. M.* 4. *super. Ch.* 5. *opere suo. M.*

ter manus digitos nascens, vocant Lugdunenses *un Fourchon.* Dal.

Gemursam) Festus: *Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui gerat.* H.

e. Sicuti) Κολικὸν πάθος, morbus maioris intestini. Sunt qui κωλικὸν scribi malint. Vide Voss. in Etym. verbo: *Colicus dolor.* H.

f. Cum edicto eius excusantis, etc.) Lege: *Cum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum.* Edicta enim non viua voce publicabantur, sed suspensa plerumque tabula legebantur. *Nomen* autem *incognitum* dicit, quod esset *mentagra.* Vide *Dorleans* in Tacit. p. 589. a.

g. Hippocratis) Tradit haec ipsa Corn. Celsus in praef. operis: *Democriti autem, vt quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignus ... Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus: tum Herophilus, et Erasistratus, sic artem hanc exercuerunt, vt etiam in diuersas curandi vias processerint ... Donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutauit.*

clarissime condidit, referta herbarum mentione inuenimus volumina: nec minus Dioclis *h.* Carystii, qui secundus aetate famaque exstitit: item Praxagorae, et Chrysippi, ac *i.* deinde Erasistrati: Hero-

tauit. Ex eius successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit. De Herophilo et Erasistrato rursum L. XXIX. 3. 5. De Praxagora, Crinagorae exstat epigramma, in Anthologia, IV. tit. 13. Κριναγόρȣ εἰς εἰκόνα Πραξαγόρȣ ἰατρȣ͂ .. Αὐτός σοι Φοίβοιο παῖς λαθικηδέα τέχνης Ἰδμοσύνην, πανάκῃ χεῖρα λιπηνάμενος, Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο· τοὶ γὰρ ἀνίαι Ὄρνυνται δολιχῶν ὁππόσαι ἐκ πυρετῶν, Καὶ ὁπόσα τμηθέντος ἐπὶ χροὸς ἄρκια θεῖναι Φάρμακα, πρηεῖης οἶσθα παρ' Ἠπιόνης. Θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖοι ἐπήρκεον ἰητῆρες, Οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροβαρὴς ἄκατος. *Ipse manus Panaces succo tibi maximus vnxit Phoebigena, atque artes tradidit ipse suas, Praxagora, fixitque animo: quos namque dolores Corporibus febris gignere longa solet, Et bene quae sectis ponantur in artubus herbae, Quis liquor, a miti doctus es Epione. Si medici tales multi mortalibus essent: Non, vt nunc, vmbris iret onusta ratis.* Aesculapii coniux, Epione, vel filia, fertur. Meminit et Tzetzes Praxagorae. Υἱοὶ τȣ͂ Ἱπποκράτȣς δὲ ὁ Θεσσαλὸς καὶ ὁ Δράκων. Οὓς καὶ τὸν Πραξαγόραν δὲ τὸν Κῷον καὶ ἑτέρȣς ἰατρικὴν ἐδίδαξεν. H.

h. Dioclis Carystii) Acad. *diodi.* Vossiani tres et Gud. *Diocli.* Nimirum, vt *Pericli*, *Candauli*, *Achilli*, *Vlyssi*, *Oronti*, *Aristoteli*, *Euripidi*, *Socrati* et similia patrio casu. *Gron.*

i. Ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem, etc.) Vetus exemplar, *ac deinde Erasistratico, Herophili quidem, etc.* Scribendum reor, *ac deinde Erasistrati Ceii Herophilique quanquam subtilioris sectae conditoris.* Nam Erasistratus ex Iuliade fuit oppido in insula Ceo, auctore Suida, etiamsi Galeno in Isagoge *Chius* sit, non *Ceius.* Sed deprauatum esse Galeni codicem, ac pro *Ceius*, *Chius* falso scriptum, patet ex Strabone L. X. et Stephano Byzantio in dictione *Iulis*: et ex aliis auctoribus (ne citando nominatim tundam) qui Erasistratum medicum Ceium faciunt, non Chium. *Pint.*

Herophilo quidem, quanquam subtilioris sectae conditori, ante *k.* omnes celebratam rationem eam, paulatim vsu efficacissimo rerum omnium magistro, peculiariter vtique medicinae, ad verba garrulitatemque [1] defendente. *l.* Sedere namque [2] his in scholis auditioni *m.* [3] operatos gratius erat, quam ire per solitudines, et quaerere herbas alias aliis diebus anni.

VII. (III.) Durabat tamen antiquitas firma, magnasque *n.* confessae rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades aetate Magni Pompeii [4] orandi *o.* magister, [5] nec satis in arte ea quaestuosus, [6] vt ad alia

1. *descendente Gr. et Al.* 2. *in scholis. D.* 3. *occupatum. M* 4. *rhetorices. M.* 5. *non satis arte ea quaestuosa, vir ad. V.* 6. *Sic ex MSS. H. et Ch. vt ad alia sagacis Gr. et Al.*

k. Ante omnes celebratam rationem eam) Legendum arbitror, *ante omnes celebrata rationali ei.* Nam quum tres sint medicinae artis sectae, Rationalis, Empirica, Methodica: Rationalis inuentor secundum Plinium Herophilus fuit, etsi Galenus Hippocrati et aliis eam inuentionem assignent. *Pint.*

l. Defendente) Vide Not. et Em. N. II. (hic pos.) *Ante)* Ita restituimus ope codicis R. I. quum prius implicata admodum sententia, spretisque artis ipsius praeceptis, non sine insigni orationis vitio, *descendente* legeretur. H.

m. Auditioni operatos) Id est, operam dantes. Sic apud Nasonem: *Studiis operata Mineruae.* Gelen.

Auditioni) Hoc est, operam dantes: Sic *operari liberalibus studiis*, Tacitus: Virgilius, *nouis aruis operata iuuentus.* Naso denique, *studiis operata Mineruae*, Latine dixere. H.

n. Magnasque) Diu seruata ea est ratio, quae remedia petebat ex herbis, quum essent confessae omnibus et exploratae eius vtilitates. H.

o. Orandi) Hoc est, artis oratoriae, ex qua instituebat ille sibi quaestum, nec tamen maximum in ea fecit. De Asclepiade egimus in Auctorum indice. H.

ad alia quam forum, sagacis ingenii, huc *p.* se repente conuertit: atque, vt necesse erat, homini, qui nec id egisset, nec remedia nosset, [1] oculis vsuque percipienda: torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicauit: totamque medicinam ad *q.* [2] causam reuocando, [3] coniecturae fecit: quinque res maxime communium *r.* auxiliorum professus: abstinentiam cibi, [4] alias *s.* vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes: quae quum vnusquisque semetipsum sibi praestare posse intelligeret, fauentibus cunctis, vt essent vera quae facillima erant, vniuersum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si caelo emissus aduenisset.

VIII. Trahebat praeterea mentes artificio mirabili, [5] vinum promittendo aegris, dandoque tempestiue, [6] tum frigidam aquam. Et quoniam causas

1. *oculis vsque. Ch.* 2. *casum. M. causas. Ch.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et V. et Ch. coniecturalem. Alii V. coniecturam Gr. et Al.* 4. *Muretus L. XV. var. lect. delet haec duo verba, alias vini. Ego lego, aliquando vini, vt sint quinque ab eo commendata, quot fuisse dixit.* 5. *vino. M.* 6. *iam. Ch.*

p. Huc) Ad medicinae tractationem. H.

q. Ad) Ita R. 1. In R. 2. *causas.* Ad suas, inquit, singula quaeque causas reuocando, morbos scilicet, ac remedia, nouam medicinam ex coniectura instituit. H.

r. Communium) Hunc libro suo titulum Asclepiades praefixerat. Celsus II. 14. de frictione. *De frictione vero*, inquit, *et gestatione, adeo multa Asclepiades, tamquam inuentor eius posuit, quod in eo volumine, quod Communium Auxiliorum scripsit, quum trium tantum faceret mentionem, vini scilicet, aquae et gestationis, tamen maximam partem in hoc consumserit, etc.* H.

s. Alias) Ita MSS. omnes. Hoc est, aliquando etiam vini. H.

causas morborum scrutari prior Herophilus instituerat, vini rationem illustrauerat Cleophantus [1] apud priscos, ipse cognominari *t.* se [2] frigida danda praeferens, vt auctor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos, quorum [3] iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret: iam balineas auidissima hominum cupidine instituendo, et alia multa dictu grata atque iucunda: magna auctoritate: nec minore fama, quum occurrisset ignoto funeri relato *v.* homine ab rogo, atque seruato: ne quis leuibus momentis tantam *x.* conuersionem factam existimet. Id solum possumus indignari, vnum hominem e *y.* leuissima gente, sine opibus vllis orsum, vectigalis *z.* sui causa, repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abrogauere multi.

1. Dosipsychros ipse cogn. Cornar. 2. frigidam dando. M. 3. iactatura. Ch.

t. Cognominari) Forte Δοσίψυχρον. De eo egimus in Auctorum Indice. H.

v. Relato) Id iam delibatum ante VII. 57. Fabulam speciose narrat Apul. Florid. IV. p. 30. *Asclepiades ille*, inquit, *inter praecipuos medicorum, si vnum Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam vino reperit aegris opitulari: sed dandi scilicet in tempore: cuius rei obseruationem probe callebat, vt qui diligentissime animaduerteret venarum pulsus inconditos vel praeclaros. Is igitur quum forte in ciuitatem sese reciperet, ... aspexit in pomoeriis ciuitatis funus ingens locatum ... Iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa ... Etiam atque etiam pertractauit corpus hominis, et inuenit in illo vitam latentem. Confestim exclamauit, viuere hominem*, etc. H.

x. Tantam) Conuersionem animorum a vetere instituto ad nouam medicinam. H.

y. E leuissima) Asiatica scilicet. Nam Prusiensis fuit. H.

z. Vectigalis) Quaestus sui causa. H.

multi. Asclepiadem *a.* adiuuere [1] multa *b.*, in antiquorum cura nimis anxia et rudia, vt *c.* obruendi aegros veste, sudoresque omni modo ciendi: nunc corpora ad *d.* ignes [2] torrendi, solesue assiduo quaerendi, in *e.* [3] vrbe nimbosa, imo vero [4] tota Italia imperatrice: tum primum [5] pensili *f.* bali-

1. *Sic ex* MSS. *H. multa, quorum cura ... rudis Gr. et Al.* 2. *torrendo sol. ass. quaerendo. V.* 3. *vrbe vmbrosa Gr. et Al.* 4. *toti Italiae. Alii.* 5. *pensilium bal. vs. ad inf. blandiente. V.*

a. Asclepiadem adiuuere multa, quorum cura nimis anxia et rudis) Secus in exemplari nostro: *Asclepiades inuenit multa in antiquorum cura minus anxia et rudia.* Pint.

b. Multo quorum cura nimis anxia et rudis) Truncatus locus. Acad. Gud. Menap. *multi quorum cura nimis anxia et rudis.* Vossianus: *Asclepiaden adiuuere multa in antiquorum cura nimis anxia et rudia.* Confirmat Pintiani codex: sed ille praeterea, *Asclepiades inuenit*, exemplo, vt opinor, non bono. *Gron.*

c. Vt) De hac curandi ratione Cels. III. 9 *Apud antiquos quoque*, ait, *ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem, fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem vbi acceperat, multis vestimentis operiebat, vt simul calorem ingentem sitimque excitaret: deinde vbi paulatim remitti ceperat febris, aquam frigidam potui dabat, etc.* H.

d. Ad ignes torrendi, etc.) Ὄπτησιν veteres, vt et solis apricatum ἡλιασμὸν vocauerunt. *Dal.*

e. In vrbe vmbrosa, imo vero tota Italia imperatrice) In veteri codice, *in vrbe nimbosa, imo vero tanta Italia imperatrice*, vt forte commodius legi possit, *imo vero tanta*, et *alias imperatrice.* Pint.

In) Vide N. et Em. N. III. (hic coll.) *In)* Prius *in vrbe vmbrosa* legebatur, perperam, refragantibus codicibus vetustis R. 1. 2. Colb. etc. quos sequuti sumus. Neque vero vmbrosa esse tota Italia potest: nimbis obnoxia esse tota potest. Plinius ipse II. 51. aestatem nimbosam esse in Italia prodidit: idcirco ibi semper quodammodo aerem vernare, vel autumnare. H.

balinearum vſu ad infinitum blandientem. Praeterea in quibuſdam morbis medendi cruciatus detraxit, vt in anginis, quas *g.* [1] curabant in fauces organo demiſſo. Damnauit *h.* merito et vomitiones, tunc ſupra modum frequentes. Arguit *i.* et medicamentorum potus ſtomacho inimicos, quod *k.* eſt magna ex parte [2] vetitum. Itaque nos in primis quae ſunt ſtomacho vtilia [3] ſignamus.

IX. (IV.) Super omnia adiuuere eum Magicae vanitates, in tantum eueſtae, vt abrogare herbis fidem cunctis poſſent. [4] Aethiopide *l.* herba amnes

1. *curabat. Alii.* 2. *verum. V. et Cb. Celſus praefatione L. V.* 3. *ſignemus. V.* 4. *Aethiopidis herbae. V.*

f. Penſili balinearum, etc.) Penſiles balneas vocat, exſtructas ac aedificatas aquis corriuatis ac deductis, in quibus arte parabatur caldarium, tepidarium, frigidarium, laconicum. Harum aſſiduus vſus corpus effeminat, vt naturalium corroborat, in quibus ſponte aquae medicatae ſcaturiunt. *Dalec.*

Penſili) Penſiles balneas inueniſſe primum Sergium Oratam vidimus, IX. 79. H.

g. Quae) Medici priores ſpecillo in fauces demiſſo, alioue ſimili inſtrumento, anginas curabant, non ſine cruciatu. H.

h. Damnauit merito et vomitiones) Celſus cap. 3. L. I. cap. 12. L. II. Plutarch. Lib. de ſanitate tuenda. Sueton. L. VII. cap. 13. et ibi Caſaubon. *Dalec.*

Damnauit) Celſ. I. 3. *Reiectum eſſe ab Aſclepiade vomitum in eo volumine, quod de tuenda ſanitate compoſuit, video: neque reprehendo, ſi offenſus eſt eorum conſuetudine, qui quotidie eiiciendo vorandi facultatem moliuntur:* etc. H.

i. Arguit) Celſ. in praef. V. *Medicamentorum vſum ex magna parte Aſclepiades non ſine cauſa ſuſtulit; et quum omnia fere medicamenta ſtomachum laedant, maliqueſucci ſint, ad ipſius victus rationem potius omnem curam ſuam tranſtulit.* H.

k. Quod) Quod et magna pars medicorum vetat. H.

l. Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari coniectu, tactu clauſa

amnes ac ſtagna ſiccari coniectu, tactu clauſa omnia aperiri. Achaemenide coniecta in aciem hoſtium trepidare agmina, ac terga [1] vertere. Latacen *m.* dari ſolitam a Perſarum rege legatis, vt quocumque veniſſent, omnium rerum copia abundarent: ac multa ſimilia. Vbinam iſtae fuere, quum Cimbri [2] Teutonique terribili Marte vlularent, aut quum Lucullus tot reges Magorum *n.* paucis legionibus ſterneret? Curue Romani duces primam ſemper in bellis [3] commerciorum *o.* habuere curam? Cur *p.* hercule Caeſaris miles ad Pharſaliam famen ſenſit, ſi abundantia omnis contingere vnius herbae felicitate poterat? Non ſatius fuit Aemilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quam machinis clauſtra per tot annos quatere? Siccentur *q.* hodie [4] Meroide *r.* Pontinae *s.* paludes

1. *verti. D.* 2. *Teutoneſque. V.* 3. *commeatuum. V.* 4. *Sic ex MSS. H. Merodie Pomptinae. Ch. Aethiopide Pontinae Gr. et Al.*

clauſa omnia aperiri) In ſcripto codice, *Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari. Condiendis tactu clauſa omnia aperiri;* vt verbum *Condiendis* herbae nomen eſſe videatur. *Pint.*

Aethiopide) De Aethiopide et Achaemenide inter herbas Magicas dictum eſt ſuperius, XXIV. 102. H.

m. Latacen dari ſolitam a Perſarum rege legatis) *Latacem dari ſolitam Perſarum relegatis*, in eodem. *Pint.*

n. Magorum) Multos in Parthia regulos Magorum hoc nomine Plinius deſignat: non Mithridatem vnum, vel Tigranem. Vide XXX. 1. H.

o. Commerciorum habuere curam) Ne militi commeatus deeſſet, quum latacen habere poſſent a Perſis. *Dal.*

Commerciorum) Ne militi commeatus deeſſet, fruſtra laborant: Quin enim latacem ſibi coemebant a Perſis? H.

p. Cur) Frumenti penuria laboraſſe Caeſaris exercitum, ſcribit etiam Dio, XLI. p. 198. Vide et Tranquillum, in Iulio, c. 68. H.

q. Siccentur hodie Aethiopide) Omnes quinque, *Meroide.* vt opinor etiam ſin Chifl

des, tantumque agri suburbanae *t.* reddatur Italiae. Nam *v.* quae apud eumdem Democritum inuenitur compositio medicamenti, quo pulcri bonique et fortunati gignantur liberi, [1] cur *x.* vmquam Persarum

1. *Sic ex MSS. H. cur numquam Gr. et Al.*

Chifl. esse, etsi exhibuerint, *merodie*. L. XXVII, 7. dixit eiusdem herbae nomen esse vtrumque. *Gron.*

r. Meroide) Hoc est, herba Aethiopide, quam et Meroidem appellari admonuit, XXIV. 102. H.

s. Pontinae paludes) Circeis vicinae in agro Latino, quas viginti trium vrbium fuisse Mutianus prodidit supra cap. 5. L. III. Eas siccare Iulius Caesar decreuerat sub id tempus quo interemptus est, auctore Suetonio. A Cornelio Cethego illae antea siccatae fuerant agerque factus. Liuius XLVI. Theodoricus postea rex fossas, per incuriam et neglectum obstructas, et terra limoque adobrutas, rursum purgauit. *Dal.*

Pontinae) Siue Pomptinae: qua de palude diximus III. 9. Destinabat hanc siccare Iul. Caesar, sub tempus caedis, vt auctor est Suet. in eius vita, 44. Siccata quondam a Corn. Cethego Consule, A. V. DXCIV. vt auctor est Liuius in Epit. XLVI. Hodie *Paludi Pontine*. Siccari nec dum penitus potuere, tum propter amplitudinem, tum propter interfluentes amnes. H.

t. Suburbanae) Ei parti Italiae, quae Vrbi est proxima. Latium nouum ac vetus intelligit. Eodem sensu Florus III. 19. Siciliam appellat *prouinciam quodammodo suburbanam*, quod erat ea Vrbi vicina. H.

v. Nam quae apud eundem Democritum inuenitur compositio) Legendum reor: *Nam quae apud eum Democriti inuenitur compositio*. nulla enim multis retro versibus facta est Democriti mentio. *Pint.*

x. Cur nunquam Persarum regi tales dedit) Verior scripta lectio: *cui vnquam Persarum regi tales dedita*. Fortasses *data*. Pint. *Cur nunquam Persarum regi tales dedit)* Hoc est, pulchros, bonos et fortunatos. *Gelen.*

Cur numquam Persarum regi tales dedit) Pintiano verior scripta lectio: *cui umquam Persarum regi talis dedita*. Neque aliter fere Chiflet. et Voss. sed scribendum detracta litera: *cui vnquam Persarum regi tales dedit?*

rum regi tales dedit? Mirum effet profecto, hucusque prouectam credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam initiis: si in vlla re modum humana ingenia nouissent, [1] atque non hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam *y.*, suo loco [2] probaturi essemus euectam vltra Magos etiam. Sed haec est omni in re animorum conditio, vt a necessariis orsa [3] primo, cuncta peruenerint ad nimium. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus: [4] adiiciemus, vt quasque ratio [5] dictauerit.

X. Sed in lichenis remediis, atque tam foedo malo, plura vndique aceruabimus, quanquam non paucis iam demonstratis. Medetur ergo plantago trita, quinquefolium, radix *a.* albuci ex aceto, [6] ficulni *b.* caules aceto decocti, hibisci *c.* radix cum glu-

1. *atqui nos. V.* 2. *probaturi sumus.* 3. *primum, aucta. M.* 4. *adiiciemusque quas ratio. M. adiicientes. Ch.* 5. *dictabit. Ch.* 6. *Sic ex MSS. H. et Ch. ficulnei Gr. et Al.*

dit? nam *talis* antiqua scriptura pro *tales*, id est, pulchros bonosque ac fortunatos liberos. Si quis ea compositione frui et gaudere debuit, is erat rex Persarum, tum ob immensas opes, tum ob curam gentis in forma regum, tum ob copiam magorum. At nemo eorum fuit, qui non liberorum alios deformes, alios sceleratos, alios infelices habuerit. Nulla igitur tam efficacem iis compositionem dare potuit Magia. Voss. Andegav. *cui vmquam P. r. talis est dedita.* Menap. Acad. et Gud. *cui nunquam P. r. talis est dedita.* Gron.

y. Suo) L XXIX. 5. vbi de auctoritate ac potentia medicorum, qua Magos etiam superarunt. H.

z. Medetur) Et hoc remedium ad ipsam quoque elephantiasin pertraxit Celsus III. 35. *Corpus*, inquit, *contrita plantago et illita tueri optime videtur.* H.

a. Radix) Siue asphodeli, de quo XXI. 68. H.

b. Ficulni) Marc. Emp. c. 19. p. 129. *Ficulni caules*

glutino et aceto acri decocta ad *d.* [1] quartas. Defricantur *e.* etiam [2] pumice, vt rumicis radix trita ex aceto illinatur, et *f.* flos visci cum calce subactus. Laudatur *g.* et [3] tithymali cum resina decoctum. Lichen *h.* vero herba omnibus his praefer-

1. *quartanas. Ch.* 2. *pumice, et rumicis etc. illinitur, et flos hibisci. V.* 3. *tithymalum. M.*

les teneri in aceto excocti, triti, et illiti, mentagrae, (hoc est, licheni) *medentur. Idem praestat hibisci radix cum lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita.* H.

c. *Hibisci)* Vide N. et Em. N. IV. (hic adi.) *Hibisci)* Ita libri omnes, etiam MSS. Sed scrupulum mouet Marc. Empiricus, qui quum operi suo Plinii sententias plurimis in locis adsperserit, pro glutino lupinum adsciscit, c. 19. p. 129. *Mentagrae medetur,* inquit, *hibisci radix cum lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita.* Plin. Val. adhuc importunior II. 56. *Licheni arcendo: Ficulnei caules,* inquit, *in aceto cocti et triti* illinuntur: *Hibisci radix cum glutino lupino in aceto decocta ad quartas similiter adhibetur.* An glutinum is lupinum intelligit, quod ex lupi genitalibus fiat, vt ex vitulorum genitalibus noster vitulinum commendat, et ad lichenas quidem XXVIII. 50. An potius glutinum e lupini farina, quae lepras emendare, aliaque cutis vitia dicitur, XXII. 74. H.

d. Ad) Marc. Emp. l. c. *ad tertias.* Plin. Val. II. 56. *ad quartas.* H.

e. Defricantur) Marc. Emp. c. 19. p. 130. *Lapathi agrestis radices sarculo erue, easque sine ferro contunde: adiectoque acri aceto subige, et parum salis misce: atque ex eo omnem corporis asperitatem in balneo cum sudore confrica, cito sanat.* Est autem lapathum siluestre, rumex Latinis. H.

f. Et flos) Pars ea visci leuior, quae inter coquendum supernatat, Marc. Emp. c. 19. p. 129. et Plin. Val. II. 56. totidem hoc apicibus transscripsere. H.

g. Laudatur) Plin. Val. l. c. Tithymali succo hanc vim lichenas sanandi Dioscor. adiudicat, IV. 165. H.

h. Lichen) Lichen petraeus, cauliculo pileolum sustinente, visus a nobis in horto Regio: delineatum a nemine herbariorum adhuc vidi,

fertur, inde nomine inuento. Nafcitur in faxofis, folio *i.* vno ad radicem lato, caule *k.* vno paruo, longis foliis dependentibus. Haec delet et ftigmata. Teritur cum melle. Et *l.* aliud genus lichenis, petris [1] totum inhaerens, vt mufcus, qui *m.* et ipfe illinitur. Hic *n.* et fanguinem fiftit vulneribus inftillatus, et collectiones illitus. Morbum *o.* queque

1. *tantum adhaerens. M. in totum inhaerens. V. totum adhaerens. Ch.*

vidi, quos quidem legerim. Pictum tamen a nefcio quo audio. H.

i. Folio vno ad radicem lato) Pugnant haec vnum folium latum effe, et longa dependere. Lego, *foliis imis ad radicem latis, caule vno, etc.* Quaenam haec fit, nondum compertum. Britannicum tamen de herbis volumen, Cotyledona minorem montanam vocat, et depingit. *Dal.*

k. Caule vno paruo longis foliis dependentibus.) Imo e contrario in noftro exemplari: *Caule vno longo, paruis foliis dependentibus* Pint.

l. Eft) Diofc. IV. 53. Λειχὴν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν, οἱ δὲ βρύον καλοῦσι, βρύον ἐςὶ προσεχόμενον ταῖς ἐνδρόσοις πέτραις. Ea eft quae omnibus tum officinis tum herbariis hodie dicitur hepatica, quod iocinerum fibris fimilis confpicitur. Pingitur a Dodonaeo p. 470. Sic etiam Anguillara par. XIV. p. 264. H.

m. Qui) Ad fanandos lichenas. Diofc. l. c. et Galen. de fac. fimpl. m. VII. p. 201. H.

n. Hic) Diofc. l. c. Τοῦτο καταπλασθὲν αἱμοῤῥαγίας ἵςησι, καὶ Φλεγμονὰς παραιτεῖται, καὶ λειχῆνας θεραπεύει. H.

o. Morbum) Vide N. et Em. N. V. (hic adi.) *Morbum*) Diofc. IV. 53 de lichene herba, feu mufco: Ὠφελεῖ δὲ καὶ ἰκτερικοὺς μετὰ μέλιτος διαχριόμενον. ςόματος δὲ καὶ τῆς γλώσσης ῥευματισμοὺς παραιτεῖται. *Iuuat et arquatos cum melle illitus: ceterum defluxionibus oris ac linguae fuccurrit.* Ita etiam, vt ne quid diffimilem, fcripfiffe mihi Graecus auctor videtur, vnde Pliniana haec manarunt. Legiffe tamen aliter Plinium haud obfcure intelligas: ita nimirum: μετὰ μέλιτος διαχριομένου ςόματός τε καὶ τῆς γλώττης. Ῥευματισμοὺς παραιτεῖται. H.

quoque regium cum melle sanat ore illito, et lingua. Qui ita curantur, [1] salsa lauari iubentur, vngi oleo amygdalino, [2] hortensiis *p.* abstinere. Ad *q.* lichenas et thapsiae radice vtuntur trita cum melle.

XI. Anginae *r.* [3] argemonia medetur sumpta ex vino: hyssopum *s.* cum [4] vino decoctum et gargarizatum: peucedanum *t.* cum coagulo vituli marini aequis partibus. Proserpinaca *v.* cum muria ex maenis et oleo trita vel sub lingua habita. Item *x.* succus de quinquefolio, potus cyathis tribus. Hic et omnibus faucium vitiis [5] medetur gargarizatus: verbascum priuatim tonsillis in aqua potum.

 XII.

1. *aqua salsa Gr. et Al.* 2. *hortensibus. V.* 3. *argemone. V.* 4. *fico. Ch.* 5. *medetur. Gargarizatur verbascum. M.*

p. Hortensiis) Hoc est, omni olere. H.

q. Ad) Plin. Val. II. 56. H.

r. Anginae) Faucium vitiis generatim et vniuerse prodesse argemoniam scribit Marc. Emp. c. 15. p. 110. H.

s. Hyssopum) Vide N. et Em. N. VI. (hic pos.) *Hyssopum*) Emendant ex Ch. codice, *cum fico.* Sic etiam R. 2. At R. 1. Colb. et vulgati omnes, *cum vino.* Fauet alter Plin. Val. I. 52. cui titulum fuit: *Anginae medendo: Hyssopum quoque, inquit, cum vino decoctum gargarizetur.* Diosc. tamen priorem lectionem adiuuat Chiffl. cod. et R. 2. Is enim III. 30. Συνάγχοις δὲ ἀναγαργάρισμα μετὰ σύκων ἀφεψήματος ἄριστον. H.

t. Peucedanum) Plin. Val. I. 52. H.

v. Proserpinaca) De ea dicemus, XXVII. 104. Marc. c. 15. p. 106. *Herbae proserpinalis, quae dracontion dicitur, contritae succo, admisceto salsam aquam, et olei parum: atque inde linguam, et quae sunt circa linguam, et fauces perfricato, donec vomat, cui medebere, cito sanabitur.* H.

x. Item) Plin. Val. I. 52. cui titulum fecit, *Anginae medendo*, iisdem verbis: vt et Apul. c. 2. de quinquefolio, tit. 6. H.

XII. (V.) Strumis *y.* plantago: chelidonia *z.* cum melle et axungia: quinquefolium *a.*: radix perfolatae, item cum axungia, operitur folio fuo impofita. Item artemifia: radix *b.* mandragorae ex aqua. Sideritis *c.* [1] lata folia, clauo finiftra manu circumfoffa adalligantur, cuftodienda fanatis, ne *cc.* rurfus fata diro herbariorum fcelere (vt *d.* in [2] quibufdam) rebellet: quod et in his, quos artemifia fanauerit, [3] praedici reperio: item in his, quos plantago. [4] Damafonion *e.*, quae et alcea vocatur, fub folftitio collecta, imponitur ex aqua caelefti, folium

1. *latifolia, etc. adalligatur. V. et Ch.* 2. *quibufdam morbus rebellet. V.* 3. *edici. Dal.* 4. *Damnafonium, quod alifma vocant, fub. V.*

y. Strumis) Apul. c. 1. de plantagine, tit. 11. ad omnem corporis duritiam adhibet. Ad ftrumas Diofc. II. 153. et Marc. Emp. c. 15. p. 107. H.

z. Chelidoniae cum melle et axungia) Duae illae voces *melle etc.* non funt in exemplari antiquo. Dal.

a. Quinquefolium) Apul. c. 2. de quinquefolio, tit. 10. *Ad herpetas, et choeradas, et omnes duritias: Herba quinquefolium aceto decocta, et trita et corpori impofita, herpetas et choeradas et omnes duritias mirifice fanat.* Χοιράδες, ftrumae funt, quibus quinquefolii radicem tritam prodeffe ait Diofc. IV. 42. H.

b. Radix) Diofc. IV. 76. Σὺν ὕδατι δὲ (ἡ ῥίζα λεία) χοιράδας καὶ φύματα διαχεῖ. H.

c. Sideritis) De qua XXV. 19. *Noftri eam quae eft latiffimo folio, fcopam regiam vocant.* H.

cc. Ne rurfus fata diro herbariorum fcelere (vt in quibufdam) rebellet) Verbum *diro* fuperfluit. Item defideratur haec vox *diximus.* vtrumque ex eodem, vt fit: *ne rurfus fata herbariorum fcelere, vt in quibufdam diximus, rebellet.* Dal.

d. Vt) In ranunculo et plantagine, vt dictum eft anteriore libro, f. 109. In iride quoque, vt monuit idem, XXI. 83. H.

e. Damafonion) Ad tumores commendatur a Diofc. III. 169. H.

[1] folium tritum, vel radix cum axungia tusa, ita vt imposita folio suo operiatur. Sic et ad omnes ceruicis dolores, tumoresque quacumque in parte.

XIII. 1. Bellis *f.* in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente. Hanc cum artemisia illitam, efficaciorem esse produnt.

XIV. 2. Condurdum *g.* [2] herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas. Item *h.* verbenaca cum plantagine. Digitorum *i.* vitiis omnibus, et priuatim pterygiis, quinquefolium medetur.

XV. In pectoris vitiis vel grauissimum est tussis: huic *k.* medetur panacis radix in vino dulci. Succus *l.* hyoscyami etiam sanguinem exscreantibus: nidor quoque accensi tussientibus. Item *m.* scordotis mixto nasturtio, et resina, [3] cum melle

1. *nempe folium, etc. V. folio trito, vel radice. Alii V.* 2. *quoque herba. Ch.* 3. *et cum. V. et melle. Ch.*

f. Bellis) Bellis haec filuestris est disco luteo, foliolis ex albo rubro mixtis, in Eystettensi horto picta, visa a nobis in Regio. E genere earum est, quas vulgus appellat *Pasquettes*, et *Marguerites*. H.

g. Condurdum) Herbariis ad hunc diem haud liquet quid condurdum sit. Ac nihilo magis compertum, eane sit solstitialis herba, cuius meminit in Pseudolo Plautus, act. 1. sc. 1. v. 36. *Quasi solstitialis herba, paulisper fui: Repente exortus sum, repentino occidi.* H.

h. Item) Apul. c. 3. de verbenaca, t. 1. *ad strumas: Herbae verbenacae radix in collo ligata, summe iuuat.* De plantagine idem Diosc. affirmat II. 153. H.

i. Digitorum) Diosc. IV. 42. H.

k. Huic) Diosc. III. 55. et Plin. Val. I. 58. H.

l. Succus) Marc. Emp. c. 17. p. 125. et Plin. Val. IV. 69. H.

m. Item) Totidem verbis Diosc. III. 125. H.

tuſa arida. Facit *n.* et per ſe faciles exſcreationes. Item *o.* centaurium maius, [1] vel ſanguinem reiicientibus: cui *p.* vitio et plantaginis ſuccus medetur. Et Vettonica *q.* obolis tribus in aqua, contra purulentas, contraque cruentas exſcreationes. Perſolatae *r.* radix [2] drachmae pondere, cum pineis nucleis vndecim. Peucedani *s.* ſuccus, pectoris doloribus, [3] et *t.* acorum ſubuenit, et *v.* ideo antidotis miſcetur. Tuſſi *x.* daucum: item Scythica herba. Ea *y.* demum omnibus pectoris vitiis, tuſſi et purulenta exſcreantibus, obolis tribus in paſſo. (VI.) Totidem z. [4] verbaſcum, [5] cuius flos eſt aureus. Tanta

1. *et. M.* 2. *didrachmae. M.* 3. *vt et. V.* 4. *Totidem obolis bibitur verb. M.* 5. *Sic ex MSS. cuius eſt flos Ch. cuius flos aur. Gr. et Al.*

n. Facit) Hoc eſt, ſola. Dioſc. l. c. H.

o. Item cent.) Marc. Emp. c. 16. p. 118. *Herba centauria trita ex vino dulci bibitur, tuſſi laborantibus mire prodeſt, etiam his qui ſanguinolentum aut purulentum extuſſiunt, quos phthiſicos dicunt.* Galenus quoque de fac. ſimpl. med. VII. p. 188. H.

p. Cui) Dioſc. II. 152. H.

q. Et Vettonica) Marc. Emp. 16. p. 120. non tamen in aqua, ſed in paſſo praebet. Paulo aliter temperat Ant. Muſa, ſiue quis alius, libello de herba Vett. t. 9. et 30. Dioſc. quoque IV. 1. et Gal. ll. cc. p. 189. H.

r. Perſolatae) Sic Dioſc. IV. p. 107. de arcio ſiue perſolata: ἥτις βοθεῖσα < ά πλῆθος κατὰ ϛροβίλων, αἱμοπτοϊκοῖς, ἐμπυϊκοῖς. *Drachmae vnius pondere pota cum pineis nucleis, cruenta exſpuentibus, purulentaque exſcreantibus auxiliatur.* H.

s. Peucedani) Dioſc. III. 92. H.

t. Et acorum) Radice videlicet. Dioſc. I. 2. H.

v. Et ideo) Dioſc. l. c. Μίγνυται δὲ καὶ τοῖς ἀντιδότοις ἡ ῥίζα χρησίμως. H.

x. Tuſſi) Dioſc. III. 83. Βηχῶν χρονίων πραϋντικὸν. H.

y. Ea) Et pectorum quoque vitiis glycyrrhizam commendat Dioſc. III. 7. H.

z. Totidem) Totidem, inquit, obolis bibitur verbaſculum illud, cuius flos aureus

[1] Tanta huic vis eſt, vt iumentis etiam non tuſſientibus modo, ſed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu: quod et de gentiana reperio. Radix *a.* [2] cacaliae commanducata, et in vino madefacta, non tuſſi tantum, ſed et faucibus prodeſt. [3] Hyſſopi *b.* quinque rami cum *c.* duobus rutae et [4] ficis tribus decocti thoracem purgant.

XVI. 1. Tuſſim *d.* ſedat bechion, quae et tuſſi-

1. Huic tanta vis, vt M. 2. chamaeleuces, quae tuſſilago dicitur, commanducata. M. cacaliae quae et leontica vocatur, com. M. 3. Sic ex MSS. H. Hyſſopi quoque quinque Gr. et Al. 4. ficubus. V.

reus eſt. Blattariam intelligit, ſimilem verbaſco, quae ſaepe fallit pro ea capta, flore luteo, de qua XXV. 60. H.

a. Radix) Dioſc. IV. 123. et Galen. pariter de fac. ſimpl. m. VII. p. 183. H.

b. Hyſſopi quoque quinque rami) Dele dictionem *quoque* ex vetuſto codice. *Pint.*

Hyſſopi) Vide N. et Em. N. VII. (paulo poſt) Audiendus interim Auguſtin. Enarr. in Pſ. L. *Aliquid etiam dicam, quod a medicis ſolemus audire, vel experiri in aegrotis. Hyſſopum dicunt purgandis pulmonibus aptum eſſe, etc. Hyſſopi)* Pintianus ex ſuo codice legit, *et fici tribus*: vt ſententia ſit, quemadmodum hyſſopi quinque, et rutae duos, ſic et fici ramos ternos requiri, quod falſum eſt. Ficus ipſas hic opus eſſe, nec ſollicitandum Plinii contextum Marc. Emp. admonet: c. 16. p. 118. *Ficus ſiccae tres,* inquit, *cum hyſſopi modico, et paruo rutae faſciculo, et quartario foeni Graeci purgati, cum aquae nitidae ſextario ad medias decoquuntur, et colantur: inde tres potiones per triduum tuſſi nimia laborantibus dantur: mirum remedium eſt.* H.

c. Cum duobus rutae et ficis tribus decocti) Cum duobus rutae, et fici tribus decocti. ex eodem. *Pint.*

d. Tuſſim) Sic Dioſc. III. 126. A tuſſi quam Graeci βῆχα appellant, in vtraque lingua nomen habet. Herbariis et officinis *Vngula Caballina*, vulgo *Pata equina*, inquit Ruell. de nat. ſtirp. III. 60. p. 557. A nonnullis *Farfara.* Aliis, *Pat d'âne, Tuſſilage*, vt diximus XXIV. 85. H.

tuſſilago dicitur. Duo eius genera. Siluestris *e.* vbi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt: et hoc habent ſignum aquileges. *f.* Folia *g.* ſunt maiuſcula, quam ederae, quinque aut ſeptem, ſubalbida a terra, ſuperne pallida, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, radice tenui. Quidam *h.* eamdem eſſe bechion et alio nomine chamaeleucen putant. Huius *i.* aridae cum

e. Silueſtris) Dioſc. l. c. naſci ait circa ſcaturigines, φύεται περὶ λιβάδας. H.

f. Aquileges) Aquarum indagatores, aquarum libratores: ab aquis legendis, ſiue colligendis dicti. Vſi ea voce Seneca Natt. Quu. III. 15. et Plinius Iun. X. ep. 38. ad Traianum. H.

g. Folia) Dioſc. ita fere l. c. Folia χλωρὰ dixit: Plinius *pallida* tranſtulit: adiecitque ſine caule eſſe ac ſine flore, quoniam ſcilicet fugaciſſimi, iiſque enatis breui vigor et vita durat, longiſſimaque mora biduum: poſt quod illico tempus flaccentes euaneſcunt, caducique marcent. Quare nonniſi iis qui medio vere ſeſe forte in fortuna ferunt obuiam, et flos et caulis cernitur. Ita fere Ruellius, III. p. 557. H.

h. Quidam) Et illi quidem recte, vt ante monuimus, XXIV. 85. H.

Quidam eandem eſſe bechion, et alio nomine chamaeleucen) Huic lectioni ſuffragatur Paulus Aegineta libro ſeptimo. Noſtrum tamen exemplar non *bechion* habet, ſed *arcion*, de qua Dioſcorides libro IV. *Pint.*

i. Huius) Dioſc. l. c. et Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 164. Marc. Emp. c. 16. p. 121. Ad tuſſem remedium efficax: *Herba quae Gallice Calliomarcus, Latine equi vngula vocatur, collecta Luna vetere liduna die Iouis, ſiccata prius in ollam nouam mittitur cum prunis ardentibus quae intra ollam mitti debent: ſuperficies ſane eius argilla diligenter claudi debet, et calamus inſeri, per quem humor vel fumus caloris hauriatur intra os, donec arteriam omnem et ſtomachum penetret.* Vnde et illud intelligis, veteribus Gallis *Calliomarcum* idem valuiſſe atque equinam vngulam. *March* certe veteribus Gallis, hodieque Britonibus Aremoricis *equum* ſonat: quod et Pauſanias teſtatur in Phocicis, ſeu L. X. p. 645. *Liduna* porro, quae vox in eo Marcelli loco, aliiſque occurrit,

cum radice fumus per arundinem hauſtus et deuoratus, veterem ſanare dicitur tuſſim: ſed in ſingulos hauſtus paſſum guſtandum eſt.

XVII. 2. Altera *k.* a quibuſdam ſaluia *l.* appellatur, ſimilis verbaſco: conteritur ea et colata [1] calefit, atque ita ad tuſſim lateriſque dolores bibitur: contra ſcorpiones eadem et dracones marinos efficax. Contra ſerpentes quoque ex oleo perungi ea prodeſt. Hyſſopi *m.* faſciculus [2] cum quadrante mellis decoquitur ad tuſſim.

XVIII. (VII.) Lateris *n.* [3] et pectoris doloribus verbaſcum cum ruta ex aqua: Vettonicae *o.* farina bibitur ex aqua calida. Stomachum *p.* corroborat ſcordotis ſuccus: [4] centaurium *q.*, gentiana *r.* ex aqua potae. Plantago aut per ſe ſumpta in

1. *calfacit.* *Cb.* 2. *et cum.* *Cb.* 3. *Sic ex MSS.* *H.* *Ad lateris et.* *V.* *dolores Gr. et Al.* 4. *centaureum Gr., et ſic vbique fere.*

currit, Lunam decreſcentem ſignificat, vt abunde declarat Du-Cangius in Gloſſario, verbo *Ledo.* H.

k. Altera) Silueſtre hoc verbaſculum eſſe, ſimile ſaluiae, de quo diximus libro anteriore, ſ. 73. cum Ruellio, non ignobili ſane herbario, ſuſpicamur. H.

l. Saluia appellatur) Quidam volunt hic deſcribi ſphacleon Theophraſti: quidam noſtrum ſtachym vulgarem: alii, orminum vulgare, flore coeruleo: quidam Aethiopida, pectoris morbis vtiliſſimam. *Dalec.*

m. Hyſſopi) Celſ. IV. 4. de tuſſi. *Oportet hyſſopum altero quoque die bibere* H.

n. Lateris) Totidem fere verbis Marc. Emp., c. 24. p. 169. H.

o. Vettonicae) Marc. Emp. l. c. et c. 17. p. 125 ſq. Ant. Muſa, ſiue quis alius L. de Vettonica, t. 8. et 14.

p. Stomachum) Dioſc. III. 125. ad ſtomachi roſiones commendat. Ad ſtomachi morſus, quod idem eſt, Marc. Emp. c. 20. p. 139. H.

q. Centaurium) Marc. Emp. l. c. *Centaureae tenuis ſuccus, quantum cicer, ex aqua datus, ſtomachicis prodeſt.* H.

r. Gentiana) Dioſc. III. 3. H.

in cibo, aut cum lente, alicaeue ſorbitione. Vettonica *s.* alias grauis ſtomacho, vitia tamen ſanat pota, vel foliis commanducata. Item ariſtolochia pota: agaricum *t.* manducatum ſiccum, vt ex interuallo merum ſorbeatur: nymphaea *v.* heraclia illita: peucedani *x.* ſuccus. Pſyllion *y.* ardoribus imponitur: vel *z.* cotyledon trita cum polenta, vel aizoum.

XIX. 1. Molon *a.* ſcapo *b.* eſt [1] ſtriato, foliis mollibus, paruis, [2] radice IV. digitorum, in qua extrema allii caput eſt. Vocatur a quibuſdam ſyron.

1. *ſtricto. V.* 2. *caule. Dioſc.*

s. Vettonica) Ant. Muſa c. 10. *Ad ſtomachi dolorem.* Et Marc. Emp. c. 16. p. 117. Item c. 20. p. 142. 145 et 148. H.

t. Agaricum) Dioſc. III. 1. H.

v. Nymphaea) Dioſc. III. 148. H.

x. Peucedani) Marc. Emp. c. 20. p. 151. *Peucedani radicem contritam ex vino qui frequenter biberit, nec ſtomachi dolorem, nec pulmonis inflationes patietur.* Sic etiam Dioſc. III. 92. H.

y. Pſyllion) Dioſc. IV. 70. vim ei ſumme refrigerandi tribuit. H.

z. Vel) Dioſc. IV. 92. ſtomacho pariter aeſtuanti imponit. H.

a Molon) Moly Dioſcoridis folium graminis habet, latius, humi ſparſum, caule quatuor cubitorum, ſiue, vt quidam legunt, *digitorum*, in cuius ſummo eſt quidpiam allio ſimile. Illa ſuo modo Plinius tribuit, ſed vel mutata, vel deprauata. Aliud moly ſupra deſcribitur cap. 4. L. XXV. nempe Homericum. *Dalec.*

Molon) Μῶλυ videtur eſſe Dioſcoridis III. 54. vt recte ſuſpicatus eſt Anguillara Par. XII. p. 215. ſed accuratius a Latino ſcriptore, quam a Graeco delineatum. Pingitur a Cluſio Hiſt. rar. pl. II. p. 192. quale vidimus in horto regio. Frequens in Dalmatia. H.

b. Scapo eſt ſtriato) Lego, *Scapo eſt ſtricto*, id eſt, tenui et exili, quemadmodum Oribaſius legit, *καυλὸν λεπτὸν ἔχει.* *Dalec.*

ron. Ex vino ſtomacho, et dyſpnoeae medetur: centaurium *c.* maius ecligmate: plantago *d.* ſucco vel cibo: Vettonicae tuſae [1] pondo libra, mellis Attici [2] ſemuncia, ex aqua calida quotidie bibentibus. Ariſtolochia *e.*, vel *f.* agaricon, obolis ternis ex aqua calida, aut lacte aſini pota. Ciſſanthemos *g.* ad orthopnoeas bibitur, item *h.* hyſſopum et aſthmaticis. Peucedani *i.* ſuccus in iocineris doloribus, et pectoris laterisque, ſi febres non ſint. Sanguinem *k.* quoque exſpuentibus ſubuenit agaricum, Victoriati pondere tritum, et in mulſo v. cyathis datum. Idem et amomon facit. Iocineri priuatim [3] Teucria bibitur recens, drachmis IV. in poſcae hemina. Vettonicae *l.* drachma vna in [4] aqua calida cyathis III: ad *m.* cordis vitia, in [5] frigidae cyathis

1. *pondo cum libra mellis Attici ſemunciam. V.* 2. *hemina. M.* 3. *Teucrion. V.* 4. *aquae calidae, etc. frigidae.* 5. *Sic ex MSS. H. in frigida Gr. et Al.*

c. *Centaurium*) Dioſc. III. 8. et Gal. de fac. ſimpl. m. VII. p. 188. De minore id quoque prodidit Marc. Emp. 17. p. 123. H.

d. Plantago) Dioſc. II. 153. H.

e. Ariſtolochia) Et hanc dyſpnoeae ſiue ſuſpirioſis opitulari ſcribit Dioſc. III. 6. H.

f. Vel) Sic Dioſc. III. 1. H.

g. *Ciſſanthemos*) Hedera terreſtris officinarum. *Dal.*

Ciſſanthemos) Cyclaminos nempe ciſſanthemos, de qua ſuperiore L. ſ. 68. De ea Dioſc. II. 195. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς ὀρθόπνοιαν. H.

h. Item) Dioſc. III. 30. et Marc. Emp. 17. p. 123. H.

i. Peucedani) Dioſc. III. 92. H.

k. Sanguinem) Dioſc. III. 1. H.

l. Vettonicae) At Muſa, t. 11. *Ad iocineris dolorem: Vettonicae drachmas tres, aquae calidae cyathos quatuor bibat.* Dioſc. IV. 1. Vettonicam drachmae vnius pondere adhibet in aceto mulſo: μετ' ὀξυμέλιτος ὁλκὴ < α. ἐπιποθεῖσα. Vide et Marc. Emp. 22. p. 160. H.

m. Ad) Ἐν καρδιαλγίᾳ, in

this duobus. Quinquefolii *n.* fuccus iocineris, et pulmonis vitiis, fanguinemque reiicientibus, et cuicumque fanguinis vitio intus occurrit. Iocineri *o.* anagallides mire profunt. Capnon *p.* herbam qui edere, bilem per vrinam [1] reddunt. Acoron *q.* iocineri medetur, thoraci quoque, et praecordiis.

XX. 2. [2] Ephedra *r.*, ab aliis anabafis [3] vocata, nafcitur ventofo fere tractu; fcandens arborem

1. *trahunt. M.* 2. *Sic ex MSS. H. ephedra ab aliis. Man. Caucon, quae et ephedra Gr. et Al.* 3. *vocetur. V.*

in affectu ftomachi, feu oris ventriculi dolore. Eft enim os ftomachi καρδία, vt alibi diximus. H.

n. Quinquefolii) Diofc. IV. 42. Αἱμοῤῥαγίας ἵςησι πινόμενον καὶ καταπλασσόμενον. Et paulo antea: Ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης ἁπαλῆς ποιεῖ πρὸς τὰ ἐν ἥπατι καὶ πνεύμονι πάθη. H.

o. Iocineri) Diofc. II. 209. H.

p. Capnon) Diofc. IV. 110. de capno fruticofa, quem alteri effectu fimilem effe ac nomine Plinius admonuit, libro fup. f. 99. Βρωθεῖσα δὲ ἡ πόα, inquit, οὖρα ἄγει χολώδη. Sic etiam Gal. de fac. fimpl. m. VII. p. 184. H.

q. Acoron) Totidem verbis Diofc. I. 3. H.

r. Ephedra) Iifdem quoque nominibus appellatur hippouris cap. 13. huius libri. *Dalec.*

Ephedra) Prius legebatur, *Caucon quae et ephedra*, etc. Sed priores voces nulli codices MSS. exhibent, ne in Indice quidem. Diofcoridis haec ἵππουρις eft, IV. 46. in Noth. οἱ δὲ ἀνάβασις, οἱ δὲ Φαίδραν, (lege οἱ δὲ ἐφέδραν) . . . Ῥωμαῖοι ἐκυνάλις, οἱ δὲ σάλιξ ἐκυνάλις, οἱ δὲ ἀναβάσιον, οἱ δὲ ἔφυδρον καλοῦσι. Hoc equifetum maius, pictum a Dodonaeo p. 73. vifum a nobis in horto Regio. Officinis, Cauda equina; aliis, falix equinalis, Gallis, *Queüe de cheual.* Vide Anguill. Par. XII. p. 205. A feffili foliorum feu iuncorum pofitu, ἐφέδρα, et f. 77. et 83. ἔφεδρος. A reptili arborum adfcenfu, ἀνάβασις dicitur. Non quod iis fe circumuoluat, innectatue clauiculis: iuxta tantum ac pone gaudet confiftere. H.

rem et ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Datur *s.* ex vino nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina; et sorbitione facta, in quam vinum addi conuenit. Item gentiana madefacta pridie contrita denarii pondere in vini cyathis tribus.

XXI. 3. Geum *t.* radiculas tenues habet, nigras, bene olentes. Medetur non modo pectoris doloribus, aut lateris, sed et cruditates discutit, iucundo sapore. Verbenaca *v.* vero omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iocineribus, thoraci. Peculiariter autem pulmonibus, et quos ab his [1] phthisis tentat, radix *x.* herbae consiliginis,

1. *phthisis tentat.* *Radix Gr. et Al.*

s. Datur) Diosc. l. c. H.

t. Geum) Caryophyllata haec vulgaris est, picta a Dodonaeo p. 137. visa a nobis in horto Regio: quod nomen obtinuit ab odore caryophyllorum, quem flores prae se ferunt. A nonnullis Sanamunda, et Benedicta dicitur: Gallis, *Saliot.* H.

v. Verbenaca) Ad vitia sane iocinerum quod attinet, subscribit Apul. c. 3. de verbenaca t. 4. *Ad hepatis dolorem: Herba verbenaca solstitio lecta, et in pulverem redacta, et potui sumta mire proficere creditur*, etc. quae totidem verbis Marc. Emp. 22. p. 160. H.

x. Radix) Libro superiore, f. 48. Hoc etiam prodidit Colum. VII. 5. p. 262. *Ouem pulmonariam*, inquit, *similiter vt suem curari conuenit, inserta per auriculam quam veterinarii consiliginem vocant*, etc. Et VI. 5. p. 217. *Praesens etiam remedium cognouimus radiculae, quam pastores consiliginem vocant: Ea in Marsis montibus plurima nascitur, omnique pecori maxime salutaris est.* Vide N. et Em. N. VIII. (hic. coll.) *Peculiariter*) Prius vitiosa interpunctione sic legebatur: *Peculiariter autem . . . phthisis tentat.* Vt ad verbenacam, de qua proxime ante sermo erat, pertinere ista viderentur. Mox noua instituta periodo, *Radix herbae . . . inuentam diximus, suum quidem* etc. Ad priora illa de phthisicis, ad consiliginem spectare, Plinius ipse libro superiore ad-mo-

nis, quam *y.* nuper inuentam diximus: suum quidem et pecoris omnis remedium praesens est pulmonum vitio, vel traiecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua, haberique in ore assidue sub lingua. Superficies eius herbae an sit in aliquo vsu, adhuc incertum est. Renibus *z.* prodest plantaginis cibus, Vettonicae *a.* potus, agaricum *b.* potum, vt in tussi.

XXII. 1. [1] Tripolium *c.* in maritimis nascitur saxis, vbi *d.* [2] alludit vnda, neque in mari, neque in

1. *Tripholion. Ch.* 2. *allidit. M. alliditur. V. abluit. Alii V. abludit. Ch.*

monuit, f. 48. vbi de consiligine: *Prodest*, inquit, *vt demonstrabimus suo loco, deploratis in phthisi*: hunc nimirum, quem nunc versamus, prospiciens locum. H.

y. Quam nuper inuentam diximus) Cap. 8. L. XXV. In boum pestilentia Columella cap. 5. VI. auriculae partem latissimam aenea subula circumscribit, ita vt mananti sanguine circulus appareat tanquam ductus literae, *o*: deinde intrinsecus ex superiore parte medium orbis descripti transsuit, et foramini facto radiculam, laeua manu effossam, ante solis ortum inserit, quae quum a recenti plaga comprehensa est, ita continetur vt elabi non possit in pertusam auriculam omnem morbi vim et pestilens virus elicit, donec quod subula circumscriptum est, demortuum excidat. *Dal.*

z. Renibus) Marc. Emp. c. 26. p. 179. imponi ex melle iubet: bibi in passo. Diosc. II. 153. H.

a. Vettonicae) Diosc. IV. 1. Καὶ νεφριτικοῖς μεθ' ὕδατος. Ant. Musa, t. 13. *Ad renum dolorem: Vettonicae drachmas duas ex mulso cyathis duobus, dum biberit, sanus erit.* H.

b. Agaricum) Diosc. III. 1. H.

c. Tripolium) Diosc. IV. 135. totidem verbis: Τριπόλιον φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, οὓς ἐπικλύζει ἡ θάλασσα, καὶ ὑποχωρεῖ etc. Vulgare trifolium a Lobelio pingitur, in Obss. p. 157. atque hoc ipsum esse Dioscorideum tripolium arbitratur. Vidimus in horto regio. Τριπόλιον dicitur, quasi ter canescens: ter in die floris colorem mutat. H.

d. Vbi) In MSS. R. et Ch. *abludit.* H.

in ſicco, folio iſatis [1] craſſiore *e.*, palmo alto, in mucrone diuiſo, radice alba, odorata, craſſa, calidi guſtus. Datur hepaticis in farre [2] decocta. Haec *f.* herba eadem videtur quibuſdam, quae polium, de qua ſuo *g.* loco diximus.

XXIII. 2. [3] Gromphaena *h.*, [4] alternis viridibus roſeiſque per caulem foliis, in poſca ſanguinem reiicientibus medetur.

XXIV. 3. Iocineri *i.* autem herba [5] malundrum, naſcens in ſegete ac pratis, flore albo odorata. Eius cauliculus conteritur ex vino vetere.

XXV. 4. Item *k.* herba chalcetum e vineis contrita imponitur. Faciles *l.* praeſtat vomitiones radix Vettonicae, ellebori modo, IV. drachmis in paſſo aut mulſo. Hyſſopum *m.* tritum cum melle vtilius, praeſumpto naſturtio aut irione:

 5. Mo-

1. *craſſiore caule, palmum alto. Dioſc.* 2. *cocta. Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. Symphonia, vel Gomphaena Gr. et Al.* 4. *alternatim. V.* 5. *Sic et Ch. melandryum Gr. et Al.*

e. Craſſiore, palmo alto) Dioſcorides, craſſiore, caule palmum alto (*palmum magnum ſiue dodrantem intellige, nimirum pollices nouem.*) flore mane albo, meridie purpureo, veſperi puniceo. Duabus drachmis pota aquas per aluum ducit, et vrinas mouet, miſcetur Alexipharmacis. Vide cap. 7. et 20. L. XXI. *Dal.*

f. Haec herba eadem, etc.) Ignoranter hoc Plinius. *Dal.*

Haec-videtur) Sed non recte iis videtur. H.

g. Suo) L. XXI. 21. H.

h. Gromphaena) Herbariis adhuc ignota. H.

i. Iocineri) Sic MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice: non, vt editi, *melandryum:* quod ineptum eſt, ſi flore albo odorata ea herbula eſt. Herbariis et officinis perinde incognita. H.

k. Item) Neque haec adhuc cognita. H.

l. Faciles) Dioſc. IV. 1. Ῥίζαι δὲ . . φλεγματώδη, προσκαλοῦσιν ἔμετον μεθ' ὑδρομέλιτος πινόμεναι. H.

m. Hyſſopum) Sic temperatum

5. [1] Molemonium *n.* denarii pondere. Eſt *o.* et ſilybo lacteus ſuccus, qui denſatus in gummi, ſumitur cum melle ſupra dicto pondere: praecipueque bilem trahit. Rurſus ſiſtunt vomitionem cuminum ſilueſtre, Vettonicae farina: ſumuntur ex aqua. Abſtergunt *p.* faſtidia, cruditateſque digerunt, daucum, Vettonicae farina ex aqua mulſa, plantago decocta caulium modo. Singultus *q.* [2] hemio-

1. polemonium. V. moleum, vel molium. Ch. 2. *Hermonium. Ch.*

ratum naſturtio vel iride, ad ſubducendam aluum Dioſc. III. 30. adhibet. H.

n. Molemonium) Sic libri omnes etiam MSS. tum hoc loco tum in Indice. Sed *Lemonium* vtrobique legi ſatius credimus, vt libro ſuperiore ſ. 61. H.

o. Eſt et ſilybo, etc.) De ſilybo nemo id ſcripſit. Quum apud Theophraſt. cap. 4. L. VI. hiſt. de ſcolymo id Plinius legiſſet, quemadmodum et ſupra cap. 22. L. XXII. retulit, obliuioſe ac oſcitanter hoc loco de ſilybo recitauit. Verum id eſſe monſtrant, quod totidem fere verbis de leimonia id refert c. 9. L. XXV. quam ſcolymum eſſe credidit. *Dal.*

Eſt) Dioſc. IV. 159. *Stillans*, inquit, *e radice liquor drachmae ſeu denarii pondere potus ex aqua mulſa vomitiones ciet*: Τῆς δὲ ῥίζης ὁ ὀπὸς ἔσον ὁλκὴ ποθεὶς σὺν μελικράτῳ ἐμέτους κινεῖ. Carduus eſt lacteus Lobelii, in Obſſ. p. 479. Carduus Mariae Tragi. Carduus leucographus Dodonaei p. 710. viſus a nobis in horto Regio. Itali *Cardo Maria*, et a lactis copia *Cardo lettario* vocitant, teſte Anguillara, Par. VIII. p. 151. H.

p. Abſtergunt) De Vettonica quidem Ant. Muſa, c. 37. *Aegris faſtidientibus cibos: Vettonicae drachmas duas ex aqua mulſa cyathos tres bibat: ſanatur.* H.

q. Singultus hermionium ſedat) Sic quidem Romana impreſſio et pleraeque aliae. noſtrum exemplar detracta vna litera *hermonium*. Neutra lectio vera: ſincera et certa lectio eſt *hemionium*, vt quidam etiam codices praeferunt. Dioſcorides L. III. cap. de herba aſpleno, quae hemionium dicitur: *Eandem autem ſtranguriae conferunt, ſingultus et morbum regium ſedant*, etc. et infra

mionium sedat: item *r.* aristolochia. Suspiria *s.* clymenos. Pleuriticis *t.* et peripneumonicis [1] centaurium maius: item *v.* hyssopum bibitur. Pleuriticis peucedani succus.

XXVI. 6. Halus *x.* autem, quam *y.* Galli sic vocant, Veneti *z.* cotoneam, medetur lateri: item *a.* renibus, conuulsisque et ruptis. Similis *b.* est cunilae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis, et sitim sedans, [2] radicis *c.* alibi albae, alibi nigrae.

XXVII. 7. Eosdem effectus in [3] lateris doloribus habet chamaerops *d.*, myrteis circa caulem

 gemi-

1. *centaureum. Gr.* 2. *Sic ex MSS. H. rarae radicis Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. eosdem effectus lateris d. Gr. et Al.*

infra paulum, *peripleumonicis*, non *peripneumonicis*, vt alias ostendimus. *Pint.*

Singultus) Diosc. III. 157. de aspleno, siue hemionio. Λυγμῷ βοηθεῖ. H.

r. Item) Diosc. III. 6. H.

s. Suspiria) Diosc. IV. 14. de periclymeno, quam esse Clymenon Plinii diximus. H.

t. Pleuriticis) Diosc. III. 8. H.

u. Item hyssopum) Diosc. III. 30. H.

x. Halus) Ita scribitur adiecto spiritu, tum hoc loco, tum in Indice, etiam in MSS. Eodem sublato, *alus*, XXVII. 24. Consolidam vocat Apul. c. 59. Symphytum illud est, seu consolida maior, picta a Matthiolo in Diosc. IV. p. 961. Vidimus in horto regio. *Grande Consolide*, *Oreille d'âne.* De ea nunc Plinius obiter, quod laterum dolori, vt superiores aliae, medeatur. H.

y. Quam) Circumpadani, H.

z. Coroneam) Cydoniae herbae meminit Galenus L. I. κατὰ τόπȣς. in eorum catalogo quae pilos attenuant. Cydoniam vocarunt, quod cydonii mali odorem spiret. *Dal.*

a. Item) Diosc. IV. 9. de symphyto petraeo: et Apul. l. c. H.

b. Similis) Diosc. l. c. H.

c. Rarae radicis alibi albae, etc.) Prima dictione caret archetypum nostrum. *Pint.*

d. Chamaerops) Siue trixago, quam et chamaeropem

geminis foliis, capitibus Graeculae rosae, ex vino pota. Ischiadicos *e.* dolores et spinae leuat agaricum potum, vt *f.* in tussi.

8. Item stoechadis, aut *g.* Vettonicae farina ex aqua mulsa.

XXVIII. (VIII.) Plurimum tamen [1] homini negotii aluus exhibet, cuius causa maior pars mortalium viuit. Alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit. Eoque mores venere, vt homo maxime cibo pereat. Pessimum corporum vas instat, vt creditor, et saepius die appellat. Huius gratia praecipue auaritia *h.* expetitur: huic luxuria conditur: huic nauigatur ad Phasin: huic [2] profundi vada exquiruntur. Et *i.* [3] nemo vtilitatem eius aestimat, consummationis *k.* foeditate. Ergo *l.* numerosissima

1. *humano generi.* M. 2. *profunda.* V. 3. *Sic ex* MSS. *H. vtilitatem Gr. et Al.*

pem vocari vidimus, XXIV. 80. H.

e. Ischiadicos) Hoc est, coxendicum dolores. Diosc. III. 1. Ποιεῖ καὶ πρὸς ἰσχίων ἀλγήματα. H.

f. Vt) Hoc est, siccum si commanducetur, ita vt ex interuallo merum sorbeatur, vti dictum est s. 18. H.

g. Aut) Ant. Musa, t.45. Ad lumborum et coxarum dolores. Diosc. IV. 1. Ἰσχιαδικοῖς τε μεθ' ὕδατος. H.

h. Auaritia expetitur: huic luxuria conditur) Sic quidem libri. Scripsisse tamen Plinium censeo: *Huius gratia praecipue auaritia expetit.* semper ieiuna et insatiabilis esurit et sitit pecuniam. item, *huic luxuria condit.* mirificis et sumptuosis condimentis cibos apparat. *Gr.*

i. Et nemo vtilitatem eius aestimat) Immo *vilitatem*, vt est in Voss. Eadem vocabula in Quintiliani declamationibus confusa saepius ostendimus. *Gr.*

k. Consummationis) Egestionis. H.

l. Numerosissima est, etc.) Plurima, occupatissima. *Dal.* *Ergo*) Plurima, occupatissima. L. VIII. 77. de sue: *Neque alio ex animali numerosior materia ganeae.* H.

ma eſt circa hanc medicinae opera. Siſtit *m.* eam ſcordotis [1] recens, drachma cum vino trita, vel decocta [2] potu. Polemonia *n.* quoque et dyſentericis ex vino datur: verbaſci *o.* radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine: nymphaeae *p.* heracliae ſemen cum vino potum; radix *q.* ſuperior e xiphio, drachmae pondere ex aceto. Semen *r.* plantaginis in vino tritum, vel ipſa ex aceto cocta, aut alica ex ſucco eius ſumpta. Item *s.* cum lenticula cocta, vel aridae farina inſperſa potioni cum papauere toſto et trito, vel ſuccus [3] infuſus, aut ſuccus Vettonicae, in vino ferro calefacto. Eadem *t.* coeliacis in vino auſtero datur: his et iberis imponitur, vt *v.* dictum eſt. Teneſmo *x.* radix nymphaeae heracliae e vino bibitur: pſyllium in aqua: acori radicis decoctum. Aizoi *y.* ſuccus al-

 uum

1. *recentis. Gr.* 2. *potus. Ch.* 3. *infuſus aut potus: et Vettonicae. V.*

m. Siſtit) Dioſc. III. 125. H.

n. Polemonia) Dioſc. IV. 8. H.

o. Verbaſci) Dioſc. IV. 104. H.

p. Nymphaeae) Dioſc. III. 148. H.

q. Radix) Conſtat enim xiphion radice gemina, quarum vna alteri inſidet, puſillorum bulborum figura, vt tradit Dioſc. IV. 20. etſi ad alios vſus medicinae adhibet, ad quos et a Plinio deſtinatur, XXV. 89. his verbis; *Superior radix*, etc. H.

r. Semen) Marc. Emp. c. VI. p. 188 ſq. Apul. c. 1. t. 9. *Ad ventrem, ſtringendum.* Dioſc. II. 153. H.

s. Item) Dioſc. et Marc. Emp. ll. cc. Item Apul. c. 1. de plantagine t. 4 et 19. H.

t. Eadem) Vettonica. H.

v. Vt) L. XXV. 40. H.

x. Teneſmo) Dioſc. III. 148. H.

y. Aizoi) Dioſc. III. 189. Ὁ δὲ χυλὸς . . . ἐν ποτῷ δίδοται διαῤῥοιζομένοις καὶ δυσεντερικοῖς· ϛρογγύλας τε ἕλμινθας ἐκτινάσσει σὺν οἴνῳ ποθείς. *Succus potui datur profluuio alui laborantibus, atque dyſentericis. Sed et teretes lumbricos pellit ex vino potus.* H.

uum ſiſtit, et dyſenterias, et [1] tineas rotundas pellit. Symphyti *z.* radix dyſenterias ſiſtit: item *a.* dauci. Aizoum *b.* foliis contritis ex vino torminibus reſiſtit. Alceae *c.* ſiccae farina torminibus pota cum vino.

XXIX. 1. Aſtragalus *d.* folia habet longa inciſuris multis, obliqua circa [2] radices *e*, caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices [3] villoſas, implicatas, rubras, praeduras. Naſcitur *f.* in petroſis, apricis, et iiſdem niualibus, ſicut Pheneo Arcadiae. Vis *g.* ei ad ſpiſſanda corpora. Aluum *h.* ſiſtit radix in vino pota: quo fit vt moueat vrinam repercuſſo *i.* liquore, ſicut pleraque quae aluum ſiſtunt. Sanat et dyſentericos in vino rubro tuſa. Difficile *k.* autem tunditur. *Eadem gingiuarum ſuppurationi vtiliſſima

1. *taenias. Ch.* 2. *radicem. V.* 3. *pilloſas. Ch.*

z. Symphyti radix dyſenteriam ſiſtit) In archetypo noſtro: *Symphyti radix pota in vino, aluum, dyſenteriam ſiſtit.* Fauet huic lectioni Dioſcorides libro quarto capite de ſymphyto. *Pint.*

Symphyti) Dioſc. IV. 9. H.

a. Item) Mederi torminibus daucum ait Dioſc. III. 83. Dyſenteriae III. 169. H.

b. Aizoum) Dioſc. IV. 89. H.

c. Alceae) Siue damaſonio. Dioſc. III. 169. H.

d. Aſtragalus) Diſſimilis hic, parum facie, par effectu, Dioſcoridis aſtragalo. Is eſt quem Baeticum Cluſius appellat. delineatque, hiſt. rar. pl. VI. p. 234. qualem in horto regio vidimus. H.

e. Radices) Quae adnatas appendices ſeu radiculas habent. H.

f. Naſcitur) Totidem verbis et de ſuo aſtragalo Dioſc. IV. 62. et Gal. de fac. ſimpl. med. VI. 160. H.

g. Vis) Ad adſtringenda, ςυπτική. Dioſc. et Gal. H.

h. Aluum) Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

i. Repercuſſo liquore) Cauſam cur vrinam moueat, de ſuo reddit Plinius. *Dalec.*

Repercuſſo) Humore, qui dyſenteriam adiuuat, in veſicam reiecto. H.

k. Difficile) Dioſc. Κόπτεται δὲ δυσχερῶς διὰ τὸ ςερεὸν αὐτῆς. *Difficile ſoliditatis ſuae ratione tunditur.* H.

ſima eſt fotu. Colligitur exitu autumni, quum folia amiſit: ſiccatur in vmbra.

XXX. 2. Et *l.* ladano ſiſtitur aluus vtroque: quod *m.* in ſegetibus naſcitur, contuſo et cribrato: bibitur ex aqua mulſa: [1] item nobili e vino. [2] Ledon *n.* appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhaereſcens. Nobilius in Arabia. Fit iam et in Syria atque Africa, quod *o.* toxicon vocant. Neruos *p.* enim [3] in arcu circumdatos lanis trahunt, adhaereſcente roſcida [4] lanugine.

Eee 5

1. Lego, item ac bilem (id eſt, choleram) e vino. Dal.
2. Sic et M. Dioſc. et Ch. Lada Gr. et Al. 3. in arcum. M. 4. pinguedine, vt eſt.

l. Et ladano ſiſtitur, etc.) Lege: *Et ladano ſiſtitur aluus vtroque: quod in ſegetibus naſcitur, contuſo et cribrato.* Duplex ladani genus: vnum terrenum, alterum factitium: terrenum friabile: factitium, lentum: vtroque ladano aluum ſiſti dicit: quod in ſegetibus naſcitur, contuſo et cribrato, id eſt, *terreno*, quod friabile eſſe dixit. nam factitium quod lentum erat καὶ ἐμμάλακτον, nec contundi, nec cribrari poterat. *ſegetes* hic arua ſunt. *Salmaſ.* p. 376. a.

Et ladano) Terreno ſcilicet et factitio: de vtroque diximus XII. 37. Dioſc. l. 128. de ladano: Κοιλίαν τε ἵστησι σὺν οἴνῳ παλαιῷ ποθέν. Ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν. H.

m. Quod) In aruis. H.

n. Ledon) Ita MSS. R. Colb. etc. non *Lada.* Sic etiam Dioſc. vt diximus XII. 37. H.

o. Quod) Ἀπὸ τοῦ τόξου, quae vox arcum ſonat. H.

p. Neruos enim in arcu, etc.) Legend. *Neruos enim in arca (an arcu) circumdatos lanis trahunt, adhaereſcente roſcido lanugine:* lanae lanugini adhaereſcebat pingue *roſcidum*, quod abſolute *roſcidum* hic vocat. non igitur ipſa herba conuoluebatur, ſed pingue ipſum tractis ad herbam funiculis, vnde offae fiebant, Dioſcoridi μαγίδες. *Solin.* p. 363. a.

p. Neruos) Neruos enim vel in ipſo adhuc arcu adductos, laniſque circumuolutos fruticibus admouent, ac deinde trahunt, adhaereſcente iiſdem interim lanugine foliorum pingui ac rorulenta. Fruſtra locum hunc ſollicitat Salmaſ. in Solin. p. 363. libris non ſecundis, ſcriptoris ipſius labefactata eius emendatione ſententia. H.

nugine. Plura *q.* de eo diximus inter vnguenta. Hoc grauiſſimum [1] odore eſt, [2] duriſſimum tactu. Plurimum *r.* enim terrae colligit: quum *s.* probetur maxime purum, odoratum, molle, viride, reſinoſum. Natura *t.* ei molliendi, ſiccandi, concoquendi, ſomnum alliciendi. Capillum *v.* fluentem cohibet, nigritiamque cuſtodit. Auribus *x.* cum hydromelite aut roſaceo infunditur. Furfures cutis et manantia hulcera ſale addito ſanat. Tuſſim *y.* veterem cum ſtyrace ſumptum. Efficaciſſimum ad ructus.

XXXI. 3. Aluum ſiſtit et chondris, ſiue pſeudodictamnum:

4. Hypociſthis *z.*, [1] orobethron quibuſdam dicta, malo granato immaturo ſimilis. Naſcitur *a.*, vt

1. *onere. M.* 2. *duriſſimumque Gr. et Al.* 3. *Sic et Dioſc. et Ch. orobathion Gr. et Al.*

q. Plura) L. XII. 37. H.

r. Plurimum enim terrae colligit) Ob id *terrenum* ſupra vocatur. *Dalec.*

s. Quum) Dioſc. I. 128. H.

t. Natura) Dioſc. l. c. Δύναμιν δὲ ἔχει ςυπτικὴν, θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀναςομωτικήν. H.

v. Capillum) Dioſc. l. c. Theod. Priſc. I. 2. *de capillis cadentibus: Ladanum cum vino teri facies, et oleum myrteum admiſcebis: et vteris vt pinguiſſimo linimento.* H.

x. Auribus) Totidem verbis Dioſc. l. c. H.

y. Tuſſim) Inſeri medicamentis ad tuſſim ſedandam vtilibus, ait Dioſc. l. c. H.

z. Hypociſtis) Ὑποκιςὶς, et ὑποκισθίς. Sic Dioſc. I. 127. Φύεται δὲ παρὰ τὰς ῥίζας τοῦ κίςου ἡ λεγομένη ὑποκιςίς· ὑπ ἐνίων δὲ ὀρόβηθρον, ὅμοιόν τι κυτίνῳ ῥοιᾶς. In MSS. R. et Colb. *orobothron.* In libris hactenus editis, *orabation.* Huius hypociſtidis iconem Cluſius accurate delineat hiſt. rar. pl. I. p. 68. Aliud vero Scrib. Largo Comp. 85. hypocyſtis eſt, ὑπόκυςις, nempe *ſuccus roſae ſiluaticae, quam quidam caninam vocant.* H.

a. Naſcitur) L. XXIV. 48. H.

vt diximus, sub cistho, vnde nomen. Haec *b.* arefacta in vmbra sistit aluum ex vino austero nigroque vtraque. Duo enim genera eius, candida et rufa. Vsus in succo: spissat *c*, siccat. Et rufa magis stomachi rheumatismos emendat. Pota *d.*, tribus obolis, sanguinis exscreationes *e.*, cum amylo. Dysenterias pota, et infusa. Item verbenaca ex aqua data, aut carentibus febre ex vino ammineo, cochlearibus quinque additis in cyathos tres vini.

XXXII. 5. Lauer *f.* quoque nascens in riuis condita et cocta torminibus medetur.

XXXIII. 6. Potamogeton *g.* vero ex vino dysentericis etiam et coeliacis, similis betae foliis: [1] minoribus tantum hirsutioribusque, [2] paulum super-

1. *minor tantum hirsutiorque paulum semper eminens.* Ch. *Palatim supereminens extra aquam, peculiariter refrigerat, spissat. Vsus in foliis, cruribus.* Gr. et Al. 2. *paulatim.* Gr.

b. Haec) Diosc. l. c. H.

c. Spissat) Adstringit. Δύναμιν δὲ ἔχει... ςυπτικωτέραν τε καὶ ξηραντικωτέραν. Diosc. I. 127. H.

d. Pota) Diosc. l. c. H.

e. Cum) Vide N. et Em. N. IX. (hic adi.) *Pota*) Prius legebatur, vitiosa interpunctione, *sanguinis exscreationes. Cum amylo dysenterias* etc. At licet aluum sistat amylum, vt dictum est XX. 67. tamen ad sanguinis exscreationes saepius datur. Vnde Plin. l. c. *Datur cum ouo his qui sanguinem reiecerint.* Et XXIII. 75. de amygdalis: *sanguinem sistunt cum amylo*, vbi simile interpunctionis mendum, Dioscoridis admonitu, aliorumque, sustulimus. H.

f. Lauer) Quod et sion nuncupatum olim indicauimus, XXII. 41. De quo eadem Diosc. prodidit II. 154. In Indice, *Lauer, siue sion.* H.

g. Potamogeton) Iisdem verbis describitur a Diosc. IV. 101. Ποταμογείτων φύλλον ἐςὶν ὅμοιον σεύτλῳ etc. Pingitur a Matthiolo, qualem in horto regio vidimus, in Diosc. IV. p. 1137. Nomen habet a locis aquosis, ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ ἐνυ-

pereminens extra *h.* aquam. Vſus in foliis: refrigerant *i.*, ſpiſſant: peculiariter *k.* cruribus vitioſis [1] vtilia, et *l.* contra hulcerum nomas, cum melle vel aceto. Caſtor *m.* hanc aliter nouerat, tenui folio velut *n.* equinis ſetis, thyrſo longo et laeui, in aquoſis naſcentem. Radice ſanabat ſtrumas et duritias. Potamogeton aduerſatur [2] et crocodilis: itaque ſecum habent eam, qui venantur. [3] Aluum *o.* ſiſtit et Achillea.

7. Eoſdem *p.* effectus praeſtat et ſtatice, ſeptem caulibus, veluti roſae capita ſuſtinens.

XXXIV. 8. Ceratia *q.* vno folio, radice nodoſa

1. *vtilibus, V.* 2. *et, in M. d.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. vocantur illos Gr. et Al.*

ἐνύδρων τόπων, quos prope naſcitur. Nam γείτων vicinum ſonat. H.

h. Extra aquam peculiariter refrigerat) Verba male tranſpoſita. Scribe: *ſimilis betae foliis, minor tantum hirſutiorque, paullum ſemper eminens* (hucuſque Chifl. et Voſſ. conſentiunt: quod ſequitur, et Voſſ. primi prodimus) *extra aquam. Vſus in foliis: refrigerant, ſpiſſant; peculiariter cruribus vitioſis vtilia.* Si tamen *ſupereminens* malis, non intercedo. *Gron.*

i. Refrigerant) Hoc eſt, adſtringunt. Dioſc. l. c. Ψύχει δὲ καὶ ϛύφει. H.

k. Peculiariter refrigerat, ſpiſſat. Vſus in foliis, cruribus vitioſis vtilia) Scribo alio ordine, *Vſus in foliis, refrigerant, ſpiſſant. Peculiariter cruribus vitioſis vtilia.* ex eodem. *Pint.*

l. Et) Dioſc. l. c. Ἁρμόζον καὶ νεμομένοις καὶ παλαιοῖς ἕλκεσιν. H.

m. Caſtor) Dodonaei forte myriophyllon aquatile is intellexit. H.

n. Velut equinis ſetis) Myriophyllon aquaticum Dodonaei. *Dal.*

o. Aluum) Dioſc. IV. 36. H.

p. Eoſdem) Officinis herbariiſque incognita. H.

q. Ceratia vno folio) Dodonaei ophiogloſſon. *Dal.*

Ceratia) Videtur eſſe vnifolium officinarum, pictum a Dodonaeo, p. 205. Meminit huius Marc. Emp. c. 27. p. 188. *Ceratidos*, inquit, *quam herbam violam marinam*

dosa magna, in cibo coeliacis et dysentericis medetur.

9. Leontopodion *r.*, alii [1] leuceoron, alii [2] doripetron, alii thorybetron vocant, cuius radix aluum *s.* sistit, purgatque bilem, in aquam mulsam addito pondere denariorum [3] duorum. Nascitur in campestri et gracili solo. Semen eius potum, lymphatica somnia facere dicitur.

10. Lagopus *t.* [4] sistit aluum e vino pota, aut in febri ex aqua. Eadem *v.* inguini adalligatur in

1. letheoron. M. *2. dorypetron. Gr.* *3. Sic ex* MSS. *H. et Ch. duûm Gr. et Al.* *4. ciet. V.*

marinam appellamus, radicem trium digitorum magnitudine, incoctae vino austero, torminosos iuuant, si illud vinum admixta leuiter aquae calidae portione potetur. H.

r. Leontopodion) Est illud Dioscoridis λεοντοπέταλον, III. 110. In Noth. p. 457. Λεοντοπέταλον, οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ λευκήορον, οἱ δὲ λεόντιον, οἱ δὲ δωρὶς, οἱ δὲ δωρικτερὶς, οἱ δὲ λυχνὶς ἀγρία . . . οἱ δὲ θορύβητρον, etc. Et ab Apuleio, Leontopodion nominatur, c. 7. A Dodonaeo pingitur, p. 69. quale in horto regio vidimus. Λεοντοπόδιον, pedem leonis: λεοντοπέταλον, leonis folium interpretantur. H.

s. Aluum sistit, etc.) Hoc quidem valde alienum, bilem purgare, et aluum sistere. Mirum vero, quod historiam huius plantae a Dioscoride prolixe tractatam, ne Plinius quidem attigerit. Vide cap. 12. L. XXVII. *Dal.*

t. Lagopus) Diosc. IV. 17. totidem verbis: Λαγώπους δύναμιν ἔχει σαλτικὴν κοιλίας, πινόμενον μετ' οἴνου· ἐπὶ δὲ τῶν πυρεσσόντων μεθ' ὕδατος. Pedem leporinum vocant officinae, alii Trifolium humile. Vidimus in horto Regio, quale delineatur a Dodonaeo p. 567. et lagopus maior vocatur. *Pied de lievre.* Eadem cum Plinio et Dioscoride tradit Apul. c. 61. H.

v. Eadem) Diosc. l. c. Περιάπτεται δὲ καὶ πρὸς φλεγμονὴν βουβώνων. Φύεται δὲ ἐν πρασιαῖς. H.

in tumore. Nafcitur in fegetibus. Multi *x.* fuper omnia laudant ad deploratos dyfentericos quinquefolium, decoctis in lacte radicibus potis: et ariftolochiam Victoriati pondere in cyathis vini tribus. Quae ex fupra dictis calida [1] fumentur, haec candente *y.* ferro temperari aptius erit. E diuerfo *z.* purgat aluum fuccus centaurii minoris drachma in hemina aquae cum exiguo falis et aceti, bilemque detrahit. Maiore *a.* tormina difcutiuntur. Vettonica *b.* aluum foluit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis nouem. Item *c.* euphorbium, vel *d.* agaricum, drachmis duabus cum fale modico potum ex aqua, aut in mulfo obolis tribus. Soluit *e.* et cyclaminos ex aqua pota, aut *f.* balanis fubditis: item

1. *fumuntur.* M.

x. Multi) Marc. Emp. c. 27. p. 193. Diofc. I. 42. H.

y. Candente ferro temperari, etc.) Nam praeter adftringentem vim plantarum fupra memoratarum ferrum candens, in eo liquore extinctum qui bibitur, aluum potentius cohibet. *Dal.*

z. E diuerfo) Ad verbum ifta Marc. exfcripfit 30. p. 212. Diofc. III. 9. H.

a. Maiore) Diofc. III. 8. πρὸς στρόφους, etc. H.

b. Vettonica) Marc. Emp. totidem verbis c. 30. p. 217. Ant. Mufa t. 17. *Ad aluum concitandam*, etc. et Diofc. IV. 1. plane ad verbum omnes. H.

c. Item) Cafp. Hoffmann. Varr. lect. I. 12. hic quaedam immutat, libris inuitis. H.

d. Vel) Marc. Emp. 30. p. 214. Diofc. quoque III. 1. cum mulfa propinat. H.

e. Soluit) Diofc. II. 194. ex hydromelite bibi eam ob rem iubet. Marc. Emp. 30. p. 212. et 217. H.

f. Aut) Balani glandes funt, et id quod glandis forma ad fubducendam aluum in podicem manu inditur. Vulgus *fuppofitorium* vocat. Apul. 14. t. 2. *Ad aluum concitandam. Herba orbicularis in collyrium facta et iniecta, catharticum eft*: hoc eft, cyclaminos in balanum fubdita, purgatiua eft. Diofc. l. c. ἐν ἐρίῳ προστίθεται, *in vellere fubditur.* Marc. Emp. L. de med. 30. *Orbicu-*

item chamaecissi balanus. Hyssopi *g.* manipulus decoctus ad tertias cum sale, [1] pituitas trahit illitus, vel contritus cum oxymelite et sale: pellitque ventris animalia. Pituitam *h.* et bilem detrahit peucedani radix.

XXXV. 11. Aluum *i.* purgat anagallis ex aqua mulsa: item *k.* [2] epithymon, qui est flos e thymo, satureiae simili. Differentia *l.*, quod hic her-

1. *pituitam. V.* 2. *epithymum. Id flos est, etc. Dal.*

bicularis herba, quam Graeci cyclaminon vocant, si quis expresso succo anum perunxerit, mira celeritate experietur ani solutionem. H.

g. Hyssopi) Marc. 30. p. 214. et Diosc. III. 30. totidem plane verbis. *Ventris animalia* ἕλμινθας hic vocat, hoc est, teretes lumbricos. H.

h. Pituitam) Diosc. III. 92. Pituita ex quatuor humoribus corporis nostri, is est, qui potissimum magis serosus et aqueus est, magisque fluxilis: Graeci phlegma appellant. H.

i. Aluum purgat anagallis ex aqua mulsa) *Anagallides*, in vetusto codice, numero multorum, recte. nam duplex est anagallis Dioscoridi libro II. *Pint.*

k. Item) Diosc. IV. 179. Ἐπίθυμον θύμου ἐστὶν ἄνθος τοῦ σκληροτέρου καὶ θύμβρᾳ ἐοικότος . . . Πινόμενον δὲ σὺν μέλιτι, κάτω καθαίρει Φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν. *Epithymum flos est thymi durioris et satureiae similis . . . Potum id cum melle, detrahit pituitam bilemque atram per inferna.* H.

l. Differentia, etc.) Lego, *quod hoc herbaceum est, alterum vero thymum album. Quidam, etc. vtile, etc.* Id est quod cap. 10. L. XXI. tradidit, thymi esse duo genera: alterum candidum, quod solum nomine thymi Dioscorides describit: alterum nigricans, quod hic vocat herbaceum. Serpyllum zygin vocat Dioscorides; Theophrastus, ἑρπυλλον θυμῶδες. *Dal. Differentia, etc.*) Lege: *Differentia quod hic heluaceus est, alterius thymi albus.* nihil certius. Dicit thymum illud cui tribuitur Epithymum, florem heluaceum habere, id est, ex purpureo albicantem. Salmas. 1288. b.

Differentia) Hoc est, viridis. Vide Not. et Em. N. X. (*hic coll.*) *Differentia*) Ita libri omnes, etiam conditiui,

herbaceus eſt, alterius thymi albus: quidam hippopheon *m.* vocant: ſtomacho *n.* minus vtilis, vomitiones minus mouet: [1] ſed tormina et *o.* inflatiotiones diſcutit. Sumitur et ecligmate ad pectoris vitia cum melle, et aliquando iride. Aluum *p.* ſoluit; a quatuor drachmis ad ſex cum *q.* mellis exiguo ſaliſque et aceti. Quidam *r.* aliter epithymum tradunt ſine radice naſci, [2] tenue, ſimilitudine *s.* pallioli, rubens: ſiccari in vmbra, bibi ex aqua

1. *ſedat.* **M.** 2. *tenue, ſimil. pili.* **V.**

ditiui, manuque exarati, R. Colb. ceterique. Nec Salmaſium moror, qui p. 1288. in Solin. *beluaceus* reſcribit, interpretaturque ex purpureo albicantem, nullo codice, nullo ſcriptore ſuffragante. Geminum epithymum viride, albumque agnoſcit auctor libri de ſimpl. med. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni p. 990. *Epithymum,* inquit, *eſt flos herbae aſſimilis ſetae,* (lego *ſatureiae*) *ſubuiridis... Nam verus epithymi flos exalbidus eſt, et aſper, et plurimum in Pamphylia inuenitur.* H.

m. Hippopheon) Vide N. et Em. N. XI. (hic poſ.) *Quidam*) Sic libri omnes, ſic Index ipſe. Rectius tamen videtur *hypopheon,* quod ſub ſtoebe fortaſſis, quae Φέως quoque appellatur, XXII. 13. innaſci ſolet. Aetius III. [29.] p. 103. Παραπλησίως δὲ τῷ ἐπιθύμῳ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ςοιβῆς Φυόμενον etc. *Similis vis ei quoque eſt, qui ſtoebe adnaſcitur: item qui thymbrae ideo epithymbron dictum* etc. H.

n. Stomacho minus vtilis: vomitiones minus mouet) Archetypum noſtrum: *Stomacho minus vtilis vomitiones mouet*) Archetypum noſtrum: *Stomacho minus vtiles vomitiones mouet.* Pint.

o. Et) Dioſc. l. c. Ἰδίως ἁρμόζον ἐπὶ μελαγχολικῶν καὶ ἐνπνευματουμένων. H.

p. Aluum) Marc. Emp. 30. p. 214. H.

q. Cum mellis exiguo ſaliſque et aceti) Scribe, *cum melle et exiguo ſalis atque aceti,* ex eodem. *Pint.*

r. Quidam) Quod genus illud epithymi ſit, incompertum. H.

s. Similitudine) Hoc eſt, pileoli. Ouid. *Palliolum nitidis impoſuiſſe comis.* H.

aqua acetabuli [1] parte dimidia, detrahere pituitam bilemque. [2] Aluum *t.* leniter soluit *v.* et nymphaea in vino austero.

XXXVI. 12. Soluit *x.* et pycnocomon, erucae foliis crassioribus, et *y.* [3] acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente, caule [4] quadrangulo, modico, tenui, flore ocimi. Inuenitur *z.* in saxosis locis. Radix *a.* eius in aqua mulsa denariorum duûm pondere, [5] et aluum, et bilem, et pituitam exinanit. Semen *b.* somnia tumultuosa facit, vna drachma in vino potum. [6] Et *c.* panos discutit.

XXXVII.

1. *mensura. M.* 2. *aluo leniter soluta. Cb.* 3. *rarioribus Gr. et Al.* 4. *quadriangulo. Cb.* 5. *per aluum. Dal.* 6. *Panos et strumas. Diosc. Et capnos strumam discutit Gr. et Al.*

t. Aluum) Diosc. III. 148. H.

v. Soluit et nymphaea, etc.) Imo potius retinet. Plinius negligenter id prodit. *Dal.*

x. Soluit) Diosc. IV. 176. iisdem fere verbis repraesentat: Πυκνόκομον φύλλα ἔχει ὅμοια εὐζώμῳ, etc. Herbariis adhuc incognita. H.

y. Et acrioribus) Sic MSS. et Diosc. καὶ δριμύτερα. In quibusdam editis, *rarioribus*, male. H.

z. Inuenitur in saxosis locis.) Voss. recidit τὸ *locis.* Sic *in petrosis* 27. *V. in aquosis*, eodem L. cap. 9. *Gr.*

Inuenitur) Diosc. l. c. H.

a. Radix) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

b. Semen) Diosc. l. c. H.

c. Et panos) Vide N. et Em. N. XII. (hic consp.) *Et*) In libris editis, *Et capnos strumam discutit.* Quasi vero e proposito sit commemorare modo ex iis herbam aliquam, quae nihil ad aluum medendam iuuat, quo nunc in argumento vno habitare se professus est apertissime iam a s. 28. In MSS. R. 1. *Et carostrum*: hoc tantum. In R. 2. *et capnostruma.* Cur vero *et panos discutit* amplexi sumus, vbi tam obscura sese vestigia offerunt sincerae lectionis, in causa Dioscorides fuit: cuius haec plane gemina de pycnocomo sententia IV. 76. Καὶ

XXXVII. 13. Detrahit *d.* bilem polypodion, quam noſtri [1] filiculam *e.* vocant: ſimilis enim eſt filici. Radix in vſu, piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi, acetabulis *f.* cauernoſa, [2] ceu polyporum [3] cirri, ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus vetuſtis. Exprimitur *g.* ſuccus aqua [4] madefactae: ipſa minute conciſa inſpergitur oleri, vel betae, vel maluae, vel ſalſamento: [5] aut cum pulticula coquitur ad aluum vel in febri [6] leniter ſoluendam. Detrahit *h.* bilem et pituitam, ſtomachum offendit. Aridae *i.* farina

1. *filiciolam. Ch.* 2. *Seu Gr.* 3. *cirrhis*, τῶν πλεκτανῶν *Theophr.* 4. *Sic ex* MSS. *H. ipſa minuta conciſa Ch. madefacta ipſa conciſa Gr. et Al.* 5. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. vel cum Gr. et Al.* 6. *leuiter. Ch.*

Καὶ τὰ φύλλα δὲ καταπλαττόμενα, φύματα καὶ δοθιῆνας διαφορεῖ. H.

d. Detrahit) Marc. Emp. c. 30. p. 211. et 215. H.

e. Filiculam) Apuleius. c. 83. filicinam et radiolum vocat. Polypodium maius et apud noſtros nomen ſeruat, *Polypode.* A Dodonaeo pingitur p. 461. Vidimus in horto Regio. H.

f. Acetabulis) Habet tubercula quaedam acetabulis iis ſimilia, quae in polyporum ac ſepiarum cirrhis apparent: inde πολυποδίου nomen. Iiſdem ferme verbis a Dioſc. deſcribitur IV. 188. et a Theophr. Hiſt. IX. 14. H.

g. Exprimitur ſuccus aqua madefacta, ipſa conciſa) Voſſ. *aqua madefactae, et ipſa minuta conciſa.* Vt et in parte Chiflet. Legendum praeterea *minute*, vel *minutim*, vel *minutatim.* Hoc etiam credo voluiſſe Pintianum, etſi male ſit expreſſum in exemplari, quo vtor. Quatuor alii ſaltem: *aqua madefacta et ipſa. Gr.*

Exprimitur) Dioſc. l. c. totidem fere verbis: et Marc. Emp. 30. p. 211. Apul. item 83. t. 2. H.

h. Detrahit) Dioſc. l. c. poſt Theophr. l. c. H.

i. Aridae) Apud Theophr. Hiſt. IX. 14. vbi quis eam contigerit, ſunt qui innaſci polypum aſſeuerent. Eſt autem polypus, auctore Celſo VI.

farina indita naribus polypum *k.* consumit. [1] Florem *l.* et semen non fert.

XXXVIII. 14. Scammonium *m.* quoque [2] dissolutionem stomachi [3] facit, bilem detrahit, aluum soluit, praeterquam *n.* si adiiciantur aloes drachmae duae obolis eius duobus. Est *o.* autem succus her-

 bae

1. *Sic ex* MSS. *H. Nec floret, nec semen fert. V. Florem et semen, etc. M. Floret et Gr. et Al.*
2. *dissolutiones. Ch.* 3. *facit, praeterquam si, etc. duobus. Bilem detrahit, aluum soluit. Est autem succus. V.*

VI. 8. *caruncula modo alba, modo subrubra, quae narium ossi inhaeret, et modo ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increscit, vti post vuam conspici possit, strangulatque hominem, maxime Austro aut Euro flante.* Gallis, *un polype.* H.

k. Polypum consumit) Collo suspensa prohibet, vt aiunt, ne polypus in naribus gignatur. Theophr. *Dal.*

l. Floret et semen non fert) Nec floret, nec semen fert. *Dal.*

Florem) Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Florem*) Ita recte vetus codex Dalecampii. Prius legebatur, *Floret et semen non fert* quod falsum. In R 1. *Floret semen non infert.* R. 2. *Floret semen non fert.* Alii aliter. Theophr. Hist. IX. 22. hoc tantum; Τὸ δὲ πολυπόδιον μετὰ τὰ ὕδατα ἀεὶ βάλλει, σπέρμα δὲ οὐ φύει. *Filicula semper post imbres erumpit: semen autem non fert.* H.

m. Scammonium) Marc. Emp. 30. p. 212. *Scammoniae succus solam detrahit bilem: datur ex aqua ad denarii semissem . . . Sed stomacho infirmo non conuenit.* H.

n. Praeterquam) Hoc est, dum bilem detrahit, et aluum soluit, stomachi simul dissolutionem facit, nisi adiiciatur aloe, etc. Marc. Emp. 30. p. 211. *Purgat bene haec compositio ventrem: Aloes denarii semissis, Colophoniae* (quae scammonia est) *denarii semissis: vna teruntur haec: adiicitur mellis quod satis sit ad colliganda ea: datur ex aquae calidae vel frigidae cyathis quatuor: hoc medicamentum stomachum non corrumpit.* H.

o. Est autem) Haec toti-

dem

bae ab radice ramosae pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa. Nascitur pingui et albo solo. Radix circa canis ortum excauatur, [1] vt *p.* in ipsa confluat succus: qui Sole siccatus, digeritur in pastillos. Siccatur et ipsa, vel cortex. Laudatur *q.* natione Colophonium, Mysium, Prienense: specie autem nitidum, et quam simillimum taurino glutini, fungosum tenuissimis fistulis, cito [2] liquescens, virus [3] redolens, [4] cumminosum, linguae *r.* tactu lactescens, quam leuissimum, quum [5] diluitur albescens. Hoc *s.* euenit et adulterino, quod fit erui farina, et tithymali marini succo, in Iudaea fere: quod etiam strangulat sumptum. Deprehenditur *t.* gustu: Tithymalus

1. *vt ex ipsa. V. vt in ipsam. Alii V. et Ch.* 2. *liquescit. Ch.* 3. *redolens, sub lingua elactescens quam, etc. M.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. Cummosum Gr. et Al.* 5. *diluatur. Ch.*

dem fere verbis Diosc. IV. 171. Σκαμμωνία, etc. Pingitur a Dodonaeo stirps ipsa p. 387. visa a nobis in horto Regio: *la Scammonée.* H.

p. Vt) Vt in ipsum cauum cultro factum confluat succus. Vide N. et Em. N. XIV. (hic consp.) *Radix*) Ita emendauimus ex fide codicum R. Colb. Ch. quum prius *in ipsa* alii minus apposite scribendum censerent. Rem dilucide Diosc. IV. 171. explicat: *Succus,* inquit, *legitur hunc in modum: capite exempto radix ita cultro excauatur, vt excauatio sensim a latiore orbe in acutum desinat: proindeque in id cauum confluit succus, qui conchis demum excipitur.* Συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς, κεφαλῆς ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀφαιρουμένης, καὶ ταλοειδῶς τεμνομένης εἰς κοιλότητα· συῤῥεῖ γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ ὀπὸς, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς μύακας. H.

q Laudatur) Haec fere totidem verbis Diosc. l. c. et auctor libri de simpl. med. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni, p. 1000. H.

r. Linguae tactu lactescens) Hoc signum fallax et incertum esse Dioscor. tradit. Dalec.

s. Hoc) Diosc. l. c. H.

t. Deprehenditur) Diosc. l. c.

lus enim linguam *v.* excalfacit. *x.* 1 Vſus bimo: nec ante, nec poſtea vtili. Dedere *y.* et per ſe ex aqua mulſa et ſale quaternis obolis. Sed vtiliſſime cum aloe, ita vt incipiente purgatione mulſum bibatur. Fit *z.* et decoctum radicis in aceto ad craſ-

Fff 3 ſitu-

1. Excalfacit bulbi more, nec ante, nec poſtea vtili Gr. et Al.

l. c. *Nam ſi linguam vehementer excalfacit, exuritue, eſt id admixti tithymali argumentum.* Καὶ τῷ μὴ λίαν πυροῦν τὴν γλῶσσαν, ὅπερ γίνεται τιθυμάλου μιγέντος. Sic et auctor libri mox citati apud Galenum. H.

v. Linguam excalfacit bulbi more nec ante nec poſtea vtile) Faciunt; *nec ante cibos nec poſtea vtile.* Voſſ. *excalfacit vſus bimone et cante.* vt fere et Chiflet. Scribendum: *Tithymalus linguam excalfacit. Vſus bimo, nec ante nec poſtea vtili.* Sic L. XXII, 9. *Vſus radicis in trimatu, neque ante nec poſtea.* Eodem Pintianus aurigatur. *Gr.*

x. Bulbi more, nec ante nec poſtea vtile) Longe diuerſa et caſtigatior noſtri exemplaris lectio: *Vſus bimo, nec ante nec poſtea vtile.* Pintian. *Bulbi more nec ante, etc.)* Lego, *Bulbi more, nec ante cibos, nec poſtea vtile, etc.* Purgans medicamentum dari etiam ſolitum poſt cibos, oſtendit mox. Bulbi autem omnes Dioſcoridi acres ſunt. *Dalec.*

Vſus) Biennio recentior, vetuſtiorue ſuccus inutilis. Vide N. et Em. N. XV. (hic coll.) *Tithymalus)* Prius legebatur, *linguam excalfacit bulbi more, nec ante, nec poſtea vtile.* Dalecampius emendabat, *Nec ante cibos, nec poſtea vtile.* In R. 1. *Excalfacit, Vubimoneetcante. nec poſtea* etc. Ac in R. 2. nitide ac perſpicue, *vſus bimo, nec ante, nec poſtea,* etc. quod et Pintianus in ſuo vidit. Sic ipſe Plinius, XXVII. 35. *Vſus radicis in trimatu tantum, neque antea, neque poſtea.* H.

y. Dedere et per ſe ex aqua mulſa et ſale) In eodem, *Dedere per ſe ex aqua vel mulſo,* rectius, vt ſtatim patefiet. *Pintian.*

z. Fit) Dioſc. l. c. Ἑψηθεὶς δὲ ἐν ὄξει καὶ καταχρισθεὶς, λέπρας ἐξάγει· κεφαλαλγίας τε χρονίας ἐςὶν ἐπίβρεγμα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ. H.

ſitudinem mellis, quo leprae illinuntur, et caput vngitur in dolore cum oleo.

XXXIX. 15. Tithymalum noſtri herbam lactariam vocat, alii *a.* lactucam caprinam: narrantque lacte eius inſcripto corpore, quum inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparere literas, et ita quidam adulteras alloqui maluere quam codicillis. Genera eius multa. Primus *b.* cognominatur characias, qui et maſculus exiſtimatur, [1] ramis *c.* digitali craſſitudine, rubris, [2] ſuccoſis *d.*, quinque aut

1. *caulibus.* *Dioſc.* 2. *Rugoſis, ... foliis pendulis* *Gr. et Al.*

a. Alii lactucam caprinam) Columella et Celſus marinam. *Dal.*

Lactucam) Quod ea caprae veſcuntur. Lactucam marinam Apul. c. 108. aliique quos retulimus XX. 24. H.

b. Primus) Dioſc. IV. 165. Ὁ μὲν ἄῤῥην χαρακίας καλεῖται· ὑπὸ δέ τινων κομήτης, ἢ ἀμυγδαλοειδὴς, ἢ κωβιός. Gallis, *Tithymale*, Pingitur a Ioh. Bauhino, T. III. p. 672. qualem vidimus in horto regio. Χαρακίας, quaſi vallaris dicitur. Hoc genus peculiariter noſtra rura vocant *euigilem matutinum, Réveille matin.* H.

c. Ramis digitali craſſitudine rubris, rugoſis) Non *rugoſis* in eodem legitur, ſed *ſuccoſis*, quae lectio aſſertorem habet Dioſcoridem Libro IV. *Eius,* inquit, *quae characias lactaria herba appellatur, caules cubito longiores ſunt, rubentes, acri et lacteo liquore pleni.* Pint.

Ramis) Dioſc. l. c. καυλοὺς, caules dixit: Apul. c. 108. thyrſos, ſeu ſcapos. H.

d. Succoſis) Vide N. et Em. N. XVI. (hic poſ.) *Rubris)* E noſtra id emendatione, admonitu codicis R. 2. in quo diſerte ſic ſcribitur: etſi R. 1. libriſque editis, *rugoſis* legitur. Adſtipulatur emendationi Dioſc. IV. 165. *Tithymali characiae caules,* inquit, *ſupra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, acri lacteoque ſucco referti.* Τοῦ δὲ χαρακίου καλουμένου, καυλοὶ μὲν ὑπὲρ πῆχυν, ἐνερευθεῖς, ὀποῦ δριμέως καὶ λευκοῦ μεστοί. Et Apul. c. 108. *Characias ... thyrſis vltra longitudinem cubitalem rubris, ſucci acrioris, etc.* H.

aut sex, cubitali longitudine; a radice *e.* foliis [1] paene oleae, in cacuminibus coma *f.* iunci. Nascitur *g.* in asperis maritimis. Legitur *h.* semen autumno, [2] cum coma: siccatum sole tunditur, et reponitur. Succus *i.* vero incipiente *k.* pomorum lanugine, defractis [3] ramulis, excipitur farina erui, aut ficis, vt cum iis [4] arescat. Quinas *l.* autem guttas singu-

 lis

1. *oleae. Diosc. penuleae. Ch. Lege, pene oleae.* 2. *vt et coma. Diosc.* 3. *ramis. Ch.* 4. *ecrescat. Ch.*

e. A radice) Vide N. et Em. N. XVII. (hic adi.) *A)* Prius legebatur, *foliis pendulis:* quod et ipsa tithymali effigies coarguit. In R. I. cod. *folis poenale.* In R. 2. *penelee.* In Parm. ceterisque omnibus vsque ad Frobenium, *pendet.* Is *pendulis* maluit. Sed indubitatam esse emendationem nostram non vestigia modo haud obscura veteris scripturae, sed et Dioscorides ipse admonet in descriptione tithymali characiae: *Folia,* inquit, *sunt circa ramulos oleaginis similia, sed longiora et angustiora:* Φύλλα δὲ περὶ τὰς ῥάβδους ὅμοια ἐλαίᾳ, μακρότερα δὲ, καὶ στενώτερα. Theophrasto etiam consentiente Hist. IX. 12. Τὸ μὲν φύλλον ἐλαιῶδες ἔχει. Apuleius similiter, c. 108. *Foliis oliuae similibus, paulo angustioribus et longioribus.* Neque hi scriptores modo, sed et res ipsa, plantaeque forma, quam saepe sumus contemplati, fauet. H.

f. Coma) In summitate caulium, cacuminibusque, coma est similis virgultis iunci. Diosc. et Apul. ll. cc. H.

g. Nascitur) Diosc. l. c. H.

h. Legitur) Diosc. l. c. H.

i. Succus) Diosc. circa vindemiam, περὶ τὸν τρυγητὸν, ita succum exprimi ait, l. c. Plinius incipiente pomorum lanugine, nempe cotoneorum: quo nempe tempore ea lanuginosa esse incipiunt, circa Augustum mensem. H.

k. Incipiente pomorum lanugine) Vindemiarum tempore. Dioscorid. Auctor, ex quo Plinius transcripsit, tempus intellexit, quo μῆλα, id est, cydonia, lanuginosa esse incipiunt, nempe Augustum mensem. *Dal.*

l. Quinas) Septem etiam, si pueris detur. Hippocrates L. IV. de rat. Vict. in morb. acut. ad finem. *Dal.*

Quinas) Nempe singulis ficis. Diosc. l. c. *Alii in ficos*

lis excipi ſatis eſt. Traduntque etiam toties purgari hydropicos fico ſumpta, quot guttas lactis exceperit. Succus *m*, quum colligitur, [1] ne attingat oculos cauendum eſt. Fit et e foliis tuſis priore minus efficax. Fit et decoctum e ramis. Eſt *n*. et ſemen in vſu cum melle [2] decoctum ad catapotia ſoluendae alui gratia. Semen *o*. et dentium *p*. cauis cera includitur. Colluuntur *pp*. et radicis decocto e vino aut oleo. Illinunt *q*. et lichenas ſucco: bibuntque eum, [3] vt purgent vomitione et aluo ſoluta, alias ſtomacho inutilem. Trahit pituitam ſale [4] adiecto in potu, bilem [5] aphonitro. Si *r*. per aluum purgari libeat, in poſca: ſi vomitione, in paſſo aut *s*. aqua mulſa. Media potio tribus

1. *ne manus intingat*. *Dioſc*. 2. *decocto*. *Ch*. 3. *vt purget*. *M*. 4. *addito*. *Ch*. 5. *aphronitro*. *Ch*.

ficos quae exſiccantur, ternas quaternaſue guttas inſtillant, vt cum iis inareſcant, eiuſmodi ficos ad vſum recondunt. Τινὲς δὲ εἰς τὰ ξηϱαινόμενα σῦκα ἀποϛάζυσι ϛαλαγμὺς γ' ἢ δ', ξηϱαίνοντες ἀποτίθενται. H.

m. *Succus*) Dioſc. l. c. H.

n. *Eſt*) Dioſc. l. c. totidem verbis. Καταπότιον medicamentum eſt quod ſumitur deglutiendo. Pilulas alibi Plinius, et vulgus, vocat. *Catapotium, id eſt, medicamentum, quod non diluitur, ſed ita, vt eſt, deuoratur*. Scrib. Larg. comp. 87. H.

o. *Semen*) Dioſc. l. c. ſucco hanc vim attribuit, vt dentium cauis inditus, dolores leuet: Theod. Priſc. I. 14. vt decidere ſponte faciat. H.

p. *Dentium cauis*) Eroſionibus dentium imponitur lac, doloremque mitigat, dentibus aliis cera munitis, ne defluens fauces et linguam offendat. Dioſc. *Dal*.

pp. *Colluuntur*) Collui dentes radicis decocto cum aceto iubet Dioſc. l. c. H.

q. *Illinunt*) Dioſc. l. c. et Apul. c. 108. t. 4. H.

r. *Si*) Apul. c. 108. H.

s. *Aut aqua mulſa*) Nam dulcia ventriculum euertunt et vomitiones concitant. *Dal*.

bus obolis datur. Ficos a cibo sumpsisse melius est. Fauces *t.* vrit leniter: [1] est enim tam feruentis naturae, vt per se extra corpori impositum, pusulas ignium modo faciat, et pro caustico in vsu sit.

XL. 16. Alterum *v.* genus tithymali [2] myrsiniten vocant: alii caryiten: foliis myrti acutis et pungentibus, sed mollioribus: et ipsum in asperis nascens. Colliguntur comae eius hordeo turgescente, siccataeque in vmbra diebus nouem in Sole inarescunt. Fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente, et nux vocatur. Inde *x.* cognomen Graeci dedere. Demetitur *y.* cum messium maturitate, [3] lauaturque, dein siccatur, et

Fff 5 datur

1. *Est et alias tam. V.* 2. *myrsiten. Ch.* 3. *totum deinde. M. lauatumque deinde. Ch.*

t. Fauces) Diosc. l. c. *Quoniam fauces exasperat, catapotia quae ex eo concinnantur, cera aut decocto melle illini, atque ita dari par est.* Τραχύνει καὶ τὸν φάρυγγα· ὅθεν δεῖ καταπότια περιπλάττειν κηρῷ ἢ μέλιτι ἑφθῷ· καὶ οὕτως διδόναι. H.

v. Alterum genus Tithymalli myrsiniten vocant) *Myrtiten* non *myrsiniten*, in vetusto codice habetur. Sed vtraque lectio tolerabilis est. Nam Dioscorides *Myrsiniten* appellat, Theophrast. *Myrtiten.* Pint.

Alterum) Diosc. IV. 165. Ὁ δὲ θῆλυς ὃν ἔνιοι μυρσινίτην, ἢ καρυίτην ἐκάλεσαν, etc. iisdem enim plane notis describit, ac Plinius. Myrsinites legitimus tithymalus id genus appellatur a Clusio hist. rar. pl. VI. p. 189. ab aliis latifolius. Vidimus in horto regio. In Indice *Myrtites*: Theophr. Hist. IX. 12. Μυρτίτης. Et Apuleio. H.

x. Inde) Caryitae. A voce Graeca κάρυον, quae nucem sonat. Theophr. IX. 12. Ταῦτα δ᾽ οὐκ ἅμα φέρει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ παρ᾽ ἔτος . . . ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρυον. H.

y. Demetitur) Quae deinceps sequuntur, ea sunt totidem verbis apud Theophrast. Hist. IX. 12. H.

datur cum papaueris nigri duabus partibus, ita vt ſit totum acetabuli *z.* [1] modus: minus *a.* hic vomitionibus, quam ſuperior: ceteri item. Aliqui ſic et folium eius dedere, nucem vero ipſam in mulſo, aut paſſo, vel *b.* cum ſeſama. Trahit *c.* bilem et pituitam per aluum. Oris hulcera ſanat. Ad nomas oris folium cum melle eſtur.

XLI. 17. Tertium *d.* genus tithymali [2] paralium vocatur, ſiue tithymalis folio rotundo: caule palmum alto, ramis rubentibus, ſemine albo, quod colligitur incipiente *e.* [3] vua, et ſiccatum teritur, ſumiturque acetabuli *f.* menſura ad purgationes.

XLII. 18. Quartum *g.* genus helioſcopion appellant, foliis [4] porcilacae, ramulis ſtantibus a radice

1. *modo: minus hic non vom. aptus, quam. M.* 2. *paralium. Ch.* 3. *vua nigreſcere. Theoph.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. portulacae Gr. et Al.*

z. Acetabuli) Menſura. Theophr. l. c. Τὸ δὲ συναμφότερον ὅσον ὀξύβαφον. H.

a. Minus) Subintellige, accommodatus. Sic Dioſc. l. c. et Apul. c. 108. H.

b. Vel) Et quidem toſta, ἐν σησάμῳ πεφρυγμένῳ. Theophr. l. c. H.

c. Trahit) Theophr. l. c. H.

d. Tertium) Haec tota deſcriptio ſimiliter ad verbum exſtat apud Theoph. Hiſt. IX. 12. De hoc tithymali genere diximus XX. 80. Dioſc. IV. 165. Ὁ δὲ παράλιος λεγόμενος τιθυμαλίδα ἢ μήκωνα ἐκάλεσαν, etc. Ab Apuleio dicitur c. 108. *Tithymalis, peplis tithymalis, paralion mecon.* Et hoc genus Galli euigilium matutinum vocant. H.

e. Incipiente) Pubeſcente, matureſcente, variante. Theophr. l. c. Ὅταν ἄρτι περκάζῃ σαφυλή. Plinius XX. 80. *florente vua.* H.

f. Acetabuli) Dimidio acetabulo ipſe dixit, XX. 80. H.

g. Quartum) De eo genere eadem ad verbum prodidit Apul. c. 108. et Dioſc. IV. 165. Ὁ δὲ ἡλιοσκόπιος λεγόμενος, ἀνδράχνῃ ὅμοια φύλλα ἔχει etc. Pingitur a Do-

radice quatuor aut quinque, rubentibus, ſemipedali altitudine, ſucci plenis. Hoc *h.* circa oppida naſcitur, ſemine albo, columbis [1] gratiſſimo. Nomen *i.* [2] accipit, quoniam capita cum Sole circumagit. Trahit *k.* bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo: ceteri vſus, qui characiae.

XLIII. 19. Quintum *l.* cypariſſian vocant, propter foliorum ſimilitudinem, caule gemino aut triplici naſcentem in campeſtribus: cui *m.* eadem vis, quae helioſcopio aut characiae.

XLIV. 20. Sextum *n.* platyphyllon vocant: alii corymbiten, alii amygdaliten a ſimilitudine. Nec vllius latiora ſunt folia. Piſces *o.* necat, aluum

1. *Sic ex MSS. H. quidam poſt gratiſſimo inſerunt quod colligitur incipiente vua et ſic Gr. Haec ſuperuacua ſunt, et repetita ex ſuperioribus periodis.*
2. *accepit. V.*

a Dodonaeo p. 376. quale in horto regio obſeruatum a nobis. Helioſcopos ab Apuleio nuncupatur l. c. idemque cicer columbinum, et caprago. H.

b. Hoc) Dioſc. l. c. H.

i. Nomen) Dioſc. l. c. Συμπεριφέρεται δὲ τούτου ἡ κόμη τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει· ὅθεν καὶ ὠνόμασται ἡλιοσκόπιος. H.

k. Trahit) Dioſc. l. c. H.

l. Quintum) Κυπαρισσίας, a foliorum ſimilitudine cum cupreſſo nomen accepit. A Dodonaeo pingitur p. 367. Vidimus in horto Regio. H.

m. Cui) Dioſc. l. c. H.

n. Sextum platyphyllon vocant. Et paulo poſt: *Septimum dendroides*) E contrario Dioſcorides, ſextum facit Dendroides, ſeptimum Platyphyllon. Quare ſic in Plinio ſcribendum cenſeo. *Pint.*

Sextum) Dioſc. Ὁ δὲ πλατύφυλλος φλόμῳ ἔοικε. Nomen habet a latitudine foliorum. Pingitur a Cluſio hiſt. rar. pl. VI. 190. quale eſt a nobis obſeruatum in horto regio. Amygdalitae cognomen primo generi tribuit Dioſc. minus recte. H.

o. Piſces necat) Tuſus et aquae

uum soluit, radice, vel foliis, vel succo in mulso, aut aqua mulsa drachmis quatuor. Detrahit priuatim aquas.

XLV. 21. Septimum *p.* dendroides cognominant, alii [1] cobion, alii leptophyllon *q.*, in petris nascens, comosissimum *r.* ex omnibus [2] maxime, cauliculis rubentibus, et semine copiosissimum: eiusdem *s.* effectus, cuius characias.

XLVI. 22. Apios *t.* ischas, siue raphanos agria, iuncos *v.* duos, siue tres, spargit in terra ruben-

1. *cubion. Ch. in emend.* 2. *maximis. M. et Ch.*

aquae inspersus. Dioscor. *Dal.*

Pisces) Diosc. III. 165. Ἀποκτείνει δὲ καὶ τοὺς ἰχθύας, κοπεὶς καὶ διεθεὶς τῷ ὕδατι. *Pisces necat tusus, et aqua dilutus.* H.

p. Septimum) Diosc. l. c. Ὁ δὲ ἐν ταῖς πέτραις φυόμενος, δενδροειδὴς δὲ καλούμενος, ἀμφιλαφὴς ἄνωθεν καὶ πολύκομος, ὀποῦ μεστός, ὑπέρυθρος τοὺς κλάδους etc. *Qui in petris nascitur, dendroides, quasi arborescens, cognominatus, foliosus est in cacumine, densamque spargit comam, succo lacteo praegnans subrubentibus ramis,* etc. Pingitur a Lobelio in Aduu. p. 150. Tithymalus myrsinites angustifolius appellatur. In horto regio vidimus. H.

q. Leptophyllon) A foliorum tenuitate: sunt enim myrti tenuioris similia, τὰ φύλλα μυρσίνῃ λεπτῇ προσεοικότα, inquit Diosc. l. c. H.

r. Comosissimum) Largiore coma. H.

s. Eiusdem) Diosc. l. c. H.

t. Apios) Diosc. IV. 177. Ἄπιος, οἱ δὲ ἰσχὰς, οἱ δὲ χαμαιράφανος ὀρεινὴ ἢ ἀγρία, οἱ δὲ λινόζωστις. Vide Sarac. in Nott. ad Diosc. Ἄπιος dicitur, et ἰσχὰς, quod radicem habet accedentem ad piri formam, vel ficus. Nullum nomen inuenit Gallicum, inquit Ruellius, III. 658. Vidimus tamen per inopiam frugum ruri pauperes hac radice vesci. H.

v. Duos) Tres, aut quatuor. Theophrastus. *Dal.*

Iuncos) Diosc. l. c. ramulos iunceos, binos, ternosue dixit, κλωνία δύο ἢ τρία ἀπὸ γῆς ἀνίησι σχοινώδη λεπτὰ etc. H.

rubentes, foliis *x.* rutae: radix cepae, ſed amplior: quare *y.* quidam raphanum ſilueſtrem vocant. Intus *z.* habet [1] mammam candidam: extra, cortices nigros. Naſcitur *a.* in montuoſis aſperis, aliquando et in *b.* herboſis. Effoditur vere, tuſaque in fictili mergitur, deiectoque quod ſupernatat, [2] reliquus ſuccus purgat *c.* vtraque parte, ſeſquiobolo in aqua mulſa. Sic et hydropicis datur acetabuli menſura. Inſpergitur et aridae radicis farina potioni: aiuntque *d.* ſuperiorem partem eius vomitione [3] biles extrahere: inferiorem per [4] aluum, aquas.

XLVII.

1. *carnem. V.* 2. *relictus ſuccus colligitur, purgat. V.* 3. *bilem et pituitam. Dioſc.* 4. *aluum aqua. Ch.*

x. Foliis rutae) Longioribus, anguſtioribus, pallidis. *Dal.*

Foliis) Foliis quidem rutae, ſed oblongioribus iisdem, et anguſtioribus: Φύλλα πηγάνῳ ἐοικότα, ἐπιμηκέςερα μέντοι καὶ ςενώτερα. Theophr. Hiſt. IX. 10. Φύλλον μὲν ἔχει πηγανῶδες βραχύ. H.

y. Quare) Aegineta VII. 10. Καλȣ͂σι δέ τινες αὐτὸ χαμαιράφανον. H.

z. Intus) Corpus, carnem, pulpamue candidam. Dioſc. l. c. Ῥίζα ... φλοιὸν ἔχȣσα ἔξωθεν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ λευκόν. Quoniam lactei ſucci plena radix eſt, mammam idcirco, et quidem ſat eleganter, vocat. H.

a. Naſcitur) Dioſc. l. c. H.

b. In herboſis) Καγχλακώδη, Theophraſt. c. 9. L. XVI. hiſtor. ſilice ſaxoſis, Plinius legit χλοώδη. *Dal.*

c. Purgat) Per ſuperna aeque vomitione, atque per inferna. Dioſc. l. c. Ταῦτα τρία ἡμιωβόλια ποθέντα, ἄνω καὶ κάτω καθαίρει. Sed differt a Dioſcoride Plinius, quod ſupernatantem liquorem reiicit, reliquum in medicos vſus adſciſcit: ille contra liquorem, qui ſupernatat penna collectum exſiccatumque adhibet in eoſdem vſus. H.

d. Aiuntque) Dioſc. l. c. cum Theophr. Hiſt. IX. 10. Sic etiam Aegineta VII. 10. H.

XLVII. Tormina *e.* discutit quodcumque panaces, et Vettonica *f.*, [1] praeterquam a cruditate: peucedani *g.* succus et inflationes, ructus gignens: item *h.* acori radix, daucumue *i.*, si *k.* lactucae modo sumatur. Ladanum *l.* Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit: item *m.* gentianae farina, ex aqua tepida fabae magnitudine. Plantago *n.* mane

1. *praetereaque cruditatem.* V.

e. Tormina) Diosc. III. 55. Etiam ad iumentorum tormina panacis radicem vtilem esse scribit Theophr. Hist. IX. 10. Ad quoscumque ventris dolores, c. 12. H.

f. Et Vettonica) Ant. Musa, tit. 16. *Ad ventris dolorem: Herbae Vettonicae drachmam vnam in aqua calida cyathis duobus bibendam dato. His autem dumtaxat haec apta erit compositio, quorum non ex cruditate intestina torquentur.* Sic etiam Marc. Emp. c. 29. p. 203. H.

g. Peucedani) Torminibus, inflationibusque subuenire pariter auctor est Diosc. III. 92. H.

h. Item) Diosc. I. 2. H.

i. Daucumue) Dauci semen ad sedanda tormina commendat Diosc. III. 83. H.

k. Si lactucae modo sumatur) Ex aceto et oleo. *Dal.*

Si) Ex aceto, oleoque. H.

l. Ladanum) Aluum sistit, vrinam ciet. Diosc. I. 128. H.

m. Item) Succum huius prodesse stomachicis scribit Diosc. III. 3. H.

n. Plantago mane sumpta duabus linguis) In Archetypo nostro, *Plantago mane sumpta a duobus lingulis.* rectius vt illud, *Dicor ab indoctis lingula grammaticis.* Pint.

Plantago) Marc. Emp. c. 27. p. 188. *Plantaginis aridae semen tritum, ex partibus duabus, et papaueris capita arida, ex parte tertia, oportet per cribrum tenuiter foratum traiici, ex eoque puluere dari torminoso ligulae magnae mensuram, interdum plus aut minus, cum vini veteris mixti non nimium, id est, cyathis tribus. Hoc medicamentum ante somnum vtiliter etiam ad vesperam datur.* Et paulo ante: *Plantago cocta ante alium cibum data ex aceto plurimo, et exiguo sale atque oleo, torminosis plurimum prodest.* H.

mane sumpta duabus *o.* [1] linguis, et tertia papaueris in *p.* vini [2] cyathis IV. non veteris. Datur et in somnum euntibus, addito *q.* nitro vel polenta, si multo post cibum detur. Colo *r.* infunditur hemina succi, vel in febri.

XLVIII. Agaricum *s.* potum obolis tribus in vini veteris cyatho vno, lieni medetur: et panacis omnium generum radix [3] in mulso. Sed *t.* Teucria praecipue, pota arida et decocta quantum manus capiat, in aceti heminis tribus. Ad [4] vulnus illinitur eadem cum aceto: aut si tolerari non possit, ex ficu vel aqua. Polemonia *v.* bibitur ex vino. Vettonica *x.* drachma in oxymelitis cyathis tribus.

1. *linguis seu cochlearibus. M.* 2. *Sic ex MSS. H. non veteris, in Ch. del. in vini non veteris cyathis IV. Gr. et A.* 3. *in aceto mulso. V.* 4. *vulnera. V. hieminam. Ch.*

o. Duabus) Vel, vt alii MSS. habent, *lingulis*, hoc est, cochlearibus. H.

p. In vini non veteris cyathis IV.) Notant in Chiflet. deesse *non veteris.* Sane, vbi vulgo ponuntur, desunt et in Vossiano: at non desunt paullo post: sed est ibi: *in vini cyathis quatuor non veteris.* Gron.

q. Addito nitro vel polenta) Vt eius frigiditas temperetur. Additur autem nitrum si caussa est doloris impeditique somni crassus et flatuosus vapor: polenta vero, si acer et biliosus humor. *Dal.*

r. Colo) In coli tormento, hoc est, in tenuioris intestini morbo. Apponi iubet ad colici vmbilicum contusam plantaginem Marc. Emp. 29. p. 206. H.

s. Agaricum) Lienosis in aceto mulso praebet Diosc. III. 1. H.

t. Sed) Quae hemionitis Dioscoridis est III. 152. vt alibi monuimus: ἢ τις σὺν ὄξει ποθεῖσα, τήκει σπλῆνα. H.

v. Polemonia) Ex aceto drachmae pondere dare lienosis auctor est Diosc. IV. 8. H.

x. Vettonica) Diosc. IV. 1. H.

tribus. Ariſtolochia *y.*, vt *z.* contra ſerpentes. [1] Argemonia ſeptem diebus in cibo ſumpta lienem conſumere dicitur: agaricum *a.* in aceto mulſo obolis duobus. Nymphaeae *b.* heracliae radix [2] e vino pota, et ipſa conſumit. Ciſſanthemus, *c.* drachma bis die ſumpta, in vini albi cyathis II. per dies XL. lienem dicitur paulatim emittere per vrinam. Prodeſt *d.* et hyſſopum cum fico decoctum. Lonchitidis *e.* radix decocta, priuſquam ſemen [3] emittat. Peucedani *f.* quoque radix decocta, et lieni et renibus. Lien *g.* [4] acori potu conſumitur. Praecordiis *h.* et ilibus vtiliſſimae radices. Clymeni *i.* ſemen potum diebus triginta pondere denarii

1. *Argemone.* *V.* 2. *in.* *Cb.* 3. *demittat.* *Cb.* 4. *acoro poto.* *M.*

y. Ariſtolochia) Ex aqua propinat Dioſc. III. 6. H.

z. Vt) L. XXV. 55. radicis drachmam in vini hemina ſaepius bibendam aduerſus ſerpentes praedicit. H.

a. Agaricum) Dioſc. III. 1. et Plin. Val. II. 18. *Agarici oboli duo in aceto mulſo poti per dies XX. conſumunt lienem.* H.

b. Nymphaeae) Dioſc. III. 148. totidem verbis. H.

c. Ciſſanthemos) Hoc eſt, cyclaminos cyſſanthemos, de quo idem narrat, Dioſc. III. 195. H.

d. Prodeſt) Dioſc. III. 30. ad verbum. H.

e. Lonchitidis) Et hoc de altera lonchitide Dioſc. III. 162. quam et aſperam vocat: Τήκει δὲ καὶ σπλῆνα μετ' ὄξυς πινομένη. H.

f. Peucedani) Dioſc. III. 92. cum Theoph. Hiſt. IX. 22. H.

g. Lien) Dioſc. I. 2. σπλῆνας τήκει. H.

h. Praecordiis) Dioſc. l. c. lateri, hepati, thoraci, ſubuenire ait. H.

i. Clymeni) Subintellige: lienem abſumit. Dioſc. IV. 14. de periclymeno, quam eſſe clymenon Plinianam ſuo loco docuimus: Τοῦτου ὁ καρπὸς πέπειρος συλλεγεὶς καὶ ξηρανθεὶς ἐν σκιᾷ, πίνεται μετ' οἴνου ∠ α' ὀλκὴν ἡμέρας μ', καὶ σπλῆνα τήκει, etc. *Semen poſtquam ematuruit collectum, et in vin-*

narii in vino albo. Vettonicae farina ex melle et aceto [1] fcillite pota. Radix lonchitidis in aqua, et Teucrium illinitur. Item *k.* fcordium cum cera, agaricum [2] cum farina feni Graeci.

XLIX. Vefícae *l.* malis, contraque *m.* calculos, [3] grauiffimis cruciatibus, vt *n.* diximus, auxilio eft Polemonia *o.* ex vino pota: item *p.* agaricum. Plantago *q.* radice vel foliis potis ex paffo. Et *r.* Vettonica, vt *s.* in iocinere diximus. Item ramici, pota atque illita: eadem *t.* ad ftrangurias efficaciffima. Ad *v.* calculos quidam Vettonicam et ver-

1. *fcillito:* *Ch.* 2. *cum farina foenigraeci, vefícae malis ... auxilio eft. Polemonia Gr. et Al.* 3. *in grauiff. V.*

in vmbra ficcatum, fi drachmae pondere ex vino bibatur quadragenis diebus, lienem abfumit, etc. H.

k. Item) Diofc. III. 125. Καὶ ὑποχόνδριον χρονίως φλεγμαῖνον ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ, παρηγορεῖ. *Diuturnam hypochondrii inflammationem cerato excepta lenit.* H.

l. Vefícae) Ab his verbis inftituendam periodum nouam loci fententia admonuit, quae connexa perperam cum anterioribus hactenus fuere. H.

m. Contraque calculos grauiffimis, etc.) Vtroque eo remedio calculi franguntur, et viae aperiuntur per quas fracti exeant. *Dal.*

n. Vt) L. XXV. 7. *Indicauere*, inquit, *experimento, afperrimos cruciatus effe calculorum a ftillicidio vefícae.* H.

o. Polemonia) Diofc. IV. 8. ex aqua praebet. H.

p. Item) Diofc. III. 1. H.

q. Plantago) Totidem verbis Diofc. II. 153. et Apul. c. 1. t. 24. H.

r. Et V.) Vettonica pariter calculos rumpi docet Galen. de fac. fimpl. m. VII. p. 189. H.

s. Vt) Sect. 19. his verbis: *Vettonicae drachma vna in aqua calida cyathis tribus.* Ex melle et aceto bibi iubet Ant. Mufa t. 24. H.

t. Eadem) Diofc. IV. 1. H.

v. Ad) Verbis plane totidem Marc. Emp. c. 26. p. 177. Item fufpectae vetuftatis auctor, Aem. Macer, c. de verbena: *Herbam cui*

et verbenacam et millefolium aequis portionibus, ex aqua, pro ſingulari remedio bibere ſuadent. Strangurias diſcuti et dictamno certum eſt. Item quinquefolio decocto ad tertias in vino: hoc *x.* et enterocelicis dari atque illini, vtiliſſimum eſt. Xiphii *y.* quoque radix ſuperior vrinam ciet infantibus. [1] Enterocelicis *z.* datur ex aqua, et illinitur veſicae vitiis. Peucedani ſuccus [2] infantium ramici: et *a.* vmbilicis eminentibus pſyllion illinitur: Vrinam *b.* cient anagallides, acorique *c.* radicis decoctum, vel ipſa trita [3] potaque: et [4] omnia veſicae vitia ſanat. Et *d.* calculos herba et radix cotyledonis. Itemque *e.* genitalium *f.* inflammationem, pari [5] pondere caulis, et ſeminis, et myr-

1. *Ictericis. M.* 2. *infantib. Ch.* 3. *potaque etiam veſicae. M.* 4. *omnem, in M. d.* 5. *pondere ſeminis caulis. V.*

nomen foliis de mille dedere, Bettonicamque, pari verbenae pondere iunge: Haec mixta potantur aqua: nullum medicamen Vtilius credunt illis quos calculos angit. H.

x. Hoc) Dioſc. IV. 42. H.

y. Xiphii) Dioſc. IV. 20. H.

z. Enterocelicis) Iiſdem verbis Dioſc. l. c. H.

a. Et) Dioſc. IV. 70. Ἐντεροκήλας τε τὰς ἐπὶ παίδων καὶ ἐξομφάλους ὑγιάζει καταπλασσόμενον σὺν ὄξει. *Infantium enterocelis, et eminenti vmbilico illitum ex aceto medetur.* Vnde forſan legi hoc loco oporteat, vt in Chifl. cod. *Peucedani ſuccus infantibus: ramici et vmbilicis eminentibus pſyllion illinitur.* H.

b. Vrinam) Certe nephriticis, hydropiciſque opitulari ait Dioſc. II. 209. H.

c. Acorique) Dioſc. I. 2. H.

d. Et) Dioſc. IV. 92. Item Galen. de fac. ſimpl. m. VII. p. 195. Dyſuriam ſtatim ea ſanari in vino pota, auctor eſt Theod. Priſc. II. p. 2. c. 20. H.

e. Itemque) Dioſc. l. c. H.

f. Genitalium inflammationem omnem) Τὰς ἐν αἰδοίοις φίμους χαλᾷ. Dioſcorides. Pudendorum praecluſiones et capiſtrationes laxat. Sed myrrhae nullam mentionem facit. *Dal.*

myrrhae. Ebulum *g.* [1] teneris cum foliis tritum, ex vino potum, calculos pellit: impoſitum teſtes *h.* ſanat. Erigeron *i.* quoque cum farina thuris et vino dulci, teſtium inflammationes ſanat. Symphyti *k.* radix illita enterocelas cohibet: genitalium nomas hypociſthis *l.* alba. Artemiſia *m.* quoque datur contra calculos ex vino dulci, et ad ſtranguriam. Dolores *n.* veſicae ſedat ex vino nymphaeae heracliae radix.

L. I. Eadem *o.* vis crethmo *p.* ab Hippocrate admodum [2] laudatae. Eſt autem inter eas quae eduntur ſilueſtrium herbarum. Hanc certe apud Callimachum apponit ruſtica illa *q.* Hecale: [3] ſpeciesſque eſt batis *r.* [4] hortenſiae. Caulis *s.*

 vnus

1. *tenerum.* Ch. 2. *Sic ex MSS. H. laudato. Dal. laudata Gr. et Al.* 3. *ſpeciesſque eius eſt.* V. 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. hortenſis Gr. et Al.*

g. *Ebulum*) Ebuli radices ad calculos commendat Marc. Emp. c. 26. p. 176. H.

h. *Teſtes ſanat*) Duros, herniofos, tumentes. *Dal.* *Teſtes*) Teſtium epiphoras, ſeu inflammationes. H.

i. *Erigeron*) Iiſdem verbis Dioſc. IV. 97. H.

k. *Symphyti*) Dioſc. IV. 9. H.

l. *Hypociſthis*) Ciſtho ipſi hanc vim aſſignat Dioſc. I. 126. H.

m. *Artemiſia*) Dioſc. III. 127. et Apul. c. 59. t. 4. H.

n. *Dolores veſicae*) Dioſc. III. 147. H.

o. *Eadem*) Diximus de eo, anteriore libro ſ. 96. Laudatur ab Hippocrate; ad eiiciendos feminarum menſes, L. de nat. mul. t. 20. p. 372. et morb. mul. I. t. 10. p. 422. Ad vteri morbos inter optima remedia, ἄριςα φάρμακα eodem volumine, t. 56. p. 450. H.

p. *Crethmo*) Crithmum vulgo portulacam marinam, auctor confundit cum empetro, quod Narbonenſes vocant *Bacillos*, quaſi Batidas, et Northmani *Percepierre*, ob id puto, quod iiſdem locis naſcuntur, et pariter eduntur in acetariis. *Dal.*

q. *Illa*) De qua diximus antea, XXII. 44. H.

vnus palmum altus, semen *t.* ferens odoratum, ceu libanotidis rotundum, siccatum rumpitur: habet intus nucleum candidum, quem aliqui cachryn vocant. [1] Folio pingui, albicante veluti oliuae, crassiore, et salso gustu: radices digiti crassitudine tres aut quatuor. Nascitur in maritimis [2] petrosis. Estur *v.* crudum coctumue cum olere, [3] odorati saporis et iucundi. Seruatur *x.* etiam in muria: [4] praecipui vsus ad stranguriam, folio, vel caule, vel radice ex vino. Colorem quoque corporis gratiorem

1. *Sic ex MSS. H. Ch. et M. Folia pinguia, albicant .. crassiora, et salsa gustu Gr. et Al.* 2. *et petrosis. Diosc.* 3. *odoratum, saporisque. V.* 4. *praecipuusque vsus eius. V.*

r. Batis) Nec batis quoque bacillarum nomine, de quibus egimus XXV. intelligenda est: quando neque ipsa crethmos ea est appellatione censenda, vt diximus. Quin et bacillas herbarii perperam in marinas distinxere ac hortenses, vt acute vidit P. Quiqueranus de laud. Prouinciae, II. fol. 50. quum nihil discrepent: nisi quia maritimae litorum praerogatiua gustantibus salsiorem morsum infligunt. Conditura bacillarum aceto constat: ei nihil salis adiicitur, quod (vt aiunt) salem sibi secum ferant. Quae ratio me quoque monet, vt asseuerem bacillam eam non esse batin, quod Daleeampius censuit: quando Columella, Plinius ac Dioscorides, suae bati nunc salem, nunc muriam iniiciunt. Batin esse potius censuerim eam, quae nomine alio hortensis siue satiua portulaca est: crethmon, marinam. H.

s. Caulis) Iisdem paene notis a Diosc. II. 157. describitur. H.

t. Semen feruens) In Dioscoride est, *crithmi fructum libanotidi similem odoratum,* mollem, rotundum, siccum disrumpi, et intus habere ὡς πυῤῥὸν σπέρμα, semen veluti russum: auctor legisse videtur ὡς πυρῶδες. *Dal.*

v. Estur) Diosc. l. c. H.

x. Seruatur) Diosc. l. c. H.

tiorem facit: [1] verum aequo largior inflationes. Aluum ſoluit decocto, vrinamque *y.*, et a renibus humorem trahit. Sic *z.* et althaeae ſiccae farina in vino pota, ſtranguriam tollit, efficacius addito dauco. Lieni quoque vtilis. Aduerſus *a.* ſerpentes bibitur. Iumentis quoque in pituita, aut ſtranguria hordeo inſperſa ſuccurrit.

LI. 2. Anthyllion *b.* eſt lenti [2] ſimillima, quae *c.* in vino pota veſicas vitiis liberat, ſanguinem ſiſtit. Altera *d.* eſt anthyllis, chamaepityos ſimilis, flore purpureo, odore graui, radice intubi.

LII. 3. [3] Vel *e.* magis cepaea, ſimilis portulacae, nigriore radice, ſed inutili, naſcens in littoribus

1. *verum largior inflationes alui ſoluit. Decocta vrinam et a ren. M. inflationes facit. Aluum, etc. Alii V. verum largior quoque inflationem. Aluum. V.*
2. *ſimillima naſcens in littorib. arenoſis guſtu amara (ſubſalſa Dioſc.) quae in vino et cet. intubi. Sed id magis cepaea, etc. inutili, in vino, etc. Dioſc.*
3. *Veſicae magis cepaea medetur ſimilis. V. vel magis medetur. Cepaeae ſimilis. Ch.*

y. Vrinamque) Dioſc. l. c. H.

z. Sic) Dioſc. III. 163. H.

a. Aduerſus) Dioſc. l. c. H.

b. Anthyllion) Ἀνθυλλὶς haec prima Dioſcoridis, III. 153. picta a Lobelio in Aduu. p. 195. viſa a nobis in horto regio. In Dalmatia et Creta frequens, teſte Anguillara, Par. XIII. p. 237. H.

c. Quae) Dioſc. l. c. H.

d. Altera) Et haec altero ſimiliter loco a Dioſc. appellata l. c. iiſdem ſignata notis. Iua Moſchata Monſpelienſium, ſcite effigiata a Lobelio in Obſſ. p. 208. viſa a nobis in horto regio. H.

e. Vel) Κηπαία Dioſcoridi, III. 168. iiſdem ferme verbis deſcribitur. Vidimus in horto regio, qualem Matthiolus delineat, in Dioſc. III. p. 933. In Paduano et Bononienſi agro naſci teſtatur Anguillara, Par. XIII. p. 242. H.

toribus arenosis, gustu amara. In *f.* vino cum asparagi radice vesicae plurimum prodest.

LIII. 4. Eadem *g.* praestat hypericon, quam alii chamaepytin, alii *h.* [1] corion appellant, [2] oleraceo *i.* frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutae, odore *k.* acri, semine in siliqua nigro, maturescente cum hordeo. Natura *l.* [3] semini spissandi: aluum sistit: vrinam *m.* ciet: [4] vesicae cum vino bibitur.

LIV. 5. Est *n.* aliud hypericon, quod alii *o.* [5] corin appellant, folio [6] tamaricis, et sub ea nascitur,

1. corissum. Ch. *2. surculaceo. Diosc. et V.* *3. semini, in M. d.* *4. Sic ex MSS. H. et Ch. ad calculos vesicae Gr. et Al.* *5. caro. Ch.* *6. ericae. Diosc.*

f. In) Diosc. l. c. H.

g. Eadem) Diosc. III. 171. Ὑπερικὸν, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, οἱ δὲ κόριον, οἱ δὲ χαμαιπίτυν, etc. Officinae Perforatam vocant, Galli *Millepertius*, quod folia soli obiecta innumeris foraminibus scatere, et omni ex parte punctis quibusdam pertundi visuntur. Vulgus item *herbam S. Iohannis* saepe nuncupat. Pingitur a Dodonaeo p. 76. Vidimus in horto Regio. H.

h. Alii) Ita Diosc. MSS. tamen, tum hoc loco, tum in Indice, pertinaciter *corison* exhibent. Sic rursum inferius s. 60. H.

i. Oleraceo frutice) Altitudine oleribus pari, siue inter olera frutice adnascente. H.

k. Odore) Resinam pineam obolente, vnde et χαμαιπίτυος nomen. H.

l. Natura semini spissandi) Hoc falsum, et a Diosc. non memoratum. *Dal.*

m. Vrinam) Diosc. l. c. Δύναμιν δὲ ἔχει διȣρητικήν. H.

n. Est) Diosc. III. 174. Κόρις, οἱ δὲ καὶ τȣ̃το ὑπερικὸν καλȣ̃σι, φύλλον ἔχει παραπλήσιον τῷ τῆς ἐρείκης etc. A Matthiolo pingitur in Diosc. III. p. 939. In horto Regio vidimus. H.

o. Alii) Ita sane Diosc. Sed Pliniani codices MSS. non hic modo, sed et in Indice, et rursum inferius s. 73.

fcitur, fed pinguioribus foliis [1] et minus rubentibus, odoratum, palmo [2] altius, fuaue, leniter *p.* [3] acutum. Vis femini excalfactoria: et *q.* ideo [4] inflationem facit: fed ftomacho non inutile: praecipuum *r.* ad ftranguriam, fi exhulcerata non fit vefica. Medetur et pleuriticis ex vino potum.

LV. 6. Veficae *s.* autem [5] callithrix trita fimul cum cumino, et data ex vino albo. Verbenaca *t.* quoque [6] cum foliis decocta ad tertias, vel radix eius e mulfo [7] calido, calculos eiicit.

7. Item *v.* perpreffa, quae Aretii et in Illyrico nafcitur, in aqua decocta e tribus heminis ad vnam, et pota. Trifolium *x.* et vino fumptum.

 8. Et

1. *et minoribus ac rubentibus. V.* 2. *non altius. Diofc. altius fuaue et ideo inflationem facit, et ftomacho non inutile, praec. M.* 3. *Sic ex MSS. H. acutum Diofc. leniter fuaue, aculeatum Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. inflationem fiat enterocelis Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. H. et Ch. callitriche V. callitrichon Gr. et Al.* 6. *Sic ex MSS. H. V. et Ch. quoque foliis Gr.* 7. *caldo. Ch.*

f. 73. et 81. conftantiffime *caron* vocant. H.

p. Leniter fuaue, aculeatum) Hermolaus docet codices effe, in quibus legatur, *fuaue leuiter aculeatum;* Diofcoridem *fuaue* dicere, hoc eft, εὔστομον; *aculeatum* non dicere. In margine ex Diofc. notant *acutum.* Et fic legi fuadet Voffianus, in quo *altius, fuaue leniter acutum.* id eft, *fuaue leniter acutum.* Δριμὺ Diofcoridi. *Gron.*

q. Et ideo inflationem facit enterocelitis) Vltimum verbum non habetur in vetufto exemplari. *Pint.*

r. Praecipuum) Diofc. l. c. H.

s. Veficae) Diofc. IV. 136. H.

t. Verbenaca) Marc. Emp. 26. p. 175. et Apul. c. 3. t. 5. H.

v. Item) Repreffa Romanis, inquit Anguillara, par. XII. p. 218. *dafi a i cavalli quando fono ripreffi, onde .. tal nome.* Id effe ibi pabulum equorum ait, quum aeftuant. H.

x. Trifolium) L. III. 123. Marc.

8. [1] Et chryſanthemum. *y.*

9. Anthemum *z.* quoque calculos eiicit, paruis a radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roſeo: radices tritae per ſe, [2] ceu lauer *a.* crudum.

LVI. 10. Silaus *b.* naſcitur [3] glareoſis et perennibus riuis, cubitalis apii ſimilitudine. Coquitur *c.*, vt olus *d.* [4] acidum, magna vtilitate veſicae: quae *e.* ſi ſcabiem ſentiat, panacis radice [5] ſanatur, aliter inutile veſicis. Calculos pellit malum

1. et chryſanthemum Antemii quoque. Ch. cryſanthemum primum Anthemum Gr. et Al. *2. ſeu Gr.* *3. glabriolis. Ch.* *4. atrum. V.* *5. ſanatur, aliter inutili. Veſicae calculos. M.*

Marc. Emp. c. 26. p. 180. de trifolio minuto: vt et Plin. Val. II. 38. H.

y. Primum) Lego *potum.* Dioſcoridi, et reliquis herbariis vnicum tantum genus Chryſanthemi eſt. Chryſanthum vocat Virgilius in Culice, *Chryſanthuſque ederaeque nitor pallente corymbo.* Quidam et buphthalmum chryſanthemum eſſe volunt. *Dal.*

z. Anthemum quoque calculos eiicit) *Anthemis* noſtrum apographon. cui aſtipulatur Dioſcorides libro tertio. Theophraſtus tamen L. VIII. genere neutro *anthemon* Pint.

Anthemum) Sic R. 1. At R. 2. et index, *anthemis.* In Illyrico reperiri, dicique *Saſſifragia*, quod calculos nempe veſicae frangit vel eiicit, auctor eſt Anguillara, par. XII. p. 218. H.

a. Lauer crudum) Praecipue quod Galli vocant *Creſſon.* Dalec.

b. Silaus) Non eſt haec lauer, ſiue ſion, de quo diximus XXII. 41. vt exiſtimauit Ruellius II. p. 369. quum de lauere proxime antea, ceu ſtirpe diuerſa, mentio habeatur. Sed apium potius paluſtre, vt acute vidit Anguillara, par. II. p. 219. et cum eo Lobelius in notis MSS. ad eum locum. H.

c. Coquitur) Oluſatrum, credo, intelligit. H.

d. Olus acidum) Oxylapathum. *Dal.*

e. Quae) Si ſit exhulcerata veſica. H.

lum *f.* erraticum, radicis libra in vini congio decocta ad dimidias: inde heminae sumuntur per triduum: reliquum ex vino [1] cum sio: et vrtica marina, et *g.* daucum, et plantaginis semen ex vino.

LVII. 11. Et *h.* herba Fuluiana trita ex vino (et haec nomen inuentoris habet, nota tractantibus,) vrinas ciet.

LVIII. Scordion testium tumores sedat. Hyoscyamum *i.* genitalibus medetur: peucedani *k.* succus ex melle, et semen, stranguriae: agaricum *l.* obolis tribus in vini veteris cyatho vno: trifolii *m.* radix drachmis duabus in [2] vino: dauci *n.* vna drachma, vel seminis. Ischiadici *o.* et semine et

Ggg 5 foliis

1. *sicut et sion.* V. *cum conyza.* V. 2. *vino dulci: vna dr.* M. *vino dulci, vel vna drachma seminis.* V.

f. Malum erraticum) Sic vocari puto aristolochiam, praecipue rotundam, quam *malum terrae*, et *venenum terrae* supra nominauit c. 8. L. XXV. *Dal.*

Malum) Quid hac voce intelligat, haud satis liquet. Dalecampius de aristolochia interpretatur, quae malum terrae superius appellata est, s. 54. quod radix in globum mali rapique modo rotundetur. Vix assentior: quum illa vbique nobiliore nomine Graeco quam Latino a Plinio appelletur. H.

g. Et daucum) Daucum vrinas pellere auctor est etiam Diosc. III. 83. H.

h. Et herba Fuluiana, etc.) Vrticam Graecam esse volunt: alii saxifragiam albam. *Dal.*

Et herba) Quae sit ea porro, quum nullis signetur signis, statui auspicato nequit. H.

i. Hyoscyamum) Testium tumori mederi dixit hyoscyami semen Diosc. IV. 69. H.

k. Peucedani) Diosc. III. 92. H.

l. Agaricum) Diosc. III. 1. H.

m. Trifolii) Huius seminis drachmas ternas, foliorum quaternas praebet Diosc. III. 123. H.

n. Dauci) Subintellige, radicis. Semen certe ad pellendas vrinas commendat inprimis Diosc. III. 83. H.

o. Ischiadici) Diosc. III. 160. H.

foliis erythrodani tritis sanantur: panace *p.* [1] poto: et *q.* infricata polemonia, aristolochiae decocto folii. Agarico quidem et neruus *r.*, [2] qui platys *s.* appellatur, et humerorum dolor sanatur, obolis tribus in vini veteris cyatho vno [3] poto. Quinquefolium *t.* ischiadicis et bibitur et imponitur. Item *v.* scammonia decocta [4] cum hordei farina. Semen *x.* hyperici vtriusque bibitur ex vino. Sedis vitia et attritus celerrime sanat plantago: condylomata *y.* quinquefolium: sedem *z.* [5] euersam cyclamini radix ex aceto. [6] Anagallidum *a.* caeru-

1. *Sic et M. pota Gr. et Al.* 2. *qui platus. Ch.* 3. *potis. V.* 4. *et cum. Ch.* 5. *Sic et Ch. et V. conuersam Gr. et Al.* 6. *Sic M. et Ch. anagallis Gr. et Al.*

p. Panace) Illini iubet ischiadi Diosc. III. 55. H.

q. Et) Et pota quoque ex aqua, si Dioscoridem audimus IV. 8. et, qui Dioscoridem vbique sequitur, Galen. de fac. simpl. m. VIII. p. 221. H.

r. Neruus) Πλατὺς, hoc est, latus, amplus, patens. Neruum intelligit cruris crassissimum, maximumque inter lumbares, qui ad genu vsque procedit. Ad coxendicum articulorumque dolores facere agaricum ex aceto mulso potum, ait Diosc. III. 1. H.

s. Platys appellatur) Sic tendinem latum vocari puto, qui in calcem inseritur. *Dal.*

t. Quinquefolium) Diosc. IV. 42. Marc. Emp. c. 25. p. 174. *Ad ischiadem*, inquit, *herba pentaphyllon, foliis fragorum simillima, cum vino trita, in balineo in solio data potui, hac valetudine laborantes, cito remediabit.* H.

v. Item) Diosc. IV. 171. Συνεψηθεῖσα δὲ ὄξει καὶ λεανθεῖσα μετὰ ἀλεύρε κριθίνε, ἰσχιαδικῶν ἐςὶ κατάπλασμα. H.

x. Semen) Diosc. III. 171. et 174. H.

y. Condylomata) Diosc. IV. 42. H.

z. Sedem) Procidentem. Diosc. II. 194. Ἕδραν δὲ προπεσῦσαν σὺν ὄξει καταχριόμενος ὁ χυλὸς καθίςησι. *Sedem prociduam radicis succus ex aceto illitus restituit.* H.

caerulea [1] procidentiam ſedis retro agit: e diuerſo rubens proritat. Cotyledon condylomata et haemorrhoidas mire curat. Teſtium tumores acori radix decocta in vino, [2] tritaque, et illita. Intertrigines *b.* negat fieri Cato, abſinthium Ponticum [3] ſecum habentibus. (IX.) Alii adiiciunt et pulegium: quod ieiunus qui legerit, ſi poſt ſe alliget, inguinis dolores prohibet, aut ſedat coeptos. [4] Inguinalis *c.* (quam quidam argemonem vocant) paſſim

1. *procidentiam. V. et Ch.* 2. *tritaque illita. Ch.* 3. *ſiccum. V.* 4. *Sic ex MSS. H. inguinaria Gr. et vulgg.*

a. Anagallidum) Dioſc. II. 209. Φασὶ δὲ ἔνιοι τὴν μὲν ἔχȣσαν τὸ κυάνεον ἄνθος, προπτώσεις δακτυλίȣ ςέλλειν· τὸ δὲ τὸ φοινικȣ͂ν, ἐρεθίζειν καταπλασθεῖσαν, *Aiunt nonnulli impoſitam anagallidem eam, quae coeruleum edit florem, ſedis procidentiam retro agere: quae vero phoeniceum, eamdem proritare.* H.

b. Intertrigines) Cato de R. R. c. 159. p. 59. *Intertrigini remedium: in viam quum ibis, abſinthii Pontici ſurculum ſub anulo habeto.* Apul. c. 100. t. 4. *Ad inguinum vel intertriginis moleſtias: Herbae abſinthii et marrubii ſumito, et in ſemicincto tecum portato, ſanaberis.* Intertrigines attritus ſunt femorum. In Notis quae Tironis falſo dicuntur, apud Gruter. p. 180. *Rhagadium. Inteſtigo. Inteſtiginoſum.* Lege, *Intertrigo. Intertriginoſum.* H.

c. Inguinaria quam quidam argemonen) *Inguinalis*, non *Inguinaria*, et *Argemonion* non *Argemonen*, in noſtro Apographo. Dubito autem de integritate fideque huius loci. Nec mihi, ne dubitem, perſuadebit Hermolaus in Corollario. *Inguinalis* enim, ſeu *Inguinaria*, *Aſter Atticus*, *Aſterion*, *Bubonion*, et aliis nominibus ab antiquis et recentioribus medicis appellatur, *Argemone* vero ſeu *Argemonion*, diuerſa omnino herba eſt. Nec in re aperta neceſſarium eſt plura dici. *Pint. Inguinaria, etc.)* Alia haec quam bubonium deſcriptum cap. 5. L. XXVII. Quibuſdam cruciata deſcripta Dodonaeo c. 78. L. IV. *Dalec.*

Inguinalis) In R. 2. *Inguinalis*,

sim in vepribus nascens, vt prosit inguinibus, in manu tantum habenda est.

LIX. Panos *d.* sanat panaces [1] cum melle: plantago *e.* cum sale: quinquefolium *f.*: persolatae *g.* radix, [2] vt in strumis: item *h.* damasonium: verbascum *k.* cum sua radice tusum, vino aspersum, folioque inuolutum, et ita in cinere calfactum, vt imponatur calidum. Experti affirmauere, plurimum referre si virgo imponat nuda, ieiuna [3] ieiuno, et manu supina tangens dicat: NEGAT APOLLO PESTEM POSSE CRESCERE, [4] CVI NVDA VIRGO RESTINGVAT: atque ita [5] retrorsa *l.* manu ter dicat, totiesque despuant ambo. Medetur et radix mandragorae ex aqua: radicis *m.* scammoniae decoctum cum melle: sideritis

1. *ex. V.* 2. *vt et strumas. V.* 3. *ieiuno in Ch. d.* 4. *Sic ex MSS. H. Fulv. Vrsin. ad Varr. p. 20. quam nuda Gr. et Al.* 5. *retorsa. M. fortassis retorta.*

guinalis, quam quidam argemonion. In R. 1. *Argemon.* In Indice, *inguinalis, siue Argemo.* Argemoniam vocare videtur Marc. Emp. c. 32. p. 225. et c. 34. p. 235. Quam porro Plinius inquinalem vocet, si alia est ab argemonia, de qua XXV. 56. aut a lappa canaria, quam pariter argemonem dixere, vt vidimus XXIV. 116. obscurum est. H.

d. Panos) Diosc. III. 56. H.

e. Plantago) Sic et Diosc. II. 153. H.

f. Quinquefolium) Diosc. IV. 42. H.

g. Persolatae) Quod et arcion a Diosc. IV. 107. appellatur. Quo illa modo in strumis imponatur, diximus f. 12. H.

h. Item) Diosc. III. 169. H.

k. Verbascum) Ad οἰδήματα, hoc est, ad tumores commendatur a Diosc. IV. 104. H.

l. Retrorsa) Auersa mana, prona, quum vola terram spectat: vt contra supina, quum vola caelo obuertitur. H.

m. Radicis) Diosc. IV. 171. H.

tis *n.* cum adipe [1] vetere: vel *o.* Chryſippea cum ficis pinguibus: et haec ab inuentore habet nomen.

LX. (X.) Venerem *p.* in totum adimit, vt diximus, nymphaea heraclia *q.*: [2] eadem *r.* ſemel pota, in XL. dies. Inſomnia *s.* quoque Veneris a ieiuno pota, et in cibo ſumpta. Illita quoque radix genitalibus, inhibet non ſolum Venerem, ſed et affluentiam geniturae, ob *t.* id corpus [3] alere vocemque dicitur.

LXI. Appetentiam *v.* Veneris facit radix e xiphio ſuperior, data potu in vino. Item quam [4] crethmon agrion appellant: et *x.* [5] horminos agrios, cum polenta contrita.

LXII.

1. *veteri Gr. et Al.* 2. *eadem vacat. D.* 3. *habere. Ch.* 4. *cremnon. Ch.* 5. *hormion agrion cum pol. contritum. V. ormenos agrios cum pol. contritus.*

n. Sideritis cum adipe vetere, vel Chryſippea cum ficis pinguibus) Nonnulla hic verba addenda ſunt, ex vetere Apographo: *Sideritis cum adipe vetere contuſa. Marrubium cum axungia vetere vel Chryſippea, etc.* Pint.

o. Vel) Quid Chryſippea ſit, velle indicare, harioli foret, et coniectoris parum ſani. H.

p. Venerem) L. XXV. 37. *Qui biberint eam duodecim diebus, coitu geniturаque priuari.* H.

q. Heraclia) Heracliam vocat, quod radix, vt ait Dioſcorides, ῥοπαλοειδὴς ſit, id eſt, clauae ſimilis, nempe Herculis: aut quod natam fabulentur nympha zelotypia erga Herculem mortua. Vide cap. 7. L. XXV. *Dalec.*

r. Eadem) Hoc eſt, ſi per dies duodecim bibatur, vt dictum eſt XXV. 37. in totum Venerem adimit: ſi vel ſemel bibatur, Venerem in XL dies. H.

s. Inſomnia) Subintellige, adimit in totum. Dioſc. ad verbum III. 148. H.

t. Corpus alere) Quoniam habiliores ſunt, et voce magis canora, qui Venere non vtuntur. *Dal.*

Ob id) Vide quae de raphano diximus, XX. 13. H.

v. Appetentiam) Dioſc. IV. 20. Φασὶ δὲ καὶ ἀφροδίσια παρορ-

LXII. Sed *y.* inter pauca mirabilis eſt *z.* orchis herba: ſiue *a.* ſerapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, teſticulis ſimili, ita *b.* vt maior, ſiue (vt aliqui dicunt) [1] durior, ex [2] aqua pota excitet libidinem: minor ſiue mollior, [3] e lacte caprino inhibeat. Quidam *c.* folio

1. *tenuior. Ch.* 2. *lacte caprino. Dioſc.* 3. *ex aqua. Dioſc. ſic paulo poſt.*

παρορμᾷν τὴν ἀνωτέρω ῥίζαν σὺν οἴνῳ ποθεῖσαν. H.

x. Et) Dioſc. III. 145. Ὅρμινον ἄγριον, ... δοκεῖ δὲ τȣ̃το σὺν οἴνῳ πινόμενον, συνȣσίαν παρορμᾷν. Illud eſt quod XVIII. 22. a Dodonaeo delineari diximus, p. 290. H.

y. Sed) Dioſc. III. 141. Ὄρχις ἕτερος, ὃ Σεραπιάδα ἕτεροι καλȣ̃σιν, ὡς καὶ Ἀνδρέας, διὰ τὸ πολύχρηςον τῆς ῥίζης· Φύλλα ἔχει ἐοικότα πράσῳ, etc. Nam totidem verbis et a Dioſcoride, et ab Oribaſii interprete delineatur, XII. p. 210. Teſticulum canis officinae vocitant. Quin et eadem omnia orchium genera Satyria nominant, Galliqueofficinas ſequuti, *du Satyrion:* Apuleium quoque qui c. 5. orchies et ſatyria nullo diſcrimine habuit. Nos viginti omnino genera vidimus in horto regio. Sunt omnium cognatae vires, et ad Venerem inprimis concitandam pares. H.

z. Eſt orchis herba: ſiue ſerapias) Haec reponenda ita ſunt: *Eſt orchis herba. Duo eius genera. Vna, etc. ac reſidente. Naſcitur fere circa mare. Altera ſerapias orchis cognominatur, etc. creditur, foliis porri, etc. habet vt ſatyrion. Haec et tumores et vitia, etc. trita.* Dal.

a. Siue) In Indice, more Latino, *ſerapia.* Vt *rhoean* alibi, pro *rhoeade* dixit. H.

b. Ita vt maior) Haec de primo orchi Dioſcorides, non de ſerapiade. *Dal.*

Ita) Dioſc. III. 141. ſq. e gemina radice ſeu bulbo, teneriorem ait a mulieribus Theſſalis e lacte caprino propinari ad excitandam libidinem: alteram, quae aridior, duriorque eſt, ξηρὸς, ad eamdem inhibendam. Theophr. Hiſt. IX. 19. vtrumque e lacte caprino ſumi ait: ſic ſumto maiore libidinem excitari: inhiberi minore. Vide et Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 216. H.

c. Quidam folio ſcyllae, etc.

folio scillae esse dicunt, [1] laeuiore ac minore, caule spinoso. [2] Radices *d.* sanant oris hulcera: [3] thoracis *e.* pituitas, aluum *f.* sistunt e vino potae. Concitatricem *g.* vim habet [4] satyrion. Duo eius gene-

1. Sic ex MSS. H. et Ch. leuiori ac minori Gr. et Al. 2. *Sic ex MSS. H. M. et Ch. eiusque radices Gr. et Al.* 3. *et thor. V.* 4. *vt satyr. V.*

etc.) Ex Theophrasto legendum, *Quidam folio scyllae esse dicunt laeuiori ac minori, caule cuius tritici generi simili, aut acantho*: et hoc recte. Nam caulis laeuis, gracilis vt tritici, enodis vt acanthi, nullis vel paucis foliis vestitus, spicam elegantem, congestis floribus densam profert. Lege et apud Theophr. τὸν δὲ καυλὸν ἡμοιότατον ὁποίῳ μὲν ἂν πυρῷ ἢ ἀκάνθῃ. Sic enim vocat Dioscorides, quod nos acanthum dicimus. *Dal.*

Quidem) Theophr. l. c. Ἔχει δὲ τὸ φύλλον σκιλλῶδες, λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον· τὸν δὲ καυλὸν ὁμοιότατον ... ἢ ἀκάνθῃ. H.

d. Radices) Diosc. III. 142. H.

e. Thoracis pituitas) Hoc in Dioscoride non legitur, nec verisimile est, quum adstringat. *Dal.*

f. Aluum) Diosc. l. c. Ἵστησι δὲ καὶ κοιλίαν σὺν οἴνῳ ποθεῖσα. H.

g. *Concitatricem vim habet Satyrion*) Testatus alio loco sum testaborque subinde, imperitia excerpentium, transcribentium, annotantium, exponentium, castigantium; multa eminentissimo huic auctori verba falso accreuisse: cuiusmodi puto esse quae modo posui. Alioqui confunderentur duo genera herbae quae dicitur *Orchis*, cum duobus generibus Satyrii, de quibus differet illico, quod contra Dioscoridem L. III. et Theophrastum IX. Quos confer cum Plinio, deinde pronuncia. Hinc fit etiam vt verba illa quae statim sequuntur: *Altera satyrion orchis cognominatur*, mendosa existimem, legendumque non *satyrion orchis*, sed *cynosorchis*, ex eodem Dioscoride eodem libro. Haec si considerasset Marcellus Dioscoridis interpres, non tam culpasset Plinium, tanquam in vtroque Satyrio discrepantem. *Pint.* *Concitatricem, etc.*) Arbiter in Satyra, *Ita est, inquit Quartilla.*

genera: vna *h.* longioribus foliis, quam oleae, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad formam hominis testium, alternis *i.* annis intumescente ea ac residente. Altera *k.* [1] satyrios orchis cognominatur, et [2] femina esse creditur. Distinguitur *l.* internodiis et ramosiore frutice, [3] radice *m.* fascinis vtili. Nascitur fere iuxta mare. Haec [4] tumores et vitia partium *n.* earum [5] cum polenta illita sedat, [6] vel *o.* per se. Superioris

1. Sic ex MSS. H. et Ch. satyrion orch. Gr. et Al. 2. feminam. Ch. 3. semine acri, radice inutili. Alii radice fascini. Nasc. Ch. 4. tumores discutit, et vitia corporis et serpentia. Diosc. 5. Sic ex MSS. H. et Ch. partium earum erumpentia cum Gr. et Al. 6. Sic ex MSS. H. per se trita Gr. et Al.

illa. Quicquid Satyrii fuit, Encolpus ebibit. Ac rursum, *Illinc puella penicillo, quod et ipsum Satyrio tinxerat, Ascylton opprimebat.* Dal.

Concitatricem) Ad venereos impetus. H.

h. Vna) Hic Dioscoridis orchis est, III. 141. Latinis satyrion nuncupatum. Ὄρχις, οἱ δὲ κυνόσορχιν καλοῦσι, Φύλλα ἔχει … ἐλαίᾳ μαλακῇ ὅμοια, … μακρότερα etc. H.

i. Alternis annis intumescente ac residente) Addit antiquum exemplar verbum *ea. Alternis annis intumescente ea ac residente.* Pint.

k. Altera) Hoc vero genus a Graecis scriptoribus praetermissum. H.

l. Distinguitur internodiis) Haec negligenter a liberto Plinii ex historia crataegogoni orcheon ac Satyriorum descriptioni inserta sunt. *Dalec.*

m. Radice fascinis vtili) Radice bulbosa, mali magnitudine, fulua, intus oui modo candida, sapore dulci et ori iucundo. *Diosc.* Plinius haec valde peruertit, miscens orcheon satyriorumque descriptiones, quae Venerem concitant, tum etiam crataeogoni, quod ad mares gignendos valet, atque phylli thelygoni, et arthenogoni, quorum historia diuersa est Theophrasto et Dioscoridi. Repetitur historia cynosorcheos et crataeo-

rioris *p.* [1] radix [2] in lacte ouis colonicae data, neruos intendit: eadem ex aqua remittit.

LXIII. 2. Graeci *q.* satyrion, foliis *r.* lilii rubri minoribus, et tribus non amplius e terra exeuntibus tradunt, caule laeui, cubitali, nudo, [3] radice gemina: cuius *s.* inferior pars et maior mares gignat, superior ac minor feminas. [4] Et *t.* aliud genus satyrii erythraicon appellant, semine viticis *v.* maiore, laeui: [5] durae radicis, cortice [6] rubro, intus album includi, sapore [7] subdulce, [8] fere in [9] montuosis inueniri. Venerem *x.*, etiamsi omnino manu teneatur radix, [10] stimulari: [11] adeo *y.* si biba-

1. *quoque radix. Dal.* 2. *in lacte ouino data. M.* 3. *magnitudine mali. Diosc.* 4. *Est aliud. Cb.* 5. *duro. V.* 6. *russo. Diosc. Cb.* 7. *Sic ex MSS. H. dulce Diosc. subducere Gr. et Al.* 8. *fertur. M.* 9. *montosis. Gr. et Al.* 10. *stimulat. M.* 11. *magis adeo. V.*

taeogoni infra c. 8. XXVII. Libr. *Dal.*

n. Partium) Genitalium. H.

o. Vel per se trita) Vel per se illita, in nostro codice. *Pint.*

p. Superioris) Eius quam orchin esse Dioscoridis diximus. H.

q. Graeci) Vt Diosc. III. 143. Σατύριον, οἱ δὲ τρίφυλλον καλȣσι, ... φύλλα τρία φέρει ... κρίνῳ ὅμοια, etc. H.

r. Foliis lilii rubri minoribus) Scribo, *foliis lilii, rubris, minoribus.* Dioscorides L. III. *Satyrion*, inquit, *sunt qui a foliorum numero Triphyllon, id est, trifolium, vocent; quoniam tribus plerumque foliis fractis viret, rumici lilioue similibus tantum et rubentibus.* Pint.

s. Cuius) Hoc de priore orchi pariter Diosc. III. 141. vt sunt nimirum, quod ante monuimus, congeneres omnium horum facultates. H.

t. Et aliud) Diosc. III. 144. Σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον, οἱ δὲ σατύριον ἐρυθραϊκὸν, etc. H.

v. Viticis maiore) Λίνȣ, non ἄγνȣ, lini. Dioscor. *Dalec.*

x. Venerem) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

ſi bibatur in vino auſtero. Arietibus quoque et hircis ſegnioribus in potu dari. Et a Sarmatis, equis ob aſſiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium proſedamum vocant. Vim eius reſtinguit aqua mulſa, aut *z.* lactuca ſumpta. In *a.* totum quidem Graeci, quum concitationem hanc volunt [1] ſignificare, ſatyrion appellant: ſic *b.* et crataegin cognominantes, et [2] thelygonon, et arrhenogonon, quarum ſemen teſtium ſimile eſt. Tithymali quoque ramorum medullam habentes, ad Venerem proniores fieri dicuntur. Prodigioſa *c.* ſunt, quae circa hoc [3] tradidit Theophraſtus, *d.* auctor

1. *ſignificari.* M. 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. leg. thel. et artenogonon. thelygonon, quarum. Gr. et Al.* 3. *tradit.* M. et Ch.

y. Adeo ſi) Multo magis, ſi. H.

z. Aut) Quoniam haec maxime refragetur Veneri, vt dictum eſt XIX. 38. H.

a. In) Omnino Graeci, inquit, quum herbam aliquam, aliudue, quod hanc vim concitatricem Veneris habeat, ſignificare volunt, ſatyrion appellant. Sic enim et crataegin, ſiue crataeogonon nuncupant, aliaſque. Arrhenogoni certe ſemen eſſe teſtium ſimile prodidit Theophr. Hiſt. IX. 19. H.

b. Sic et crategin cognominantes) Lego, *Sic et crataegonon cognominantes, quod diſtinguitur internodiis numeroſiore frutice, ſemine acri, radice inutili, et arthenogonum, cuius ſemen, etc.* Sic reſtituendus hic locus ſolo tranſpoſitu periodorum corruptiſſimus. *Dal.*

c. Prodigioſa) Theophr. Hiſt. IX. 20. et ex eo Athen. I. 18. Ab India in Graeciam allatum id herbae genus addit Theophr. In libris Indicarum nauigationum aliquot herbarum ſimili virtute praeditarum hiſtoriam reperias: cuiuſmodi ſunt Amfiam, Agnaçat, Tambor ſiue Betel, et aliae. H.

d. Theophraſtus) Cap. 20. L. IX. hiſt. Iohannes Leo in Africa ſua radicis Surnach meminit, in occidentali parte Atlantis crebrae, quae in eclemate ſumpta penem inflat, et roborat: Venerem auget, vel ſi quis in eam

auctor alioqui grauis, ſeptuageno coitu duraſſe libidinem contactu herbae cuiuſdam, cuius nomen [1] genuſque non poſuit.

LXIV. Sideritis adalligata varices minuit, et ſine dolore [2] perſanat. [3] Podagrae morbus rarior ſolebat eſſe non modo patrum auorumque memoria, verum etiam noſtra, peregrinus et ipſe. Nam ſi Italiae fuiſſet antiquitus, Latinum nomen inueniſſet. Inſanabilis non eſt credendus: quippe quoniam [4] et in multis ſponte [5] deſiit, et in pluribus cura. Medentur *e.* panacis radices, cum vua paſſa: ſuccus *f.* hyoſcyami cum [6] farina, vel ſemen, ſcordion *g.* ex aceto: iberis *h.*, vti dictum eſt. Verbenaca *i.* cum axungia trita, cyclamini *k.* radix,

1. Sic ex MSS. H. et Ch. nomen ſpeciemque Gr. et Al. *2. Sic ex MSS. H. et Ch. praeſtat Gr. et Al.* *3. Hinc eſt alterius capitis initium in Vet. et Ch.* *4. Sic ex MSS. H. et Ch. et ſponte Gr. et Al.* *5. deſinit, et in pl. curatur. V.* *6. farina ſeſamae. V.*

eam tantum caſu minxerit, credentibus incolis quum eam virgines perminxiſſent incautae, ſine virorum concubitu grauidatas fuiſſe. Satyrii radicem hanc eſſe puto. *Dalec.*

e. Medentur) Dioſc. III. 55. Ἁρμόζει καὶ ποδαγρικοῖς μετὰ ςαφίδος ἡμέρȣ καταπλασσόμενος. H.

f. Succus) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic poſ.) *Succus*) Scribit Dalecampius in ora editionis ſuae, ex codicis vetuſti neſcio cuius auctoritate, *cum farina ſeſamae.* Ex interpolatoris id cuiuſpiam officina eſt. Vulgatae lectioni MSS. codd. Plinio ipſi Dioſcorides ſuffragatur, IV. 69. de ſucco hyoſcyami: Σὺν ἀλεύροις δὲ ἢ ἀλφίτοις ... πρός τε ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς, καὶ τὰς ἄλλας· τὸ δὲ σπέρμα τὰ αὐτὰ παρέχει. H.

g. Scordium) Sic et Dioſc. III. 125. H.

h. Iberis) L. XXV. 45. H.

i. Verbenaca) Ad tumores et inflammationes commendatur a Dioſc. IV. 61. H.

k. Cyclamini) Dioſc. II. 194. Εὐθετεῖ δὲ καὶ πρὸς ποδά-

dix, cuius decoctum [1] et pernionibus prodest. Podagras refrigerat radix e xiphio, semen *l.* e psyllio, cicuta cum lithargyro aut axungia, aizoum *m.* in primo impetu podagrae rubentis, hoc est, calidae. Vtrilibet *n.* vero conuenit erigeron cum axungia; plantaginis *o.* folia trita addito sale modico, [2] argemonia *p.* tusa ex melle. Medetur et verbenaca [3] illita, aut si pedes macerentur [4] in aqua, in qua decocta sit.

LXV. 1. Et lappago *q.*, similis [5] anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris: quae *r.* [6] talis est, mollugo vocatur.

2. Simi-

1. *et in pern. Ch.* 2. *argemone. V. et M.* 3. *illita ad pedes in aqua decocta. M. illita pedibus in aqua decocta. V. et M. alia.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. in cuius decocto. Et Gr. et Al.* 5. *galio. Dodon.* 6. *mollis est. Dodon.*

ποδάγραν ... καὶ χίμετλα τὸ ἀφέψημα αὐτῆς καταντλούμενον. H.

l. Semen) Diosc. IV. 70. H.

m. Aizoum) Aizoi folia vel per se, vel cum polenta imposita, Diosc. IV. 89. sq. H.

n. Vtrilibet) Hoc est, siue podagrae frigidae, siue calidae et aestuanti. Marc. Emp. c. 36. p. 243. *Herba senecio, quae in tegulis nascitur, cum sale trita, vice malagmatis imposita, podagricis prodest.* H.

o. Plantaginis) Marc. Emp. c. 36. p. 246. H.

p. Argemonia) Inflationes omnes sedari ea imposita, scribit Diosc. II. 208. H.

q. Et lappago) Siue lappa canaria, de qua diximus, XXIV. 116. H.

r. Quae talis est, mollugo vocatur, etc.) Legendum, *Quae talis est, mollugo vocatur, similis, sed asperioribus foliis, asperugo*: Vt intelligas duo lappaginis genera, vtrumque a peculiari qualitate denomiatum. *Gel.* *Quae*) Duo innuit esse lappaginis genera: vtrumque a peculiari qualitate denominatum. Molligo altera ex iis apud Marcellum Emp. p. 179. c. 26. dicitur,

2. Similis, sed asperioribus foliis, asperugo. Superioris succus expressus pondere XI. denariorum [1] in vini cyathis duobus quotidie sumitur.

LXVI. 3. Praecipue *s.* vero liberat eo malo phycos thalassion, id est, fucus marinus, lactucae similis, qui *t.* [2] conchyliis substernitur: non podagrae modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, priusquam exarescat. Tria *v.* autem genera eius: latum, et alterum longius, quadamtenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes

1. *in vino. Ch.* 2. *conchis insternitur. Theophrast. id est, innascitur.*

et ad renes commendatur. De aspergine diximus ad L. XXIV. 116. H.

s. Praecipue) Diosc. IV. 100. Φῦκος θαλάσσιον ... ψυκτικὴν ἔχει δύναμιν, ποιοῦσαν ἐν καταπλάσμασι, ποδαγρικοῖς, καὶ ταῖς φλεγμοναῖς· δεῖ δὲ αὐτῷ χρῆσθαι ἐνικμῳ πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι. H.

t. Qui conchyliis substernitur, etc.) Significat conchyliatae vestis tincturam eo colore praeparari. Substernuntur colores, quibus primum lana imbuitur, vt alii pretiosiores superinducantur. Hodie varantia et guastum coccineis et purpureis substerni solent, vt colorem alligent, et tenacem faciant. Ab hoc marino fuco tingendis vestibus idoneo Latini tincturam omnem *fucum* appellauere. Vide *Salmas.* p. 1147. a. b.

Qui) Hoc est, cuius colore lana primum imbuitur, quum vestis conchyliatae tinctura praeparatur. Huic deinde colori pretiosior alter superinducitur: vnde is qui prior est, substerni dicitur. Ab hoc fuco tingendis olim vestibus idoneo tincturam omnem deinde Latini fucum dixere. Disputat de eo fuco prolixe Philosophus H. A. VI. 12. p. 692. H.

v. Tria) Totidem verbis haec Diosc. IV. 100. Φῦκος θαλάσσιον, φύεται τὸ μέντοι αὐτοῦ πλατύ. Τὸ δὲ ὑπόμηκες καὶ φοινίσσον. Τὸ δὲ λευκὸν, φυόμενον δὲ ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, εὐανθὲς ἄγαν καὶ ἄσηπτον. Pli-

vestes [1] tingunt: omnia eiusdem vsus. Nicander *x.* ea et aduersus serpentes in vino dedit. Salutare est et semen eius herbae, quam psyllion [2] appellauimus, madefactum aqua, admixtis in heminam seminis resinae Colophoniae cochlearibus duobus, thuris vno. Laudantur *y.* et mandragorae folia cum polenta tusa. (XI.) Talis *z.* vero tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mire prodest. Articulis succus e centaurio minore. Idem *a.* neruis vtilissimus. Item centauris. Vettonica *b.* neruis discurrentibus per scapulas, humeris, spinae, lumbis, [3] pota, [4] vt *c.* in iocinere. Articulis

1. *Sic ex MSS. H. et Cb. tinguntur Gr. et Al.* 2. *nominauimus. Cb.* 3. *posita. M. fortassis. imposita.* 4. *et iocineri. V.*

nius et Orib. τὸ δὲ ἔλον, legerunt alibi, non λευκόν. H.

x. Nicander) Diosc. l. c. Νίκανδρος δέ φησι καὶ θηριακὸν εἶναι τὸ φοινικοῦν. Nicandri versus est eiuscemodi in Ther. p. 60. Ἠέ τι καὶ φοινίσσον δὴ καταβάλλεο φῦκος. H.

y. Laudantur) Diosc. IV. 76. H.

z. Talis) Ad verbum haec Plin. Val. II. 48. et Marc. Emp. 34. p. 233. H.

a. Idem) Diosc. III. 9. Ποθεὶς δὲ ἁρμόζει τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσιν ἰδίως. H.

b. Vettonica) Etiam praecisos glutinari ea censuit Marc. Emp. c. 35. p. 240. Vide N. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Vettonica*) Ita libri editi et R. 2. recte. In quibusdam aliis, *posita*, perperam. Etsi ex iis Dalecampius fortassis *imposita* scribi satius esse coniiciat. Quum vero eumdem Vettonicae sumendae modum in hisce morborum generibus praefiniat, quem in iocinere sanando adhibuit s. 19. ibique cyathis tribus bibendum admoneat, quin et *pota* quoque hic legi oporteat, dubium esse nemini potest. H.

c. Vt) Hoc est, eo temperamento, quo in iocineris remediis vsi sumus, nempe s. 19. Vettonicae drachma vna in aqua calida cyathis tribus. H.

lis *d.* quinquefolium impositum. Mandragorae *e.* folia cum polenta, vel radix recens tusa cum cucumere siluestri, vel decocta in aqua. [1] Digitorum *f.* in pedibus rimis polypodii radix. Articulis *g.* succus hyoscyami cum axungia: Amomi *h.* succus cum decocto: item centunculus decocta, vel muscus recens ex aqua [2] obligatus, donec inarescat.

4. Item *i.* lappae boariae radix e vino pota.

1. *Cubitorum ac pedum rimis Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. H. M. et Ch. obligatur Gr. et Al.*

d. *Articulis)* Plin. Val. II. 47. Apul. c. 2. de quinquefolio t. 11. *Ad pedum dolorem.* Ius radicis decoctae prodesse ἀρθριτικοῖς scribit Diosc IV. 42. H.

e. *Mandragorae folia cum polenta; vel radix recens tusa cum cucumere siluestri, vel decocta in aqua)* Non agnoscit verbum illud *recens*, nostrum exemplar, et quidem vt puto recte. Dioscorides libro quarto de radice mandragorae: *Radix trita ex aceto, sacros ignes sanat: strumas panosque ex aqua discutit, et cum polenta articulorum dolores sanat.* Pint.

Mandragorae) Diosc. IV. 76. cum Theoph. Hist. IX. 10. H.

f. Cubitorum ac pedum rimis polypodii radix) Digitorum non *cubitorum*, in eodem legitur, astipulante etiam Dioscoride, L. IV. Praeterire tamen nolui in nostro archetypo hunc locum sic legi: *digitorum in depedibus rimis.* quem locum, quum ad praesens non occurrat, quo modo castigem, aliis aestimandum relinquimus. *Pint.*

Digitorum) Libri editi, *cubitorum ac pedum.* R. 1. *cubitorum in pedibus.* R. 2. *digitorum inde pedibus.* Malui, *digitorum in pedibus.* Diosc. IV. 188. polypodii radicem impositam prodesse ait aduersus rimas quae inter digitos fiunt. Ποιεῖ καὶ ... ἡ ῥίζα λεία καταπλασσομένη πρὸς ῥαγάδας τὰ ἐν μεσοδακτύλοις. H.

g. *Articulis)* Diosc. IV. 69. et Apul. c. 4. de symphoniaca, t. 5. H.

h. Amomi) Diosc. I. 14. Ποδαγρικοῖς συμβάλλεται. H.

i. Item) A lappagine, de qua sup. sect. si discrepat, ignota herbariis. H.

Cyclaminos *k.* decocta in aqua perniunculos *l.* curat, omniaque alia frigoris vitia. [1] Perniunculos *m.* et cotyledon cum axungia: folia *n.* ex batrachio: epithymi succus. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo: verbenaca ex vino.

LXVII. Nunc peractis malis quae membratim sentiuntur, dicemus de his, quae totis corporibus grassantur. Remedia autem haec communia [2] inuenio. Ante omnes [3] potandam dodecatheum *o.*, de *p.* qua diximus: deinde *q.* panacis omnium generum radices, peculiariter longinquis morbis, et semen interaneorum vitiis. *r.* Ad omnes

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. perniunculos curat et col. Gr. et Al.* 2. *inueniunt. Ch.* 3. *Sic ex* MSS. *H. et M. potam Gr. et Al.*

k. Cyclaminos) Diosc. II. 194. H.

l. Perniunculos curat omniaque alia frigoris vitia. Perniunculos curat et cotyledon) Verbum *curat* posteriore loco excludit Vossianus. Tres alii, iam illi quidem vitiati, sic tamen, vt ostendant inter *perniunculos* et copulatiuam hic nihil interiectum fuisse. Habent enim: *Cyclaminos decocta in aqua perniunculos et cotyledon cum axungia folio curat. omniaque alia frigoris vitia ex batrachio.* Men. et ipse mutilus: *Cyclaminos et cotyledon cum axungia folia curat omniaque alia frigoris vitia et batrachio.* Gron.

m. Perniunculos) Diosc. IV. 92. et Schol. Nicandri in Ther. p. 32. H.

n. Folia) Diosc. II. 206. H.

o. Dodecathcum) Dodecantheos vocatur haec herba a duodecim diis maiorum gentium, siue Consentibus, primae auctoritatis et dignitatis inter numina, qui simul in concilium veniunt, praeside et principe ex iis Ioue. Ennius his duobus versibus complexus est: *Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.* Dal.

p. De) L. XXV. 9. H.

q. Deinde) Sic Theophr. Hist. IX. 12. H.

r. Vitiis) Obstructionibus. *Dal.*

omnes vero corporis dolores ſuccum e ſcordio: item Vettonicae, quae pota colorem plumbeum corporis priuatim emendat, gratioremque [1] reducit.

LXVIII. 1. Geranion *s.* aliqui myrrhin: [2] alii *t.* merthryda appellant. Similis eſt cicutae, foliis *v.* minutioribus, et caule [3] breuior, rotunda, ſaporis et odoris iucundi. Noſtri ſic eam tradunt. Graeci *x.* foliis candidioribus paulo quam maluae, caulibus tenuibus, piloſis, ramoſam *y.* ex interuallis, [4] binum palmorum: et [5] in his, foliis, inter quae in cacuminibus capitula [6] ſint gruum. Alterum

Hhh 5

1. *reddit. V.* 2. *alii myrrhida. V. aut myrrhidam. Ch.* 3. *Sic et Ch. breuiore, rotundo Gr. et Al.* 4. *trium. M.* 5. *his foliis. V.* 6. *ſunt. V.*

s. Geranion aliqui Myrrhin, alii Merthryda appellant) Scribo, *Mertryga*, non *Merthryda*, ex Dioſcoridis vtraque editione libro tertio. *Pint.*

Geranion) Dioſc. IV. 116. Μύῤῥις, οἱ δὲ μύῤῥαν καλοῦσιν, τῷ καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἔοικε κωνείῳ. Ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη, ἁπαλὴν, περιφερῆ, εὐώδη, ἡδεῖαν βρωθῆναι. Geranium cicutae folio, ſupinum vocat Dodonaeus, a quo delineatur, p. 63. quale vidimus in horto regio: ſed illud inodorum. Alterum moſcatum, folio ad myrrhidem accedente, et ibi obſeruatum a nobis, pictum vide apud Ioh. Bauhinum, T. III. p. 479. H.

t. Alii) Dioſc. in Noth. p. 459. Οἱ δὲ μερτρὺξ, οἱ δὲ μυῤῥίς. In MSS. *myrtidam*, forte pro *myrtida*. Nam in Indice, *Geranion ſiue myrrhis, ſiue myrtis.* H.

v. Foliis minutioribus) Prima ſpecies Dodonaei. *Dalec.*

x. Graeci foliis candidioribus, etc.) Hoc eſt ſecundum genus Dioſcor. vulgo, pes columbinus. *Dal.*

Graeci) Maluae folio rotundo geranium, Pes columbinus dicitur Dodonaeo, p. 61. Gallis, *Pied de pigeon.* In horto regio vidimus. Deſcribitur iiſdem paene verbis a Dioſc. III. 131. H.

y. Ramoſum ex interuallis) Vt binum palmorum interualla inter ramos intelligantur. *Gelen.*

rum z. genus foliis anemones, diuisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, reficientibus se ab imbecillitate vtilissima: et fere talis [1] vera est. Bibitur contra phthisin drachma in vini cyathis tribus bis die. Item *a.* contra [2] inflationes: et cruda idem praestat. Succus radicis auribus medetur. [3] Opisthotonicis semen drachmis quatuor cum pipere et myrrha potum. Phthisin *b.* sanat et plantaginis succus, si bibatur, et ipsa [4] decocta. In cibo cum sale et oleo, et a somno matutino, refrigerat. Eadem datur his, quos atrophos vocant, interpositis diebus. [5] Vettonica *c.* vero phthisicis, ecligmate cum melle, fabae magnitudine: Agaricum *d.* potum duobus obolis in passo, vel daucon cum [6] centaurio maiore in vino. Phagedaenis *e.* (quod *f.* nomen [7] sine modo [8] esurientium

1. *rara. V.* 2. *infl. vuluae. Diosc.* 3. *Opisthotonis. Ch.* 4. *decocto cibo sumpta cum sale et oleo a somno. V. decoctam in vino cum sale. V.* 5. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. Vettonica pthis. Gr. et Al.* 6. *centaurio. Ch.* 7. *sinuum. V.* 8. *Sic ex* MSS. *H. esurientium est, alia. Ch. exedentium Gr. et Al.*

z. *Alterum*) Et istud ab eodem Diosc. iisdem designatur notis, l. c. Γεράνιον, τὸ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀνεμώνῃ, etc. Vulgo id Rostrum gruis, ciconiaeque appellatur: *Bec de cicogne.* Geranium est Dodonaei tuberosum p. 61. visum a nobis in horto regio. H.

a. Item) Contra vuluae inflationes, inquit Diosc. III. 131. Δοθεῖσα ἐν οἴνῳ ἄχρι < πλῆθος, ὑστέρας ἐμπνευματώσεις λύει. H.

b. Phthisin) Diosc. II. 153. Πίνεται δὲ πρὸς φθίσιν. Et Cels. III. 22. H.

c. Vettonica) Diosc. IV. I. ad verbum. H.

d. Agaricum) Totidem verbis Diosc. III. I. H.

e. Phagedaenis) Diosc. IV. 165. de tithymalo: Ἁρμόζει καὶ πρὸς πτερύγια, καὶ ἄνθρακας, φαγεδαίνας, γαγγραίνας, σύριγγας. Quid

rientium est, et *g.* alias hulcerum) tithymali medentur cum [1] sesamis sumpti.

LXIX. 2. Inter mala [2] vniuersi corporis vigiliae sunt plerisque. Harum *h.* remedio monstratur panaces, clymenos, aristolochia, et odore, et perunсto capite: aizoum, siue sedum, si inuolutum panno nigro, ignorantis puluino subiiciatur: [3] et *i.* oenothera, siue onuris, hilaritatem [4] afferens in vino, [5] amygdalaceo folio, flore [6] roseo, fruticosa, longa radice, et quum siccata est, vinum olente. Haec in potu data feras quoque mitigat. Cru-

1. *sesamio. M. fortassis, sesamino.* 2. *vniuersa. M.* 3. *Onagra, siue on. Diosc.* 4. *affert. V.* 5. *amygdalino est folio. M.* 6. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. rosaceo Gr. et Al.*

hoc loco phagedaena sit, docuimus XX. 13. H.

f. Quod) Geminos inesse huic voci significatus innuit: alterum pro hulcere, vti diximus XX. 13. alterum, vt sit inexplebilis voracitas, immanis esuritio, insaturabilisque appetitus comedendi, et quasi βϑλιμος. Ἀπὸ τῦ αἰνῶς φαγεῖν, φαγαίνα et φαγέδαινα. Vide Cael. Aurel. de chron. morb. III. 3. *Est etiam phagedaena, inquit, ex stomachi passionibus, qua affecto sequetur cibi vehemens appetentia, quam Graeci ὄρεξιν appellant.* H.

g. Et alias) Et alioqui *nomen est* hulcerum *generis cuiusdam* phagedaena. H.

h. Harum) Ad somnum conciliandum valere plurimum aristolochiam in vino austero tritam, potamque, auctor est Theophr. Hist. IX. 13. H.

i. Et oenothera) Sic quidem legit Marcellus in Dioscoridis tralatione. Vtraque tamen Graeca editio, et Hermolaus, sine diphthongo. *onothera.* Pint.

Et oenothera) Subintellige, ex antecedentibus, vigiliarum remedio est. In MSS. tum hoc loco, tum in Indice, sine diphthongo, *onothera, siue onuris.* Sic etiam Galenus de fac. simpl. m. VIII. p. 214. Ὄναγρον, ἢ ὀνοθήρα, ἢ ὀνοθῦρίς. Cum Plinio facit Theophr. hist. IX. 23. Ἡ δὲ οἰνοθήρα ῥίζα δοθεῖσα ἐν οἴνῳ, πραότερον

Cruditates *k.*, quae nauseam faciunt, digerit Vettonica. Eadem *l.* pota a coena concoctionem facit, in oxymelitis cyathis tribus drachmae pondere: et crapulam discutit. Item *m.* agaricum post
1 cibum in aqua calida potum. Paralysin Vettonica sanare dicitur: item *n.* iberis, vt dictum est. Eadem *o.* et torpentibus membris prodest: item argemonia, omnia *p.* quae periclitentur secari, discutiendo.

LXX. Comitiales *q.* sanant panacis, quam
2 Heraclion *r.* diximus, radices potae cum *s.* coagulo vituli marini, ita vt sint panacis tres partes: plan-

1. *Sic ex* MSS. *H. et Cb. cibos Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *H. heracleam. Dal. heracliam Gr. et Al.*

τερον ποιεῖ, καὶ ἱλαρώτερον τὸ ἦθος. Ἔχει καὶ εἰ οἰνοθήρας τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδάλῃ, etc. Sic etiam Diosc. IV. 118. Ὀνάγρα, οἱ δὲ οἰνοθήραν, οἱ δὲ ὄνουριν, etc. nobis adhuc ignota. H.

k. Cruditates) Id vero iam superius indicauit s. 25. H.

l. Eadem) Diosc. IV. I. H.

m. Item) Diosc. III. I. H.

n. Item iberis) L. XXV. 49. H.

o. Eadem) Ob vim calefaciendi, quae ipsius propria dos ac peculiaris est: quapropter et ischiadicis illini vtiliter monet Diosc. I. 188. H.

p. Quae periclitentur secari) Mala tam grauia, vt vel expectanda sit suppuratio, quam secare oporteat, vel, vt amputandum membrum sit. *Dal.*

Omnia) Mala tam grauia, et propter suppurationem ad amputationem membri aut partis alicuius descendere necesse est. Inflammationes compesci ea scribit Diosc. II. 208. Apul. c. 31. t. 9. *Ad ea quae secanda sunt: Herba argemonia contrita et imposita, aperit et persanat.* H.

q. Comitiales) Sic Theophr. Hist. IX. 12. H.

r. Heraclion) L. XXV. 13. H.

s. Cum) Quod et per se potum comitialibus prodest, auctore Diosc. II. 85. H.

plantago *t.* pota: [1] Vettonicae *v.* in [2] oxymelite drachma, vel *x.* agaricum obolis tribus: folia *y.* quinquefolii ex aqua. Sanat *z.* et archezoſtis, [3] ſed anno pota. Sanat et baccharis radix arida in puluerem contrita, cyathis *a.* tribus [4] cum coriandri vno in aqua calida. Et centunculus trita in aceto, aut melle, aut in aqua calida: verbenaca ex vino pota: hyſſopi *b.* baccae ternae contritae, et in

1. *Vettonica. Dal.* 2. *oxymeliti, dr. vel agarico. Ch.* 3. *Sed cum ammineo pota Gr. et Al.* 4. *Sic ex* MSS. *H. cum coriandro in Gr. et Al.*

t. Plantago) Dioſc. II. 153. et Scrib. Larg. comp. 12. H.

v. Vettonicae) Vel ex aqua potum mederi iis ſcribit Dioſc. IV. 1. H.

x. Vel) Ex aceto mulſo ternis obolis. Dioſc. III. 1. H.

y. Folia) Diebus tricenis pota. Dioſc. IV. 42. H.

z. Sanat et Archezoſtis, ſed cum Ammineo pota) Apographon noſtrum, *Sanat et Archezoſtis, ſed anno pota;* rectiſſime. Dioſcorid. L. IV. *Datur potu et in comitialibus drachmae pondere quot diebus anno toto.* Gron.

Sanat) Seu vitis alba, de qua XXIII. 16. Vide N. et Em. N. XX. (hic adi.) *Sanat*) In libris vulgg. *ſed cum ammineo pota.* Interpolatoris id manu inſertum, non ipſius auctoris. In R. 2. *ſed anno.* Fauet Dioſc. IV. 184. de vite alba: Πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἐπιληψίας ὁλκὴ ἡ α καθ' ἡμέραν, πρὸς ἐνιαυτόν. *Bibitur ad morbum comitialem drachmae pondere quotidie anno toto.* Vidit e ſuo codice hoc mendum etiam Pintianus. H.

a. Cyathis tribus cum coriandro) In eodem, *Cyathis tribus cum coriandro vno.* Pint.

b. Baccae ternae contritae) Suſpectus hic locus: quoniam et baccas hyſſopus non habet, et eam facultatem hyſſopo Dioſcorides non tribuit. Quod ſi legimus *hederae*, aut aliquid eiuſmodi? Reperitur tamen haec vox ſequenti capite, *hyſſopi baccae cum aqua potae, etc.* Quidam legunt *iſophyri*, alii *chryſocarpi*, alii *hippogloſſi*, quod mihi placet. At ſupra c. 6. *hyſſopi quoque quinque rami, cum duobus rutae, et ficis tribus decocti, thoracem*

et in aqua potae diebus [1] ſedecim: peucedanum *c.* cum coagulo vituli marini aequis portionibus potum: quinquefolii *d.* contrita folia ex vino pota diebus XXXI. Vettonicae *e.* farina pondere X. III. cum [2] aceti ſcillitici cyatho, mellis Attici uncia: ſcammonium obolis duobus cum caſtorei drachmis quatuor.

LXXI. Febres *f.* frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua: tertianas ſideritis cum oleo: item ladanum, quod in ſegetibus naſcitur, contuſum: plantago *g.* ex aqua mulſa, duabus horis [3] ante acceſſionem poti binis drachmis: vel ſuccus radicis madefactae vel tuſae: vel ipſa radix trita in aqua ferro calefacta. Quidam *h.* ternas radices in tribus cyathis aquae dedere. [4] Iidem *i.* in quar-

1. *IV.* V. 2. *aceto ſcilliti.* Ch. 3. *acceſſione.* Ch. 4. *Iidemque.* M. *Eadem in quart. quaterna fec.* Ch.

cem purgant. Ego prorſus legendum puto, *hyſſopi faſces terni contriti et in aqua poti.* Dalec.

Hyſſopi) Vide quae de hyſſopo diximus anteriore libro, 87. H.

c. Peucedanum) Dioſc. III. 92. ex aceto, roſaceoque illitum. H.

d. Quinquefolii contrita folia ex vino ſumpta diebus XXXI.) Scribo *diebus* XXX. ex Dioſcoride L. IV. *Succurrunt*, inquit, *comitialibus eadem folia* XXX. *diebus tricena cotidie pota.* Pint.

Quinquefolii) Ita libri omnes. Dioſc. IV. 42. Diebus tricenis tantum. Ἀρήγει δὲ καὶ ἐπιληψίας πινόμενα ἐφ' ἡμέρας λ'. H.

e. Vettonicae X. III.) Hoc eſt, denariûm ternûm. H.

f. Febres) Dioſc. III. 1. de agarico: Λύει δὲ καὶ ῥίγος πρὸ τῆς ἐπισημασίας διδόμενον. *Soluit rigorem horroremue, ſi detur ante febrilium acceſſionum initia.* H.

g. Plantago) Apul. c. 1. t. 12. et 14. H.

h. Quidam) Dioſc. II. 153. H.

i. Iidem) In MSS. forte rectius: *Eadem in quartanis quaterna fecerunt*: eadem ſententia, quod exiſtimarent ii ternas radices cum vini ternis cyathis, et aquae

quartanis et quaternas [1] fecerunt. Buglosso inarescente, si quis medullam e caule eximat, dicatque ad quem liberandum febre id faciat, et alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt a febre liberari. Item *k.* Vettonicae [2] drachmam, in aquae mulsae cyathis tribus, vel *l.* agaricum, maxime in his febribus, quae cum horrore [3] veniant. Quinquefolii *m.* folia quidam terna tertianis dedere, quaterna quartanis, [4] plura ceteris: alii *n.* omnibus [5] tres obolos cum pipere ex aqua mulsa. Verbenaca *o.* quidem et iumentorum febribus in vino medetur: sed in tertianis a tertio geniculo incisa, quartanis a quarto. Bibitur *p.* et semen hyperici vtriusque in quartanis, et horroribus. Vettonicae *q.* farina *r.*, quae omnes horrores coërcet. Item *s.* panaces, adeo excalfactoria natura, vt per niuem ituris bibere id [6] perungique eo praecipiant. Et *t.* aristolochia perfrictionibus resistit.

LXXII.

1. *dederunt.* V. 2. *drachma, etc. vel agarico.* V.
3. *Sic et Ch. veniunt Gr. et Al.* 4. *seu plura.* M.
5. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. obolis tribus Gr. et Al.*
6. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. id, ac perungi eo Gr. et Al.*

pari modo tertianis febribus, itemque quartanas quaternis auxiliari. Sic Diosc. l. c. H.

k. Item) Plin. Val. III. 4. H.

l. Vel) Diosc. III. 1. H.

m. Quinquefolii) Diosc. IV. 42. totidem verbis. H.

n. Alii) Omni febri, Diosc. l. c. H.

o. Verbenaca) Totidem verbis Diosc. IV. 61. H.

p. Bibitur) Sic Diosc. III. 171. et 174. H.

q. Vettonicae) Hoc est, herbae aridae tenuis puluisculus. Plin. Val. III. 4. H.

r. Farina) De affectata huius vocis innouatione vide quod adnotatum est c. 8. L. XXV. Sic Plinius vocat *aridae herbae tenuem puluisculum.* Dal.

s. Item) Diosc. III. 55. Δύναμις δὲ αὐτῆ ἐςὶ θερμαντική. ὅθεν ἁρμόζει πρὸς περιόδους καὶ ῥίγη, etc. H.

t. Et aristolochia) Apul. c. 19. de aristolochia, t. 4. Fri-

LXXII. Phreneticos *v.* somnus sanat, qui contingit peucedano ex aceto capiti infuso, [1] anagallidum succo. E *x.* diuerso lethargicos [2] excitare labor est: hoc praestante, (vt perhibent) ex aceto naribus tactis peucedani succo. Contra *y.* insanias [3] Vettonica bibitur. Carbunculos *z.* rumpit panaces. Sanat Vettonicae farina ex aqua, aut *a.* brassica cum thure, frequenti potu calidae: vel e carbone in conspectu exstincto, fauilla digito sublata et illita: vel *b.* plantago tusa.

LXXIII. Tithymalus *c.* [4] characias hydropicos

1. *et anag. Dal.* 2. *excitare labor est, hoc praestant euphorbeum ex aceto, etc. Ch. excitari. Gr.* 3. *Betonica. Ch.* 4. *Sic ex* MSS. *H. characites ... panaces, plantago Gr. et Al.*

Frigore exustis: Herba aristolochia ex oleo cocta, calefacteriam vim habet cum axungia porcina. Ita ille quidem: Sed Plinii mentem quam saepe transscribit, praepostere interpretatus videtur: quum is de frigoribus accessionum, horroribusque febrium loquutus sit, quas Graeci ῥίγη, vt Diosc. III. 6. de aristolochia, Latini perfrictiones vocant. H.

v. Phreneticos) Plin. Val. III. 9. Apul. c. 94. tit. 2. *Ad phreneticos: Herba peucedanum cum aceto capiti infusa, summe facit.* Sic et Diosc. III. 93. Φρενῖτιν. Cels. III. 18. *insaniam* appellat, quae *et acuta et in febre est.* Eius plura genera vide ibi luculenter expressa. *H.*

x. E diuerso) Haec totidem verbis Plin. Val. III. 7. et Diosc. III. 92. H.

y. Contra) Diosc. IV. 1. Θεραπεύει μαινομένυς μεθ' ὕδατος πινομένη. H.

z. Carbunculos) Diosc. III. 55. Περιῤῥήττει δὲ καὶ ἄνθρακας. H.

a. Aut) Cum sale, inquit Diosc. II. 146. Μεθ' ἁλῶν δὲ ἄνθρακας περιῤῥήττει. H.

b. Vel) Plinius Val. III. 30. *Carbunculo medendo: suppurationes dirumpit plantago sine lanugine, cum sale contusa.* Theod. Prisc. I. 18. *de carbunculis: specialiter locis superimponendum est cataplasma de arnoglossa cum pane mundo, et lenticula cocta.* Plantago Graecis, vt

cos sanat: plantago *d.* in cibo, quum prius panem [1] siccum ederint sine potu: Vettonica *e.* drachmis duabus in duobus cyathis vini aut mulsi: vel agaricum, vel semen lonchitidis *f.* duabus [2] linguis ex aqua potum: [3] psyllion ex vino: anagallidum *g.* succus: cotyledonis *h.* radix e mulso: ebuli *i.* recentis radix, excussa *k.* tantum, nec colluta, [4] quod duo digiti comprehendant, ex vini veteris [5] calidi hemina: trifolii *l.* radix drachmis duabus [6] ex vino: tithymalum *m.*, platyphyllon cognomine: semen *n.* hyperici, quod *o.* [7] coris appellatur.

1. Acte,

1. *siccum comederint. M. succum ederint. Gr.* 2. *ligulis. Dal. lingulis Gr. et Al.* 3. *Sic et Ch. psyllium Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. et Ch. quantum Gr. et Al.* 5. *caldi. Ch.* 6. *in Ch.* 7. *caros. Ch.*

diximus, ἀρνόγλωσσον est. H.

c. Tithymalus characites hydropicos sanat) Scribendum videtur *characias*, non *characites*, ex Dioscoridis vtraque editione Graeca, et eius interpretibus. *Pint.*

Tithymalus) Drachmae pondere radice tusa, cum hydromelite. Dioscor. IV. 165. H.

d. Plantago) Totidem verbis Diosc. II. 153. H.

e. Vettonica) Diosc. IV. 1. ex aqua mulsa, si quidem febricitent: sin aliter, e mulso. H.

f. Lonchitidis) Certe vrinam ea ciere dicitur a Diosc. III. 161. H.

g. Anagallidum) Diosc. II. 208. H.

h. Cotyledonis) Diosc. ad verbum, IV. 29. H.

i. Ebuli) Diosc. IV. 175. Ἡ ῥίζα δὲ αὐτῆς ἑψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη παρὰ τὴν δίαιταν, ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ. *Radix in vino decocta, et in cibis data hydropicos adiuuat.* H.

k. Excussa) Excusso tantum terreo puluere, qui radici adhaerescit: ipsa non colluta aqua. H.

l. Trifolii) Dioscor. III. 123. H.

m. Tithymalum) Huius radix, succus, folia, aquas per inferna trahunt: Ἡ ῥίζα, καὶ ὁ ὀπὸς, καὶ τὰ φύλ-

1. [1] Acte *p.*, quam quidam esse ebulum putant, radice contrita in vini cyathis tribus, si febris absit, vel semine ex vino nigro. Item verbenaca, fasciculo manus plenae decocta in aqua ad dimidias.

2. Praecipue tamen [2] chamaeactes succus aptissimus creditur. Eruptiones pituitae emendant plantago, cyclamini *q.* radix [3] e melle: ebuli *r.* folia [4] trita, et e vetere vino imposita etiam boam sanant, id est, rubentes papulas. Pruriginem *s.* succus strychni illitus.

LXXIV. Igni *t.* sacro medetur aizoum: folia *v.* trita cicutae: mandragorae *x.* radix. Secatur

1. chamaeacte, quam quidem. V. 2. *chamaeactae. Gr.* 3. *Sic ex MSS. H. et Cb. cum melle Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. H. et Cb. contrita Gr. et Al.*

λα, ἄγει ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν. Diosc. IV. 165. H.

n. Semen hyperici quod Coris appellatur) Lego *Corion*, non *Coris* ex eodem Dioscoride L. IV. *Pint.*

o. Quod) MSS. R. et Colb. item Parm. editio, *caros* iterum hoc loco, vt supra s. 54. Hoc hyperici genus vrinas ciere docet Diosc. III. 174. H.

p. Acte) Acte silvestris scilicet, ἀκτὴ ἀγρία, quam Ῥωμαῖοι ἔβουλουμ vocant, vt ait Diosc. in Noth. p. 474. Chamaeactes eadem ebulique nominibus insignior. Apul. c. 91. *de chamaeacte, quam Itali ebulum vocant*, tit. 3. *Ad hydropicos: Herbae ebuli radices conteres, et eius succum expressum cyathis quatuor ex vini sextario semis potui semel in die dato, hydropicis validissime proderit: per anum enim omnis humor detrahetur.* H.

q. Cyclamini) Diosc. II. 194. Ἡ ῥίζα καὶ ἐξανθήματα στέλλει. Theophr. Hist. IX. 10. H.

r. Ebuli) Haec recentia, molliaque, illita ex polenta, inflammationes mitigare, auctor est Dioscor. IV 175. H.

s. Pruriginem) Ipsum quoque ignem sacrum, de quo statim agitur. Theod. Prisciano, I. 20. *de igne sacro.* H.

t. Igni) Ad erysipelata valere aizoum scribit Diosc. IV. 89. H.

v. Folia) Diosc. IV. 79. Ἐρυσι

tur *y.* [1] in asses vt cucumis: [2] primoque super mustum suspenditur, mox in fumo: dein tunditur [3] in vino aut aceto. Prodest et vino [4] myrteo fouere: Mentae *z.* sextans, viui sulphuris vncia, ex aceto simul trita: fuligo *a.* ex aceto. Ignis *b.* sacri plura sunt genera, inter quae medium hominem ambiens, qui zoster *c.* [5] appellatur, et enecat,

1. *Siccatur in aere Gr. et Al. in arses. Ch. in has res. M. in hanc rem et cucumis. V. in aëre, vt et cucumis. Alii V. in asses, vt cuc. Alii V.* 2. *primumque. Ch.* 3. *e vino, aut aceto. Ch.* 4. *myrtico. Ch.* 5. *vocatur. M. vocatur, et necat. Ch.*

Ἐρυσιπέλατα καταπλασθὲν σβέννυται. Est autem ἐρυσίπελας Hippocrati πῦρ ἄγριον, tumor ex feruente tenuique sanguine conflatus: siue, ex flaua bile et sanguine, calidioribus iusta temperatione, mixta fluxio. Latini sacrum ignem appellant, et vulgus ignarum, *le Feu Saint Antoine.* Sunt tamen qui ignem sacrum ab erysipelate dirimant. H.

x. Mandragorae) Theophr. Hist. IX. 10. Τὴν δὲ ῥίζαν πρὸς τὸ ἐρυσίπελας, ξυσθεῖσαν καὶ ὄξει δευθεῖσαν. Diosc. IV. 76. H.

y. Secatur) Vide N. et Em. N. XXI. (paulo post) Asses vocat partes oblongas, in quas solemus cucumeres diuidere, hoc est, pepones, melonesue. *Secatur*) Prius legebatur, *Siccatur in aere, vt cucumis.* In R. 2. *siccatur in hasres.* R. 2. *siccatur in asses.* Ch. *in arses.* Nostram emendationem non ipsa modo loci sententia, resque ipsa constabilit, sed et Theophr. qui eadem tradit, Hist. IX. 10. Τέμνουσι δὲ τροχίσκους, inquit, ὥσπερ ῥαφανίδος ἐνειλήσαντες δὲ ἐν γλύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. *Siccant mandragorae orbiculos, sicuti raphani, et inuolutos musto in fumo suspendunt.* H.

z. Mentae) Scrib. Larg. comp. 245. H.

a. Fuligo) Hoc est cum aceto. H.

b. Ignis) Haec totidem verbis Plin. Val. III. 34. Qui porro Zoster Plinio, Largo Scribonio Zona appellatur, c. 98. *Ad Zonam,* comp. 247. *Ad Zonam, quam Graeci ἕρπητα dicunt, faciunt ... praecipue cicuta viridis bene trita et imposita.* H.

cat, ſi cinxerit. Medetur *d.* plantago cum creta Cimolia, et *e.* periſtereos per ſe: radix perſolatae. Aliis quae ſerpunt, cotyledonis *f.* radix cum mulſo, aizoum *g.*, ſuccus [1] linozoſtis ex aceto.

LXXV. (XII.) Radix *h.* polypodii illita luxatis medetur. Doloremque *i.* et tumores tollunt ſemen pſyllii, folia plantaginis [2] tuſa, ſale modico addito: verbaſci *k.* ſemen ex vino decoctum et contritum: cicuta cum axungia. Folia *l.* ephemeri [3] tuberibus atque tumoribus [4] illinuntur, quae *m.* etiamdum diſcuti poſſunt.

LXXVII.

1. *e linozoſti.* *Ch.* 2. *trita ſale modice addito.* *Ch.* 3. *vberum tumoribus.* *M.* 4. *illinuntur, quae et tantum diſc.* *Ch.*

c. Zoſter appellatur) Scribon. Largus zonam vocat. c. 62. *Dal.*

d. Medetur) Plin. Val. l. c. Scrib. Larg. comp. 245. *Ad ignem ſacrum*, et Dioſc. II. 153. totidem verbis. H.

e. Et periſtereos) Siue periſtereon, de qua Dioſc. IV. 60. Στέλλει δὲ καὶ ἐρυσιπέλατα σὺν ὄξει καταπλασθεῖσα. H.

f. Cotyledonis) Dioſc. IV. 92. Φλεγμονάς τε καὶ ἐρυσίπελατα ... καταπλαττομένη ὠφελεῖ. H.

g. Aizoum) Dioſc. IV. 89. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν, ποιοῦσαν πρὸς ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, etc. H.

h Radix) Dioſc. IV. 188. de ea radice: ποιεῖ δὲ πρὸς στρέμματα ἡ ῥίζα λεία καταπλασσομένη. H.

i. Doloremque) Dioſc. IV. 70. luxatis tumoribuſque pſyllium mederi, impoſitum ex roſaceo vel aqua, prodit. H.

k. Verbaſci) Folia tumoribus imponit Dioſcor. IV. 104. H.

l. Folia) Vide N. et Em. N. XXII. (hic poſ.) *Folia*) Ita libri omnes vulgati, conditiuique, quos quidem vidi. Dalecampius ex neſcio quo vetere exemplari legit, *vberum tumoribus.* Fruſtra, non libris modo refragantibus, et ipſo Dioſc. apud quem haec verbis totidem omnino exſtant, IV. 58. Τὰ δὲ φύλλα ἐν οἴνῳ ἑψηθέντα καὶ καταπλασθέντα, οἰδήματα καὶ φύματα διαφορεῖ, μήπω ὑγρὸν ἔχοντα. H.

LXXVII. Morbum regium in oculis [1] praecipue mirari eſt, tenuitatem [2] illam denſitatemque tunicarum felle ſubeunte. Hippocrates *n.* a ſeptimo die in [3] febre mortiferum ſignum eſſe [4] docuit. Nos ſcimus vixiſſe aliquos etiam ab hac deſperatione. Fit vero [5] et citra febres: impugnaturque centaurio maiore (vt *o.* diximus) poto, Vettonica *p.*, agarici *q.* obolis tribus ex vini vete-

Iii 3 ris

1. *praecipue, in Ch. deeſt.* 2. *etiam. Ch.* 3. *febri. Ch.* 4. *dicit. Ch.* 5. *circa et febres expugnatuſque centaurio maiori. Ch.*

m. Quae) Quae quidem humidi nihil puriſue contraxerint, inquit Dioſc. IV. 85. et Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 175. H.

n. Hippocrates a ſeptimo, etc.) Imo vero ante diem ſeptimum pernicioſum: at ſeptimo, nono, vndecimo vtilem, niſi dextrum hypochondrium dureſcat. Aphor. 62. et 64. L. IV. *Dal.*

Hippocrates) Diebus iis qui ſeptimum conſequuntur. Sic libri omnes etiam MSS. non, vt quidam reponunt, *ante ſeptimum diem.* Hippocrates, in eo libro, quem inſcripſit, de internis affectionibus, περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, text 39. p. 244. morbi regii genus alterum ait eſſe lethale, niſi primis diebus diligenter adhibita curatio ſit. Si ad octauum nonumue diem protrahatur morbus, ſubſequi deinde grauiorem alterum; ac denique vt plurimum, mortem ipſam. Ἢν δὲ ἡ νοῦσος ἀπομηκύνηται καὶ γένηται ὄγδοος ἢ ἔννατος, ξυμπίπτει ἐς νοῦσον ... καὶ οἱ πολλοὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ παραχρῆμα φθείρονται. Tamen idem ipſe l. 4. aph. 62. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐπιγίγνονται ἴκτεροι πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν. *Quibus in febribus morbus regius interuenit ante ſeptimum diem, malum.* Aliter in totum Diocles cenſuit apud Celſ. III. 24. H.

o. Vt) Hoc eſt, radice pota duabus drachmis, ſi febris ſit, in aqua trita, alias in vino, vt dictum eſt, ſuperiore libro, 30. Minori centaureae hanc vim adſcribit Apul. c. 35. t. 3. H.

p. Vettonica) Ant. Muſa, tit. 33. *Ad ictericos, id eſt, morbo regio laborantes, qui ſunt*

ris cyatho: item *r.* verbenacae folio, obolis tribus ex vini calidi hemina quatriduo. Sed *s.* celerrime quinquefolii ſuccus medetur tribus cyathis potus cum ſale et melle. Cyclamini *t.* radix drachmis tribus bibitur in loco calido, et a perfrictionibus tuto: ſudores *v.* enim felleos mouet. Folia tuſſilaginis

ſunt aeruginoſi. Vettonicam ex vini cyathis tribus frequenter ſumptam proficere experti ſumus. Sic Dioſc. IV. 1. Ἰκτεριῶντας τε καθίςησι. H.

q. Agarici) Dioſc. III. 1. H.

r. Item) Apul. c. 3. de verbenaca, t. 12. alio temperamento. Sed Dioſc. LXI. totidem verbis ac Plinius. H.

s. Sed celerrime quinquefolii ſuccus medetur tribus cyathis potus cum ſale et melle) Quattuor poſtrema verba in archetypo noſtro non leguntur. Recte, opinor, ex Dioſcoride L. IV. *Sanat,* inquit, *et foliorum ſuccus celerrime ſuffuſos felle, pondere trium cyathorum aliquot diebus potus.* Pint.

Sed) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic poſ.) *Sed — melle*) Poſtrema haec verba, *cum ſale et melle*, negat Pintianus in ſuo exemplari legi: nec ſane leguntur in R. 2. At R. 1. multo vetuſtior ea plane exhibet, vt adeo expungere ea religio fuerit. Dioſc. IV. 41. ſcripſiſſe ſcio in hunc modum: Ὑγιάζει δὲ καὶ ἴκτερον ταχέως ὁ χυλὸς τῶν φύλλων ποθεὶς ἐπί τινας ἡμέρας τριῶν κυάθων πλῆθος. Τραύματά τε καὶ σύριγγας μεθ' ἁλῶν καὶ μέλιτος καταπλαττόμενα ἰᾶται. *Celeriter quoque regio morbo medetur foliorum ſuccus, tribus cyathis aliquot diebus epotus. Eadem cum ſale et melle impoſita, tam vulneribus quam fiſtulis remedio ſunt.* An igitur apud ſcriptorem Graecum, ex quo Plinius hauſit, quum haſce coniunctas cerneret medicinas, temere is ex ſubſequente ad ſuperiorem ſal melque tranſuexerit, an ad ipſum reapſe pertineant, aliis aeſtimandum relinquo. Tranſlata temere ab eo eſſe vix adducor vt credam: quum ea ipſa rurſum adhibeat ſ. ſq. ad ſanandas fiſtulas: rurſumque ſ. 87. ad hulcera vetera: quos in vſus et a Dioſcoride hic adſciſcuntur. H.

t. Cyclamini) Dioſc. totidem verbis II. 194. H.

v. Sudores) Colore fellis, χολώ-

ginis ex aqua: ſemen linozoſtis vtriuſque inſperſum potioni, vel cum abſinthio aut cicere decoctum: [1] hyſſopi *x.* baccae cum aqua potae: lichen herba, ſi quum ſumitur, cetere olero abſtineatur: polythrix *y.* in vino data, ſtruthion in mulſo.

LXXVII. Paſſim *z.* et in quacumque [2] parte maxima incommoda naſcuntur, qui furunculi vocantur, mortiferum *a.* aliquando malum [3] confectis *b.* corporibus. Remedio *c.* ſunt pycnocomi

Iii 4 folia

1. *hyſſopus cum ficis in aqua pota. Dioſc.* 2. *Sic ex MSS. H. et M. ac maximo incommodo Gr. et Al.* 3. *confectis. Cb.*

χολώδεις τῇ χροιᾷ, Dioſc. Bilem ſudore ſic expelli docet Galenus, de fac. ſimpl. med. VII. p. 199. H.

x. Hyſſopi baccae cum aqua potae) Sic ſuperiori proximo capite loquutus eſt. Ita vocat fortaſſis Plinius calices exiguos, qui flori delapſo ſuccedunt, et ſemen continent. *Dal.*

y. Polythrix) Dioſc. IV. 136. H.

z. Paſſim et in quacumque parte ac maxime incommodo) In codice vetuſto, *paſſim et in quacumque parte ſed maxime in commoda.* Scribendum fortaſſe non *commoda*, ſed *tumida*, hoc eſt carnoſa. Paulus Aegineta L. III. *Furunculus*, inquit, *tumor eſt abſceſſum prae ſe ferens: qui ex craſſis humoribus in carnoſis plerumque partibus concipitur.* Pint.

a. Mortiferum aliquando malum confectis corporibus) Scribendum reor, *mortiferi aliquando male ſectis corporibus*, vt paulo infra, *medicorum vitio male ſectis corporibus.* Pint.

b. Confectis) Senilibus. H.

c. Remedio ſunt pycnocomi folia trita cum polenta) Hoc quidem Dioſcorid. auctoritate confirmatur L. IV. *Quin etiam*, inquit, *folia emplaſtri modo impoſita panos et furunculos diſcutiunt.* Ceterum verba illa quae continuo ſequuntur, *ſi nondum caput fecerint*, non ad folia referenda videntur, ſed ad furunculos; deeſſeque exiſtimo verbum, *mites*, vel aliud ſimile, et paulo ante locanda, vt in totum legatur ſic: *Paſſim et in quacumque parte, ſed maxime in tumida, naſcuntur qui*

folia trita cum polenta, si *d.* nondum caput fecerint. Discutiunt *e.* et folia ephedri illita.

LXXVIII. Fistulae quoque in omni parte serpunt, medicorum vitio male sectis corporibus. Auxilio est centaurium minus, collyriis cum melle decocto [1] additis: plantaginis *f.* succus infusus: quinquefolium *g.* cum sale et melle: ladanum cum castoreo: cotyledon cum medulla ceruina calefacta et [2] imposita: Verbasci radicis medulla collyrii tenuitate in fistulam [3] additur: vel *h.* aristolochiae radix, vel *i.* succus tithymali.

LXXIX.

1. *inditis. V.* 2. *Sic et Cb. calefacta, imp. Gr. et Al.* 3. *inditur. V.*

qui furunculi vocantur: mites, si nondum caput fecerint, mortiferi aliquando male sectis corporibus. Remedio sunt Pycnocomi folia trita cum polenta. Discutiunt et folia ephedri, etc. Paulus L. IV. cap. de Furunculo: *mitis quidem quum in sola cute coiit, peruicax autem malignusque vbi subter actis radicibus erumpit.* Porro quod Paulus dixit, *subter actis radicibus*, id Plinius aliis verbis explicauit, *caput fecerint*, dicens. *Pint.*

Remedio) Diosc. IV. 176. de pycnocomo. Καὶ τὰ φύλλα δὲ καταπλαττόμενα, φύματα καὶ δοθιῆνας διαφορεῖ, *tubercula furunculosque discutiunt.* Sic etiam Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 223. H.

d. Si nondum caput fecerint) Si nondum in acutum fastigium sublati fuerint, si nondum in acuminatum verticem extuberauerint. *Dal.*

Si) Si nondum in caput intumuerint, aut in acuminatum verticem extuberauerint. H.

e. Discutiunt) Siue ephedrae, de qua dictum est, §. 20. H.

f. Plantaginis) Diosc. II. 153. Σύριγγάς τε ἐγκλυζόμενος ὠφελεῖ. H.

g. Quinquefolium) Diosc. IV. 42. H.

h. Vel) Apul. c. 19. de aristolochia, t. 3. *Ad fistulas: Herbae aristolochiae radix fistulis inserta*, etc. H.

i. Vel succus) Diosc. IV. 165. H.

LXXIX. Collectiones *k.* inflammationesque sanant [1] argemoniae folia illita. Duritias *l.* et collectiones omnes verbenaca, vel quinquefolium *m.* decoctum in aceto: verbasci folia vel radix, hyssopum *n.* e vino impositum: acori radix, decocto eius herbae fouentibus: aizoum. Item *o.* quae contusa sint, duritiasque et sinus [2] corporis, illecebra. Omnia infixa corpori extrahunt, folia tussilaginis, daucum, semen leontopodii tritum in aqua cum polenta. Suppurationibus *p.* imponuntur pycnocomi folia trita cum polenta, vel semen: item orchis. Vitia *q.*, quae sint in ossibus, satyrii radice imposita, efficacissime sanari dicuntur. Nomae

1. *argemones. D.* 2. *corporis et tela omnia inf. V. Sinus corporis. Illecebra omnia Gr. et Al.*

k. Collectiones) Diosc. II. 208. φλεγμονὰς παρηγορεῖ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα. H.

l. Duritias) Tumores certe, inflammationesque mitigare, tonsillas abrumpere verbenacam scribit et Diosc. IV. 61. H.

m. Quinquefolium) Διαφορεῖ σκληρίας, οἰδήματα, etc. Diosc. IV. 42., et ex aceto quidem, vt ex superioribus intelligitur. H.

n. Hyssopum) Sic eo mitigari inflammationes scribit Diosc. III. 30. H.

o. Item quae contusa sint duritiasque et sinus corporis. Tela omnia infixa corpori extrahunt) Lego partim ex nostro exemplari, partim ex coniectura, sic: *Item quae contusa sint, duritiasque et sinuosa corporis vlcera. Omnia infixa corpori extrahunt.* Nam in eodem non *tela*, sed *elecebra* habetur; et infra capite ab hoc tertio mentio fit sinuum in vlceribus. *Pint.*

p. Suppurationibus) Prohibet pycnocomon ne suppurent vulnera ex aculeis spiculisue nata. Spicula et adactos corpori aculeos pycnocomo extrahi docet Diosc. IV. 176. H.

q. Vitia, quae sint in ossibus) Caries, teredo, scabrities, ἐξόστωσις. *Dal.*

Vitia) Vt caries, de qua Cels. VIII. 2. H.

mae et collectiones omnes fuco *r.* maris, priusquam inarescat. Et *s.* [1] alceae radix collectiones discutit.

LXXX. Ambusta *t.* sanantur plantagine, [2] artio *v.*, ita *x.* vt cicatrix fallat. Folia *y.* eius in aqua decocta et contrita illinuntur: radices cyclamini cum aizoo: herba *z.* ipsa hyperici, quod *a.* [3] corion appellauimus.

LXXXI. Neruis *b.* et articulis conuenit plantago trita cum sale: [4] argemonia tusa ex melle. Peu-

1. *alcimae. Ch.* 2. *arcio Gr. et Al.* 3. *chorysum. Ch.* 4. *argemone. Dal.*

r. Fuco) Egimus de eo f. 66. H.

s. Et alceae) Quae et alisma, et damasonium vocatur: de qua XXV. 77. H.

t. Ambusta) Diosc. II. 153. H.

v. Arctio) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic coll.) *Ambusta*) Sic sane restituendus hic locus fuit, ex MSS. R. Colb. aliorumque fide, Parmensisque, ac ceterarum editionum, ante Frobenium quo auctore *arcio* legimus in libris deinceps vulgatis. At aliud arcion, aliud arction est. Neque arcio siue persolatae hanc vim ambusta sanandi Dioscorides attribuit: arctio plane adiudicat, IV. 106. Καὶ πυρικαύςων καὶ χιμέτλης ἐςὶ κατάντλημα. *Ambusta perniones que eo fouentur.* Geminat errorem Apul. c. 36. t. 7. quum ne ad persolatam quidem, sed ad personaciam, quae alia est, hoc medicamentum refert. H.

x. Ita) Vt vix cicatrix vlla reliqua ex ambustione appareat. H.

y. Folia) Diosc. IV. 106. H.

z. Herba) Diosc. III. 171. Καὶ τὰ φύλλα σὺν τῷ σπέρματι καταπλαττόμενα, κατακαύματα ἰᾶται. *Foliis cum semine impositis ambusta sanantur.* H.

a. Quod) In MSS. iterum *corison.* H.

b Neruis) Apul. c. 1. de plantagine, t. 13. *Ad podagram et omnem neruorum dolorem et tumorem: Herbae plantaginis folia contusa vel pisata cum modico sale et imposita, optime facere certum est.* H.

Peucedani *c.* ſucco perunguntur ſpaſtici, tetanici. Neruorum *d.* duritiae [1] aegilops ſucco, doloribus *e.* erigeron ex aceto illinitur. Epithymo ſpaſticis, [2] et opiſthotonicis perungui: [3] ſemine *f.* hyperici, quod *g.* [4] coris vocatur, [5] idemque bibere prodeſt. Phrynion dicitur etiam abſciſſos ſanare neruos, ſi confeſtim imponatur trita vel manſa. Spaſticis, tremulis, opiſthotonicis, alceae radix bibitur ex aqua mulſa. Sic et rigores excalfacit.

LXXXII. Sanguinis *h.* [6] profluuium ſiſtit herbae paeoniae ſemen rubrum. Eadem et in radice vis. [7] Clymenos *i.* vero, ſi ore ſanguis reiiciatur, ſiue

1. *aegilopis. Gr.* 2. *Sic ex MSS. H. M. et Cb. ſpaſticis opiſthotonicis perungi Gr. et Al.* 3. *ac ſemine. V.* 4. *carus. Cb.* 5. *itemque. Cb.* 6. *profluuia. Cb.* 7. *Cyclaminos Gr. et Al.*

c. *Peucedani*) Dioſc. III. 92. H.

d. *Neruorum*) Dioſc. IV. 139. Αἰγίλωψ ... σκληρίας διαφορεῖ. H.

e. *Doloribus*) Siue ſenecio. Ita Dioſc. IV. 97. H.

f. *Semine*) Dioſc. III. 174. Κόρις, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικὸν ... ἐπὶ δὲ ὀπισθοτονικῶν καὶ σύγχρισμά ἐστι σὺν ἐλαίῳ ἁρμόδιον. Et ſupra: Ὁ καρπὸς πινόμενος ... βοηθεῖ ὀπισθοτονικοῖς. H.

g. *Quod*) Rurſum hic MSS. omnes, *quod caros*, vt monuimus, ſ. 54. H.

h. *Sanguinis*) De fluore muliebri Dioſc. III. 157. Τοῦ δὲ καρποῦ ι ἢ ιβ. κόκκοι πυῤῥοὶ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ, ῥοῦν ἐρυθρὸν ἱστῶσι. *Seminis granula decem duodecimue rubentia in vino nigro et auſtero pota, ſanguinolentum fluorem muliebrem ſiſtunt.* Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 167. H.

i. *Cyclaminos vero ſi ore ſanguis reiiciatur*) Scrib. *Clymenos*, non *Cyclaminos*, tum ex noſtro apographo, tum ex Dioſc. L. IV. de Clymeno differente his verbis: *exprimitur ex toto vna cum radice ſuccus qui contra ſanguinis exſcreationes, coeliacos et rubentes feminarum fluxiones vtiliter bibitur, refrigerans et aſtringens. Sanguinis ex naribus eruptiones compeſcit, etc.* Item non

ſi ore,

ſiue e naribus, ſiue aluo fluat, ſiue feminarum vtero. Item *k.* Lyſimachia pota vel illita, vel naribus indita: item *l.* plantaginis ſemen: quinquefolium *m.* potum et illitum: cicutae ſemen in nares, ſi inde fluat, tritum ex aqua inditum: aizoum *n.*, aſtragali *o.* radix: ſiſtit et iſchaemon *p.*, et *q.* 1 Achillea.

LXXXIII.

1. *Achillia.* Ch.

ſi ore, in eodem legitur: ſed *ſine.* Pint. *Cyclaminos vero*, *etc.*) Haec duo verba, *cyclaminos vero*, delenda puto, quoniam falſum docent, et quae ſequuntur referenda ad paeoniae radicem. *Dalec.*

Clymenos) Vide N. et Em. N. XXV. (hic conſp.) *Clymenos*) Hanc emendationem debemus R. 2. codici, in quo diſerte *Clymenus* legitur: quum in libris hactenus editis legatur, *cyclaminos.* In R. 1. *cyclemenus.* De cyclamino ſane ea quae hic commemorantur affirmari vere nequeunt: de clymeno Dioſcorides affirmauit IV. 13. Ποιεῖ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενος· καὶ κοιλιακοὺς, καὶ ῥοῦν ἐρυθρόν, etc. *Ad ſanguinis reiectionem clymeni ſuccus in potu eſt efficax, itemque ad coeliacorum profluuia, rubentemque fluorem muliebrem*, etc. H.

k. Item) Marc. Emp. totidem fere verbis, c. 10. p. 83. Scrib. Larg. comp. 46. Vberius vero Dioſc. IV. 3. et poſt eum Galen. de fac. ſimpl. m. VII. p. 204. H.

l. Item) Apul. c. 1. tit. 5. *Ad eum qui purulenta exſcreat cum ſanguine: Herbae plantaginis ſuccum dabis bibere.* Theod. Priſc. II. p. 2. c. 9. *Quum ex meningis partibus ſanguis eruperit .... fotus ex oleo roſeo infrigidato adhibendus eſt, aut de ſuccis herbarum, et ſpecialiter ſtypticarum, vt eſt arnogloſſa.* H.

m. Quinquefolium) Sic Dioſc. IV. 42. H.

n. Aizoum) Ῥοῦν γυναικεῖον ἐν προσθέτῳ ἵστησι, *in peſſo fluorem muliebrem ſiſtit.* H.

o. Aſtragali) Dioſc. IV. 62. Αἷμα ἴσχει. Sic et Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 160. H.

p. Iſchaemon) Et inde nomen, vt diximus, XXV. 45. H.

q. Et) Erumpentem e vul-

LXXXIII. (XIII.) 1. Equisetum *r.* hippuris a Graecis dicta, [1] et in pratis vituperata *s.* nobis, (est *t.* autem pilus terrae, equinae setae [2] similis:) [3] lienes *v.* cursorum exstinguit decocta fictili nouo ad tertias, quantum vas capiat, et per triduum heminis pota: vnctis *x.* esculentis ante diem vnum interdicitur. Graecorum varia circa hanc opinio. Alii *y.* [4] pinus foliis similem, nigricantem, eodem nomine

1. *Sic ex MSS. H. V. et Ch. et pratis Gr. et Al.* 2. *similis, dolorem lienis cursorum. V.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. lienem Gr. et Al.* 4. *Sic et Ch. pino. M. iunci. Diosc. pini Gr. et Al.*

vulnere sanguinem inhibet. H.

r. Equisetum) Supra cap. 28. L. XVIII. dicta est *equisetis* et *equiselis*, quoniam litera *t*, facile in *l*, mutatur, vt Thetis, Thelis: quemadmodum *d*, in *l*, vt medica, melica. Varro c. 9. III. Sic δάκρυον, lachryma; ἄδακρυς, alacris. Ab hac planta veteres *codeta*, quasi *caudeta* nominarunt trans Tiberim loca obsita caudis equinis apud Festum. *Dalec.*

Equisetum) Apul. c. 39. *A Graecis dicitur hippuris, Itali equisetam vocant.* Retinet apud nos hodieque nomen, vt diximus, f. 20. H.

s. Vituperata nobis) Quoniam vliginosius pratum est, vbi nascitur. Vide cap. 28. L. XVIII. *Dal.*

Vituperata) In tractatione pratorum XVIII. 67. H.

t. Est autem pilus terrae) Verba haec Pliniana non puto. *Pint.*

Est) Est, inquit, veluti pilus terrae, quum pilos habere prae foliis videatur: ἔχουσα τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν ὅμοια, inquit auctor Geop. II. 5. p. 41. H.

v. Lienes) Consumit. Lienem impedimento esse cursoribus vidimus XI. 80. Quibus exstingueretur modis a Caelio Aureliano disce Chron. pass. III. 4. Lienosis hippurim succurrere cum vino austero, vel oxymelite; auctor est Marc. Emp. c. 23. p. 166. H.

x. Vnctis) In balneo lotis; vel, vnctis esculentis, cibis pinguibus. *Dal.*

Vnctis) Adipe vel oleo maceratis perunctisue cibos interdicitur. H.

nomine appellant, vim eius admirabilem tradentes z., [1] ſanguinis profluuia vel tacto tantum ea homine ſiſti. Alii *a.* hippurin, alii *b.* ephedron, alii anabaſin vocant. Traduntque *c.* iuxta arbores naſci, et ſcandentem eas dependere comis iunceis multis nigris, vt eſt equorum cauda, [2] geniculatis ramulis, folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen *d.* rotundum, ſimile coriandro, radice lignoſa: naſci in

1. Sic ex MSS. H. tradentes, quod etiam ſanguinis profluuia vel tacto ea homine ſiſtat Gr. et Al.
2. *geniculis. Ch.*

y. Alii pini foliis ſimilem) Haec eſt hippuris minima, a Dioſcoride non deſcripta, ſemper in aquis naſcens, praecipue coenoſis, et in iis ſaepius demerſa, interdum emergens: grauis odoris, et lutulenti. Lugdunenſes *Chara* vocant, vt alia duo genera *Prelle*: *Chara* vero quaſi χαραδρώδη, id eſt, λιμναίαν paluſtrem. *Dal.*

Alii) Haec prior hippuris Dioſcoridea eſt, IV. 46. H.

z. *Tradentes quod etiam ſanguinis*) Ignorat Voſſ. *τὰ quod etiam.* deinde idem *ſiſtit.* Scribe igitur: *vim eius admirabilem tradentes, ſanguinis profluuia vel tacto tantum ea* (hoc enim ordine MSS.) *homine ſiſti.* Gron.

a. Alii hippurin, alii ephedron) Legendum *ephydron*, non *ephedron*, hoc eſt, *aquoſum, quod prope aquas naſcatur*, ex Dioſcoride L. IV. vidit hoc etiam Hermolaus. *Pint.*

Alii hippurin) Sunt hae diuerſae appellationes hippuridos ſupradictae: quas et nos ante retulimus, ſ. 20. non alterius diuerſae: quanquam aliter Dodonaeo aliiſque viſum. H.

b. Alii ephedron) Eaedem quoque ſunt appellationes dauci plantae ab hac diuerſae, ſupra cap. 7. L. XXVI. *Dalec.*

c. Traduntque) Haec totidem verbis Dioſc. l. c. et poſt eum Oribaſ. XI. ſ. 199. et auctor Geop. l. c. H.

d. Semen rotundum) Nihil Dioſcor. Praeterea falſum id eſt. Nullum enim ſemen edit. *Dalec.*

Semen) In caliculorum iſtud cacumine eminet, aſparagis ſimilium. Iconem vide apud Dodonaeum, p. 73. H.

ſci *e.* in arbuſtis maxime. Vis *f.* eius ſpiſſare [1] corpora. Succus *g.* ſanguinem e naribus fluentem [2] incluſus ſiſtit: item aluum. Medetur *h.* dyſentericis in vino dulci *i.*, potus cyathis tribus. Vrinam ciet: tuſſim, orthopnoeam ſanat: item rupta, et quae ſerpunt. Inteſtinis et veſicae folia bibuntur. Enterocelem cohibet. Faciunt *k.* et aliam hippurin, breuioribus *l.* et mollioribus comis, candidioribuſque, perquam vtilem iſchiadicis, et vulneribus ex aceto impoſitam, propter ſanguinem ſiſtendum. Et *m.* nymphaea trita plagis imponitur. Peucedanum cum ſemine cupreſſi bibitur, ſi ſanguis per os redditus eſt, [3] fluxitue ab infernis. Side-

1. *corporea. Ch.* 2. *infuſus. V.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. fluitque. V. fluitque Gr. et Al.*

e. Naſci) Apul. c. 39. ex MS. *in ſiluis et arundinetis.* H.

f. Vis) Adſtringere. Στυπτικὴ δὲ ἡ πόα. Dioſcor. l. c. H.

g. Succus) Dioſc. l. c. et Galen. de fac. ſimpl. m. VI. p. 179. H.

h. Medetur) Dioſc. l. c. non id modo remedium, ſed et cetera quae ſubſequuntur totidem verbis refert. An ex vino tamen dulci, an ex auſtero id ſumi ſit ſatius, non dicit. Apul. in libris editis c. 39. t. 1. *ex vino dulci:* At in MSS. *ex vino auſtero.* H.

i. Dulci) Malim, *auſtero.* Dalec.

k. Faciunt) Altera haec Dioſcoridis hippuris eſt, IV. 47. totidem ab illo delineata verbis, iiſdemque dotibus. Equiſetum id eſt aruenſe longioribus ſetis, quod in horto regio vidimus, quale pictum a Lobelio eſt, in Obſſ. p. 416. hippuridis fontalis nomine: a Dodonaeo l. c. hippuridis minoris. H.

l. Breuioribus et mollioribus, etc.) Haec ſecunda eſt Dioſc. *Dal.*

m. Et nymphaea) Theophr. Hiſt. IX. 13. Εἶναι δέ φασιν ἔσχαιμον, ἐὰν τρίψας τις ἐπὶ τὴν πληγὴν ἐπιθῇ. *Trita et plagae impoſita ſanguinem ſiſtere traditur.* H.

Sideritis *n.* tantam vim habet, vt quamuis recenti gladiatoris vulneri [1] illigata, ſanguinem [2] claudat: quod *o.* facit et ferulae cinis, vel carbo: fungus vero etiam efficacius, qui ſecundum radicem eius naſcitur.

LXXXIV 2. Per nares autem fluenti, et cicutae ſemen tritum ex aqua [3] inditumque, efficax habetur: item *p.* ſtephanomelis ex aqua. Vettonicae farina e lacte caprino pota, ſiſtit ex *q.* [4] vbere fluentem: plantagoque contuſa. Eiuſdem *r.* ſuccus vomentibus ſanguinem datur. Ad *s.* erraticum

1. *inlitu.* Ch. *illita.* V. 2. *cludat.* V. 3. *additumque.* Ch. 4. *vtero.* V.

n. Sideritis) De qua diximus, XXV. 15. H.

o. Quod) Hinc eſt etiam quod ſanguinem exſcreantibus ferulae viridis medulla eſt vtilis, vt docet Dioſc. III. 91. H.

p. Stephanomelis ex aqua) Quibuſdam argentina, ſic dicta, quod melino flore in coronis placeat. *Dal.*

Item) Haec ita nudo indicata nomine, nec effigie vlla expreſſa, incognita herbariorum toti ſcholae eſt, eritque etiam conſequenti aeuo. H.

q. Ex vbere fluentem) Nobili cuidam feminae ſtato temporis interuallo memini ſanguinem e ſiniſtra mamma fluere guttatim ſolitum, et cum imprudenter medicus adſtringentibus remediis inhibuiſſet ac retinuiſſet, enatum cancrum quo periit. *Dal.*

Ex vbere) Forte ex vtero, vt ſupra ſ. 82. plantaginis ſuccum ſuccurrere dixit, *ſi ore ſanguis reiiciatur, ſiue e naribus, ſiue aluo fluat, ſiue e feminarum vtero.* H.

r. Eiuſdem) Dioſc. II. 53. H.

s. Erraticum) Sanguinem nempe eryſipelas huc illuc irruens ac decurrens. *Dal.*

Ad) Sanguinem erraticum Dalecampius interpretatur eum, qui in eryſipelatis huc illuc decurrit. Nunc ei idcirco aſſentimur, quod Plinius ſ. 74. *igni ſacro mederi radicem perſolatae* dixit. Arcion, hoc eſt, perſolatam, αἱμοπτοικοῖς et ἐμπυικοῖς prodeſſe auctor eſt Dioſc. IV. 107. ſed pondere

cum autem [1] radix perſolatae cum axungia vetere [2] illita probatur.

LXXXV. Ruptis *t.*, conuulſiſque, [3] ex alto deiectis, centaurium maius, gentianae *v.* radix trita vel decocta, vel *x.* ſuccus Vettonicae, et *y.* hoc amplius a vocis aut lateris contentionibus: panaces *z.*, ſcordion *a.*, ariſtolochia *b.*, [4] pota: agaricum *c.* item contuſis et euerſis potum duobus obolis in mulſi cyathis tribus: aut ſi febris ſit, in aqua mulſa: verbaſcum *d.*; cuius flos ſimilis auro eſt;

1. radix herbae perſolatae. Ch. 2. illita. Potatur a ruptis. M. 3. et ex alto. V. 4. Sic et Dal. pota: agaricum. Item Gr. et Al.

dere vnius drachmae potam, non illitam. H.

t. Ruptis) Dioſc. III. 8. de maiore centaurio: Ἁρμόζει δὲ ἡ ῥίζα ῥήγμασι, σπάσμασι, etc. H.

v. Gentiana) Dioſc. III. 3. ſucci e radice extracti drachmam vnam ad laterum dolores, ad caſus e ſublimi, ad rupta et conuulſa prodeſſe ſcribit: Τȣ̃ δὲ χυλίσματος ὅσον ∠ ά, καὶ πρὸς ὀδύνας πλευρῶν, καὶ πτώματα, ῥήγματα δὲ καὶ σπάσματα. H.

x. Vel) Dioſc. IV. 1. folia drachmae pondere ruptis conuulſiſque praebet. H.

y. Hoc amplius a vocis, etc.) Ruptis vaſis pulmonis. *Dal.*

Et) Et praeterea iis morbis qui ex contentione vocis ac laterum oriuntur, vt tuſſi, pleuritidi, etc. H.

z. Panaces) Dioſc. III. 55. Ἁρμόζει πρὸς σπάσματα, ῥήγματα, πλευρᾶς ἀλγήματα, βῆχας, etc. H.

a Scordion) Dioſc. III. 125. Ποιεῖ καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα, καὶ ῥήγματα, καὶ σπάσματα etc. H.

b. Ariſtolochia) Dioſc. III. 3. Βοηθεῖ ῥήγμασι, σπάσμασιν, ἀλγήμασι πλευρᾶς. ποθεῖσα μεθ᾽ ὕδατος. H.

c. Agaricum) Hoc eſt, praecipitatis ex alto, Dioſc. III. 1. πρὸς ῥήγματα καὶ πτώματα: Ὀβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον μετ᾽ οἰνομέλιτος, ἀπυρέτοις· πυρέσσȣσι δὲ ἐν μελικράτῳ. H.

d. Verbaſcum) Decoctum radicis ruptis, conuulſis, contuſiſque mire auxiliari, pro-

eſt: acori *e.* radix, aizoum omne, [1] ſed maioris ſuccus efficaciſſime: [2] item *f.* ſymphyti radicis decoctum: daucum crudum. [3] Eryſithales *g.* eſt flore luteo, foliis acanthi: bibitur *h.* e vino: item *i.* chamaerops: et in ſorbitione irio, vel plantago omnibus modis.

LXXXVI. Item phthiriaſi, (qua *k.* Sylla Dictator conſumptus eſt, [4] naſcunturque *l.* in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus,) reſiſtitur

1. *ſed maiori ſuccus. Gr.* 2. *item foliorum ſymphyti, vel radices, vel decoctum. V.* 3. *Eriſithales Gr. et Al.* 4. *naſcuntur enim in ſang. V.*

prodit etiam Dioſcor. IV. 104. H.

e. Acori) Dioſc. I. 2. πρὸς ῥήγματα, σπάσματα. H.

f. Item ſymphyti radicis decoctum, daucum crudum) Acad. *dauci crudum.* Gud. et Menap. *daucis crudum.* Andegau. *daucus crudum.* Voſſ. *item ſymphytus vel radicis decoctum, daucos cruda.* Sic et L. XXV. 9. *Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quae perſequi nihil attinet, quum ſint differentiae duae; probatiſſimae in Creta,* etc. Etſi hic Voſſ. *probatiſſimi.* Scholiaſtes Nicandri ad Θηριακ. ver. 94. καρπὸν νεοθηλέα δαύκȣ. Τὸ δαύκȣ καὶ δαύχȣ γράφεται. Ἀντίγονος καὶ λέγει δαῦχον ὁμοίως δάφνῃ πικρὰν εἶναι. Εἰσὶ δὲ δύο γένη τῆς δαύκȣ, ἡ μὲν Κρητικὴ, ἡ δὲ Ἀσιατική. *Gron.*

Item) Dioſc. III. 9. Σὺν ὀξυμέλιτι δὲ πρὸς σπάσματα καὶ ῥήγματα. H.

g. Eryſithales) Ignota herbariis et officinis. H.

h. Bibitur) Contuſis videlicet, et euerſis. H.

i. Item) Siue trixago. Dioſc. III. 112. Δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ ἀφεψηθεῖσα σὺν ὕδατι καὶ ποτιζομένη, βοηθεῖν σπάσμασι, βηχὶ, etc. H.

k. Qua) Vide quae diximus XI. 39. de Sylla: de phthiriaſi, XX. 3. H.

l. Naſcunturque) Pediculi ſcilicet, vt ex ſequentibus liquido perſpicuum eſt: namque haec animalia et perunctis corporibus abigi, et infeſtare veſtes mox adiicit. De vermibus qui naſcantur in venis perperam accepit Schenkius obſſ. med. III. p. 457. E ſanguine ipſo hominis fieri pediculos prodidit etiam Theophr. de cauſ.

ſiſtitur *m.* vuae taminiae ſucco, aut veratri, cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta, etiam veſtes eo taedio liberat.

LXXXVII. (XIV.) Hulcera multorum ſunt generum, ac multis modis curantur. Panacis *n.* omnium generum radix ex vino calido illinitur manantibus. Siccat priuatim, quam Chironiam *o.* diximus. Cum melle trita [1] tubera aperit: hulceribuſque, quae ſerpunt, deploratis auxilio eſt, cum aeris flore vino temperato, omnibus modis, vel flore, vel ſemine, vel radice. Eadem *p.* cum polenta vetuſtis vulneribus prodeſt. Heraclion *q.* quo-

1. *tubercula. vt capite ſuperiore proximo.*

cauſ. pl. II. 2. Antig. Caryſtius, c. 95. ſub puſulis deliteſcere intra cutem pediculos ait, quae ſi perforentur, exituri ſint ii vel ſic homine perſanato: eo morbi genere Pherecydem et alios interiiſſe. H.

m. Reſiſtitur vuae taminiae ſucco) Hoc de Staphiſagria Galenus, Dioſcorides, et alii ſcribunt, quam Plinius c. 1. L. XXIII. falſo *vuam taminiam* vocari tradit, vt Plinium accuſare merito liceat et obliuionis et inconſtantiae. *Dal.*

Vuae) Hanc *ςαφίδος ἀγρίας* dotem eſſe Archigenes medicus putat, apud Galen. *κατὰ τόπ.* l. 7. p. 347. vt is forte cum Celſo cenſuerit ſtaphidem agriam ab vua taminia nihil differre: quemadmodum diximus XXII. 16. Sic igitur ille: Βοηθήματα φθειριάσεως … ἢ ἐλλέβορον λευκὸν, ἢ ςαφίδα ἀγρίαν, κὰι νίτρον, ἴσα μετ᾽ ἐλαίȣ ἐν βαλανείῳ χρῶ. H.

n. Panacis) Dioſc. III. 55. Sunt autem manantia hulcera, Graecis ἀχῶρες, in ipſa capitis cute, tenuiſſimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinoſa fluit ſanies. Notum id mali genus, et pueris in primis, mendiculiſque familiare: *La tigne, ou la teigne.* Deſcribitur a Galeno prolixe, *κατὰ τόπ.* l. 8. p. 347. H.

o. Chironiam) L. XXV. 13. Ita Galen. de fac. ſimpl. m. VII. p. 217. H.

p. Eadem) Galenus ita fere, l. c. H.

q. Heraclion) De quo XXV. 15. H.

quoque ſiderion, Apollinaris *r.*, pſyllium *s.*, [1] tragacantha, ſcordotis *t.* cum melle purgat. Farina *v.* eius carnes excreſcentes per ſe [2] inſparſa conſumit. Polemonia hulcera, quae cacoëthe vocant, ſanat: centaureum *x.* maius inſparſum vel illitum, item *y.* minoris coma decocta vel trita, vetera quoque hulcera purgat et perſanat. [3] Folliculi *z.* clymeni recentibus plagis imponuntur. Illinitur *a.* autem gentiana hulceribus, quae ſerpunt, radice tuſa vel decocta in aqua ad mellis craſſitudinem, *b.* vel ſucco: vulneribus, ex *c.* ea factum Lycium. Lyſi-

1. *traganthos.* Ch. 2. *inſperſum.* Ch. 3. *Coliculi.* V.

r. Apollinaris) Siue hyoſcyamus. Dioſc. IV. 69. H.

s. Pſyllium) Dioſc. IV. 70. Κοπεῖσα δὲ μετὰ ϛέατος, τὰ ῥυπαρὰ καὶ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἀνακαθαίρει. *Tuſa cum adipe ſordida malignaque hulcera repurgat.* H.

t. Scordotis) Sic etiam Dioſc. III. 125. H.

v. Farina) Dioſc. l. c. Ξηρὰ δὲ ὑπερσαρκώματα ϛέλλει. *Sicca carnis excreſcentias cohibet.* H.

x. Centaureum) Apul. 34. t. 3. *Ad hulcera ... Herba centauria maior*, etc. H.

y. Item minoris coma) In apographo noſtro, *cuma* legitur non *coma*, vt forte poſitum ſit pro *cyma*, hoc eſt, *coliculo.* Pint.

Item) Ad verbum Dioſc. III. 9. H.

z. Folliculi) Dioſc. IV. 13. Τὰ δὲ φύλλα λεῖα, ἢ τὰ θυλάκια τοῖς νεοτρώτοις ἐπιτιθέμενα, μέχρι τῆς ἀπουλώσεως ἐνεργεῖ. *Folia trita, aut folliculi, ſi vulneribus recentibus imponantur, ea ita efficaciter ſanant, vt etiam ad cicatricem perducant.* Folliculi ſunt ſiliquae, quibus ſemina continentur. H.

a. Illinitur) Dioſc. III. 3. H.

b. Craſſitudinem vel ſucco) Craſſitiem: at ſucco vulneribus auxilio eſt, veluti lycium. Dioſc. ἔϛι καὶ τραυματικὴ ἐπιτιθεμένη ὡς τὸ λύκιον. *Dal.*

c. Ex ea) Hoc eſt, ex ea factum medicamentum eiuſdem virtutis, ac fortaſſis eiuſdem etiam nominis cum Lycio, de quo XXIV. 77. Lycium non vnius ſingularis

Lyſimachia *d.* recentibus plagis medetur. Plantago *e.* omnium generum hulceribus, peculiariter [1] feminarum, ſenum, et infantium. [2] Igni emollita melior, et cum [3] ceroto, craſſa hulcerum labra purgat, nomas ſiſtit. Tritam ſuis foliis integere oportet. Suppurationes, collectiones, ſinus hulcerum, chelidonia quoque ſiccantur: vulnera adeo, vt etiam pro ſpodio vtantur. Eadem iam deſperatis cum axungia imponitur. [4] Dictamnum *f.* pota ſagittas pellit, et *g.* alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquae cyatho foliorum [5] obolo. Proxime

1. *feminarum d. in V.* 2. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. igne mollita Gr. et Al.* 3. *cerato. Craſſa. M.* 4. *Dictamnos. Dal.* 5. *obolus. V.*

ris medicamenti nomenclatio fuit: ad varia, quae e radicibus decoctis fiebant, ea pertinuit. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic adi.) *Vulneribus*) Ita libri omnes, conſtantiſſime. Nugantur, qui vel *collyrium* hoc loco, vt Caſp. Hoffmannus Varr. lectt. IV. 27. vel quod haud paulo inſulſius eſt, *licinium* ſubſtituunt, exemplaribus omnibus inuitis, ipſoque adeo ſcriptore Plinio: cuius ſententia verbis Graeci auctoris egregie conſtabilitur. Dioſcoridem dico, III. 3. de gentiana: Ἔϛι δὲ τραυματικὴ, ἐπιτιθεμένη ὡς τὸ Λύκιον, ὑπονόμων τε ἑλκῶν ἴαμα, etc. *Impoſita, vt Lycium, vulneraria eſt, et cuniculatim depaſcentibus hulceribus medetur.* H.

d. Lyſimachia) Dioſc. IV. 3. H.

e. Plantago) Plin. Val. III. 22. et fuſe Galenus de fac. ſimpl. m. VI. p. 159. H.

f. Dictamnum) A ceruis capriſque depaſtam ad eiicienda ſpicula certo remedio eſſe, dictum eſt ſuperius, XXV. 53. H.

g. Et alia) Dioſc. III. 37. Καταπλασσομένη δὲ ἡ βοτάνη τὰς ὑποκάτω τῶν πόδων, ἢ τοῦ λοιποῦ σώματος θεραπεύει σκόλοπας. *Impoſita vero herba plantae pedum reliquoue corpori infixos impactos aculeos extrahit.* Theod. Priſc. I. 23. de latentibus ſpiculis: *ſic etiam de dictamni foliis, vel radicibus contuſis, velocius fieri conſueuit, ſecundum veterum teſtimonia.* H.

me *h.* pſeudodictamnum. Vtraque etiam ſuppurationes diſcutit. Ariſtolochia *i.* quoque putria hulcera exeſt: ſordida expùrgat cum melle, vermeſque extrahit: item *k.* clauos in [1] hulcere natos, et *l.* infixa corpori omnia, praecipue ſagittas, et oſſa fracta cum reſina. Caua *m.* vero hulcera explet per ſe. Et cum iride recentia vulnera ex aceto. Vetera *n.* hulcera verbenaca, quinquefolium *o.* cum ſale et melle. Radices perſolatae, vulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia *p.* [2] veteribus. Cum axungia vtrumque: et ſuo folio operitur. Damaſonium *q.*, [3] vt in ſtruma: folia

1. *Sic ex* MSS. *H. et Ch. in hulceribus Gr. et Al.* 2. *veteribus cum axungia. Vtrumque et. M.* 3. *autem et in ſtruma. V.*

h. Proxime) Dioſc. III. 38. H.

i. Ariſtolochia) Dioſc. III. 6. et Apul. 19. Tela quoque ariſtolochiae puluere vulneri appoſito ſtatim extrahi prodidit Theod. Priſc. I. 23. H.

k. Clauos) Calloſam duritiem, longam et teretem. *Dal.*

Item) Calloſam duritiem, inſtar claui. *Clauos ex hulcere* quae poſſint *euellere,* multa congerit Th. Priſc. I. 18. H.

l. Et) Marc. Emp. 34. p. 233. pro reſina mel adſciſcit. Dioſc. l. c. ariſtolochiam id per ſe praeſtare innuit: Ἀνάγει δὲ καὶ σκόλοπας, ἀκίδας, λεπίδας ὀςῶν καταπλασσομένη ἀφίςησι. *Extrahit et impoſita aculeos, ac ſpicula, oſſiumque ſquamas remouet.* Plinius quum *vermes extrahi* dixit, an non σκώληκας legiſſe is videtur, pro σκόλοπας? H.

m. Caua) Καὶ τὰ κοῖλα πληροῖ σὺν ἴριδι καὶ μέλιτι. Dioſc. l. c. H.

n. Vetera) Dioſc. IV. 61. Καὶ ῥυπαρὰ ἕλκη καθαίρει. *Et ſordida purgat vlcera.* H.

o. Quinquefolium) Dioſc. IV. 42. H.

p. Folia) Dioſc. IV. 107. H.

q. Damaſonium) Vt in ſtrumae remediis dictum eſt, ſ. 12. H.

folia *r.* verbafci ex aceto aut vino. Periftereos *s.* ad omnia genera, vel callosorum putrefcentiumque hulcerum facit. Manantia nymphaeae heracliae radix fanat. Item *t.* cyclamini radix vel per fe, vel ex aceto, [1] vel cum melle. Eadem *v.* et contra fteatomata efficax, [2] ficut ad hulcera manantia [3] hyffopum: item peucedanum, cui *x.* ad recentia vulnera vis tanta eft, vt *y.* [4] fquamam offibus extrahat. Praeftant *z.* hoc et anagallides, cohibentque *a.* quas vocant nomas, et rheumatifmos. Vtiles et recentibus plagis, fed praecipue

Kkk 4 fenum

1. *et cum. V.* 2. *fic et ad. Ch.* 3. *oefypum. V.* 4. *Sic et M. et Ch. in faniem offibus Gr. et Al.*

r. Folia) Diofc. IV. 104. H.

s. Periftereos) Sic et Diofc. IV. 60. H.

t. Item) Diofcor. II. 194. H.

v. Eadem) Στεάτωμα adipis effufio fub cute: Adipis contra naturam collectum aliquo loco incrementum. Pollux, Στεάτωμα, πιμελῆς παραῤῥοὴ ὑπὸ τῷ δέρματι. H.

x. Cui ad recentia vulnera tanta vis eft, vt faniem ex offibus pellat) Apographon noftrum non *faniem* habet, fed *fquamam*, lectione veriffima. Diofcorides L. III. de Peucedano: *Purgat ficca et in farinam trita radix eadem, fordida vlcera, offiumque fquamas pellit.* Pint.

y. Vt) Vide N. et Em. N. XXVII. (paulo poft) Squamae haec detractio, a recentioribus chirurgis *Exfoliatio* dicitur. *Vt*) Prius *faniem* legebatur. *Squamam* reftituimus ex codd. R. Colb. Ch. atque adeo ex ipfo Diofc. III. 92. de peucedani radice: Καθαίρει δὲ λεία ξηρὰ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, καὶ λεπίδας ἀπὸ ὀστέων ἀφίστησι, καὶ ἐπουλοῖ τὰ παλαιά. *Arida trita fordida purgat hulcera, offium fquamas extrahit, veteraque hulcera cicatrice obducit.* Vidit hoc et in fuo codice ante nos Pintianus. H.

z. Praeftant) Similis eft ea dos illarum, qua adactos corpori aculeos extrahunt, tefte Diofc. II. 209. et Gal. de fac. fimpl. m. VI. p. 156. H.

a. Cohibentque) Diofc. II. 209. νομῶν ἐφεκτικαί. H.

ſenum corpori. Cum *b.* [1] ceroto apoſtemata et hulcera tetra, folia mandragorae recentia: radix *c.* vulnera cum melle aut oleo: cicuta *d.* cum ſiligine mixta mero: aizoum *e.* herpetas quoque et nomas, ac putreſcentia, ſicut erigeron verminoſa: recentia *f.* autem vulnera aſtragali radix: et vetera quoque hulcera purgat hypociſthis vtraque. Leontopodii *g.* ſemen tritum in aqua, et cum polenta illitum, ſpicula ſagittarum extrahit: item *h.* pycnocomi ſemen. Tithymalus *i.* characias ſucco gangraenas, phagedaenas, putria, vel decocto ramorum cum polenta et oleo: orchis *k.* radices hoc *l.* amplius, et cacoëthe *m.* ex aceto cum melle, ſiccae

1. *cerato.* *Dal.*

b. Cum) Dioſc. IV. 76. cum polenta. H.

c. Radix) Ictus ſerpentium, πρὸς ἑρπετῶν πληγὰς, σὺν μέλιτι ἢ ἐλαίῳ Dioſc. l. c. H.

d. Cicuta) Herpetas illitu reſtinguit, ἕρπητας καταπλασθὲν σβέννυσιν, inquit Dioſc. IV. 79. H.

e. Aizoum) Dioſc. IV. 89. H.

f. Recentia autem vulnera aſtragali radix, et vetera quoque vlcera purgat hypociſthis vtraque) Diuerſa ſuppunctione et lectione apographon idem: *Recentia autem vulnera aſtragali radix et vetera, quae purgat hypociſthis.* vtraque rectius. *Nam vetera vlcera aſtragali radice trita et inſperſa curari*, auctor eſt Dioſcorides L. IV. *Dal.*

Recentia) Et vetera quoque, Dioſc. auctore. IV. 62. H.

g. Leontopodii) Quod Dioſcoridi, vt diximus, λεοντοπέταλον appellatur, III. 110. Indicatum id iam antea ſ. 79. H.

h. Item) Dioſc. IV. 176. Καὶ ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐξάγει, *ſpicula et adactos corpori aculeos extrahit.* H.

i. Tithymalus) Dioſc. IV. 165. H.

k. Orchis) Totidem fere verbis Dioſc. III. 142. H.

l. Hoc) Hoc amplius, inquit, praeſtant orchis radices, quod ſiccae aeque atque recentes hulcera κακοήθη ſanant. H.

m. Cacoëthe) Neſciit Plinius

cae et recentes: per se [1] onothera *n.* efferantia *o.* sese hulcera [2] sanat. Scythae *p.* vulnera scythice curant. Ad carcinomata, [3] argemonia ex melle, efficacissima est. [4] Vulneribus *q.* praesanatis aspho-

 deli-

1. *Sic et Ch. oenothera efferentia Gr. et Al.* 2. *Sic ex* MSS. *H. sanat. Scythae vulnera Scythica. M. et Ch. Scythica vulnera curant Gr. et Al.* 3. *argemone. V.* 4. *vlceribus persanatis. Ch.*

nius phagaedenas, gangraenas, putria cacoëthe vlcera esse. *Dal.*

n. Oenothera efferentia sese vlcera sanat) Scribo potius, *efferantia*, quam *efferentia*. Sed locus est exactiore cura examinandus. Nam, teste Theophrasto, haec herba in vino data, mitiores efficit et alacriores mores. Dioscorides item, vim hanc dilutum radicis eius habere tradit, vt saeuitia ferocientium omnium animalium potu eius mitigetur, et dolosa ac malefica vlcera sanet: videnturque praeterita esse hic aliquot verba ab incurioso librario, quae ego in medium relinquo, vt diligens lector ea pro captu ingenii expleat. *Pint.*

o. Efferentia sese hulcera sanat) Τὰ θηριώδη ἕλκη, Dioscor. id est, κακοήθη, ἀγριέμενα. Itaque legendum, *efferantia*: nempe, quae fera et maligna exacerbantur. *Dal.*

Efferantia) Acerbiora hulcera, ob inflammationem. Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic app.) *Efferantia*) Hactenus *efferentia* libri omnes exhibent. Sed *efferantia* satius visum est: tum quod hac voce et alibi Plinius vsus, L. VIII. 77. de suibus: *Verum efferantur*: Graeci dicerent, θηριἔνται. Est enim θηρίωσις *efferatio*: tum quod exprimi ea felicius arbitrati sumus id quod Graeci θηριῶδες ἕλκος appellant. Diosc. IV. 118. de hac ipsa onothera agens, in hunc modum: Καταπλασθεῖσα δὲ, πραΰνει τὰ θηριώδη ἕλκη. H.

p. Scythica vulnera curat) Acad. *Scite vulnera scitite curant.* Gud. et Vossiani duo, *Scythe vulnera scitice curant.* Optimus: *Scitae vulnera Scythica curant.* Lege: *Scythae vulnera Scythica curant.* L. XXVII. 1. *Scythicam herbam a Maeotis paludibus.* sic voluit et Hermolaus. *Gron.*

Scythae) Theophr. Hist. IX. 13. H.

deli radix decocta, vt *r.* diximus, trita cum polenta et illita: quibuscumque vero Apollinaris. Astragali *s.* radix in puluerem trita humidis hulceribus prodest: item *t.* callithrix decocta in aqua. Priuatim vero iis quae calceamento facta sint, verbenaca: nec non et Lysimachia contrita, ac nymphaea arida [1] infriata. Polythrix inueteratis iisdem [2] vtilior.

LXXXVIII. 1. Polycnemon *v.* cunilae bubulae similis est, [3] semine pulegii, surculosa, multis geniculis, corymbo odorato, acri et dulci odore *x.*: [4] ferro *y.* factis vulneribus [5] commanducata imponitur

1. *infricata. V.* 2. *vtilior est. Cb.* 3. *caule pul. surculoso. Diosc.* 4. *Sic ex* MSS. *H. quae ferro Gr. et Al.* 5. *cum aqua. Diosc.*

q. Vulneribus praesanatis, etc.) Ne cicatrix extuberet, et immodice assurgat. *Dal.* *Vulneribus)* Celerius quam par est, sanatis, clausisque: quibus metuenda intus noua suppuratio est. H.

r. Vt) L. XXII. 32. H.

s. Astragali) Diosc. IV. 62. et Galen. de fac. simpl. m. VI. 160. H.

t. Item) Diosc. IV. 137. H.

v. Polycnemon) De cunila bubula obliuiose Plinius id scribit c. 8. huius libri. *Dal.*

Polycnemon) Sic Diosc. III. 108. Πολύκνημον ... ἔχων φύλλα ὀριγάνῳ ἐμφερῆ· τὸν δὲ καυλὸν πολυγόνατον ὥσπερ γλήχωνος· οὐκ ἔχει μέντοι τὸ σκιάδιον, μικρὰ δ' ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια, μετ' εὐωδίας τινὸς δριμείας. *Foliis origani, caule geniculis multis intercepto, vti pulegii. Neque vero vmbellam habet, sed paruos in cacumine corymbos cum acri quadam odoris iucunditate.* Nomen habet a crebris geniculis: quasi multitibiam, multicruriamque dixeris. Belgae pharmacopoei Calamintham aquaticam vocant, teste Lobelio in Aduu. p. 217. H.

x. Odore quae ferro factis vulneribus commanducata) Voss. et Andeg. τὰ *quae* et *vulneribus* esse Plinii negant. Scribe, *acri et dulci odore: ferro factis commanducata imponitur.* Nam postquam semel dixit, *vulnera* vel *vlceribus*, eam vocem postea

nitur, [1] quinto die ſoluitur. Symphyton *z.* ad cicatricem celerrime perducit: item *a.* ſideritis. Haec imponitur ex melle. Verbaſci *b.* ſemine ac foliis ex vino decoctis ac tritis omnia corpori infixa extrahuntur: item mandragorae foliis cum polenta: cyclamini radicibus cum melle. [2] Trixaginis *c.* folia in oleo contrita iis maxime adhibentur hulceribus, quae ſerpunt: et alga in melle trita. Vettonica *d.* ad carcinomata, et melanias *e.* veteres, addito ſale.

LXXXIX. 2. Verrucas tollit [3] argemonia ex aceto, vel *f.* batrachii radix, quae et vngues ſcabros aufert. Linozoſtidis vtriuſque folia, vel ſuccus illitus. Tithymali *g.* omnes genera verrucarum [4] omnia: item omnia pterygia, varoſque tollunt. Cica-

1. *et quinto.* *V.* 2. *Triſſaginis.* *Gr.* 3. *argemone.* 4. *Sic ex* MSS. *H.* *omnia: item pterygia, varos tollunt.* *Ch.* *verrucarum omnium* *Gr. et Al.*

poſtea voluit intelligi ad *iis quae calceamento facta ſint*, ad *inueteratis*, ad *ferro factis.* Pronomen Gud. quoque, Menap. et Acad. expungunt. *Gron.*

y. Ferro) Haec totidem verbis Dioſc. l. c. H.

z. Symphyton) Ad verbum Plin. Val. III. 22. H.

a. Item) Dioſc. IV. 33. ſq. H.

b. Verbaſci) Hanc vrſae vulneri recenti herbam applicant, et indunt: eaque vulnus obturant, teſte Baſilio in Hexaem. hom. 9. H.

c. Trixaginis) Dioſc. III. 112. H.

d. Vettonica) Marc. Emp. 4. p. 43. H.

e. Melanias) Μελανώματα, nigras maculas. *Dal.* *Melanias*) Μελανία Graece nigritudinem corporis ſonat, nigraſque maculas. H.

f. Vel) Dioſc. II. 206. ''Ονυχας λεπρὲς καὶ ψώρας ἀφίςησι ... καὶ μυρμηκίας, καὶ ἀκροχορδόνας, etc. H.

g. Tithymali) Haec totidem verbis Dioſc. IV. 165. et Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 236. Apul. item c. 108. t. 2. H.

Cicatrices *h.* cum elegantia ad colorem reducit ladanum. (XV.) Artemiſiam *i.* et elelifphacum alligatas qui habeat viator, negatur laſſitudinem ſentire.

XC. Muliebribus *k.* morbis medetur maxime in vniuerſum *l.* paeoniae [1] herbae ſemen nigrum ex aqua mulſa. Eadem *m.* et in radice vis menſes ciet: panacis *n.* ſemen cum abſinthio menſes et ſudores: ſcordotis *o.* potu et illitu. Vettonica *p.* drachma in vini cyathis tribus bibitur contra omnia vuluarum vitia, aut *q.* quae a partu fiunt. Menſes *r.* nimios ſiſtit Achillea impoſita, et deco-

1. *herbae*, *in V. d.*

h. Cicatrices) Dioſcor. I. 128. H.

i. Artemiſiam) Vide quae diximus ex Apuleio, XXV. 81. Dioſc. in Noth. p. 476. Ἀρτεμισίαν τὴν βοτάνην εἴτις ἔχει ἐν ὁδῷ, λύει τὸν κάματον. H.

k. Morbis) Vteri ſuffocationibus. *Dal.*

Muliebribus) Dioſc. III. 157. H.

l. In vniuerſum Paeoniae herbae ſemen) Voſſ. neſcit τὸ *herbae*. Et quid eo opus? L. XXV. 4. *Vetuſtiſſima inuentis Paeonia eſt, nomenque auctoris retinet.* Gron.

m. Eadem) Dioſc. l. c. Κινεῖ δὲ τὰ καταμήνια, ἀμυγδάλȣ μέγεθος πινομένη. *Ciet menſes amygdalae magnitudine pota.* H.

n. Panacis) Dioſc. III. 55. H.

o. Scordotis) Haec ſubdita menſes mouet, inquit Dioſc. III. 125. Προστεθεῖσα δὲ ἔμμηνα κινεῖ. H.

p. Vettonica) Totidem verbis Dioſc. IV. 1. H.

q. Quae a partu fiunt) Purgationes a partu ſuppreſſas aut ſecundas morantes. *Dalec.*

Aut) Ant. Muſa, t. 26. *Ad mulieres, quae a partu laborant et febricitant: Vettonicae drachmas duas, aquae calidae cyathos quatuor, ſi cum febre: ſin vero ſine febre, mulſi cyathos duos, et aquae calidae duos da bibere.* H.

r. Menſes) Totidem verbis id Dioſc. pariter IV. 36. H.

decoctum eius insidentibus. Mammis *s.* imponitur hyoscyami semen ex vino: locis *t.* radix [1] e cataplasmate: et mammis [2] etiam Chelidonia. Secundas *v.* morantes, vel partus emortuos, radices panacis appositae extrahunt. Ipsum *x.* panaces [3] in vino potum vuluas [4] purgat, appositumque cum melle. Polemonia pota ex vino, secundas pellit: [5] nidore *y.* [6] corrigit vuluas. Centaurei *z.* minoris succus potu, fotuque menses ciet. Item *a.* maio-

1. *in.* *Cb.* 2. *et.* *Cb.* 3. *e.* *Cb.* 4. *corrigit.* *Cb.* 5. *nidoreque.* *V.* 6. *Sic ex* MSS. *H.* *purgat vuluas Gr. et Al.*

s. Mammis) Diosc. IV. 69. Ἁρμόζει καὶ πρὸς μαςὰς ἐν τοκετῷ ἐπαλρεμένας, λεῖον μετ᾽ οἴνε καταπλασσόμενον. *Subuenit et mammis a partu tumentibus, si tritum ex vino imponatur.* H.

t. Locis) Locis muliebribus apposita. Cataplasmatis omnibus quae doloris leuamentum praestant, vtiliter admisceri docet Diosc. l. c. Ant. Musa, t. 29. Vettonicam commendat, *Ad mulieres, quibus loci prae frigore moriuntur.* H.

v. Secundas) Diosc. IV. 55. H.

x. Ipsum) Succo diluto vuluae inflationes duritiasque discuti, ait Diosc. l. c. H.

y. Nidore purgat vuluas) *Nidore corrigit vuluas*, in archetypo nostro. recte puto, vt non longe post: *Ladanum suffitu corrigit vuluas.* Pint.

Nidore purgat vuluas) Voss. hic, *corrigit*: non superiore versu, ad quem annotant ex Chiflet. Sic L. XX, 5. *suffocationes mulierum doloresque lenit in tantum, vt vuluas corrigat.* L. XXIV. 5. *Bibitur et in difficili partu fabae magnitudine in vini cyatho vuluasque conuersas corrigit.* L. XXXI. 6. *Mammas sororiantes, praecordia maciemque corporis piscinae maris corrigunt.* Suetonius Augusto: *capillum sibi comi ac malas labentes corrigi.* Sic et codex Pintiani. *Gron.*

Corrigit) Conuersas restituit, et a strangulatione seu suffocatione eximit. H.

z. Centaurei) Diosc. III. 9. H.

a. Item) Diosc. III. 8. H.

maioris radix, in vuluae doloribus iisdem modis prodest. Derasa *b.* vero et apposita, extrahit partus emortuos. Plantago *c.* apponitur in lana in dolore vuluae: in strangulatu bibitur. Sed praecipua dictamno vis est. Menses *d.* ciet, partus emortuos vel transuersos eiicit: bibitur ex aqua foliorum [1] obolo, adeo ad haec efficax, vt ne in cubiculum quidem praegnantium inferatur. Nec *e.* [2] potu tantum, sed et illitu, et suffitu valet. Proxime *f.* pseudodictamnum. [3] Sed menses ciet cum mero decoctum pondere denarii. [4] Pluribus tamen modis aristolochia prodest: nam *g.* et menses et secundas ciet, et emortuos partus extrahit, myrrha et pipere additis, pota, vel subdita. Vuluas quoque procidentes inhibet fotu, vel suffitu, vel subiectu, maxime *h.* tenuis. Strangulatum *i.* ab his, mensiumque difficultatem, agaricum tribus obolis in vini veteris cyatho potum, emendat:

1. *obolus.* *V.* 2. *pota.* *Ch.* 3. *sed, in V. d. Sed tardius menses. D. vt mox infra hoc ipso capite.* 4. *Pluribus locis. M. V.*

b. Derasa) Diosc. III. 8. H.

c. Plantago) Diosc. II. 153. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς φθίσιν, καὶ πρὸς ὑστερικὰς πνίγας· προστίθεται ἐν ἐρίῳ καὶ ὑστέρᾳ ῥευματιζομένῃ, hoc est, si vulua fluxione laboret, plantago subditur in vellere. Locum ita interpunctione distinctum legisse Plinius videtur: non vt libri editi prae se ferunt. H.

d. Menses) Haec pariter Diosc. III. 37. Apul. c. 62. t. 1. *Ad mulierem, si in vtero mortuum fetum habuerit: Herbae dictamni.* etc. H.

e. Nec) Diosc. l. c. H.

f. Proxime) Et imbecillius. Diosc. III. 38. οὐχ ὁμοίως ἐνεργοῦν. H.

g. Nam) Haec totidem verbis Diosc. III. 6. H.

h. Maxime) Tertium aristolochiae genus, longissimae tenuitatis, de quo sup. libro, f. 54. H.

i. Strangulatum) A vuluis. Diosc. III. 1. Ὀβολῶν δὲ δυοῖν

dat: peristereos *k.* apposita in adipe suillo recenti: antirrhinon cum rosaceo et melle. Item *l.* apposita nymphaeae Thessalae *m.* radix, dolori medetur. In *n.* vino nigro pota, profluuia inhibet. E *o.* diuerso ciet cyclamini radix pota et apposita: et *p.* vesicae insidentium decocto medetur. Secundas *q.* pota cissanthemos pellit, vuluam sanat: [1] E *r.* xiphio radix superior menses ciet, drachma ex aceto pota. Peucedanum *s.* strangulatus vuluae nidore vstum recreat: [2] menses *t.* albos praecipue [3] psyllium

1. *Sic et Ch. et xiphii. Gr. et Al.* 2. *menses aluosque Gr. et Al.* 3. *psyllium sistit. V.*

δυοῖν πλῆθος διδόμενον μετ' οἰνομέλιτος ... ὑστερικαῖς πνιξὶ, etc. H.

k. Peristereos) Diosc. IV. 60. H.

l. Item) Eius videlicet, quae in Thessalia oritur, de qua XXV. 37. H.

m. Thessalae radix) Eius quae florem luteum gignit, et in Thessaliae Peneo fluuio plurima nascitur. *Dal.*

n. In) Ad verbum Diosc. III. 149. H.

o. E diuerso) Diosc. II. 194. ad verbum. H.

p. Et vesicae) Et decocta radice medetur vesicae mulierum in eo decocto insidentium. H.

q. Secundas) Hoc est, cyclaminos cissanthemos appellata: de qua pariter Diosc. II. 195. Καὶ τὰς ἐκ τοκετῶν καθαίρει ποθεῖσα. H.

r. E xiphio) Diosc. IV. 20. subdi ob eam rem in pessô iubet. H.

s. Peucedanum) Diosc. ad verbum III. 92. H.

t. Menses aluosque praecipue Psyllium) In vetere codice, *Menses albos praecipue Psyllium.* Intelligit autem fluxiones mulierum albas, quas Graeci *rhus leucus* dicunt: de quibus alio loco. *Pint.*

lium drachma in cyathis tribus aquae mulſae ciet: ſemen *v.* mandragorae potum vuluam purgat. Menſes *x.* ciet ſuccus appoſitus, et [1] emortuos partus. Nimia *y.* rurſus profluuia ſiſtit ſemen [2] cum viuo ſulphure; [3] contra facit *z.* batrachion potu vel cibo,

1. *mortuos. M.* 2. *cum vino et ſulphure Gr. et Al.* 3. *ſulphure. Alui profluuia ſiſtit et contrahit batrachion. Pint. Gr. et Al.*

Menſes) Ῥοῦν λευκὸν Graeci vocant. Feminarum enim fluxiones addita coloris diuerſitate medici diſcriminant: ſunt enim nigrae, rubentes albae, pallentes, et aquoſae. Vide N. et Em. N. XXIX. (hic adi.) *Menſes*) Ita reſcripſimus admonitu codicis R. 2. maxime vero ex re ipſa. In R. 1. *menſes aluos.* In editis hactenus libris inſulſe, *menſes aluoſque.* Quid ſint menſes albi, diximus abunde in Notis prioribus. H.

v. Semen) Ad verbum Dioſc. IV. 76. H.

x. Menſes) Dioſc. l. c. H.

y. Nimia rurſus profluuia ſiſtit ſemen cum vino et ſulphure) Scribo, *Nimia rurſus profluuia ſiſtit ſemen cum viuo ſulphure*, tum ex noſtro apographo, tum etiam ex Dioſcoride L. IV. his verbis: *Purgat muliebres feminarum locos potum pomorum ſemen; et cum viuo ſulphure admotum, rubras feminarum fluxiones ſiſtit.* Pint.

Nimia) Viuum ſulphur quid ſit, dicemus L. XXXV. 50. Vide N. et Em. N. XXX. (hic adi.) *Nimia*) Ita plane R. 2. et Colb. Interpolatorum manu id confictum, quod libri vulgati prae ſe ferunt, *cum vino et ſulphure.* Vinum abdicat Dioſc. IV. 76. de mandragora: viuum ſulphur adſciſcit. Τὸ δὲ σπέρμα τῶν μήλων ... προστεθὲν μετ' ἀπύρου θείου, ῥοῦν ἵστησιν ἐρυθρόν. Occupauit et hoc Pintianus e ſuo codice. H.

z. Alui profluuia ſiſtit et contrahit batrachium) Breuius in eodem, *contra facit batrachium.* cetera redundant. *Dal.*

bo, ardens alias (vt *a.* diximus) cruda. Sed cocta commendatur [1] sale, et oleo, et cumino. Daucum *b.* et menses et secundas potu facillime pellit. Ladanum *c.* suffitu corrigit vuluas *d.*: dolori earum exhulceratisque imponitur. Emortua *e.* scammonium pellit, potum vel appositum. Menses *f.* ciet hypericum vtrumque, appositum. Ante alia vero (vt *g.* Hippocrati videtur) crethmos e vino, semine *h.* [2] vel radice: cortice trahit et secundas:

1. *cum sale.* V. 2. *vel radicis cortice.* V. *vel radice corticis trahit, et secundis succurrit, etc.* Ch.

Contra) Ciet menses. Vide N. et Em. N. XXXI. (hic app.) Prius legebatur, *Alui profluuia sistit et contrahit batrachion.* Emendationem debemus R. 2. codici, et Pintiani pariter exemplari. Et sane ita loci sententia postulat: Mirum enim id esse Plinius innuit, tam diuersas tamque dissimiles in herba vna eademque dotes reperiri, vt cruda quidem causticam vim, atque adeo spissantem, seu adstringentem obtineat: cocta contra, vel in cibo ac potu praebita, contrariam, hoc est, mollientem, μαλακτικήν. H.

a. Vt) L. XXV. 109. *Omnibus* batrachii seu ranunculi generibus *vis caustica, si cruda folia imponantur: pusulasque, vt ignis, faciunt.* H.

b. Daucum) Diosc. III. 83. de dauci semine: Πινόμενον, ἐμμήνων, ἐμβρύων, καὶ οὔρων ἀγωγόν. H.

c. Ladanum) Conuersas, vel ascendentes. H.

d. Vuluas) Distortas, et in alterutrum latus inclinatas. *Dal.*

e. Emortua) Mortuos partus, Diosc. IV. 171. Ὁ δὲ ὀπὸς προστιθέμενος ἐν ἐρίῳ ἔμβρυα φθείρει. H.

f. Menses) Diosc. III. 171. et 174. H.

g. Vt) L. de morb. mul. I. n. x. p. 422. H.

[1] succurrit et ſtrangulationibus ex aqua pota. Item radix e geranio peculiariter ſecundis, [2] inflationibusque *i.* vuluarum conueniens: purgat hippuris pota et appoſita vuluas. Polygonus *k.* pota menſes [3] ciet, et althaeae radix. Folia plantaginis pellunt, item *l.* agaricum ex aqua mulſa. Artemiſia *m.* vuluae medetur trita, ex oleo irino, [4] aut fico, aut cum myrrha appoſita. Eiuſdem radix pota in tantum purgat, vt partus eneᴄtos extrahat. Men-

1. *ſuccurrit ſtrangulationibus ea ex aqua. M.* 2. *Sic et Ch. inflammationibus Gr. et Al.* 3. *ſiſtit. Dioſc.* 4. *aut cum fico. Dal.*

h. Semine) Dioſc. II. 157. H.

i. Inflationibuſque) Vide N. et Em. N. XXXII. (hic poſ.) *Item*) Non codicum modo primitiuorum fidem, R. Colb. Ch. ſed et Dioſcoridis auᴄtoritatem amplexi, *inflationibus* ſcripſimus, pro *inflammationibus.* Sic enim ille III. 131. de geranio: Ποθεῖσα ἐν οἴνῳ ἄχρι > πλῆθος ὑςέρας ἐμπνευματώσεις λύει. *Drachmae pondere in vino pota vuluae inflationes diſcutit.* H.

k. Polygonus) Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic conſp.) *Polygonus*) Ita profeᴄto libri omnes, tum vulgati, tum conditiui. Et de althaea quidem, cieri ea menſtrua, tum vſus edocet quotidianus, tum etiam Dioſc. III. 163. At vero polygonon adſtringentis eſſe facultatis, menſeſque ea ſiſti clamant omnes, poſt Dioſc. IV. 4. ſq. Quamobrem conſiderandum amplius num ita legi hic oporteat: *Polygonus pota menſes ſiſtit: ciet althaeae radix*: quod incuria amanuenſium excidiſſe vox ea *ſiſtit* videtur. H.

l. Item) Dioſc. III. 1. Ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα. H.

m. Artemiſia) Dioſc. III. 127. totidem verbis, et Galen. de fac. ſimpl. med. VI. 160. H.

Menses *n.* et secundas ciet ramorum decoctum insidentibus: item folia pota drachma. Ad *o.* eadem omnia prosunt vel imposita ventri, [1] imo cum farina hordeacea. Acoron *p.* quoque vtile est interioribus feminarum morbis, et *q.* conyza vtraque, et crethmos. Et anthyllides *r.* duae vuluis vtilissimae, [2] torminibusque, secundarum morae, in vino potae. Callithrix *s.* fotu locis medetur, albugines *t.* in capite tollit, capillos inficit oleo trita. Geranion in [3] vino potum, hypocisthis *v.* in rubro, profluuium sistunt. Hyssopum suffocationes laxat. Radix verbenacae pota ex aqua, ad omnia in partu

 aut

1. *vna cum. M.* 2. *torminibusque et sec. Gr. et Al.*
3. *in vino albo Gr. et Al.*

n. Menses) Diosc. l. c. ad verbum. H.

o. Ad) Diosc. l. c. H.

p. Acoron) Insessu praesertim Diosc. I. 2. H.

q. Et conyza) Et haec insidentibus quoque in eius decocto prodest: Diosc. III. 136. Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν ἐν καθίσματι τὰ ἐν μήτρᾳ θεραπεύει, καὶ ἔμμηνα ἀποκαθαίρει. H.

r. Et anthyllides) Diosc. III. 153. ambas cum rosaceo et lacte subditas vteri inflammationes emollire tradit. H.

s. Callithrix) Menses eo cieri, et quae a puerperio purgamenta relinquuntur, scribit Diosc. IV. 134. de trichomane. H.

t. Albugines in capite tollit) Τὰς ἀλφὰς, cutis et pilorum vitiosam albedinem. Alii furfures et porriginem exponunt. *Dal.*

Albugines) Furfures, credo, intelligit, porriginemque. Nam Diosc. l. c. Ἀποσμᾷ πίτυρα, *furfures deterget.* H.

v. Hypocisthis) Diosc. I. 127. H.

aut ex partu mala, praeſtantiſſima eſt. Peucedano quidam miſcent in vino nigro ſemen cupreſſi contritum. Nam ſemen pſyllii deferuefactum in aqua, quum intepuit, epiphoras *x.* omnes vteri lenit. Symphyton *y.* tritum in vino nigro [1] euocat menſes. Partus accelerat ſcordotis pota, drachma ſucci in [2] aqua mulſa cyathis quatuor: dictamni folia praeclare dantur ex aqua. Conſtat vnius oboli pondere, vel ſi mortui ſint in vtero infantes, protinus reddi ſine vexatione puerperae. Similiter *z.* prodeſt pſeudodictamnum, ſed tardius: cyclaminos *a.* adalligata: ciſſanthemos *b.* pota: Item [3] vettonicae farina ex aqua mulſa.

XCI. 1. Arſenogonon *c.* et thelygonon herbae

1. *reuocat. Dal.* 2. *aquae mulſae. V. et Ch.* 3. *Sic ex MSS. H. et Ch. pota vettonicae far. Gr. et Al.*

x. Epiphoras) Vuluae inflammationes. Vis eſt ei ſane ſumme refrigerans, ψύχει γὰρ ἱκανῶς, inquit Dioſc. IV. 70. H.

y. Symphyton) Hoc eſt, reuocat, retinet, ſiſtit. Dioſc. IV. 9. de ſymphyto: Σὺν οἴνῳ δὲ ἑψηθὲν πίνεται πρὸς δυσεντερίαν, καὶ ῥοῦν γυναικεῖον ἐρυθρόν. H.

z. Similiter) Dioſc. III. 38. H.

a. Cyclaminos) Dioſc. II. 194. Ἔστι δὲ καὶ ὠκυτόκιον περιαπτομένη. H.

b. Ciſſanthemos) Cyclaminos ciſſanthemos, qua pota Dioſc. II. 194. reliquias a partu purgari docet. H.

c. Arſenogonon) Haec ſunt totidem verbis apud Theophr. Hiſt. IX. 19. Ἀῤῥενόγονον καὶ θηλυγονον. Nec multum abludit Dioſc. III. 140. Vtrumque pingitur a Lobelio in Aduu. p. 261. Arrhenogonon phyllum ma-

bae *d.* sunt habentes *e.* vuas floribus oleae [1] similes, pallidiores tamen, semen album papaueris modo. Thelygoni *f.* potu feminam concipi narrant. Arsenogonon *g.* ab ea semine oleae, nec alio distat. Huius *h.* potu mares generari perhibentur, si credimus. Alii *i.* vtramque ocimo similem tradunt.

 Arse-

1. *similibus*, *pallidioribus.* **M.**

rificum Theophrasti, Dioscoridis feminificum Clusius recte nuncupat, Hist. rar. pl. IV. p. 48. Thelygonon contra mas est Dioscoridi, Theophrasto feminificum. Vtrumque in horto regio vidimus. H.

d. Herbae) Herbae sunt musci modo nascentes (ὥσπερ βρύον) Thelygonon oleae folio, pallidiore tamen, flore albo, semine papaueris modo. *Dioscor.* Dalec.

e. Habentes) Semen racemosum, ei quodammodo simile, quod, postquam defloruit olea, primulum emergit, atque conspicitur. Diosc. l. c. H.

f. Thelygoni potu) Alia est thelygonos, nempe melampyron Dioscoridis, infra c. 8. L. XXVII. *Dal.*

Thelygoni) Narrat id quidem Crateuas apud Diosc. III. 140. Fabulae affine existimat Theophr. l. c. Fecere interim a maribus feminisue gignendis vtrique herbae nomen. H.

g. Arsenogonon) Arsenogono ait esse semen quale oleae, feminae nullum esse. Sic Theophr. Contra Dioscorides feminae seu thelygono semen adiudicat: adimit mari. H.

h. Huius) Et hoc a Crateua confictum. H.

i. Vtramque ocymo, etc.) Hoc Theophrastus c. 19. L. IX. hist. Alia phylli historia Dioscoridis est. Mirum, Plinium, quae a Theophrasto de thelygono scripta sunt, hic tacuisse. Vide supra c. 10. *Dalec.*

Alii) Ex horum est numero Theophr. l. c. H.

Arſenogoni *k.* autem ſemen geminum eſſe teſtibus ſimile.

XCII. 2. Mammarum vitiis aizoum, quod digitellum *l.* appellauimus, vnice medetur. Erigeron ex paſſo mammas vberiores facit: [1] ſonchum in farre coctum. [2] Quae *m.* vero maſtos vocatur, [3] illita *n.*, pilos *o.* mammarum e partu naſcentium aufert,

1. *ſonchus cum farre coctus. Quae vua bumaſtos vocatur, illita, pilos mammarum a partu naſcentes aufert.* V. 2. *Quae vero Mados. Alii V.* 3. *Indita Gr. et Al.*

k. Arſenogoni) Quamobrem Phyllon teſticulatum recentiores herbarii nominant. H.

l. Digitellum) L. XXV. 102. Eſt id Aizoum maius. H.

m. Quae) Nomen a mamma factum, quae Graecis μαςὸς et μασθὸς ſcribitur: facies incognita. H.

n. Indita, pilos mammarum, etc.) Pilorum in mammis fit mentio et c. 10. L. XXXII. nempe illos tolli appoſito cancro fluuiatili, vel carne muricis. Morbus is ab Ariſt. c. 11. L. VII. hiſtor. τριχεία dicitur. Fit pilo caſu hauſto in poculo. Dolor grauis cum febre, et mammas et caput vexat nec deſinit priuſquam pilus manu et digitis preſſus exeat, vel cum lacte exugatur. Meminit et huius morbi Alpharabius medicus Arabs in aegritudinum cenſu, quae mammis infeſtae ſunt. Rondeletius cap. 25. L. XVIII. tom. 1. vermiculum capillarem eſſe putat ex pituitoſo et putrido lacte in mamma genitam: talemque ſe aliquando vidiſſe ait in vbere nobilis feminae natum. Vide locum. *Dal.*

Illita) Sic R. cod. 2. recte, non *indita*. Quis enim approbet mammis herbam indi? H.

o. Pilos) Caſu nimirum aliquo naſcentium in exti-

aufert, et *p.* [1] teſtas in facie: aliaque cutis vitia emendat. Gentiana *q.*, nymphaea *r.* Heraclia illita, cyclamini *s.* radix, maculas omnes. [2] Cacaliae *t.* grana mixta cerae liquidae extendunt cutem in facie, erugantque: [3] vitia omnia acori radix emendat.

XCIII. Capillum [4] lyſimachia flauum facit: denigrat hypericon, [5] quod *v.* et corion vocatur.

Lll 5 2. Item

1. *Sic et Ch. taenias Gr. et Al.* 2. *Caccaliae. Ch.* 3. *vitia cutis omnia. Dal.* 4. *et lyſimache. Ch.* 5. *et quae coris. Alii. Nihil muto.*

ma mammarum cute. Hos enim, vt in palpebris, ſic in mammis pariter, pſilothri vice, herba haec, dum illinitur, exterit. Caue enim aut de pilo intelligas, qui forte ſit potu hauſtus, exitumque per mammas quaerat, quod fieri non puto, etſi ita Philoſophus tradit, H. A. IV. aut de vermiculo, qui ſit capilli ſpecie, quem Rondeletius confinxit XVIII. 25. Nam de vitiis ſummae cutis agi, et de pſilothris, Plinius ipſe monet, quum ſubiicit, *aliaque cutis vitia emendat.* Et mox: *Pſilothrum nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus.* Vide Schenk obſſ. med. II. tit. de morbo pilari, p. 332. H.

p. Et teſtas) Maculas quae teſtam colore referant: Ita MSS. omnes R. Colb. Ch. non *tineas.* H.

q. Gentiana) Dioſc. III. 3. H.

r. Nymphaea) Ἀλφὸς σμήχει σὺν ὕδατι, *vitiligines ex aqua tollit.* Dioſc. III. 148. H.

s. Cyclamini) Dioſc. III. 194. Ῥύπτει δὲ καὶ χρῶτα ἡ ῥίζα etc. H.

t. Cacaliae) Dioſc. totidem verbis IV. 123. H.

2. Item *x.* ophrys [1] herba denticulato *y.* oleri similis: foliis duobus. Nigritiam dat et polemonia, in oleo decocta. Psilothrum *z.* nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus: verum *a.* iam [2] et viris est in vsu. Efficacissimum autem habetur archezostis: Item *b.* tithymali [3] succo, vel in Sole, cum oleo illito crebro, vel euulsis pilis. Quadrupedum scabiem sanat [4] hyssopum *c.* ex oleo, suum anginas peculiariter sideritis.

1. *herba plantagini folio similis.* D. *ex ingenio et coniectura.* 2. *etiam viris.* M. 3. *succus, etc. illitus.* V. 4. *oesypum.* V.

v. Quod) MSS. *corison* et *coristum.* H.

x. Item) In R. 1. *hophros.* R. 2. *ophros.* Index et libri editi, *ophrys.* Quidam tamen in Indice MSS. *orbris.* Nomine ac facie perinde ignota. H.

y. Denticulato oleri similis) Alii multo probabilius et commodius legunt, *Siculo oleri*, nempe betae nascenti. *Dal.*

Denticulato) Brassicae similis, cuius folia sunt incisuris distincta. H

z. Psilothrum) Ψίλωθρον, medicamentum depilatorium, a ψιλόω depilo. H.

a. Verum iam et viris est in vsu) Quum dicit, *iam* significat nouum eius vsum apud viros esse, postquam mores degenerare coeperunt. *Gelen.*

Iam) Postquam mores degenerare coeperunt. H.

b. Item) Totidem verbis Diosc. IV. 165. H.

c. Hyssopum) Importune nobis nescio qui oesypum hic obtrudunt, pro hyssopo: quod et semel superius factitarunt: quum medici-

tis. Verum et reliqua genera herbarum reddamus.

nae omnes hoc libro comprehensae, non ex animalibus, sed ex herbis omnino petantur. H.